
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
48
5 H
22

COLLECTANEA DECISIONVM,

OMNES FERE CASVS IN TRIBVNALIBVS Italiæ, præſertim Sacri Concilij Neapol. Hiſpaniæ, Galliæ, Germaniæ, & Poloniæ deciſos, ac controuerſos complectens:

IN QVA SVB DIVERSIS VTRIVSQVE IVRIS ſedibus, locis S. Concil. Trid. Bullis Pontificiis, Regulis Cancellariæ Apoſtolicæ, Conſtitutionibus, Pragmaticis, Conſuetudinibus, Capitulisq; Regni Neap. breuiter collocantur.

Opus Judicibus, Cauſarum Patronis, ac omnibus in foro tam Eccleſiaſtico quàm ſeculari verſantibus, maximè neceſſarium,

AVTHORE

IO. ALOYSIO RICCIO, VIRO PATRITIO Neap. ac eiuſdem Vrbis Eccleſ. Canonico.

Duobus adiectis Indicibus, locorum ſcilicet, & materiarum, tam huic Primæ partis, quàm Secundæ, & Tertiæ communibus.

IN QVATVOR PARTES DISTINCTA.












COLONIÆ ALLOBROGVM,

Apud Petrum & Iacobum Chouët.

M. DC. XXIX.



Illuſtriſſimo ac Reuerend. Domino


D. OCTAVIO AQVAVIVA AB ARAGONIA, S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO, Neap. Archiepiſcopo,

ALOYSIVS RICCIVS F.



I quis vnquam (Ampliſſime Cardinalis) nomini tuo plurimum debet, is ego certè ſum: Nam cum primum felicißimis auſpiciis tu Neapolim es ingreſſus, tota prorſus vrbe perfuſa lætitia, ob optatißimum aduentum tuum, me vix tibi notum voluiſti (qua tua fuit ſingularis humanitas, atque clementia) ornare beneficiis, & augere dignitate. Vnde mecum ipſe cogitans quodnam grati animi ſignum, ſaltem erga Amplitudinem tuam declarare poſſem, hoc nunc perexiguum occurrebat, vt lucubrationes quaſdam meas, qualeſcunque illæ eſſent de Collectaneis vni-

uersarum Decisionũ ingenij quasi mei primitias tibi dedicarẽ, quæ & si minus dignæ fortasse sunt, vt lucẽ videant, & coram tanto Principe appareant, voluntas tamen offerentis inspicienda erit, id est famuli deditissimi plura multò (si esset facultas) offerre cupientis. Accipe ergo Amplissime Præsul hilari, ac serena fronte pusillum hoc munusculum serui tibi vehementer obstricti; méque tuo præsidio, vel ex hoc dignum, pro animi tui generositate existima, quando omnes ex familia mea homines Illustrissimæ, ac Regali Familiæ Aquauiuæ (cuius laudes in aliud tempus mihi dicendas differo) seruiuerunt, atque deinceps seruient. Vale diutissimè Illustrissime Cardinalis Amplissime, téque Deus optimus ad maiora extollat.



IO. FRANCISCVS LEZZI I.V.D.
Cupertinensis,

Ad

D. IO. ALOYSIVM RICCIVM
Patritium Neapolit.

EXplicat hic vario legum certamine nodos,
  Sanctorumque aperit dogmata Pontificum.

Ille frequens passim quæ senserit inclyta iuris
  Turba peritorum sedulus arte legit.

At tu RICCI alio perfunctus munere casus
  Decisos nulli digeris inferior.

Namque operi istud opus quantum præcellit vtrique,
  Tantum auctor laudi cedit vterque tuæ.



AD IO. ALOYSIVM RICCIVM
Patritium Neapolitanum,

De eius Collectaneis in tres partes distributis,

Eiusdem Ioannis Francisci Lezzi V. I. D. Cupertinensis

EPIGRAMMA.

Colligis in terno decisa volumine iura,
Et retegis ternum gentibus inde decus:
Ingenij decus eximij, monumenta superbæ
Stirpis, & Ecclesiæ quæ sacro honore micas.
O factum pulchrè! triplici diademate fulges,
Et triplici doctum parte potitur opus.

Ad Eundem

PETRI GRIMALDI V. I. P.

EPIGRAMMA.

Antiquam legum seriem dum colligit vnà,
Explicat atque alto RICCIVS ingenio,
Mors ait, Huc ne hominum progressa potentia? solus
Claudere lege mihi RICCIVS audet iter?
Me inuita æternum viuet cum nomine fama?
Iam mihi vis nulla est, nomine semper erit.

CATA-



CATALOGVS AVCTORVM Decisionum, quæ in his tribus partibus allegantur.

Ex Rota Neapolitana.

AFflicti.
Capycij.
Fabij de Anna.
Francisci de Ponte.
Francisci Viuij.
Garsiæ.
Grammatici.
Riccij Auctoris manuscriptæ.
Thomæ Minadois.
Villagut.
Vincentij de Anna.
Vincentij de Franchis.

Ex Rota Romana.

Ægidij Bellameræ.
Achillis de Grassis.
Bisignetti.
Cæsaris de Grassis.
Crescentij.
Dominorum de Rota.
Gulielmi Cassadori.
Mohedani.
Putei.
Rotæ Collectæ à Farinaccio.
Rotæ Criminales ab eodē collectæ.
Veralli.

Ex Rota Siciliæ.

Francisci Milanensis.
Garsiæ Mastrilli.

Ex Rota Pedemont.

Antonini Thessauri.
Antonij Fabri.
Gasparis Thessauri.
Octauiani Cacherani.

Ex Rota Hispaniæ.

Gammæ.
Ioseph. Sesse Rot. Aragon.
Martini Monteri eiusd. Rotæ.
Pegueræ.
Valasci.

Ex Rota Bonon.

Cæsaris Barzij.
Petri de Benintendis.

Ex Rota Genuæ.

Antonij Belloni.
Flaminij Cartarij.
Hieronymi Mariliani.
Rotæ Genuæ incerti Auctores.

Ex Rotis Lombardiæ, & Etruriæ.

Alexandri Raudensis.
Ambrosini . ur. Episc. Perus.
Borgnini Caualcani Fiuizan.
Carocij Vercellen.

Cornazani Rotæ Lucenſ.
Franciſci Moualdi.
Iaffredi Balbi.
Ioſephi Ludouici Peruſ & Lucenſ.
Magonij Florent. & Lucenſ.
Marræ Rotæ Piſanæ.
Polydori Ripæ Mediolan.
Rot. Lucenſ. diuerſ.
Sayri.
Surdi Mantuan.
Thomæ Triuiſani Rot. Venet.

Ex Rota Galliæ.

Boerij.
Cappellæ Tholoſanæ.
Franciſci Marci.
Guidonis Papæ.
Hieronymi de Laurentiis.
Ioannis Paponi.

Ex Rota Germaniæ.

Andreæ Gayll.
Annei Roberti.
Koppini.
Franciſci de Claperiis.
Iacobi Thomingij.
Mattiæ Coleri.
Mynſingeri.
Petri Royſij.
Rotæ Lipſienſ.
Rubini.

Ex Prouincia Marchiæ.

Marci Antonij de Amatis.
Sebaſtiani Medices.
Stephani Gratiani.





IO. ALOYSII RICCII
VIRI PATRICII
Neapolitani
COLLECTANEA.
SEV
Reportata Vtriusque Iuris decisionum.

PARS PRIMA.

COLLECT. I.

Super l. 1. C quando Imp. inter pup. & vid.



ISTA l. fuit decisa & practicata primò per *Affl. in decis.* 27. Et postmodum nonnullæ ortæ sunt decisiones, primò, an vidua vti possit huius l. priuilegio contra aliam personam priuilegio eiusdem l. gaudentem, decisum negatiuè, *de Franch. in decis.* 188. Item an per concessionem iurisdictionis primarum, & secundarum causarum in omnes, & quoscumque simul, & habitātes in castro, etiam alibi delinquentes, videatur derogatum priuilegio huius l. decisum negatiuè, *idem de Franch. in decis.* 191. Et an locum obtineat in castris Baronalibus, decisum affirmatiuè, *Thess. in decis.* 177. Item an pauper gaudeat istius l. beneficio decisum affirmat. *Crescent. Rot. Rom. in decis.* 16. *tit. de priu.* Et an huic priuilegio, vt derogari possit, sufficiat, quòd sit dictum in concessione iurisdictionis, non obstante, quòd sint miserabiles, decis. affir. *de Franch. in decis.* 87. & *Gram. decis.* 20. Et quæ dicantur personæ miserabiles, decisum per *Guid. Pap. in decis.* 568. Item an habeat locum in virgine, decisum affirm. *de Franch. in decis.* 100. Et quid in virgine stuprata agente pro stupro in eam perpetrato, decisum negatiuè, idem *de Franch. in decis.* 599. Et quid in meretrice, decisum affirmatiuè, *Viu. in decis.* 521. Item an vidua, postquàm nupsit, retineat huius l priuilegium, decisum affirm. *de Franch. in decis* 457. Et an miserabiles personæ in causis criminalibus electionem habeant fori, decisum affirmatiuè, *Viu. in decis.* 65. Item & vltimò an pupillus subsistens in potestate aui, huius l. beneficio fruatur, negatiuè, & ita decisum fuit, teste eodem *de Franch. in decis.* 671.

COLLECT. II.

Super Auth. Res quæ. C. com. de leg.

AVthent. ista est decisa, & pract. per *Thess. in decis.* 151. vltra quam nonnullæ ortæ sunt decisiones. Et primò, num procedat in linea transuersali, decisum negatiuè, *de Franch. in decis.* 241. Item an procedat in filiabus nondum conceptis, decisum negatiuè, *Ioseph Lud. in decis. Perus.* 28. *nu.* 96. *& Tess. in decis.* 192. Et quid quando bona existunt materna, quibus filia dotari possit, & quibus nondum renunciauit, decisum negatiuè, *Rot. diuers. in decis.* 737. *par.* 1. Et quid randem in interesse dotis, & quartæ, decis. negat. *de Franch decis.* 613.

COLLECT. III.

Super l. hac edictali. C. de secund. nupt.

ISta l. fuit decisa, & practicata per *Thess. in decis.* 160. præter quam nõnullæ plures ortæ sunt decis. Et primò, nunquid procedat quando est facta donatio filiis secūdi matrimonij, decisum affirmatiuè, *de Franch. in decis.* 435. Item an etiam procedat relicta legitima filiis primi matrimonij, decisum negatiuè. *Card. Put. Rot. Rom. in decis.* 1. *par.* 1. Et an filij dicti primi matrimonij debeant præcipuè consequi legitimam, decisum affirm. *Crescent. in decis.* 4. *tit. de testam.* Item & quid in alimentis viduę relictis, decisum affir. *Rot. Auenion. in dec.* 95. Item an quod aufertur nouercæ, veniat diuidendum inter filios primi, & secundi matrimonij, decisum negat. *Rot. diuers. in decis.* 756 *par.* 3. Postremò an hæres non confecto inuentario, istius gaudeat beneficio l. decisum negatiuè apud *Cacher. in decis.* 148.

COLLECT. IV.

Super Auth. præterea C. vnde vir, & vxor.

HÆc Auth. est decisa, & practicata apud *de Frãc. in dec.* 318. præter quam nonnullæ extant decis. Et primò. an huius Auth. dispositio locum obtineat in vxore illa, fratres habente locupletes, à quibus alimenta percipere possit, decis. negatiuè, *Barz. Rot. Bonon. in dec.* 130. Et an procedat siquidem post mortem coniugis efficiatur diues, affirm. decisum apud de *Amat. Ro. March. in decis.* 72. Et quid si mulier, seu vxor ex suis lucretur operibus, an adhuc procedat istius dispositio, decisum affirmat. *Barz. in decis.* 131. Et quid in muliere luxuriosè viuēte, decisum negatiuè, *Surd. in dec.* 61. Item & quid si dotem sua culpa amisit, decisum affirmat. *Gramman dec.* 62. Et cui incūbat onus probandi vxorem fuisse indotatam, vel doratam, sed incongruè, decisum per *Barz. in decis.* 116. cum tribus sequentibus. Item an vxor in petitione huius quartæ præferatur anteriorib. creditoribus, decisum negatiuè, *Viu. in dec.* 259 *par.* 2. Et quid denique data dote, verùm exigua, decisum affirm. *de Franch. in decis.* 410.

COLLECT. V.

Super l. 2. C. de pac. int. empt. & vend.

EX ista equidem quamplurimæ ortæ sunt decisiones; Et primò, num fructus pendentes in fundo vendito cum pacto de retrouendendo, diuidendi sint pro rata temporis inter emptorem, & venditorem, decisum affirm. *Ioseph. Lud. in decis.* 79. & per *Tess in decis.* 56. Item num arbores vi ventorum eurlsæ in agris emptis cum eodemmet pacto de retrouendendo, debeant incidi, ac fieri signa vel tabulæ, æstimationéque facta, consignari vēditori, decisum affirmat. eodem *Ioseph. Lop. testo in decis.* 5 Et quid in pensionibus domorum tempore retrouenditionis debitis, decisum

decisum cum distinctione apud *de Franch.in decis.*79. Et an istud pactum cum modicitate pretij constituat cōtractum vsurarium, decisum affirm. *Afflict.in decis.*65.*&* 339. Et an remedium *l.2.C.de rescind.vend.* locum habeat quotiescunque vēditio fiat cum pacto redimendi, decisum negatiuè, *Ioseph Lud. in decisio.*97. Et an laudemium debeatur ex venditione facta cum prædicto pacto, decisum affir. *Tess. in decis.*75. Item & quid in iure congrui si locum habeat quoties vēditio fiat cum pacto de retrouēdendo, decisum negat. *Afflict.in decis.*338. Et quid in augmento, quod fit per alluuionem prædio, an tempore retrouenditionis debeatur emptori, decisum affirm. *Tess. in decis*140. Et an transeat ad hæredem venditoris, decisum affir. *Cornaz. in dec.*19. Item num resoluto contractu vigore huius pacti de retrouendendo, censeatur quoque resoluta hypotheca medio tempore contracta, decisum affirmatiuè, *de Franch. in decis.*64.192.226. *&* 369. Item pactum de retrouendendo num impediat alienationem, decisum affir. *Guid.Pap in decis.* 49. Item an vnus ex hæredibus, vel sociis totam rem valeat reemere, decisum neg. *Boer.dec.*151. Et per istud pactum num transferatur dominium in emptorem, decisum affirm. *Franch Mar. in decis.*601 Item nouissimè ex huiusmodi pacto de retrouendendo, num inquam oriatur actio personalis, vel realis, decisum pro actione personali apud *Mynsin. cent.6.obseru.*64. At pro reali apud *Boer.in decis.*182.

Collect. VI.

Super c.constitutus, §.intra annum, de in integrum restit.

IN materia Juris congrui cap. istud quamplurimas peperit decis. Et primò, num ius congrui locum habeat in contractu locationis, dec. affirm. *Mastrill.in dec.Rot.Sicil.*4 Et quid in venditione facta cum pacto redimendi, decisum neg. *Affl.in decis.*339. Quid in venditione, in qua adijcitur clausula, vt non transferatur dominium, nisi pretio soluto, decisum affirm. *idem in decis.*338 Item num vicinus, qui ius congrui petiit, possit, pœnitentia ductus, eius beneficio renunciare, decisum affirm. *de Franch. in decis.*346. Item an clericus pro iure congrui conueniri possit coram iudice seculari, decis. affirm. *Thom. Triuis.in dec. Venet.*34.*par.*1. Item an via vicinalis in medio duarum terrarum ius cong. impedire valeat, decis. neg. *Afflict. in decis.*61. Et num vicinus in re rustica præferatur vicino per hoc ius congr. in vrbanis, decis. neg. *idem in decis.*223. Item an istud ius competat contra emptores ab Hospitali S. M. Annunciatæ de Neapol. decisum negat *de Franch.in decis*383. Et an laico contra clericum, & è contra, per eundem decisum *in decis.*285. Item, num locum habeat in contractu emphyteutico, decisum negatiuè, *Affl. in decis.*72. Et an dominus directus præferatur vicino petenti rem emphyteuticam iure congrui venditam, decis. affirm. *Capyc.in dec.*99 Item an ius petendi congrui, currat à die contractus, decisum affirm. *de Franch. in decis.*392. Et numquid habeat locum in alienatione feudi noui, decis. neg. *Mastrill. Ro. Sic. in decis.*8. Item an locum obtineat in alienatione necessaria, decis. affirm. *Magon.in Rot. Flor. in decis.*100.& *de Franch. in decis.*277. Et pluribus rebus venditis, an detur ius congr. pro vna re tantùm, decis. affirm. *Boer.in dec.*251. Et num ius istud cedi possit, decis. affirm. *de Franch. in decis.*242. Item quid si emptor can-

dem rem ante litem motam donauit absque dolo, & fraude, an competat vicino ius congr. decisum negat. *Vin. in decis.* 320. Item an spuriis legitimatis ius istud competat, decisum negat. *Mynsing. cent.* 1. *obseru.* 35. Et an hoc ius etiam competat pro re indiuisibili, decisum affirmat *de Franch. in decis.* 550. Item intra quid temporis consanguineus, vel vicinus retrahere possit rem iuris vigore congrui alienatam, decis. intra annum, teste eod. *Mynsing. in cent.* 3. *obseru.* 51. Postremò num temporis fraus in iure congrui præsumatur, decisum per *Capic. in decis.* 38.

COLLECT. VII.

In l. creditores, C. de pign.

Ista l. fuit decisa, & practicata, primò per *Afflict. in decis.* 201. videlicet an per clausulam insertam instrumento, hoc est cum potestate capiendi bona sua, & suorum hæredum, censeatur inducta hypotheca, decis. negat. Item an Princeps possit auctoritate propria expellere possessores bonorum feudalium incapaces, decisum affirm. *Guid. Pap. decis.* 366 Item dispositio huius l. an hodie procedat, & quæ sit eius practica, decisum per *Affl. in decis.* 326. Et an pactum de ingrediendo possessionem, exerceri possit contra singularem successorem, decisum affirmat. *Flamin. Charta. Rot. Ien. decis.* 12.

COLLECT. VIII.

Super l. vniuersa, & l. quoties, C. de prec. Imp. offeren.

Ex ambabus his ll. disponentibus de dilationis quinquennalis, seu moratoriæ materia nonnullæ ortæ sunt decisiones; Et primò, quæ concurrenda sint, vt debitorib. competat hæc dilatio quinquennalis, decis. per *Afflict. in decis.* 288. Et an simpliciter concessa comprehendat causam dotis, decisum negat. *de Franch. in decis.* 119. Item num debitum iuratum, decisum negat. *Afft. in decis.* 5. Et an operetur cõtra creditores ex causa depositi, decisum negat. *de Franch. in decis.* 155. Et quid contra Neapolitanos pro pensionibus domorum, decis. negat. *de Franch. in dec.* 179. Et an contra creditores ex causa comestibilium, decisum negat. *Ann. in sing.* 101. Item an contra creditorem futurum, decisum negat. *Guid. Pap. in decis.* 109. Et an beneficium dilationis prædictæ transeat ad hæredem debitoris, decisum negat. *de Franch. in decis.* 179. Et num illa pendente, currant vsuræ, decisum cum distinctione. *Mastrill. Ro. Sic. in dec.* 16. & *Boer. in decis.* 296. Item an debitor contra suos impetrãs creditores dilationem, possit repelli per retorquutionem iuris iniqui, si agat contra suos debitores, decisum affirma. *Affl. in decis.* 66. Et an hæc dilatio non ab alio, quàm à Principe concedatur, decisum nega. *Viu. in decis.* 38. *par.* 1. Et num principali concessa, fideiussori prosit, decisum negat. *Bar. Ro Bonon. decis.* 76.

COLLECT. IX.

Super l. pen. ff. de relig. & sumpt.

Hæc l. fuit decisa, videlicet, an locum obtineat in creditorib. anterioribus, expressam habentibus hypothecam, decisum negat. apud *de Franch. in Cons. Neapol. in decision.* 51. Sed non ita *in Sen. Mant. apud Surd. in decis.* 111. Et num quoque procedat in creditoribus ex causa infirmitatis,

mitatis, decisum affirmatiuè, *Mastrill. Rota Sicil. in decision.* 10. Item & an creditor, de quo in hac l. veniat præferendus creditori anteriori ex causa dotis, decisum affirmatiuè, *Ioseph. Ludouicus in decis.* 78.

COLLECT. X.

Super c. licet dilectus, de test.

Istud c. loquens de materia repulsæ testium, fuit decis. & pract. primò per *Affl. in decis.* 126. videlicet, an repulsa concedatur aduersus testes examinatos in prima instantia, decisum affirm. *idem apud Mastrill. Rot. Sicil. in decision.* 78. At negatiuè apud *Thes. in Sen. Pedem. in decis.* 259. Item an repulsa testium concedatur in iudicio summario, decisum negat. *Capyc. in decis.* 55. Et quid in causa attentatorum, decisum affirmat. *Affl. in decis.* 351. Item & vltimò an minor in causa repulsæ restituatur ad pinguius probandum, decisum negat. *de Franc. in decis.* 421.

COLLECT. XI.

Super l. 1. C. si antiqui cred.

Ab ista l. 1. quamplurimæ ortæ sunt decisiones in materia iuris offerendi; Et primò quidẽ an hoc ius habeat locum post rem venditam iure creditoris, decisum negatiuè, *de Franch. in decis.* 224. Et quid si venditio non fuerit ritè, rectéque facta, decisum affirmat. *idem de Franch. in decis.* 69. Et num etiam habeat locum cõtra mulierem petentem dotium assecurationem, decisum negat. *Afflict. in decis.* 199. Item an detur contra emptorem ementem ab hærede cum beneficio inuentarij, decis. apud *de Franch. in decis.* 531. Item an posterior creditor teneatur offerre totum anteriori debitum, vel iuxta æstimationem rei possessæ, & quid quando fecit meliorationem, decis. per *Mago. Rot. Floren. in decis.* 51. Et *de Franch. in decis.* 37. Item an competat post sententiam, decis. affirm. *Capyc. in dec.* 41. Et an competat anteriori creditori possidenti, decisum affirmat. *Affl. in decis.* 259. Et an posteriore creditore offerente teneatur anterior docere se potiorem, & anteriorem, decisum negatiuè, *de Franc. in decis.* 427. *Magon. Rot. Flor. dec.* 39. & *Franc. Marc. decision.* 719. *par.* 2. Item secundus offerens primo, num & vsuras medij temporis teneatur offerre, decis. affirmat. teste *de Franch. in decis.* 15. Tandem an huic iuri præscribi possit, decisum affirm. *in Cons. Neap.* referente *Vinc. de Franc. in decis.* 9. Et *in Sen. Pedem. Th. ff.* teste *in decis.* 157. negatiuè tamen apud *Cacheranum in decis.* 115. & apud *Mynsing. cent. 1. obseru.* 16.

COLLECT. XII.

Super Auth. quæ supplicatio, Cod. de prec. Imp. offeren.

Hæc Auth. fuit decisa, & pract. primò per *Afflict. in dec.* 344. sc. An fideiussoria cautio, de qua in hac Auth. præstanda sit, non obstante procuratoris silentio, qui non reclamauit intra decem dies, decisum affirmat. Et an sufficeret cautio iuratoria, vbi non posset reperiri fideiussoria, decisum affirmat. *Franc. Mar. in decis.* 469. & *Guid. Pap. in decis.* 189. Item an exceptio satisdationis non præstitæ, iuxta huius Auth. dispositionem, sit dilatoria, & ad eam omissam restituatur minor, decis. negatiuè, *de Franc. in dec.* 190.

COLLECT. XIII.

Super l. filia ff. de legat. 3.

HAc ex l. nonnullæ ortę sunt decisiones in materia paragij: Et primò, quantum sit paragium à fratre sorori debitum: decis. per distinctionem apud *Afflict. in decis.* 160. Et an possit ascēdere ad totam portionem ab intestato competentem, decis. affirm. *Mastrill. Ro. Sicil. in decis.* 48. Item an filia agere pro paragio valeat in tertios possessores, ad quos bona paterna, patre mortuo, peruenerunt, decis. negat. *Gram. in decis.* 90. *& idem Afflict. in decis.* 162. Item num dos de paragio debeatur nepti ex filia præmortua, decis. affirm. *Mastrill. Rot. Sic. in decis.* 1. Item & quantum sit paragium debitum filiabus monialibus dec. considerationem habendam ad monasterij qualitatem, *de Franch. in decis.* 44. Licet aliud dicat decisum *Afflict. in decis.* 348. Et an paragium transmittatur ad hæredem, decisum affirm. *Gram. in decis.* 57 Et quid in sorore decedente ante nubilem ætatem hoc idem decisum teste *de Franc. in decis.* 618. Et an vltimò in paragio debito sorori ante nubilem ætatem, non cum filiis decedenti, frater consanguineus excludatur ab vtrinque coniuncto, decis. negat. teste eodem *in decis. sequent.*

COLLECT. XIV.

Super Auth. itaque C. comm. de success.

AVthent. ista in materia successionis fuit primò pract. per *Affl. in decis.* 193. videlicet, An frater succedat fratri in feudo nouo, affirmatiue decisum. Item in successione feudi an frater consanguineus præferatur sorori vtrinque coniunctæ, decis. affirm. *Minad. in dec.* 36. Et num etiam excludatur ab auia paterna, decis. negat. *idem in decis.* 26. Item an soror vterina admittatur simul cum fratre vterino in bonis obuentis matri ex latere ipsius fratris, decisum affirmat. *de Fran. h. in decis.* 25. Et quemadmodum soror vterina admittitur ad partem hæreditatis maternæ in beneficium ex vtroque latere coniunctorum, licet vterini existant fratres vigore consuetud. Neapol. an idem sit cum superessent fratres & sorores ex vtroque latere cum consanguineis tantùm. sc. vt portio paterna vadat in beneficium consanguineorum tantùm, decis. affirm. *idem in decis. seq.* Finaliter frater vterinus an simul succedat cum fratre vtrinque coniuncto in bonis ex linea materna ad fratrem mortuum obuentis, decisum affirmat. *idem in decis.* 99.

COLLECT. XV.

Super Auth. defuncto. C. ad Tertull.

SVper hac Aut. fuit decisum, nunquid pater ipse solus succedat filio in bonis per eum donatis, vel simul cum fratribus vtrinque coniunctis, secundùm quod disponit hæc. Auth. decisum pro fratribus, *de Franc. in decis.* 59. Et an frater ex vno latere tantùm admittatur cum ascendentibus ad descendētium successionem, iuxta huius etiam Auth. dispositionem decisum negat. *Beer. in dec.* 183.

COLLECT. XVI.

Super l. ade. C. loc.

HÆc l. fuit decisa, & pract. per *Afflict. in dec.* 49. extántque duæ aliæ.

aliæ decisiones, videlicet primò, an huius l. dispositio procedat, stante receptione pensionis anticipatæ, decisum negat. *Magon. in decis. Luc.* 75. Et quid existente necessitate tempore contractus locationis, decis. negat. *Rot. Im. apud Marilian in decis.* 29.

COLLECT. XVII.

Super l. certi iuris. C. loc.

ISta l. est decisa, & pract. per *Gam. in decis.* 57. præter quam & aliæ existunt decisiones; Et primò, num procedat in bonis minorum, decisum affirmat. *Ioseph. Lud. in decis. Perus.* 75. *par.* 2. Et an etiam procedat si bona inuecta, & illata fuerint aliena, decis. neg. *Afflict. in decis* 184. per totam. Vltimò, an locator in bonis inuectis, & illatis præferatur anterioribus creditoribus, decisum cum distinctione, prout refert *Ioseph. Lud. in decis. Perus.* 84. *par.* 2.

COLLECT. XVIII.

Super l. ne cui. C. loca.

PRædicta l. est decisa, & pract. per *Monter. in decis.* 47. in cuius materia aliæ subsistunt decisiones: Et primò, an procedat in conductore prædij fiscalis, decisum negat. *de Franch. in decis.* 406. Et quid existente consuetudine in contrarium, decis. negat. *Mynsing. centur.* 4. *obseru.* 23. Et quid si pactum interuenerit in scriptis, decisum negat. *Boer. in decis.* 107. Et an vltimò locum habeat in inquilino, decisum per *Afflict. in decis.* 238.

COLLECT. XIX.

Super l. scripturas, C. qui pot. in pig. hab.

QVamplurimæ de hac l. in mat. scripturæ priuatæ insurrexere decisiones. Et primò quæ requirantur, ita vt creditor per apocham anteriorem præferatur creditori posteriori instrumentario, decisum per *Viu. in decis.* 277. Et an non interuenient ib. requisitis cesset huius l. dispositio, decisum affirmatiuè, *Thom. Triuis. Rot. Venet. in decis.* 40. *par.* 1. Et num creditori huius l. vigore obtinere volenti incumbat onus probandi requisita, decisum affirm. *de Franch. in decis.* 644. Item si scriptura priuata reperiatur anterior in data, num pub. instrumento præferatur, decisum affirmatiuè, probata tamen per testes illius anterioritate, *Caput aquen. in dec.* 112. *par.* 3. Et an probata veritate huius scripturæ per alias probationes quàm per subscriptionem trium testium, cesset huius l. dispositio, decisum negatiuè *de Franch. in decis.* 95. Item an testes de præsentia deponentes in cōfessione apochæ, plenè probent, decisum affirmatiuè, *Afflict. in decis.* 181. *Ioseph Ludou. decis.* 7. & *Ann. alleg* 85. Et an etiam probent deponentes se habere notam manum debitoris, decisum negat. *Grani in decis.* 84. Item an recognitio per testes facienda, sit omninò necessaria, decisum affirmatiuè, *Boer. in decis.* 295. Et quid si à debitore fuerit confessata, decisum negatiu. *Barz. Ro. Bonon. in dec.* 21. Tandem an testes fidem adhibere valeant debitori se sua manu subscripsisse asserenti, cum ipsi non viderint, decisum affirmat. *Afflict. in decis.* 104.

COLLECT. XX.

Super l. assiduis. C. qui pot. in pig. hab.

HVius l. occasione fuit primò quæsitum an mulier pro dote præferatur anterioribus creditori-

bus expressam hypothecam habentibus, decis. negatiuè, *Cappel. Tholos. decis.* 217. Item an mulier in bonis viri habeat hypothecam à die contracti matrimonij, vel à tempore solutionis dotis, decisum pro secundo casu, teste *Boer. decis.* 331. Demum an dos confessata habeat huius l. priuilegia, decisum cum distinctione per *Afflict. in decis.* 402. & *Boer. in decis.* 330.

COLLECT. XXI.

Super l. scimus, cum suis §§. C. de Iur. delib.

CLauis est, & sedes materiæ inuentarij ista l. quamplurimas sub se continens decisiones, & primò num hæres non conficiendo inuentarium, teneatur de proprio, decisum affirmatiuè, *de Franch. in decis.* 556. Et quid confecto inuentario se suo proprio nomine obligante, affirmat. *idem in decis.* 323. Item an inuentarij beneficio priuari possit hæres à testatore, decisum affirmat. *Surd. decis.* 30. Et an per solam inuentarij cōfectionem dicatur quis adire hæreditatem, vel se pro hærede gerere, decisum negat. *Franc. Mar. decis.* 29. *part.* 1. Et num inuentarij confectio remitti possit per testatorem, decisum affirmat. *Guid. Pap. decis.* 353 Item an hæres non inuentarium conficiendo possit vti beneficio cessionis bonorum, atque c. *Odoardus, de solut.* decisum negatiuè, *Thom. Triuis. decis.* 8. *par.* 1. Et an possit venire contra factum defuncti confecto inuentario, decis. affirmat. *Barz. in Rot. Bonon. decis.* 64. Et non confecto inuentario num gaudeat benef. l. *hac edictali de secund. nupt.* decisum affirmat. *de Lauren. Rot. Auen. decis.* 96. Item an exceptio inuentarij possit opponi in executione sententiæ, decisum affirm. *Mastrill. Ro. Sicil. decis.* 24. Et exceptio pendentiæ confectionis inuentarij an impediat litis contestationem, decisum affirmat. *Cappel. Tholos. decis.* 257. Item si fiscus fuerit hæres institutus, an patiatur pœnas huius l. inuentarium non conficiens, decisum negat. *Guid. Pap. in decisione* 571. Item an fideicommissarius vniuersalis cogere valeat hæredem, vt conficiat inuentarium: Decisum affirmat. *Cappel. Tholos. decis.* 314. Item legato vsufructu librorum, tenetúrne legatarius ad inuentarij confectionem, decisum affirm. *Afflict. in decis.* 341. Et inuentarij confectio, quæ ex parte absentis fieri debet, requiritne speciale mandatum, decisum affirmat. *Thess. in decis.* 135. Item an inuentarium hæredis minoris aliquid omittentis, sit nullum, decisum negatiu. *Surd. in decis.* 122. Postremò an quis petendo tempus ad deliberandum, priuetur beneficio inuentarij, decisum negatiuè, *Franc. Marc. decis.* 29. *parte* 1.

COLLECT. XXII.

Super c. Odoardus, de solut.

FVit primò quæsitum super isti9 c. intellectu num militet in Clerico hærede, inuentario non confecto, decisum negat. *Thom. Triuis. decis.* 8. Item num procedat post tres sententias conformes, decisum negatiuè, *Card. Put. decis.* 56. *lib.* 1. Et num competat doloso, decisum negat. *Caputaquen. decis.* 185. *par.* 3. Et quid Clerico negante debitum, decis. negat. *Mohed. decis.* 1. *de solut.* Et quid si spoliator foret, decisum idem per *eundem in decis.* 1. *eo. tit.* Item Clericus in mino-

minoribus diuinis non inseruiens, possitne vti huius c. benef. decisum negatiuè, *Rotz. decis. 6.*

COLLECT. XXIII.

Super c. 1. & 2. de adult.

EXistunt aliquę decisiones ex istis c. c. ortæ; primò num Virgini stupratæ debeatur dos à stupratore, si postmodum ab alio cognoscatur, decisum negatiuè, *Caroc. decis. 58.* Et dos qualiter sit assignanda, sc. iuxta qualitatem, & facultatem stuprantis, an verò ipsius virginis stupratę, decisum secundùm facultatem stupratoris, *Cacher. in decis. 107.* Et quis Judex dicatur competens in assignanda huic dote puellæ, decisum pro Judice laico, *Fran. Mar. decis. 4. par. 1.*

COLLECT. XXIV.

In l. si post perfectam, C. de euict.

HÆc l. fuit decisa & pract. primò per *Afflict. in decis. 171.* & aliquæ aliæ postmodum ortæ sunt decisiones. Secundò, an etiam procedat excipiendo dispositio hæc, decisum affirmatiuè, *de Franch. in decis. 557.* Et quid si imminet euictio ratione hypothecæ, decisum affirmat. *Mon in decis. 47.* Et num procedat respectu partis, pro qua imminet euictio, vel respectu totius, decisum affirmatiuè, *de Franch. in decis. 555.* Et num imminente euictione in limine contractus, præstanda sit fideiussio, si principalis sit soluendo, decisum negatiuè, *Surd. in decis. 183.* Item an huius l. dispositio locum obtineat ante litem motam, seu iudicium cœptum contra emptorem, decis. negat. *Rot. diuers. in decis. 281 par. 2.*

COLLECT. XXV.

Super l. quicumque, Cod de apoch. pub. lib. 10.

LEx ista fuit decisa, & pract. per *Cornaz. in decis. 96.* Item apud *de Franch. in decis. 137.* videlicet an vt l. istius dispositio procedat, necessarium sit, vt solutiones sint trium annorum proximè præteritorum, decisum affirmatiuè, & an procedat contra tertium, decisum negatiuè, *Grat. decis. 152.* Et quid in solutione trimestrali, vel semestrali, decisum affirm. *Mynsing. cent. 5. obseru. 39.*

COLLECT. XXVI.

Super Constitut. Reg. Comitibus.

COnstitutio hæc de vita & militia loquens multas sub se continet decisiones. Et primò an frater primogenitus teneatur præstare vitam & militiam secundogenito clerico, decisum affirmat. *de Franch. in decis. 21.* Et quid fratri naturali, decisum negat. *Mastrill. Ro. Sicil. decis. 83.* Et quid fratri secundogenito habenti allodialia, decisum affirmat. *Afflict. in decis. 158.* Item & quid fructibus feudi non recollectis, vel collectis, sed amissis; decisum affirmat. *Minad. decis. 10.* Item quæstio vitæ, & militiæ an veniat compromittenda, decisum negat. *Affl. decis. 44* Sed quid in eius quantitate, decisum affirmat. *Minad. decision. 3.* Item in eius liquidatione, quod tempus inspiciatur, decisum tempus mortis inspiciendū, *de Franc. in decis. 61.* Et quanta sit vita, & militia, decisum per *Capyc. decis. 3.* Et num pro ea detur actio hypothecaria, decisum affirmat. *de Franch decis. 114.* Demum num ius illam peten-

dì transeat ad hæredem, decisum affirmat. per eundem *in decis.* 541.

COLLECT. XXVII.

Super Auth. hoc si debitor. C. de pigno.

AVth. ista plerasque peperit decisiones, & primò num procedat specialem creditore in re hypothecam habente, decisum affirm. *de Franch. in decis.* 587. idem apud *Thes. in decisio.* 51. Licet de mente sua videatur sentire contrarium, cùm quo & ipse sentio. Et quid in Fisco, decisum negat. *Guid. Pap. decis.* 9. Et quid interueniente clausula constituti, & precarij, decisum negat. *Capyc. decis.* 54. *Thess. decis.* 215 *Guid Pap. decis.* 42. Et quid inter mercatores, decisum idem, *Rot. Auen. decis.* 146. Et quid in acceptante literas cambij, idem decisum, *de Franch. in decis.* 103. Item quid cum agitur iudicio assistentiæ, decisum negat. *Afflict. in decis.* 93. Et quid cum agitur summariè sola facti veritate inspecta, decisum cum distinct. *Thess. decis.* 52. Item an exceptio excussionis, de qua hic, sit peremptoria, vel dilatoria, decisum esse peremptoriam, *Guid. Pap. decis* 93. Item & vltimò num sit necessaria sententia Iudicis declarantis excussionem esse legitimè factam, decisum affirmat. *Ioseph Ludou. decis. Perus.* 4.

COLLECT. XXVIII.

In l. non dubitatur, C. de euict.

NOnullæ de hac Lorte sunt decis. in materia euictionis; Et primò, quæ requirantur, vt quis de euictione agere possit, decisum per *Cornac. in dec.* 135. & an pactum, quòd quis non teneatur de euictione, sit validum, decisum affirma. *Thess. in decis.* 77. Item emptor scienter emens rem esse alteri obligatam, num agere valeat de euictione, negat. *Caroc. decis.* 96. Et an euictione sequuta, sit emptori satis si à suo auctore eadem res non deteriorata vnà cum interesse offeratur, decisum affirmat. *de Franch. in decision.* 149. Et num emptor si ex sua quantumquaque minima culpa causetur euictio, de hac agere queat, decisum negat. *Vtu. in decis.* 155. Item si euictio sequatur ex rei natura, an teneatur venditor, decisum negat. *Mastrill. Ro. Sic. in decis.* 61. Et an locum habeat in contractu permutationis, decisum affirm. *de Franch. in decis.* 34. Item creditor consentiens alienationi rei sibi hypothecatæ recipiendo pretium ab emptore, secuta postmodum euictione, teneatúrne pretium restituere, affirmat. decisum, *Mastrill. Rot. Sic. in decis.* 28. Item & vlt. facta restitutione euictæ rei, possintne reperi meliorationa, decisum cum distinct. *Thess. in decis.* 79.

COLLECT. XXIX.

In l. Authore laudato. C. de euict.

HÆc l. continet aliquas sub se decis. & primò num sit supersedendum in causa durante termino reo dato ad denunciandum authori, decisum cum distinct. apud *Mynsinger. centur.* 3. *obser.* 24. Et num iste author laudatus veniat citandus à delegato, decisum affirm. *Afflict. in decis.* 227. Et num istamet author inuito actore iudicium in se suscipere possit decisum cum distinct. *Pet. de Benit. in decis. Rot. Bonon.* 92. Item num huic detur primum & secundum beneficium, decis. affirm. *Afflict. in decis.* 16.

COLLECT.

COLLECT. XXX.

Super §. quamuis de pac in 6. & l. pactum dotale, C. de collat.

ISTis Tex. qui in mat. renuncia sunt magistrales, quamplurimæ accesserunt decis. & primò num filia bonis renunciare paternis intendés, certioranda, sit beneficio harum ll. decisum negat. *Guid. Pap. in deci.* 227. & si renunciauit bonis paternis, an censeatur prohibita quominus petere possit legitimam, eiúsque supplementum, decisum negat. *Mynsing. cent. 1. obseru.* 36. Sed quid si in tali renuncia interposuit iuramentum, respond. adhuc, *Bar. Ro. Bonon. in decis.* 103. Et si renunciauit successioni paternæ, an censeatur renunciasse successioni ex testam. decisum negat. *Mynsing. cent. 2. obseru.* 7. Et renuncians hæreditati paternæ succedat nihilominus in feudo? affirmat. secus si renunciauit bonis fraternis, *idem cent. 6. obseru.* 66. sed eius portio accrescit hæredi, cui pater prouidisse videtur, *idem cent. 4. obseru.* 21. At contrarium *Boer. in decis.* 4. Et renuncians existentibus fratribus, ipsis mortuis, an admittatur ad successionem sui patris non adhuc defuncti non obstante renuncia, decisum affirmat. *Capyc. in dec.* 190. Et si renunciauit ea lege apposita, vt mortuis suis fratribus sine liberis, possit redire ad ea bona, quibus renunciauit, num mortuo vno ex illis absque liberis, veniat admittenda? affirmat. *Thess. in decis.* 189. Et soror ex fratre dotata, quæ renunciauit hæreditati fraternæ, an excludatur ex illius successione per alteram sororem in capillo existentem? affirmat. *Afflict. in decis.* 162. Et renuncians bonis maternis, an censeatur renunciasse fraternis? decisum negat. *Caroc. in decis.* 62. Item renunciatio facta per filiam circa bona paterna, & materna, num extendatur ad ea, quę parens admittit transeundo ad secunda vota, decisum negat. *Guid. Pap. dec.* 228. Et renunciatio generalis facta per istam, num comprehendat etiam ius consuetudinarium respectu bonorum ad matrem ex successione alterius filiæ peruentorum, decisum affirmat. *de Franch. in decis.* 690. Et num renunciatio paternorum, vel maternorum bonorum ex testam. vel ab intestato facta per filiam dote contentam, excludat illam à donatione inter viuos, decisum negatiuè, *Afflict. in decis.* 350. Item an filia quæ renunciauit, faciat partem? decisum negat. *Guid. Pap. in decis.* 195. sed contrarium sentit *Capyc. in decis.* 159. Postremò num renunciatio facta per matrem, illa præmortua, præiudicet filiis etiam hæredibus eius existentibus? decisum negatiuè, *de Franch. in decis.* 67.

COLLECT. XXXI.

Super l. fin. §. quinquagesima, C. de iur. emphyt.

SVper hoc §. fuit primò dubitatũ cui soluendum sit laudimium, proprietario, vel vsufructuario? decisum pro vsufructuario, *Guid. Pap. in decis.* 447. Et an debeatur ex facta venditione cum pacto de retrouendendo, decisum affirmat. *Thess. in decis.* 75. Et quid pro alienatione necessaria, decisum negat. *idem in decis.* 139. Et an in datione in solutum? affirmatiuè, *de Franch. in decis.* 277 Item & quid in donatione legatorũ iuris emphyt. decisum affirmat. *in decis.* 201. Et an debeatur ex remissione, quæ fit inter socios, decisum affirmatiuè,

Guid. Pap. in decision. 41. Et quid ex permutatione, decisum affirm. *idem in decis.* 91. Item & quid ex venditione facta cum pacto l. commissoriæ, adiectionis in diem? decisum negatiuè, *idem in decis.* 47. Et an etiam debeatur possessione non tradita, decisum negat. *Cornaz. in decis.* 168. Item & quid in alienatione rerum feudalium? decis. negat. *Fran. Mar. in decis.* 368 Item an debeatur ab eo, in inuestitura comprehenso, decis. negat. *Ann. in alleg.* 106. Item res emphyteutica sit ne tacitè obligata pro iuribus laudimiorum, decisum affirm. apud *de Franch. in decis.* 350 attamen in contrarium sentiit *Surd. in dec.* 31. Item an debeatur ex venditione seruitutis realis, decisum affirmatiuè, *Fran. Mar. in decis.* 608. Item non soluendo quis laudimium an incidat in commissum? negat. *Surd. in decis.* 100. Item & vltimò quomodo & qualiter sit laudimium soluendum? decisum attendendam esse loci consuetudinem, teste *Fran. Mar decis.* 612.

Collect. XXXII.

In l. quod iussit, ff. de re Iudi.

Bis tantùm hæc l. decisa fuit, & primò in *Ro. March.* videlicet an locum habeat in interlocutoria iurisdictionis inducente reuocationem? decisum negatiuè, *de Amat. in decis.* 68. Et num cōtrarium Imperium, de quo hîc, locum obtineat semel, vel pluries? decisum semel, atque iterum vt est videre apud *Mastrill. in Ro. Sic. in decis.* 23.

Collect. XXXIII.

In l. cum heredes, ff. de acquir. poss.

Et in hac l. fuit dubitatum, & primò an procedat in incorporalibus, decisum affirm. *Caputaquen. in dec.* 152. Et quid in iure præsentandi si sine noua transeat in hæredem apprehensione, decisum affirmat. apud eundem *in decis.* 135. *par.* 2. Et quid in qualibet specie quasi possessionis, decisum pro parte affirmat. *idem Caputaquen. in decis.* 422. *par.* 2.

Collect. XXXIV.

In l. æquissimum, ff. de vsufruct.

Ista l. fuit decisa & practic. apud *Guid. Pap. in decis.* 551. & vltra ipsam primò dubitatum fuit an à sententia lata in possessorio summariiss. de quo hîc, possit appellari, decisum negat. *Ioseph. Lud. in decis. Perus.* 10 & an ista sententia dicatur interlocutoria, vel diffinitiua, decisum esse interlocutoriam, *Pet. de Benit. Rot. Bonon. in decis.* 79. Item in hoc Iud. num detur repulsa testium, decisum negatiuè, *Capyc. in decis.* 55. Et quid in beneficio restitutionis in integrum, decisum negatiuè, *apud eundem in decis.* 13. Et an vnicus testis sat erit in isto possessorio? decisum affirmat. *Grat. in decis.* 192.

Collect. XXXV.

Super Auth. cui relictum, C. de indict. viduit. toll.

Semel atq; iterum super hac Auth. fuit decisum, & primò num dispositio hæc locum habeat in viro, sicut & in vxore, decisum affirma. *de Franch. in decis.* 174. Secundò an si legatur vxori, si non nupserit, si postea nubit, debeat illa restituere rem legatam vnà cum fructibus, decisum affirmatiuè, apud eundem *de Franch. in decis.* 235.

Collect. XXXVI.

Super §. recuperandæ. instit. de interdict.

Circa hunc §. videto *Guid. Pap. in decis.* 41. Præter quem & alij quamplurimi super istomet §. deciderunt. Et primò *Afflict. in decis.* 395. qui, quæ sint necessaria ad obtinendum in possess. recuperandæ possessionis decidit. Et quale spolium sit attendendum, docet *Ro. Bonon. in dec.* 8. Et an locus, & tempus sint in libello declarandi, decisum affirmat. *Affl. in decis.* 250. Item num hoc possessorium detur in honoribus & dignitatibus, decisum affirmat. *de Franch. in decis.* 90. Et num pro iuribus incorporalibus, & annuis præstationibus, decisum affirmat. *Cacher. in decis.* 199. Et quid in actionibus personalibus, decisum affirmat. *Cappel. Tholos. in decis.* 59. Item an hoc possessorium competat hęredi spoliati, decisum affirm. *Grat. in decis.* 193. Et an Monacho ex Monasterio expulso, vt restituatur ad claustrũ, decisum affirmat. *Cappel. Tholos. in decis* 495. Et num parocho pro cadauere, decisum affirm. *Franc. Mar. in decis. prima par.* 2. Et an contra ingressum possessionem non facta prius mensura, quę fieri debebat iuxta formam venditionis, decisum affirmat. *Grat. Ro. March. in decis.* 191. Et num pro iurisdictione cohærente territ. decisum affirmat. *Franc. Marc. in decis.* 447. *par.* 1. Item exceptio proprietatis num obstet agenti hoc possess. decis. negat. cum limitationibus *Capyc. in decis.* 28. & 72. Et quid in exceptione clandestinæ, & precariæ, decisum affirmat. *Cappel. Tholos. in dec.* 259. Item & quid in exceptione promptæ fidei, decisum affirmat. *idem in decis.* 15. Et quid in exceptione spontaneæ renunciat. factæ post spolium, decisum per eandem *Cappel. Tholos. in decis.* 412. Item & quid in exceptione nominat. domini, decisum negat. *Afflict. in decis.* 217. Item in hoc possess. Iudex laicus sit ne competens aduersus clericum, decisum affirmat. *Guid. Pap. in decis.* 1. Sed quid si præcipuè ageretur de titulo, decis. neg. *Carroc. in decis.* 137. Nouissimè possessorium recuperandæ possessionis, & adipiscendæ veniant ne cumulanda simul in libello? decisum affirmatiuè in casu, prout refert *Afflict. in decis.* 118.

Collect. XXXVII.

Super l. 1. C. de dignitat. lib. 11.

Agitur hîc de amissione nobilitatis, cuius occasione multi casus circa id fuêre decisi; Et primò quomodo probetur nobilitas, decisum per *Guid. Pap. decis.* 387. Item an nobiles propriis manibus in eorum possessionibus operantes, amittant nobilitatem, decisum negat. *idem Guid. Pap. in dec.* 41. & 392. Et an nobiles mercaturam exercentes, decis. affirm. *idem in dec.* 391. & 396. Sed quid si illam per alium exerceant, an etiam amittant nobilitatem, nega. *Mys. sing. centur. 6. obseru.* 54. Et an nobiles, qui procuratoris officium exerceant, eam etiam amittant, decisum affirmatiuè. *Guid. Pap. in decisione* 88 Item num bastardi sint nobiles, decisum negatiuè. *idem in decis.* 580. Item mulier nobilis viro plebeio nubens, an efficiatur ignobilis, decisum affirm. *apud eundem in decis.* 480. Item DD. ll. an nobiles dicantur, decisum affirmat. *Guid. Pap. in decis.* 388. Et an etiam eorum filij, decisum affirmat. *idem in decis.* 389. Et an licentiati, & professores in ll. decisum negat.

featur nouatio, decisum affirm. *Affl. in decis.* 553. Et num acceptans literas teneatur etiam in casu decoctionis scribentis, pendente solutionis termino, decisum affirmat. *de Franch. in decis.* 303. Et an acceptante ante diem solutionis effecto non soluendo, scribens liberetur, decisum negat. *Ro. Ien. decis.* 2. Item si is, cui scribitur, acceptet cum protestu, deinde verò soluat simpliciter, an censeatur soluisse iuxta formam literarum sine protestu, decisum affirm. apud eandem *Ro. Ien. decis.* 6. Et si in tempore non soluat acceptans, teneatúrne ad interesse, decisum affirmtiuè, *Maril. decis.* 54.

COLLECT. XLI.

In extrauag. de empt. & vend. & Bulla Pontificia Nicolai Quinti.

ISTIS in locis censualibus contractibus tribuitur forma sub se continens nonnullas decisiones. Et primò, quæ requirantur ad eorum iustitiam, decisum per *Thess. in decis. Ped.* 154. Et census instrumenta qualiter executioni mandatur, decisum apud *Barz. Ro. Boron. in decis.* 66. *Molan. in decis Sicil.* 3. *par.* 2 Item num census possit constitui ab vsufructuario iuxta Bullæ terminos, decisum affirmat. *idem Mil. in decis.* 9. *par.* 2. Sed num eo mortuo cēsetur quoad hypothecam contractus rescissus, decis. affirmatiuè, *Mastrill. in ead. Rot. Sicil. in decis.* 94. Et num pretium debet interuenire de præsenti, decisum affirmatiuè, *Grat. Rot. March. in decis.* 22, & *Mastrill. in decis.* 94. Et num pactum in eo contractu appositum ipsius rescissionem continens, sit validum, affirmat. *idem Mastrill. in decis.* 95. Item an dicatur iniustus, si census constituatur super omnibus bonis, constituentis, non specificata aliter re particulari immobili certis finibus designata, decisum affirm. *Vin. in decis.* 369. Item vsquequo currat census, decisum vsque ad restitutionem sortis principalis, etiam si sors fuerit à tertio in manibus soluere debentis sequestrata, *Caputaquen. in dec.* 103 *par.* 1. Et num pro censu non soluto debeatur interesse, decisum affirma. *Gasp Tess. in decis.* 32. Et num denique possit pactum de retrouendendo prorogari, decisum affirm. *Anna in alleg.* 11. *part.* 1.

COLLECT. XLII.

In l. si quis decurio Cod. de Decurio. lib. 10.

DISPOSITIO hæc quæ patresfamil. propter numerum duodecim liberorum à munerib. reddit immunes; quinquies decisa fuit; Et primò an immunitas ob duodecim liberos transeat in filios patre mortuo, decisum affirmat. *Surd in dec.* 123 Et num extendatur ad donatiua quæ fiunt Regi, decisum negatiuè, *Guid Pap. in decis.* 401. Item an filia monialis prosit patri in hac immunitate, decisum affirm. *de Franc. in decis.* 532. Et quid in filio bastardo, decisum negatiu *Garz. in decis.* 8. Et quid in filio adoptiuo, decisum negatiuè, *Thess. in decis.* 266.

COLLECT. XLIII.

Super l. absenti ff. de don & l. nec ambigi C. de donat.

ACceptationem donationis per donatarium faciendam solent hic locorum tractare DD. super cuius materia octo sunt nonnullæ decis. Et primò num donatione in absentem collata, Notario stipulante pro

eo, & acceptante, acquiratur donat. ius irreuocabile ante suã ratihabitionem, decis. affirmat. per *Cacher. primo loco in decis. Pedem.* 32. At negat. per *Thess. sustinetur in dec.* 70. Mihi tamen prior opinio cordi est: cuius rationes, ne ex ordine præuaricatus videar, omitto. Sed quid dicendum in donatione pio loco facta, decisum affirmat. *Ioseph. Lud. in decis. Perus.* 29. Item num donatarius possit in præiudiciũ Fisci donationem acceptare, decisum affirm. *Thesaur. in decis.* 224. Et num in præiudicium hæredis donatoris, decisum affirm. *de Franc. in decis.* 339. & *Surd. in decis.* 11. & 206. Tametsi contrarium tenuerit *Ro. Rom. diuers. in dec.* 683. *par.* 1. duab. datis limitationibus. Et num rei dominiũ donatæ absenti notario stipulante in donatariũ transeat, decisum affirm. *Guid. Pap. dec* 49.

Collect. XLIV.

Super Auth. siue à me. C. ad Vell.

Contigit aliquoties hîc dubitari; Et primò nũ vxor agere possit hypothecaria, non extantibus aliis bonis mariti, existente correo insolidum obligato, decisum negat. *Affl. in decis.* 111. Et quod tempore alienationis viri bonis extantibus, quib. vxori consuli possit, tempore verò restitutionis minimè existentibus, an etiam agere valeat vxor ipsa, decisum affirmat. *idem Affl. in dec. seq.* Item an huius Auth. disp locum obtineat in Neap. decisum per eundem, *in decis.* 310. Et quomodo practicetur, numque sit correcta per consuetudinem Neap. decisum apud *de Franch. in decis.* 84.

Collect. XLV.

Super l. quoties, C. de don. quæ sub modo.

Vnicum dũtaxat dubium apud diuersos authores hac in l. decidendum se obtulit; vtrùm scilicet dominium in secundum donatarium absentem transeat, non sequuta traditione adueniente tempore, ita vt agi possit vtili rei vendicatione, decisum negat. *Guid. Pap. in decis.* 512. *Capyc. in decisio.* 203. & *de Franch. in decisione* 74.

Collect. XLVI.

Super c. nulli, & extrauag. ambitiosè, de reb. Eccl. non alien.

Alienationis rei Ecclesiasticæ materia hîc locorum sedes nõ paucas edidit decisiones; Et primò quæ sint adhibendæ solemnitates in ea, decisum per *Guid. Pap. in decis.* 149. & *Magon. in decis* 19. Et num ex diuturnitate temporis præsumantur interuenisse, decisum affirmat *Capyc in decis.* 16. Et num interuenire debeant in alienatione rei sterilis, & minimis Ecclesiæ vtilis, decisum negat. *idem Capyc. in decis.* 10. Et an in alienatione illa in euidentem Ecclesiæ vtilitatem tendente, decisum affirmat *de Franc. in decis.* 35. Et ad probandam vtilitatem eritne satis, quòd in instrumento sit dictum alienationem esse factam causa vtilitatis Eccles. decisum negatiuè, nisi probetur alio modo *Guid. Pap. in decision.* 151. *Cornaz. decis.* 87 & *Polyd. Rip. in obseruat.* 394. Et ratio vtilitatis quo tempore habenda sit, decisum alienationis tempore, *Guid. Pap. in decis.* 157. Et quomodo intelligatur Ecclesiæ vtilitas, decisum per *Polyd. Rip. in obseruat.* 395. Item num alienatio non solemniter facta, reuocetur, decisum affirm. *Rot. diuers. in decis.* 278. *par.* 1. Sed quid si solemniter attamen cum Eccl. læsione, decisum quòd adhuc reuocatur *Guid. Pap. in dec.* 160. Item si alienatio

quoque non cum solemnitate facta fuit, an reuocari possit ab Ecclesiæ Rectore, non obstante iuramento in contractu apposito, decisum affirmatiuè, *Polid. Rip. in obseru.396.* Et num in hac reuocatione veniant fructus restituendi, decisum affirmat. *Rot. Rom. diuers. in decis.13. cum seq par.1.* Item res Ecclesiastica semel alienata cum solemnitate, an efficiatur absq; ea perpetuò alienabilis, decisum affirmatiuè, *Garz. in decis.99.* & pulchrè *Guid. Pap. decis.100.* Item num in alienatione rerum Hospitalis solemnitas eadem requiratur, quæ & in rebus Eccles. decisum affirmatiuè, *Pet. de Benit. in decis. Rot. Bonon. 13.* Et an etiam in rebus Confraternitatis interuenire debeat solemnitas, scilicet in earum alienatione, decisum affirmatiuè, *Ioseph. Lud. in decis. Perus.93.* Item num absentes vocandi sint in dicta alienatione, decisum negatiuè, *Guid Pap. in decis.160.* Item num dispositio huius extrauag. possit in dubio reuocari ex vsu non recepto, decisum negatiuè, *Polid Rip. in obseru 391.* Nouissimè quibus ex causis annullari possit alienatio, decisum per *Rot. Rom. diuers in decis.160. par. prima.*

COLLECT. XLVII.

Super pragm. prima de osculan. mulie.

PRagmatica hæc pœnam osculantibus mulieres irrogans continet decisiones quatuor: Et primò qua pœna sint puniendi isti tales, decisum pœna vltimi supplicij, secundùm *Vin. in decis.117.* quanquam non ita decisum asserit *Afflict. in decis.276.* Et num qui puellam aliquam amplectitur inuitam, & acclamantem illius pudicitiam attentando in strata publica, sit ei eadem infligenda pœna, decisum negatiuè, *D. Lud. à Pegue. in decis. Cata'.7.* Item quomodo dicatur osculum luxuriosum, decisum per *Thom. Triuis. in decis. Ro. Venet.47. par. 2.*

COLLECT. XLVIII.

Super Auth. qua in prouincia, C. vbi de crim. ag. opor.

REmissionis delinquentium mat. hîc sedens quamplures peperit decisiones; Et primò quæ requirantur ad finem remittendi inquisitum vnà cum processu, decisum per *Guid. Pap. in decis.202.* Et cuius expensis fiat delinquentis remissio, decisum expensis petentis, *de Franch. in decis.332. num.4. Boer. in decis.303. Ioseph. Ludo. in decis. Peru.71.* Et an, vt fiat remissio, necessarium sit quod plenissimè constet de delicto, decisum affirmatiuè, *Guid. Pap. in dec.363.* Item num Iudex remittens causam Baroni possit præfigere terminum, infra quem causam habeat expedire, decis. negatiuè, *Ann. sing.269* Item Baro, cui non competit iurisdict. aliqua, aduersus quem alterius Baroniæ delinquentem, possitne illum capere, post hac verò ad Baronem, delictique iudicem remittere, decisum negatiu. *D. Ludo à Pegue. in decis Catal.3.* Et num delinquens in Ciuitate Neapol. seu in eius Casalibus veniat remittendus ad Baronem, decisum negatiuè, *de Franch. in decis.128.* Sed quid si alibi delinquat, decisum affirmat. *Magon. Ro. Lucen. in decis. 70.* Et *Vincent. de Franc. in decis. 66.* Item concessa iurisdictione in Vassallos non circumscripto territorio, num si illi delinquant extra territorium, & in carceratione præueniat M.C. veniat nihilominus

remittendi postea ad Baronem, decisum affirm. *Minad.decis.*18. Item an remissio delinquentis sit ad Judicem loci delicti facienda post sententiam, decis.neg. *Gramm..in decis.*27. Et an præfatus Judex ratione loci delicti possit punire reum de excessibus alibi cōmissis, decisum negat. *Thom.Triui. in decis.Rot.Venet.*60. *part.* 2.*& Thess. in decis.*90. Et an in remissione facienda attendatur locus mādati, an verò locus perpetrati delicti, decisum per *Guid.Pap.in dec.*104. Item in puniendo furto, quis præferatur, Judex loci contractati, vel loci delicti, decisum pro priori Judice, *Capyc.in decis.*104.*& de Franch.in decis.* 681. Item si M.Cur.perueniat incarcerando aliquem in Mari delinquentem, an habeat remittere ad Curiam Admiratiæ, cui competit iurisdictio in omnes, & quoscumque in Mari delinquentes, decisum negat.*de Franch.in decis.*142. Et num Reg.Prag. remissionem denegans latronum publicarum stratarum, permittens tamen, vt puniantur à quocumque præueniente in capiendo, procedat consignatione facta per alium Judicem, decisum negat.*de Franch.in decis.* 142. Item si ex duobus publicis latronibus simul delinquentibus, vnus capiatur per M. C. alter verò per Judicem loci delicti, vtrum iste talis Judex habeat remittere ad M Curiam ne causæ continentia diuidatur, decisum apud *Vincen. de Franch in decisio.*426. Item pluribus personis diuersi fori simul delinquentibus num singuli ad singulum eorum forum sint remittendi, decisum nega. *Capyc. in decis.*122. Item an contumax amittat ius petendi remissionem, decisum negatiuè, *Afflict. in decis.*133. In contractibus tandem habétne locum remissio, decisum affirm. cum modificatione tamen, de quo per *Mynsing. cent.*2.*obseru.*15. Et nonnulla alia vide per *de Franch. in decis.*147. *& Intringl. decis.Sicil.*49.

COLLECT. XLIX.

In l prima.C.de famo.libell.

TRibus vicibus vsque adhuc contigit dubitari, & consequenter decidi super hac l.in mat.famosi libelli; Et primò an procedat si libellus non fuerit affixus, decisum affirmatiuè, *de Franch. in decis.* 533. Et an in eo literarum comparatio plenam inducat probationem, decisum negatiuè, *Thom. Triuis. in decision.*52. *par.*2. Et num condemnatus propter huius libelli affixionem reddatur infamis, ita quod ad Judicatus dignitatem de iure promoueri non veniat, decisum negatiuè cum modificatione, *Gamm.in decision.*139.

COLLECT. L.

In l.Imperialem, de probib feud.alien. per Feder.

PLuries per *Afflict. hoc in Text.* in feudi alienatione Regium requirente assensum, occurrit decidere; Et primò num regius assensus, per verbum fiat, sit validus, ita, vt reuocatio virtute Constit. Diu.mem.impediatur, decisum affirmatiuè, *Afflict. in decis.*254. Et num fauore dotis possit, post alienantis mortem impetrari, decisum affirmatiuè, *de Franch. in decis.* 86. Item num in alienatione feudi trahatur retrò, decisum negatiuè, *Afflict.in decis.* 286. Item num sit præstandus in obligatione feudi pro dota, & antefato, si maritus

maritus pro delicto ab eo commisso nondum fuerit accusatus, decisum affirm. *idem Affl. in dec.* 385. Item num feudatario præstitus super alienatione facienda prosit, si alienatio erat per prius facta, decisum negat. *idem in decis.* 355. Et an requiratur in pacto de vendendo feudum, decis. affirm. *de Franch. in decis.* 48. Item num possit probari super obligatione feudi, vel alienatione per testes, decisum affir. *Affl. in decis.* 398. Item Rex possitne non præstare (si nolit) assensum, dec. affirm. cùm sit gratia, *Ann. in alleg.* 39. Et num demum in alienatione subfeudi sat assensus Baronis erit, decis. affirm. *Afflict. in decis.* 244.

COLLECT. LI.

In l. fœmina, C. de secund. nupt.

FVit primò dubitatum an procedat si filij sint hæredes patris, pro parte affirm. fuit decisum secundùm *Affl. in decis.* 314. verùm post eum negat. apud *de Franc. in decis.* 106. Num huius l. dispositio sit per consuetud. Neap. correcta, decisum negat. apud eundem *de Franc. in decis.* 631. Item an procedat in donatione facta ob seruitia præstita, decis. negatiuè, *idem in decis.* 428. Et quid in donatione ob causam, decisum idem apud eundem *in decis.* 664. *par.* 4. Item & vltimò an procedat in donatione per primi viri consanguineos collata tempore contracti matrimonij, decisum affirmat. *idem de Franch. in decis.* 195.

COLLECT. LII.

Super c. cùm Apostolum, §. prohibemus, de censib.

TEx. iste, qui particularis est, in materia subsidij charitatiui pluries decisus fuit; Et primò quantum sit istud subsidium charitatiuum, decisum esse quartam partem annui redditus ipsius feudi, *Afflict. in decis.* 136. Et quibus in casibus imponi possit, decisum per *Boer. in decis.* 134. Et vnde denominationem sumpsit, decisum per *Guid. Pap. in decis.* 371. Item num Episcopus imponens charitatiuum subsidium, possit ad eius solutionem per censuras subditos cohercere, decisum affirmatiuè, *Boer. in decis.* 136. Et num Episcopus pro sua consecratione possit charitatiuum subsidium petere, decisum affirmatiuè, *Gram. in decis.* 88. Item num Prælatus Episcopo inferior possit imponere istud subsidium charitatiuum, decisum per *Boer. in decision.* 133 Vltimò num imponi possit à religiosis exemptis, decisum negat. *idem Boer. in decis.* 135.

COLLECT. LIII.

Super c. si Iudex laicus, de sentent. excom. in 6.

NOn paucæ quidem decisiones ex istius c. dispositione depromptæ sunt; Et primò num declinatoria fori competens clerico, competat etiam eius fideiussori laico, decisum negatiuè, *Afflict. in decision.* 206. *& Mynsing. cent.* 2. *obseruat.* 5. Et an etiam competat clerico coniugato incedenti cum habitu, & tonsura, caligas tamen bipartitas diuersorum portanti colorum, decisum affirma. *Cappel. Tholos. in decis.* 52. Et num clerico committenti assassinium, decisum affirmatiuè. *Capyc. in decis.* 112. *Et de Franch. in decis.* 276. Et num clerico falsum deponenti coram Judice laico, decis. affirmatiuè, *Afflict. in decision.* 219. *&*

236. *& de Franch. in decis.* 147. *& Tho. Triuis. in dec. Venet.* 8. *par.* 2. Item num clerico ad concurrendum, vel ad videndum inuentarij confectionem citato à Iudice seculari, decisum negatiuè, *Mastril Rot. Sicil. in decis.* 79. Et num clerico coniugato; decisum affirmatiuè, *Gram. in decis.* 10. Et an clerico authori laudato, decisum affirmatiuè, *Capyc. in decis.* 197. Et num clerico reconuento, decisum negat. *Afflict. in decis.* 173. Sed tamen contrarium dicit esse decisum *Cappel. Tholos. in decis.* 95. cuius decisioni libentiùs accedo: Item num illi post obligationem penes acta M.C. clerico effecto, de hoc *de Franch. in decis.* 657. Et num illi post relegationem effecto clerico, qui postea decessit ab Insula, decisum affirmat. *de Franch. in decis.* 395. Item num clerico, qui commisit in Regiam Maiestatem, decisum negatiuè, *de Franch. in decis.* 691. Et num clerico Bastardo delinquenti, decisum affirmat. *Gram. in decis.* 81. *& de Franch. in decis.* 189. Et quæ habeant concurrere ad hoc, vt clerico delinquenti non competat hæc declinatoria fori, decisum per *Capyc. in decis.* 161. Et num iam clerico non à suo Episcopo ordinato, decisum affirmat. *Guid. Pap. in decis.* 449. Et num clerico laici hæredi, decis. affirmat. *Mynsing. cent.* 5. *obseru.* 45. Item num clerico, qui alicuius pupilli tutelam administrauit, decisum affirmatiuè, *Domin de Rot. in decis.* 5. *titul. de Iudic.* Et num post sententiam condemnatoriam, decisum affirmatiuè, *Valas. in decis.* 65. Item num clerico pro iure congrui conuento, seu affictu domus, decisum affirmat. *Thom. Triuis. in decis.* 34. *part.* 3. Item num clericus possit reconueniri facta publicatione in causa; decisum affirmat. *de Franch. in decis.* 376. Item num clericus renuncians conuentioni, euitet iudicium reconuentionis, decisum negatiuè *de Franch. in decis.* 349. Item an confessio facta per clericum coram Iudice seculari, noceat illi coram Iudice Ecclesiastico, decisum negatiuè, *Cappel. Tholos. in decis.* 425. Et clericus delinquens sitne remittendus Episcopo originis, seu domicilij, vel Diœcesis perpetrati delicti, decisum pro casu posteriori, *de Franch. in decis.* 37. Nouissimè conuentus simul cum laico in actione hypothecaria, éstne quidem remittendus Iudici ecclesiastico, decisum affirmatiuè, *Capyc. in decision.* 73.

COLLECT. LIV.

Super Constit. Reg. in aliquib. & Const. vt de successionibus.

HArum Constitut. occasione filias fœminas excludentium à successione paterna, existentibus masculis, pluries occurrit decidere: Et primò quæ requirantur, quòd per existentiam masculorum eæ veniant à successione exclusæ, decisum per *Mynsing. cent.* 5. *obseru.* 26. Et ad hoc vt etiam excludantur, requiruntúrne tot dotationes, quot & successiones, decisum affirmatiuè, *Ann. in allegat.* 81. Item num constitutio hæc excludens dotatam, indotatam excludere censetur; decisum negat. *Gasp. Thess. in decis.* 42. Item num harum constitut. dispositiones locum obtineant, tam in successione paterna, quàm materna, decisum affirmatiuè, *Afflict. in decis.* 278. in primo dubio; Et quid in successione fraterna, decisum negat. *de Franch. in decis.* 171. Et quid in successione feudi plani, & de tabula, decisum

cisum affirm. apud eundem *de Franc. in decis.7.* Item an excludantur à successione dotantis tantùm an verò aliorum, decisum pro priori casu, *Thes. in decis.* 62. Et num exclusæ harum vigore Constit. concurrant cum masculis in proprietate reseruata filiis ex dispositione Auth. præterea. C. vnde vir, & vxor, decisum negatiuè, *Surd. in decis.* 7. Item maritata, quæ à statuto venit exclusa, succedátne cum nupta, & indotata fratri dotanti de bonis paternis, decisum negatiuè, *Th. ff. in decis.* 63. Et num faciat partem exclusa similiter à statuto, decisum per *Th. ff. in decis.* 159. *& Surd. decis.* 25. Item an disp hæ procedant in hæreditate fœminæ, decisum negatiuè, *Surd. decis.* 9. Vltimò num per existentiam neptis ex filio, excludatur amita, decisum negatiuè, *Gram. in decis.* 63.

Collect. LV.

In l. quod meo. ff. de acqu poss.

Materies quidem clausulę constituti sedet hic, *& in l. interdum, ff. eod. tit.* plerasque sub se continens decisiones: Et primò num per hanc clausulam transferatur dominium, decisum affirmatiuè, *Guid Pap. in decis.* 168. Et num venditori constituenti se nomine emptoris possidere, agentiad pretium obstet exceptio rei non traditæ, decisum affirmatiuè, *Flam. Cartar. in decis. Rot. Ien.* 81. Et num clausula hæc operetur stante statuto, vetam, ac corporalem requirente traditionem, decisum negatiuè, *Grat. Rot. March. in decis.* 238. *in* 2. *dubio.* Et an emptor agere possit ad actualem rei emptæ, realémque traditionem, non obstante constituto in contractu apposito, decisum affirmatiuè, *Cacher. in decis.* 38. Et num clausula hæc operetur quoad incorporalia, decisum cum distinct. per *Polidor. Rip. obseru.* 152. Item non apposita in instrumento, habetúrne pro supposita ob tabellionum consuetudinem, decis. affirmatiuè, *Rot. Bonon. apud de Beniten. in decis.* 32. Et an contineatur sub clausula illa, quæ omnia, &c. decisum negat. *Iaffred. in decis.* 49. Et num transeat ad hæredem constitutarij, decisum affirmatiuè, *Thess. in decis. Pedem.* 105. Item constitutum collatum in tempus mortis, pòstve mortem, valeátne; & operetur, decisum negatiuè, *Thess. in decis.* 38. Et num hoc stante constituto requiratur excussio de bonis debitoris, decisum negat. *idem in decis.* 218. Item an tertius possessor ex ista clausula inhibere valeat executionem sententiæ, decisum negatiuè, *Valasc. in decis.* 55. Item num constitutum possessorium adiectum hypothecæ bonorum censeatur sublatum, resoluta hypotheca, decisum affirmatiuè, *Cacher. in decis.* 34. Demum ad incurrendam pœnam in casu venditionis, etitne satis constitutum hoc, decisum negatiuè, *Polidor. Rip. in obseru.* 342. Et num valeat saltem in vim cessionis, decisum per *eundem in obseru.* 353.

Collect. LVI.

Super doctrina Bart. in l. 1. *ff de pr... ... credi.*



In materia renouationis emphytheusis finitæ ob generationis interitum fuit primò dubitatum num id procedat in emphyteusi Ecclesiæ, & fuit decisum affirma. *Caputaq. in decis.* 304. Sed quid si Ecclesia velit penes

se retinere rem, decisum negat. *idem in decis.*303. Item num cognatis competat ius istud petendi renouationem, decisum pro parte affirmatiua, *Valas. decis.*103.

Collect. LVII.

Super Constitut. Reg. Hostici exceptione.

IN huius exceptionis materia nonnullæ ortæ sunt decis. Et primò num huic exceptioni renunciari possit, decisum affirmatiuè, *de Franch. in decis.*164. Item num hæc hostica exceptio possit opponi agenti pro dote, decisum negatiuè, *idem in decis.* 286. Et num hæc eadem exceptio competat vxori militis, decisum negatiuè, *Capyc. in decis.*172. Sed quid suum sequenti virum in castris, decisum affirmat. *idem in decis.*176. Et quid vxori pro dote conuentæ, quæ possidetur per virum in castris existentem, an competat hæc exceptio? decisum affirmatiuè, *Fran. Milan. Ro. Sic. in decis.*9. Vltimo allegans hanc exceptionem contra suos creditores, an agere possit contra suos debitores, decisum affirmatiuè, *Ann. in alleg.*75.

Collect. LVIII.

Ex Conc. Triden. sess.15.c.9. de refor.

EQuidem ista sacra dispositio decidendi in materia probandi iuspatronatus, nonnullis tribuit ansam; Et primò quomodo probetur generaliter iuspatronatus, decisum per *Achil. de Graff. in decis.*4.5. & 7. *in tit. de Iur. patrona.* Et num possessio quinquagenaria cum præsentationibus effectuatis sufficiat ad istius iuris probationem, decisum negat. *Ro. diuers. in decis.* 409. *par. prima.* Et quòd requirantur præsentationes, decisum per eandem *Ro. in decis.*791. *par.* 1. Item ius patronatus præsumatúrne ex fundatione, seu dotatione, vel ex vsurpatione in dubio, decisum pro superiori casu, *Mohed. in decisio.*3. *de iu. patrona.* Et *Crescent. in decis.*1. Sed quid in magnis domibus, decisum pro præsumptione vsurpationis in tali casu, *Caputaquen. in decis.*128. *par.*2. Et quid in personis parochianorum, decisum idem, *Cardin. Pute. in decis.* 57. *lib.*1. Et quid in iurepatronatus Vniuersitatum, & communitatum, decisum similimodo, *Mohed. in decis.* 2. *de iu. patronat.* Vlt. num Imperatori, vel Regi veniat concedenda remissoria probandi ius patronatus, decisum cum distinct. *Pute. in decis.*160. 1559. & 1558. *vol.*1.

Collect. LIX.

Super l.1. ff. de iu. codicill.

DE mat. clausulæ codicillaris, de qua hic DD. insurrexerunt aliqua dubia, quæ posthac decisa fuerunt: Et primò, si institutione effecta caduca, puta per prædecedentiam instituti, an hæc clausula codicillaris operetur quoad substitutionem, decisum affirmat. *de Franch. in decis.*156. Item testamentum fratris per querelam alterius fratris nullum declaratum, an vigore huius clausulæ sustineatur, decis. affirmat. *Thess. in decis. Pedem.* 128. Et per natiuitatem posthumi ignoranter præteriti ruptum, an etiam sustineatur, decisum idem *apud eundem in decis.*141. Item hæc clausula præsumatúrne ex voluntate testatoris, vel ex capite notarij apposita, decisum ex voluntate testa-

testatoris *Caroc. in decis.* 22. Et num stet ampliatiuè, vel subsidiariè, decisum cum distinct. *Polid. Rip. in obseru.* 322. Item hæc clausula an importet repetitionem venientibus ab intestato, decisum affirmatiuè, *Guid. Pap. in decisione* 323. *Et de Franch. in decision.* 1.

COLLECT. LX.

Super doctrina Panor. in c 2. de feud. circa clausulam illam, saluo assensu domini.

FVit primò dubitatum an clausula hæc excuset à caducitate emphyteutam ob alienationem, decisum negatiuè, *Gram. in decis.* 49. Et num operetur emptore litigante vsque ad sententiam, decisum negatiuè, *de Franch. in decis.* 266. Et num censeatur repetita in traditione, decisum negatiuè, *Minad. in decis.* 14.

COLLECT. LXI.

In l. cogi, C. de petit hæredit.

IVxta regulam huius Text. quòd nemo cogitur titulum suæ possessionis ostendere: Fuit primò dubitatum, & consequenter decisum an quis cogatur titulum ostendere in rebus feudalibus, & dic quod non, *Affl in decis.* 165. Et num rector, vel curator Ecclesię agens aduersus eiusdem Ecclesiæ debitores, vel altaris teneatur ostendere titulum, decisum affirm. *Capyc in decis.* 6. Et an quoque successor habeat sui authoris titulum indicare, decisum negat. *Viui. in decis.* 139. Item num quis cogi possit ad ostendendum titulum possessionis aquæ, decisum negat. *Ann. in alleg.* 76. Et num cogatur quis titulum ostendere in præscriptione immemorabili, decisum negatiuè, *Mynsing. cent.* 1. *obseru.* 30. Et an huiusmodi tit. præsumatur ex temporis antiquitate, decisum cum distinct. *Caputaquen. in decis.* 314. *par.* 3. Videto tandem ad huius tituli materiam, *Affl. in decis.* 374. *Capyc. in decis.* 97. *de Franc in decis.* 166. *& Boer. in decis.* 315.

COLLECT. LXII.

Super Auth. qui rem, Cod. de sacrosanct. Eccles.

HÆc Auth. quæ disponit emphyteutam expelli posse ob deteriorationem, pepetit aliquas decisiones; Et primò quæ concurrenda sint quòd propter deteriorationem possit expelli, decisum per *Mon. in decis.* 13. Et num compelli possit ad rem deterioratam reficiendam, decisum affirmatiuè, *Cappel. Tholos. decis.* 355. Item an ob incisionem arborum veniat expellendus, decisum affirmat. *Grat. Ro. Marth. in decis.* 174. Sed quid si arbores non fuêre fructiferæ, decisum negatiuè, *Ro. Lucen. apud Lepid. in decis.* 138. Et quid si loco earum aliæ subrogentur, decisum negat. *Ioseph Lud. in decis Perus.* 9. Item & vlt. emphyteuta, qui extirpauit oliuetum, vineámque plantauit, an incidat in commissum, decis. negat. *Valas in decis.* 50.

COLLECT. LXIII.

In l pecunia, C. de priuil. Fisci.

SEcundùm hunc Text. fuit primò dubitatum apud *Afflict. in decis.* 190 videlicet an pecunia liberata secũdo creditori possit auocari per an-

teriorem creditorem; Et fuit decisum cum distinct. de quo per *Gram. in decision.* 1. post alias. Item num anterior creditor auocare possit à posteriori creditore, quod isti solutum fuit, vel cessum, sed nondum exactum, decisum negatiuè, *Flamin. Cartar. Rot. Ien. in decis.* 19. Item an hæres pro parte sua pecuniam exigens testatori debitam, teneatur illam cohæredi communicare, decisum cum distinct. *Ann. in alleg.* 4. *vol.* 1. Et ad decisionem huius l. vide *Capyc. in decis.* 78. *Carro in decis.* 109. *& Ioseph Ludou. in decis Perus.* 45. *par prima.*

COLLECT. LXIV.

Super c. vt nostrum, de appellat.

BIs atque iterum super isto c. decisum fuit. Et primò an per solam commissionem reuisionis censetur causa auocata, decisum affirm. *Magon. Rot. Florent. in decision.* 90. Et num causa semel auocata, censetur semper auocata, decisum affirmat. *Pute. in decision.* 240. *lib.* 2. Et num distet auocatio causæ proprio facta motu ab illa, quæ ad partis postulationem fit, decisum affir. *Pet. de Beniten. in decis. Bonon.* 41.

COLLECT. LXV.

Super Constit. Reg. Quamplurimum.

OCcasione huius Constitut. de adiutorio, seu subuentione à Vassallis Baronibus debita, loquentis, multæ decis. emanarunt. Et primò si feudum concedatur cum qualitate burgensatica, allodiali, an adhuc debeatur subuentio? decisum affirmatiuè, *de Franch. in decis.* 131. Et an etiam debeatur Baroni filiam suam naturalem, vel spuriam nuptui tradenti, decis. negat. *Boer. in decis.* 127. Et num maritanti sororem, decisum affirm. *de Franch. in decis.* 73. Item an debeatur monachanti filiam, decis. affirmat. *idem in decis.* 42. Et an ex tempore ingressionis, vel professionis, decisum ex tunc cùm profitetur. *Ann. in singul.* 13 Item debeâtne auo neptem collocanti, decisum affirm. stante patris puellæ paupertate, *de Franch. in decis.* 215. Item num debeatur ei qui cum pacto de retrouendendo, decisum affirmatiuè, apud eundem *de Franch in decis.* 76. Demum an subuentio hæc exigenda sit ex proprietario, vel ab vsufructuario? decisum per *Capyc in decis.* 184.

COLLECT. LXVI.

In l. maiorem ff de pact.

CReditorum concurrentia, de qua hîc, habet tres decisiones. Et primò quib. in casibus congruat, decisum apud *Afflict. in decis* 288. Et quomodo fiat, decisum apud *de Franch in decis.* 82. Item num creditor hypothecam habens per priuatam scripturam, & apocham, teneatur stare concursui maioris partis creditorum, decisum negat. *Flam. Cartar. Ro. Ien. in decis.* 130.

COLLECT. LXVII.

In l. si tempora, Cod de fid. instrum. lib. 10.

OBlationis in subhastatione materia hîc sedens nonnullas sub se continet decisiones. Et primò, vt subhastatio ritè, rectéque fiat, quæ

quæ sint necessaria, decisum per *M. Ant. de Amat. in Ro. Ma ch. decis.* 67. Item num ecclesia, & ciuitas restituantur in venditione facta sub hasta, decisum affirmatiuè, *Guid. Pap. in decis.* 536. Num & minor, decisum adhuc, *Franc. de Claper. in decis. vni. cau.* 3. Et quid in Fisco, decisum negatiuè, *Afflict. in decis.* 340. Item an transfertúrne in emptorem sub hasta absque traditione dominium? decisum affirmatiuè, *Guid. Pap. in decis.* 12. Item an quilibet in hac venditione ad offerendum admittatur, decisum affirmatiuè, *Fran. de Claper. in decision. vni 7. cau.* Et quoties fiat addictio, decisum semel tantùm, *idem de Claper. in decis. prim. 5. cau.* Et num fructus rei venditæ pendentes in hac addictione veniant, decisum negatiuè, *Valas. in decis.* 36 Item num factis subhastationibus, alia admittatur oblatio, decisum affirmatiuè, *Magon. in decis. Ro. Florentin.* 13. Et num si pretij augmentum offeratur, admittatur, decisum negat. *Fran. de Claper. decis. 2. cau.* 5. Item num in hac venditione facta sub hasta habeat locum vicini prælario vigore iuris congrui, decisum affirmatiuè, *Magon. Rot Floren. decis.* 100. Item si res non commodam patitur diuisionem, deueniendúmne sit ad licitationem, decisum affirmat. secundùm *Capyc. in decis.* 16. & *Boer. decis.* 5 tametsi *Vin.* dicat fortè diuidendum esse *in decis.* 437. Item hæc, quæ fit sub hasta venditio ad instantiam anteriorum creditorum, dicitúrne fieri iure creditorum? decisum affirmat. *de Franch. in decis. 69. num.* 2. Et an docere se debeat potiorem creditor in hac vend. affirmat. *Anna. in alleg* 78. Et re vendita hoc modo valeátne posterior creditor quid prætendere circa augmentum temporis? decisum negatiuè, *Ann. in Alleg.*

COLLECT. LXVIII.

In l. Item quæritur §. exercitu. ff. loca.

Text. iste decisus est & pract. per *Th ff in decis.* 108. Item per *Gra. Ro. Marth. in decis.* 222. sc. an procedat stante not. impedimento, fuit decisum negat. Et quid in impedimento causato ex facto locatoris, decisum negat. *Ioseph Ludou. in decis. Perus.* 12. Et quid si denunciatio fieri nequit sine periculo, an adhuc procedat tex. iste, decisum negat. *Ro. Rom. diuers. in decis* 241. *par.* 1.

COLLECT. LXIX.

In l diffamari, Cod de ingen. & manumiss.

Lex ista fuit primò decisa & prac. per *Afflict. in decis.* 164. præter cuius decis. aliquæ aliæ posthac emanarunt; Et primò in quibus casibus non locum obtineat hæc dispositio; decisum per *Boer. in decis.* 245. Item an agens remedio huius l. docere debeat de suo interesse, & sic de possessione, & iure suo, decis. affirm. *Ro. Rom. diuers. in decis* 801 *par prima.* Et an etiam procedat in persona iactanti se nobilem, seu ignobilem, decisum affirm. *Gram. in decision.* 105 Et an competat bannito, vel excommunicato, decisum neg. *Cather. in deci* 151. Item an agenti huius l. remed. obstet exceptio litis pendentiæ, decisum negat. *Flam. Carta. in decision.* 44. *Rot Ian.* Et quis dicatur actor vtrum diffamans, vel diffamatus, decisum pro diffamato, *Afflict. in decis.* 268.

COLLECT. LXX.

Super l fin. Cod. de edict. diu. Adr. toll.

PRo huius text. practica videto *Ioseph. Lud. in decis. Perus.* 69. Praeterea *Afflict. in decis.* 119. vbi scil. an hic text. procedat in feudis quaternatis. Et quid in testamento nuncupatiuo, decisum affirmatiuè, *Ann. in allig.* 90. *p. prima*. Item immissus vigore huius l. in possessionem, teneatúrne cauere in casu succumbentiae etiam de fructib. decisum apud *de Franch. in decis.* 617. Et agenti remedio huius l. obstétne exceptio illegitimatis, decisum negatiuè, *Caputaquen. in decis* 341. Et an exceptio defectus tit. vel proprietatis, decisum affirmatiuè, *idem in decis.* 344 *p.* 3. Et contra immissum huius l. vigore in possessionem, venitne opponenda exceptio spoliationis, decisum negatiuè, *idem Caputaquens. in decis.* 347. *part.* 3.

COLLECT. LXXI.

Super doctrina gloss. in clem. 1. in verb. ex nunc. de conc. ff praeben.

NObis glos. haec declarat hic quid operetur clausula illa ex nunc prout ex tūc, cuius gratia nonnullae ortae sunt decis. Et primò num apposita in constituto operetur, vt post mortem constituentis si fuerit collatum, suum inquam operetur effectum, decisum negat. *Thes. in decis.* 38. Et an apposita in donatione facta filio sequuta morte, dominiū transferri efficiat à die initi contractus donationis, decisum affirmat. *de Franch. in decis.* 113. Et quid si quis donauit omnia bona sua casu, quo sine liberis moreretur, constituens se ex nunc prout ex tunc, & è contra nomine donatarij dicta bona possidere, an sequuto casu dominium eorum transeat in donatoris haeredem, vel donatarium, decisum pro donatario, *Guid. Pap. in decis.* 268. Item num Episcopus mandans clerico, vt debitum à se confessatum soluat infra decem dies, aliàs cum hac clausula ipsum excommunicet, talis valeat excommunicatio, decisum affirmatiuè, *Guid. Pap. in decisione* 588.

COLLECT. LXXII.

Ad notata per DD. in l. admonendi. ff de iureiur.

COnsueuerunt DD. hîc de fide rationum libris habenda tractare, vnde circa hos, & alios non in paucas quidem decisiones faciendas proruperunt; Et primò quando libri rationum dicantur authentici ita, quòd eis sit praestanda fides, decisum per *Grat. Ro. March. in decis.* 146. Et num possint pro parte acceptari, & pro parte non, decisum negat. *Fran. Mar. in decis.* 520. Item num liber rationis alicuius defuncti, qui sanè non improbus fuerit, faciat fidem, decisum facere aliqualem praesumptionem, *Cappel. Tholos. in decis.* 496. Item num libri mercatorum plenè probent concurrentibus multis coniectutis, decisum affirmatiuè, *Surd. in decis.* 199. Et quae requirantur, vt illis adhibeatur fides, decisum per *Guid. Pap. in decision.* 441. *Et Ioseph. Ludou. decis.* 88. Et magnam continentibus quantitatem num venit pręstanda fides, decisum per *Thom. Triuis. in decis. Venet.* 16. *p. prima.* Item num quando libri eorundem mercatorum habentur

tur pro publicis instrumentis ita, quòd habeant exequutionem paratam, præferantur creditoribus se in instrumento fundantibus, decisum affirmatiue. *Grat. Ro. March. in decis.* 203. Et num probent pro tertio contra tertium, decisum negatiuè, *Caputaquen. in decis.* 155. *par.* 2. Et quid si ex decreto Principis fidem faciant, an etiam probent contra tertium, decisum affirmatiuè, *Surd. in decis.* 312. Et num mendaces in vna parti-ta, præsumantur in totum mendaces, falsique, decisum affirmatiuè, *Farinac. in decis.* 110. Item num libris publici officialis detur fides, decisum negat. quando non sunt compaginati, *Grat. Ro. March. in decis.* 137. Et num libris Monasterij, ac Confraternitatis, decisum affirmatiuè, per *Valasc. in decis.* 10. Sed cum dist. apud *Ann. in Alleg.* 94. Et an libris visitationum, decisum affirmat. quoad pertinentia ad visitationem. *Caputaq. in decis.* 158. *par.* 2. Et an libris Gabellariorum, decisum per *Sur. in dec. Mant.* 326. Et num libris Chronicorum, decisum affirmatiuè, *Caputaquen. in decis.* 160. *par.* 2. Et an libris Thesaurarij presbyterorum ecclesiæ collegiatæ, decisum affirmatiuè, *id. in dec.* 156. Item liber terragiorum qualem fidem faciat, decisum per *Boer. in decis.* 195. Item an credatur libris priuatarum rationum, decisum per *Magon. Ro. Floren. in decis.* 95. Et multa in materia librorum ponit *Mohed. in decis.* 1. *in tit. de fur. vbi addi.*

Collect. LXXIII.

In l. 2. C. de pignor.

AN procedat istius l. disp. quando est apposita clausula in instrumento, vt generalis hypotheca non deroget speciali, vel è contra, decisum apud *de Franch. in decis.* 5. *per Cather. in decis. Pedem.* 159. Et apud *Card. Pute. in decis. Ro. Roma.* 38. *volum. primo*, vbi vnanimiter dicunt negat. Et an etiam procedat in fructibus rei specialiter obligatæ, decisum quod sic, per *Magon. in decis. Ro. Florent.* 124.

Collect. LXXIV.

In l. contumacia. ff. de re iudi.

SVb contumaciæ materia hîc sedente non paucæ quidem continentur decisiones, priùs igitur videre placeat num inducatur contumacia absque trina citatione, & decisum fuit pro parte negatiua. *Farinac. in decisione* 11. Et quid si vna citatio fiat pro tribus, an sufficiat, decisum affirmatiuè, *Mynsing. cent.* 6. *obseru.* 9. Item qualiter sit puniendus contumax tam de iur. ciu. quàm de iur. cano. videndus est *Vin. in decis.* 138. Et num veniat puniendus non facta accusatione, Iudice pro tribunali sedente, decisum negatiuè, *idem in decis.* 273. Et num ante accusationem possit procedi contra eum, decisum negatiuè, *Thessaur. in decis. Pedem.* 19. Et an contumacia accusata pendente securitate inualidet sententiam foriudicationis, decisum affirmatiuè, *de Franch. in decis.* 673. Et quomodo sit accusanda, quando incidit in diem festum, videndus est *idem in decis.* 639. Item an procuratoris contumacia domino obsit, Et an dominus restitui valear aduersus eam, decisum affirm. *Cather. in decis.* 9. *Et Cappel. Tholos. in decis.* 101. Et an illa defuncti afficiat hæredem, decisum affirm. *idem in decis.* 106. *Et Boer. in decis.* 64. Item quis dicatur verus,

quisve fictus contumax, decisum per *Farinac. in decis.* 12. Et num appellare possit, decisum affirmat. cum declaratione, *de Ama. Ro. March. in decis.* 36. Et num pro quo lata fuit sententia veniat condemnandus in omnibus litis sumptibus, vel in iis dumtaxat, quos reus facit propter contumaciam, decisum pro secundo casu, *Cappel. Tholos. in decis.* 408. Et num citatus pro causa criminali, puniatur tertia parte bonorum mobilium, decisum affirmatiuè, *Viu. in decis.* 257. Item num contumacia in non parendo iussui Judicis, sit manifesta offensa, decisum cum dist. *Cappel. Tholos. in decis.* 266. Præterea & vltimò quæ sit pœna contumacis, videndus est *Thess. in decis.* 105.

COLLECT. LXXV.

Super c. statuimus, de maledict.

QVotidie tex. iste circa blasphemiæ materiam allegatur, super quo non semel contingit decidi propter effrænatas eorum linguas, & diabolicas, qui in talia verba prorumpunt dicenda, lapsique sunt. Etenim prius videndum libeat num sit blasphemia dixisse (*al Corpo d'Iddio,*) decisum per *Thes. in decis. Pedem.* 241. Et an dixisse (*potta di Dio*) sit etiam blasphemia, decis. affirmatiuè, *Viu. in decis.* 388. Et an dixisse (*al dispetto d'Iddio,*) decis. affirmat. & qua veniat plectendus pœna, decisum linguam esse perforandam. *Gramm. in decis.* 50. Et num dixisse (*al sangue di Dio*) decisum negat. *Ro. Lucens. in decision.* 150. Et num qui dixerit (*al dispetto di quel becco, & cornuto &c. io ne hò pur fatto vno*) blasphemiam commisisse dicatur, & qua pœna puniendus, decisum affirmat. & ad remigandum dandus perforata lingua, *Gasp. Thess. in decis.* 78. Item num blasphemanti cuilibet sit pœna ordinaria Reg. Pragm. infligenda, decisum affirm. *Viu in d. decis.* 388. Et an blasphemanti iracundiæ calore commoto, & ad id crimen minime assueto, sit minuenda pœna, decis. affirmat. *Bu z. Ro Bonon. in decis.* 155. Et num etiam blasphemanti calore iracundiæ ex iniusta, & illicita causa veniat minuenda, decisum negat. *Viu. in decision.* 275 Et num concedatur immunitas Ecclesię, decis. neg. *Boer. in decis.* 110. Item qua pœna veniat puniendus incidens cultro imaginem Diuæ Virginis dolosè causa in ludo iacturæ, decisum pœna mortis naturalis, *de Franch. in decis.* 504. Item & vltimò blasphematores Nominis Dei, Beatæque Mariæ Virginis eius genitricis, qua plectantur pœna, decisum per *Boer. in decis.* 301.

COLLECT. LXXVI.

In l. nec emere. C. de iur. delib.

NEmo cogitur rem suam vendere, ad hoc allegatur passim iste text. Vnde fuit primò dubitatum, an procedat hæc regula fauore ecclesiæ, seu pro Monasterij ampliatione, decisum negat. *Gram in decis.* 75. Et quid pro ampliatione Seminarij, decisum negat. *Caroc. decis.* 161. Et an pro ampliatione capellarum, decisum apud *de Franch. in decis.* 123. Item an quis cogatur vendere partem rei suæ, decisum negat. *Gasp. Thess. quæst.* 64.

COLLECT. LXXVII.

Super Clem. 1. de senten. & re iudi.

CIrca huius Clem. dispositionē videto *Thess. in decis. Pedem.* 122. vbi

vbi quæ dicantur tres sententiæ conformes decidit; Item an sententia nulla, quæ ex nouiter deductis fuit confirmata, faciat numerum ita, vt tres sententiæ conformes dici possint, decisum affirmatiuè, *idem in decis.* 228. Item num huius clem. dispositio locum obtineat datis illis tribus sententiis verùm interpellatis, seu intermediatis, decisum affirmatiuè, *de Franch. in decis.* 135. Et an quando ex illis tribus adest laudum arbitrorum, decisum affirmatiuè, *Grat. Ro. March. in decis.* 82. Et an in causis criminalibus, decisum affirm. *de Franch. in decis.* 39. Sed quid si in criminalibus exequutio foret irretractabilis, an adhuc procedat, decisum negat. *Cappell. Tholos. in dec.* 450. Item num exceptio nullitatis ex defectu iurisdictionis impediat trium conformium exequutionem, decisum affirmat. *Thom. Triuls. Rot. Venet. in dec. 68. par. prima.* Et num exceptio trium conformium sententiarum impediat appellationem, decisum affirmatiuè, *Mynsinger. centur. 1. obseru.* 15. Item num beneficium ca. Odoardus. de solut. detur aduersus istas tres sententias, decisum affirmat. *Card. Put. in decis.* 56. Item num minor restituatur aduersus eas, decisum affirmatiuè; *Ro Auenionen. apud de Lautrr. in decisione* 2.

COLLECT. LXVIII.

In l. quamuis, C. de adul.

Adhuc vsque nulli, præter Vincen. de Fran. super hoc tex. dubitari contigit, quippe qui primò decidit num ius querelandi de adulterio cognatis competeret, & dicit quod sic, *in decis.* 94. Secundò an competeret & hæredibus extraneis, & pariter dicit quod sic, *in decisione* 240.

COLLECT. LXXIX.

Super pragm. odia litium.

Sparsim multáque circa ista prag. de compromisso inter coniunctos disponentem, ponit *Ioseph Ludou. in decis. Perus.* 47. Præter quam nonnulli alij videndi sunt; Et primò num clerici vigore huius pragm. ligentur, decisum affirmatiuè, *Capyc. in decis.* 66. Et an minores, decisum affirmat. *Ann. in sing.* 115. Et an affines, dissoluta affinitate, decisum negat. *Capyc. in decis.* 7 Item an istud cópromissum dicatur necessarium, decisum affirmatiuè, *Caputaq. in decis.* 166. Et necessitatus compromittere possit astringi vltra duas vices, decisum negatiuè, *Afflict. in decis.* 46. Item in instrumento liquido liquidando an possit peti compromissum, decisum negat. *Capyc. in decis.* 48. Et an publicatis attestationibus, decisum negatiuè, *Caroc. in decision.* 185. Et an post litem contestatam, decisum negatiuè, *Afflict. in decis.* 185. Et num cum agitur pro vita & militia per secundogenitum contra primogenitum, decisum negatiuè, *idem in decis.* 44. Sed quid si fiat compromissum super quantitate vitæ & militiæ, decisum affirmatiuè, *Minad. in decis.* 3. Item an veniat faciendum in spolio recenti, decisum negatiuè, *Afflict. in decis.* 84. Item num locum habeat in hærede conuento à creditore hæreditario coniuncto, decisum affirmatiuè, *Minad. in decis.* 25. Item num vnus ex arbitris electis, iuxta hanc pragmat. veniat recusandus, decisum negatiuè, *Ann. in alleg* 72. Item num procurator ad lites valeat istud

petere compromissum, decis. affirm. *Pet. de Benit. in decis.* 21.

Collect. LXXX.

Super doctrina Bart. in l. Stichus, §. item quaesitum, ff. de cond. indeb.

BAr. hic ponit efficaciam clausulæ omni ll. auxilio, super qua semel atque iterum fuit decisum, & primò an per clausulam istam censeatur renunciatum exceptioni ordinis, decisum affirm. *Guid. Pap. in decis.* 377. Et num exceptioni remissionis pensionis ob sterilitatem, decisum affirm. *Capyc. in dec.* 88.

Collect. LXXXI.

In l. 2. C. de rescind. vend.

VIdendum est primò quando dicatur læsio vltra dimidiam iusti pretij, prout hic ad finem, vt agi possit huius l. remedio. & decisum fuit apud *de Franch in decis.* 243. Et *Mynsing. cent.* 4. *obseru.* 73. Et quæ sit enormis læsio decidit *Guid. Pap. in decis.* 170. Et an stante enormissima læsione agi quoque possit etiam lapsis quindecim annis, decisum affirmatiuè, *Gamm. in decis.* 266. Et an contra tertium possessorem si secunda emptio eodem morbo laboret, decisum affirmatiuè, *Cresc. Ro. Rom. de empt. & vend. decis.* 1. *& Viu. in decis.* 430. Et quæ requirantur ad hoc, quod de tertio possessore diximus, decisum per *Gamm. in decis.* 21. Item an huic l. renunciari possit, decisum affirmat. *Afflict. in decis.* 220. Item remedium huius l. habétne locum in assecuratione Nauis, itémque pretij receptione pro fideiussione, decisum affirmatiuè, *Vasas. in decis.* 18. Et num in compromisso, decisum affirm. *Mynsing. cent.* 1. *obseru.* 33. Et an in diuisione inter cohæredes, decisum affirm. *de Franch. in decis.* 675. Et quid in locatione, decisum affirmat. *Gam. in decis.* 19 Et an in transactione, decisum affirmat. *idem in decis.* 10. Verùm cum distinct. *Card. Pute. in decis.* 230. *par.* 2. Et an in venditione facta cum pacto redimendi, decis. negat. *Ioseph Ludou. in decis. Paris.* 97. Et quid in venditione facta sub hasta, decis. affirmatiuè, *Gamm. in decis.* 95. Item an agi possit contra tertium possessorem tit. lucratiuo, etiam si primus emptor sit, vel non soluendo, decis. affirmat. *idem in decis.* 21. Item an sublato isto remed. ob tamen enormissimam læsionem, læso subueniri possit, decisum affirmat. *idem in decis.* 66. Item quando testator rem pro certo pretio vendi iussit, an procedat remedium istud, decisum negat. *de Franch. in decis.* 225. Item qualiter æstimanda sit res in terminis huius l. decisum per *Gamm. in decis.* 246. Et quomodo in ea concludatur decidit *Magon. Ro. Floren. in decis.* 108. Item si venditor cum Sacramento promisit venditioni non contrauenire, an habeat locum ista l. decisum neg. *Thess. in decis. Pedem.* 165. Item an fructus sint restituendi, decisum neg. *de Franch. in dec.* 119. *& Gamm. in dec.* 94 Item num cui competit restitutio in integrum, veniat ei concedendum remed. istud, decisum negat. *de Franch. in decis.* 148. Cæterum in ista l. videto *Cacher. in decis.* 41. *Sen. Pedem.*

Collect. LXXXII.

In l. vni. C. de rap. Virg.

FVit primò dubitatum an raptus dicatur sine violentia, decisum negat.

negat. *Tho. Triui. in decis. Venet.* 40. Et quid si copula non fuerit subsequuta, decisum etiam negat. *idem in decis. sequent.* Et quæ sit pœna raptus videto D. *Ludo. à Pegue. in decis.* 43. Item raptor matrimonium contrahens cum rapta, euitétne pœnas à l. ciuili propter raptum impositas, decisum negat. *idem in decis. præcedenti.* Item an ista l. obtineat locum in meretrice, decisum negat. *Thom. Triuis. in decis.* 33. *par.* 2. Et an in muliere corrupta, decisum negat. *idem in decis.* 26. *part.* 2. præterea est videndus *Thes. decis.* 207. *in hac l.*

Collect. LXXXIII.

In l. apertissimi, C. de Iudi.

Multoties hic fuit decisum circa Judicis suspicionem, videndum est igitur primò quando Judex possit vti suspectus recusari, & quibus ex causis, *Borgnin. in decision.* 28. *libr.* 2. Quæque suspicionis causæ sint attendendæ, & quis suspectus Judex dicatur, *Thom. Triuis. in decis. Venet.* 64. *par.* 2. Item an Judex possit in suæ causa suspicionis examinari vti principalis, decisum affirmatiuè, *Thes. in decis.* 6. *Sen. Pedem.* Et an valeat appellare, decisum negatiuè, *Cacher. in decision.* 25 *eiusdem Sen.* Sed an ab incidentibus ante sententiam, decisum cum distinct. *de Franch. in decis.* 468. Et an Judex affinis alicui ex litigatoribus, soluta affinitate per matrimonium contracta (remansis tamen ex eo filiis) veniat recusandus, decisum negatiuè, *Franc. Milan. in decis.* 15. Et vsque ad quem gradum vti consanguineus recusatur, decisum per *eundem in decis. subsequent.* Et an propter inimicitiam, quæ ex facto patris prouenit, decisum negatiuè, *Fran. Mar. in decis.* 291. *p.* 2. Et an generalis recusatio admittatur, decisum negatiuè, *Boer. in decis.* 269. Item si allegetur vti suspectus Gubernator, censentúrne cæteri eius Officiales, & Auditores suspecti quoque, decisum affirmat. *Ioseph. Ludou. in decis.* 108. Item delinquentri in iis, quæ ad officium pertinent, sitne interdicenda administratio? decisum cum distinct. *de Franch. in decis.* 8. Item delegatus suspectus possitne subdelegare? decisum negatiuè, *Ann. in alleg.* 71. Item sententia lata à Judice recusato sitne omnino nulla, decis. affirmat. *Rot. Rom. diuers. in decis.* 2. *par.* 2. Item, & demum concedatúrne minoribus restitutio in integrum ob omissam suspicionis allegationem, decisum affirm. *de Franch. in decis.* 431.

Collect. LXXXIV.

In c. post cessationem, de proba.

Super isto c. videndum est an literis Episcopi de beneficio prouidentis in eius manibus resignato, credatur, ita quod probent resignationem, decisum negat. *Crescent. in decis. Ro. Rom.* 157. Et an in literis eiusdem met super natalium defectu dispensantis, decisum affirm. *Cas. de Grass. in dec.* 170. *de prob.* Et an etiam credatur ei in sua collatione, quem esse filium patrimonialem, decisum negat. *Caputaquen. in decis.* 228. Item an præstanda sit fides literis Ordinarij absque Notarij, & testium subscriptione in præjudicium tertij, decisum negatiuè, *Domini de Ro. in decis.* 10. *tit. de prob.* Item an illis delegatorum exequutorum, decisum affirmat. apud eosdem in ead. *Rot. in decis.* 17. *tit. in antiquis.*

Collect. LXXXV.

Super c cum dilectus, de fid. instrum.

Materia conclusionis in causa ex DD. in hoc loco agi solet; ideoque circa eam notandum est, num oblatio iuramenti post conclusum in causa admitti possit, decisum affirmatiuè, *Capher. in decision. 11. & 97 & Boe. in decis. 95.* Et num in casu quando iam actor probauit per testes intentionem suam, decisum affirmat. verùm cum modificatione, *Thessaur. in decision. 93. Sen. Pedem.* Item an omissa conclusione in causa vitietur sententia, decisum negatiuè, *Mynsing. centur. 3. obseru. 17.* Sed quid in criminalibus, decisum adhuc non vitiari, cum non sit necessaria, *idem cent. 4. obseru. 81.* Item num conclusio in causa impediat instrumentorum productionem, & scripturarum, decisum affirmatiuè, *de Amat. Ro. March. in decision. 95.* Et num post conclusum in causa possit dari terminus ad comprobādas scripturas præsentatas ante conclusionem, decisum affirmatiuè, *Afflict. in decis. 115.* Et num possint recipi testes super habilitatibus impetrantis, supérque sigillorum recognitione, ac signorum Notariorum pro informatione Judicis, decisum affirmatiuè, *Dom. de Ro. in decis. 2. in tit. de testib. in nouis.* Númque de æquitate possint articuli admitti post terminum ante tamen conclusionem in causa, decisum affirmatiuè, *ijdem in decis. 9. eod. tit. in nou.* Item num clausula (salua scripturarum productione) in conclusione causæ opposita, comprehendat scripturas priuatas, decisum negatiuè, *Affl. in dec. 271.* Et num in conclusione in causa facta cum clausula (iure producendi) possint aliqua produci, decisum affirmatiuè, *Cappel. Tholos. in decis. 14.* Item num in causis beneficialibus necessaria sit conclusio in causa, decisum negatiuè, *Dom. de Rot. in decis. 1. in eod. tit. praallegato in nou.* Item num post conclusum in causa concedatur primum, & secundum beneficium, decisum affirmatiuè, *Minad. in decis. 15.* Et attentata post conclusionem quomodo sint reuocanda, decisum per *Afflict. in decis. 352.* Quæque sint licita fieri decidit *Mynsing. cent. 6. obseruat. 56.* Pluráque in hac materia ponit *Grat. Ro. March. decisione 198.*

Collect. LXXXVI.

Super Rit. Mag. Cur. Vic. 228. cum tribus sequentib.

PRæcipuè istis in Ritibus tractatur materia electionis fori, fuítque primò dubitatum num Ecclesia fori electionem haberet, & est decisum, quòd sic, *Afflict. in decis. 257.* Et an clericus, decisum adhuc, *Capyc. in decis. 160.* sed an pro bonis patrimonialibus, decisum negatiuè, teste *Viu. in decis. 27.* Et quid pro insultu, & vulneribus in alterius personam clerici illatis? decisum affirmatiuè, *idem Viu. ibidem in dub. & Ann. in alleg. 147.*

Collect. LXXXVII.

Super Auth. dos data, C. de donat. ante nupt.

ANtephati materia vltra loca ordinaria Consuet. & Constit. Neap. sedet hîc, super qua fuit primò dubitatum num antephatum debeatur dote promissa in termino non

soluta,

:itta, decisum negatiuè, *Afflict. in decis.* 242. Sed quid si tempus solutionis nondum cessit, decisum affirmatiuè; *idem in decis.* 333. Et an dilatione pendente, decisum negatiuè, *Guid. Pap. in decis.* 565. Item an antephato ob moram hæredum non soluto, vxori debeantur vsuræ, decisum negatiuè, primo loco, apud *Afflict. in decis.* 291. cuius opinioni accedit postea *Capyc. in decis.* 65. attamen contrarium suo tempore dicit decisum *Gram. in decis.* 103. *numero* 96. & hanc sequutus est *Sen Pedem. apud Thessaur. in decisione* 45. à qua equidem ipse non dissentirem, cuius rationem, vt ordini morem geram, relinquo; Et qualiter illæ sint taxandæ, videndus est *Vincent. de Franch in decision.* 217. vbi dicit ad rationem ducatorum quinque pro centenario: Item an filij, matre viam vniuersæ carnis ingressa, succedant in antephato, tunc sint hæredes Patris, siue non, decisum affirmatiuè, per *Afflict. in decis.* 314. & 27. apud verò *de Franch.* pro priori casu tantùm. Ego tamen priori hærerem sententiæ, scilicet *Afflict.* Et num soror vterina præferatur, decisum affirmatiuè, *Afflict. in decis.* 127. Item num mulier, quæ vsumfructum eius elegit, possit deinde variare, & sic petere antephatum, decisum affirmatiuè, *idem in decis.* 291. *in* 2. *dub.* Et num iuuatur Velleiano, si intercedat eius gratia, decisum apud *de Franch. in decis.* 182. Et num propter osculum lucrifaciat illud, decisum quoad medietatem, *idem in decis.* 503. & *Gamm. in decis. Lusit.* 124. Tandem num illud haud constitutum, nec promissum constitui, debeatur, decisum negat. *Gramm. in decis.* 97.

COLLECT. LXXXVIII.

In l. quisquis, C ad l. Iul. Maiest.

FVit primò dubitatum num huius l. dispositio locum haberet in aliis dominis quàm illis superiorem non recognoscentibus, decisum negat. *Gram. in decis.* & *Farinac. in decis.* 62. Item num crimen lesæ Maiestatis committi dicatur contra Officiales Baronum, decis. negat. *Viui. in decision.* 278. Sed quid contra ipsos Barones, decisum & hoc casu idem, *Intrigl. in decis.* 41. *Ro. Sicil.* Animaduerte tamen quòd ex illo casu primo loco posito, habes resolutos hosce duos posteriores, quos proinde hic inseruisse duxi, quo cunctas habeas decisiones.

COLLECT. LXXXIX.

In l. ab hostibus, §. 1 ff. quib. ex cau. ma.

INsufflationis spiritus-liti mortuæ materia consueuit ex DD. hic agi, in qua primò hæsitatum num instantia possit semel atque iterum insufflari, & decisum fuit pro parte affirmatiua. *Capyc. in decis.* 165. sed quid post binam insufflationem factam, & sic tertio loco decisum adhuc teste *Gram. in decisione* 69. Item num insufflationem spiritus vitæ obtinens teneatur expensas soluere litis in causa factas per alteram partem, decisum affirm. *Gram. in decis.* 91.

COLLECT. XC.

In l. properandum, C. de iudic.

TRactatur hîc materia instantiæ, quæ pluries Mynsing. præsertim dubitandi, decidendíque occasionem præbuit. Et primò num in-

ſtantia pereat triennio in Imperiali conſiſtorio, deciſum negatiuè, *Mynſing. cent. 2. obſeruat.* 48. Sed an coram arbitro? deciſum negat. per *eundem in cent. 3. obſeru.* 44 Et num ea perempta, pereat etiam ius partis, deciſum negat. apud *eundem in cent. 3. obſer.* 50. Et num illa pariter perempta, reparetur ipſo iure, vel quidem auxilio reſtitutionis in integrum in eo caſu, deciſum pro ſecunda aſſertiua, *idem in cent. 1. obſeru.* 42. Et num detur minori reſtitutio in integrum aduerſus lapſum inſtantiæ, deciſum affirmatiuè, *Intrigl. in dec. Rot. Sicil.* 25. Item num id quod diximus de inſtantiæ lapſu, obſeruetur in Reg. Camera Summariæ, deciſum negatiuè, *Ann. in ſing.* 242. Item num illa tranſeat in hæredem, deciſum affirm. *Mynſing. cent. 1. obſeru.* 85. Et an in ſingularem ſucceſſorem, deciſum affirmatiuè, *Polidor. Rip. obſeru.* 95. Sed an in clericum ſimiliter ſucceſſorem, deciſum negatiuè, *Mynſing. cent. 3. obſeru.* 45. Item num poſſit per ſtatutum abbreuiari, deciſum affirmatiuè, *idem in cent. 3. obſeru.* 46. Et num per conſenſum partium, deciſum idem apud *eundem in eadem cent. obſeru.* 47. Sed an poſſit prorogari per conſenſum earundem partium, deciſum affirmatiuè, *idem in eadem cent. obſer. ſeq.* Et num illa appellationum, deciſum adhuc per *eundem in d. cent. 3. obſer.* 49. Et quibus in caſibus non perimatur præfata inſtantia appellationum, eſt deciſum per *Theſſ. in dec.* 10. *Sen. Pedem.* Denique alia plura videto per *Afflict. in deciſ.* 346. *Pet. de Benint. in deciſ. Rot. Bonon.* 77. *& Milan. in deciſ.* 20. *Ro. Sicil.*

COLLECT. XCI.

In l. emptor, Cod. de euict.

EST deciſus iſte text. & pract. primò per *Capyc. in deciſion.* 106. quid autem ibi continetur, vide. Item an procedat emptore, & venditore inſimul rem euictam poſſidentibus, deciſum negatiuè, *de Franch. in deciſ.* 523. Et num ſi non denunciaret emptor venditori, attamen conſtaret notoriè de iuſtitia euincentis, deciſum affirmatiuè, *Surd. in deciſion.* 22. Et an etiam procedat venditore ſciente litem moram, deciſum affirmat. *Gam. in deciſ.* 79. Et quæ ſit denunciandi practica, eſt videndus *Theſſ. in deciſ.* 218. *Sen. Pedem.*

COLLECT. XCII.

In l. licet. C. loca.

REmiſſionis mercedis faciendæ, per locatorem conductori propter ſterilitatem, materia ſedet hîc, equidem videndum eſt primò qualis, & quanta debeat eſſe ſterilitas, ad hoc, vt fieri poſſit remiſſio penſionis, deciſum per *Franc. de Claper. in deciſione vnic. qu.* 44. Et an ſit neceſſaria denunciatio caſus ſterilitatis, deciſum affirmatiuè, *Theſſ. in deciſ.* 108. Et quomodo articuletur in ea probanda, deciſum per *Franc. de Claper. in deciſ vnic. cau.* 47. Et an concedenda ſit colono ad longæuum tempus, deciſum affirmatiuè, *Franc. Mar. in deciſ.* 212. *par.* 2. Et num colono partiario, deciſum negatiuè, *Franc. Marc. in deciſ.* 211. Et num propter fructuum luxuriam, deciſum per *eundem in deciſ. præcedenti part.* 2. Et num ſit facienda remiſſio colono propter ſterilitatē, ſi probetur eum non rectè coluiſſe agrum, deciſum negatiuè, *Gra. Ro. March. in deciſ.* 122. Item num dicatur ſterilis annus, ſi non recolligitur medietas fructuum colligi cōſuetorum

per

per prius, decisum affirm. *Viu. in decis. 72.* Item num per clausulam (renunciauit omni ll. auxilio) impediatur quis petere remissionem, decisum per *Capyc. in decis.* 88. Item num statuto prohibente exceptiones, censeatur prohibita exceptio istius remissionis, decisum negatiuè, *Fran. Mar. in decis.* 229.

Collect. XCIII.

In l. emptorem, C. loca.

TEx. iste singularem successorem non teneri stare colono exponens; est aliquoties practicatus, & decisus: Videamus igitur primò an id procedat in colono Ecclesiæ, & decisum fuit neg. *Valasc. in decis.* 40. Et num in eo partiario, decisum cum distinct per *Gacher. in decision. Sen. Pedem.* 82. Et an in eo, cui res ipsa est hypothecata pro maiori conductionis firmitate, decisum negatiuè, *Valasc. in decis. Lusit.* 78. Item si in instrumento locationis fuerit appositum iuramētum, an etiam id procedat, decisum negatiu. *Mar. la. Ro. Ien. in decis.* 23. Et num stante pacto, vt conductor expelli non possit, vel existente scientia emptoris rem esse alij locatam, decisum negat. *Surd. in decis.* 264. Item an per istum text. teneatur successor beneficij Ecclesiastici stare colono, decisum neg. cum suis tamen requisitis positis à *Polid. Rip. obseru.* 115. Sed quid si successio hæc foret per renūciationem, decisum affirmat. *idem Poli. in obseru.* 132. Item an regula huius l. extendatur ad successorem vniuersalem, decis. negatiuè, *Guid. Pap. in decis.* 480. Et num in singularem successorem necessarium, decisum affir. *Pet. de Benit. Ro. Bonon. in decis.* 54. Et num ad singularem non pleno iure succedentem, decisum affirm. *de Franch. in decis.* 216. Et nonnulla vide per *Rot. Auenionen. in decis.* 108. *& Polidor. Rip. obseru.* 134.

Collect. XCIV.

In l fin. Cod. de iurisd. omn. iud.

VVlt text. hic eos, qui in aliquo reperiuntur Collegio ratione professionis, seu alicuius negociationis, iurisdictionem eius, qui præest Collegio, euitare nō posse, vnde fuit dubitatū an artifex artis sericæ, quippe qui eam haud exerceret, si delinquat, sit remittendus ad consules artis illius, decisum neg. *Guid. Pap. in dec.* 401. Et exercens pro maiori parte tēporis aliam artem, an, si delinquat postmodum, sit remittendus ad eosdem prædictos Consules, decis. neg. *de Franch. in decis.* 175. Et num carcerarius eiusdem artis delinquens, sit remittendus ad eos, decis. affirm. *idem in decis.* 679 Item num Medicus sit remittendus Priori Collegij, decis. affirm. *Affl. in dec.* 40 Item lite cœpta in iudicio priuilegiato, an cessante causa primordiali priuilegij debeat remitti, decis. neg. *Valasc. in dec. Lusit.* 57.

Collect. XCV.

In l. Magisteria, Cod. eo. tit. vt sup. proximè.

HOc in text. Magistro militum iurisdictionem in eos tribuente paucies decidi vsque adhuc contigit, videamus igitur primò an milites communi delinquentes delicto sint remittēdi ad eorum Magistrum, & fuit decisum negatiuè, vt est videre *de Franch. in decis.* 88. Et num Miles non militans, decis. negatiuè, *Viui. in decis.* 254. *par.* 1. Sed quid Milites illi

ditu Joan. Stephani, Lazari, aliorúmque decisum affirmatiuè, *Caualcan. in decis.* 90.

COLLECT. XCVI.

Super consuet. Bulgari relata per glo. in Auth. hoc locum, C. si secun. nupse. muli.

OCcasione huius Bulgari consuetudinis volentis, quòd vxor vsufructuaria relicta à suo marito stantibus liberis, non debeat nisi alimenta consequi, aliquæ decisiones ortæ sunt; vnde videndum priùs est an id procedat, si contrarium appareat ex voluntate testatoris, decisum negat. *Viu. in decis.* 29. Et an transuersalibus relictis hæredibus, decisum affirmatiuè, *Grat. Rot. March in decisio.* 210. Et an si priùs, quàm reliquisset eam dominam, & vsufructuariam, prouiderit de alimẽtis, decisum neg. *Crescent. Ro. Rom in decis.* 5. *de testam.* Et quibus in casibus debeatur plenus vsusfructus vxori dominæ, & vsufructuariæ relictæ, etiam existentib. masculis, est decisum per *Mynsing. cent.* 5. *obseru.* 38. Et multa etiam per *eundem in hac materia in ea cent. in obseru praecedenti.* Item num dicta alimenta transeant ad ipsius mulieris hæredes infra annum decedentis, decisum affirm. *de Franch. in decis.* 155. Et num mulier domina relicta vsufructuaria, & massaria si vidualem vitam seruauerit, teneatur præstare cautionem Mutianam, decis. affirm. *Cornaz. in decis.* 3.

COLLECT. XCVII.

In l. si quis à liberis, ff. de liber. agno.

NOn alibi materia quidem alimentorum à parentibus liberis & è contra debitorum, quàm hic aptius tractanda se offert, videamus namque prius an alimenta sint præstãda iuxta personarum qualitatem, patrimoniique quantitatem, decisum affirmatiuè, *Caputaquen. in decis.* 21. Et ad quam rationem, & qualiter sint taxanda, decisum *in Ro. Bono. apud Pet. de Benit. in decis.* 89. Et an iuxta reditum, decisum affirmatiuè, *Ann. in sing.* 23. Et an sint præstanda mensatim, decisum affirmat. si consistant in victualibus, si verò in pecunia, tertiatim, *Ann. in sing. praecedent.* Item num Pater teneatur alere filium de fructibus bonorum, in quibus habet vsumfructum ex persona filij, decisum affirmatiuè, *de Franch. in decis.* 576. Et num filium seorsum habitantem, decisum negatiuè, *Magon. Rot. Floren. in decis.* 113. Sed quid si illud seorsum habitare prouenit ex ipsius Patris sæuitia, & austeritate? decisum affirmatiuè, *Farinac. in decis.* 117. Et an vxorem filij, & liberos eius, decisum affirmatiuè, *Viu. in decis.* 523. Item num filij alimentati ex grano patri inopi mutuato, remaneant & ipsi obligati ad eius solutionem, decisum affirmatiuè, *Caroc. in decis.* 118. Et an consuetudo Neapolit. incipiens. Si quis de alim. præstan. locum obtineat si Pater non haberet tantum, quod ei vix sufficeret ad alimoniam; decisum negatiu. *de Franch. in decis.* 236. Item an debeantur alimenta filio naturali, spurióque, decisum affirmat. cum modificatione tamen, *Thes. in decis.* 211. *Senat. Pedem.* Et an Pater conuentus pro alimentis à filio naturali possit adire iudicium sine iussu, ac consensu sui patris legitimi, & naturalis, decisum affirmatiuè, *de Franch. in dec.* 494. Item & vltimo alimenta relicta vsque ad pubertatem qualiter, & vsque

quò

quò sint præstanda tam in mare, quàm in fœmina, decisum per *Mynsing.cent.3. obseru.12.*

COLLECT. XCVIII.

Ad text. & glo. in l. vni. §. exactio. C. de rei vxor. act.

DIcit glo. hîc mulierem viduam esse alimentandam ab hæredibus viri infra annum pendente solutione dotis: ideóque fuit circa id dubitatum; num mulier petere possit alimenta præterita ab illis hæredibus, cùm non interpellasset pro illorum præstatione durante anno luctus, decis. neg. *Thess. in decis. Sen. Pedem.* 44. *& de Franch. in decis.* 303. Et num ab hæredibus extraneis, si non habeat vnde se alat, decisum affirmatiuè, *de Franch. in decis.* 489. Item num valeat petere vnà cum alimentis vestes lugubres, seu viduales, decisum affirm. stante consuetudine, *Capyc. in decis.* 26. Et num paramenta lugubria, ac cubile, decis. affirm. *de Franch. in decis.* 413. Item quando continuat recipere alimenta post sex menses, an sibi præiudicet in interesse dotis, decisum affirm. *idem in decis.* 217. Item relicta vxori alimenta an debeantur deductis expensis pro filio, decisum affirmat. *Ioseph Ludou. in decis. Perus.* 46. Et præstita ex eo, qui non tenebatur, an repeti possint, decisum affirmatiuè, *Marilia. in Ro. Ien. in dec.* 67. Et num compensentur cum operibus, & seruitiis, decisum affirm. *idem in decis.* 6. *& Magon. Ro. Lucen. in decis.* 9. Et si à pluribus debeantur, possitne Judex vnum, qui soluat, statuere, cæteris contribuentibus? decisum affirmat. *Mynsing. cent. 1. obseru.* 63. Item an ista alimēta dotis debeant esse correspectiua doti, decisum affir. *Anna. in sing.* 26. Item num à marito debeantur alimenta vxori, quę ab eius domo ob eiusdem sæuitiam, recessit, decisum affirmat. *D. Lud. à Pegue. in decis.* 20.

COLLECT. XCIX.

In l. si instituta. §. de inofficioso, ff. de inoffic. testamen.

REliquum est, vt videamus de alimentis, quæ lite pendente debentur, ídque hoc in loco tractatur; Vnde aliquæ decisiones ortæ sunt; & primò num filio, vel vxori alimenta petentibus sint eis præstanda lite pendente, decisum affirmat. primò per *Afflict. in decis.* 10. & omnes posteà non discreparunt, vt est videre apud *Cappel Tholos. in decis.* 77. *& Guid. Pap. in decis.* 561. Et num debeantur semper dum litigant, decisum affirmat. *Caputaq. in decis.* 18 *par* 1. Item num Judex laicus possit pendente causa matrimoniali coram delegato Apostolico compellere virum ad dicta alimenta vxori præstanda, decisum affirmat. *Afflict. in decision.* 152. Item num debeantur sine facto hominis filio existenti in quasi possessione filiationis, quando agit contra hæredem à parte de inofficioso institutum, decisum affirmatiuè, *Caputaq. in decis.* 22. Et an petita ex curatore nulliter deputato, qui tamen vti coniunctus bene petere valebat, sint nulliter petita, decisum affirmat. *idem in decision. sequenti.* Item ad cognoscendum an alimenta sint præterita, vel futura, attendatúrne tempus petitionis, vel sententiæ, decisum pro priori casu, *idem in decis. sequenti.* Item num pauperibus litigantibus, sint eis altera parte diuite præstanda alimenta lite lite durante, decisum affirmatiuè, *Guid. Pap.*

*in decis.*561. Sed posito, quòd alimentarij succumberent, an teneantur restituere alimenta, vide *de Franc in dec.* 336. *ex num.*5. Et quæ concurrenda sint ad istius §. dispositionem videto *Ioseph. Ludou. in decis.*47. Et quibus in casibus præstanda sint alimenta, lite pendente, recurrendum est ad *decis. Valasch.*1. *& Franch. Milanen. Rot. Sicili.* 16. *cum sequenti.*

COLLECT. C.

*In l.*2. *Cod. de iure emphyt.*

AB emphyteusi caducitatis materia hoc in loco residet, videndum primò est an emphyteuta, qui deficit in vnius nummi solutione, cadat ab emphyteusi, decisum affirmatiuè, *Caputaq. in decis.*30. *p.*3. Et cadens à iure emphyteusis, an cadat à iure affrancandi, decisum negatiuè, *de Franch. in decis.*267. Et rem locans emphyteuticam ad longæuum tempus, an cadat à iure suo, decisum affirmatiuè, *Gam. in decis. Lusit.*16. Et quid illam hypothecãdo, seu pignorando, decisum negat. *idem in decis.* 28. Et cadens in commissum ob non solutum canonem, teneatúrne ad canonis præteriti temporis solutionem? decisum affirm. *Ioseph. Lud. in decis.*54. Item num cadat ab emphyteusi propter caducitatem absque declaratione domini, decisum nega. *Cassador. in decision.* 2. *de loca.* Et an procurator generalis domini valeat declarare, decisum negatiuè, *Caputaq. in decis.*301. Et an hæc declaratio retrotrahatur ad tẽpus caducitatis, decis. negat. *Caroc. in decis.*7. Et an fructus debeantur à die declarationis, vel antea, decisum à tempore declarationis, *Pet. de Benint. in decis. Ro. Bon.*37. *Mynsing. cent.*7. *obser.*84. *& Bergn. in decis.*47. Item num in obseruantiam pactorum cadat emphyteuta à iure suo, decisum affirm. *Crescent. in decis.* 5. *de loca.* Et num ob non petitam inuestituram intra annum, decisum negat. *Gasp. Thess. in decis.*23.

COLLECT. CI.

Super cap. 1. *de homic. in* 6.

NVm huius c. dispositio procedat, tam in mandante, quam in acceptante, seu fauente? decisum affirmat. *Thom. Triuis. decis. Venet.*18. *p.*2. Et an qui pro præmio, vel spe præmij homicidium committit, assassinium commisisse dicatur, decis. affirmatiu. *Alex. Raud Ro. Pis. in decis* 41. Et quid si præmium sit incertum, & decisum affirmatiuè, *de Franc. in decis.*176. Item an Clericus assassinium committens, amittat priuilegium clericale, decis. affirmat. *Capyc. in decis.*112.

COLLECT. CII.

*Super c. ad nostram, lo secundo de iureiur. & cap. de refor. sess.*25. *Sac. Conc. Trident.*

NVllibi locorum materia monitorij ad finem reuelandi, nisi hîc habetur, continens aliquas decisiones; Et primò quæ concurrere debeant, vt monitorium cõcedatur, decidit *Fran. Mar. in decis.*850. Et num impetrari possit pro testimonio ferendo, decisum affirmat. *Idem in decis.* 935. Et num impetrari etiam possit ab excommunicato pro rebus sibi ablatis, decis. affirmatiuè, *Cappel. Tholos. in decis.*189. Item num reintegrandum sit, si non habeat clausulam si quis, & aut clausulam comminatoriam ex nunc, prout ex tunc, decisum affirmat. *Achill. de Graff. in decis.*6. *de-*

de sentent. excomm. Item num illud generale sit de iustitia, decisum per *Fran. Mar. in decis.* 851. Et sub monitorio generali qui comprehendantur, quive non, decidit *idem in decis. subsequent.* Item num in monitorio extra curiam necesse sit, vt feratur excommunicationis sententia, decisum affirmatiuè. Secus tamen in eo in curia, *Achill. de Graff. in d. decis. 6. eod. tit.* vt suprà.

Collect. CIII.

In l. Quintus Mutius, ff ad l. Aquil.

TRactant hoc in loco DD. materiam damni dati; Et quidem videndum primò est, num bona damnum dantis sint tacitè obligata damnum passo, decisum affirmatiuè, *Viu. in decis.* 454. Item num damnificans teneatur ad pœnam, simul & damnum, decisum affirmatiuè, cùm tamen territoria sint bannita, *Ann. in sing.* 38. Et damnificans in territorio bannito, teneaturne priùs soluere damnum, quàm pœnam? decisum affirmatiuè, *idem in sing.* 139. Item stante statuto, quòd de damno dato stetur iuramento damnum passi, an si iste aliàs falsò iurarit, sibi standum sit, decisum negat. *Garz. in decis.* 63. Item custodes laici animalium clericorum possintne de damnis datis cum ipsis animalibus accusari; Et an teneantur ipsi? decisum affirmatiuè, *Viu. in decis.* 280. Item num damnificans seminata, seu segetes, illius sortiatur forum, in cuius territorio damnum factũ est, decisum affirm. *Anna. in sing.* 137. Item damnum datum per animalia in segetibus tunc temporis in existentibus veniatne appretiandum prout in tempore, quo factum est? decisum tria tempora esse concurrenda in diuersis vicibus ad istud appretium, prout est videre apud *Viui.* pulchrè *in decis.* 280. *in 2. dub.*

Collect. CIV.

In l. si vnquam, C. de reuocan. donat.

COngruum est, vt priùs videatur, an huius l. dispositioni renunciari possit, & decisum fuit negat. *Mynsing. cent. 5. obseru.* 63. Item & an hæc dispositio locum habeat in filiis rescripto Principis legitimatis, decisum negatiuè, *Cacher. in decis. Sen. Pedem.* 1. Et an in spuriis legitimatis, decisum adhuc negat. *idem in decis.* 120. Et an etiam locum habeat si donator donationis tempore liberos haberet, decisum negatiuè, *Viu. in decis.* 404. Sed etsi non haberet, an præsumatur de illis cogitasse, decisum negat. *Mynsing. d. cent. 5 obseru.* 64. Item si natos post liberos tacuerit donator, an videatur confirmata donatio, decisum cũ distinct. per *Thess. in decis. Sen. Pedem.* 121. Item facultas vendicandi donata vigore huius l. dispositionis, transeátne ipso donatore mortuo, ad eius hæredes? decis. affirmat. *Valasc. in decis. Lusitan.* 31.

Collect. CV.

Super Auth. nouissima. Cod. de inoff. testament.

NOn alibi in materia legitimæ, quam huc, cum hæc Auth. sit clauis, & fons; ex quo nempe non paucæ emanarunt decisiones, planè recurrendum est. Primò itaque videndum est quãta sit hodie filiorum legitima, & est decisum per *Fran. Mar. in decision.* 433. *p.* 2. Et quanta sit illa filiæ in bonis paternis, vbi existunt

filij infra quatuor, decisum per *Afflict. in decis. 76.* Et quanta sit illa matris mortuo filio, relictis fratribus, quibus aliquid relictum est, hærede vniuersali extraneo instituto, decisum esse tertiam tertiæ, *Thes. in decis. 172. Sen. Pedem* Et quanta sit illa auiæ paternæ in bonis nepris, decisum pariter esse tertiam tertiæ, *de Franch. in decis. 63.* Et quanta sit illa transuersalium, decisum per *Afflict. in decis. 204.* Item num filius habeat aliquid iuris in legitima viuente patre, decisum negatiuè, *Mynsing. cent. 4. obseru. 25.* Et an habeat tacitè obligata bona patris pro legitima, decisum negatiuè, apud *Afflict. in decision. 62.* apud verò *Cardin. Put. in decis. 37. p. 2.* pro affirmatiua parte est decisum, sed ego cum priori opinione transirem, cuius rationem, ne ordinem subuertam, non trado. Item renunciando generaliter successioni paternæ, an censeatur renunciasse legitimæ ita, vt eam, eiúsve supplemenrum petere non valeat, decisum negatiuè, *Affl. in decis. 178. Mynsing. cent. 1. obseru. 36.* Sed quid si renunciauit cum iuramento? decisum idem, *Barz. Ro. Bonon. in decis. 103.* Item num eam consequi possit patre viuente, decisum negatiuè, *Guid. Pap. in dec 486.* Sed an cogi possit eam recipiendam pariter viuente patre, decis. neg. *de Franch. in decis. 133.* Et si aliquid accepit à patre relictum cum clausula, vt sit contentus, ita quòd nihil vlterius petere possit de bonis, & hæreditate paterna, an pro legitima, siue eius supplemento agere valeat, decisum negatiuè, *Guid. Pap. in decis. 93.* Et grauatus hereditatem restituere, an possit Trebellianicam, & legitimam detrahere, decisum affirmatiuè, *idem in decis. 52.* Et an in subsidium possit agere contra res alteri legatas, decis. affirm. *Maril. Rot. Ien. in decis. 69.* Et an habeat actionem hypothecariam pro supplemento legitimæ, decisum negat. *Put. in decis. 137.* Item num prohibitio circa vsusfructus acquisitionem, *iux. Auth. excipitur, Cod. de bon. quæ liber.* extendatur ad legitimum, decisum negatiuè, *Boer. in decis. 94.* Item num fructus percepti per filium computentur in legitimam, decisum negatiuè, *Magon. decis. Rot. Lucen. 85.* Et quæ imputentur in ea decidit *Surd. in decis. 119.* Item num bona superuenientia post mortem patris, de quibus illo viuéte erat lis, augeant legitimam, decisum negatiuè, *Afflict. in decis. 382.* Item num solutio eius sit differenda, si æs alienum, quod deduci prætenditur, non est liquidum, decisum negatiuè, *de Franch. in decis. 127.* Item legitima, quæ confiscatis bonis patris filiis debetur, quanta esse debeat, decisum per *Thess. in decis. 104.* Et fiscus confiscatis bonis, an teneatur præstare legitimam eius filio, cuius bona fuit confiscata, decisum affirmat. *Petr. de Beninten. in decis Ro. Bonon. 91.* Et num legitima debeatur Fisco pro delicto filij existentib. eius filiis, decisum negatiuè, *Surd. in decis. 314. & 167.* Item num deduci possit de bonis alij relictis, si filius non confecerit inuentarium, decisum per *Surd. in decis. 316.* Et num detrahatur de feudo, in quo solus primogenitus succedit, decisum negatiuè, *Capyc. in decision. 2.* Et num possit detrahi de rebus alteri legatis, decisum negatiu. *Grat. Ro. March. in decis. 181.* Et num possit detrahi de Regno, Comitatu, vel Ducatu, decisum negatiuè, *Guid. Pap. in decis. 476.* Et de quibus bonis detrahenda sit, decisum per *Put. in decision. 422. par. 1.* Item an possit tolli per statutum, vel consuetudinem in totum, vel minui, decisum affir-

affirmat. *Capell. Tholos. in decis.* 437. sed minui tantùm apud *Mynsing cent.* 5. *obseru.* 44. *& cent.* 6. *obseruat.* 43. *& idem in d. cent.* 6. *obseru.* 44. dicit decisum non valere illam cõsuetudinem; Item num filia exclusa per statutum faciat partem in supputatione legitimæ, decisum negatiuè, *Thess. in decis.* 159. Et an maritata de bonis paternis eam habere debeat per patrem in bonis maternis, decisum affirmat. *Vini. in decis.* 187. Et an pro dicta legitima possit agere contra tertios possessores, ad quos bona post patris mortem peruenerunt, decisum affirmatiuè, *Gramm. in decis.* 90. Item num probatio, quòd non extant alia bona præter fideicommissata ad finem detrahendi legitimam, pertineat ad actorem, vel reum, decisum contra reum *Barz. Ro. Bonon. in decis.* 104. Item prohibitus inferre molestiam possitne petere legitimam, decisum affirmatiuè, *Magon. decis. Ro Floren.* 20. Item num mater præferatur monasterio, quoad legitimam mortuo filio monacho in bonis, quæ ille secũ attulit quando religionem professus est, decisum affirmatiuè, *Valasc. decis.* 24 Et an priuetur legitima per substitutionem pupillarem, decis. affirmat. *Afflict. in decis.* 310. *& Vin. in decis.* 405. Nouissimè alia plura, quæ videas, in ista materia ponunt *Milanens. in decis Rot. Sicil.* 11. *Card. Put. in decis.* 14. *p.* 2. *& Ioseph. Ludou. in decis. Perus.* 11. Et legitima præscribitur spatio triginta annorum teste *Mynsing. cent.* 2. *obseruat.* 72.

Collect. CVI.

Super c. 2. *vt lite pend.*

Aliquoties fuit decisum super hoc text, disponente tertium audiri debere aduenientem in causa pro suo interesse, & primò præsupponendum est an ille valeat declinatorias exceptiones proponere, & decisum fuit negatiuè, *Ann. alleg.* 76. Sed quas exceptiones? decisum pulcherrimè per *Put. in decisione* 365 *p.* 2. Et an impedire valeat exequutionem sententiæ, decisum affirmatiuè, cum limita. *Mynsing. cent.* 3. *obseru.* 37. Et an exequutionem trium conformium? decisum affirmat. *Put. in decis.* 326 *p.* 2. Et docendo de iure suo, an impediat fieri restitutionem vltimi spolij, decisum affirmatiuè, *Ro. Rom. diuers. in decis.* 7. *par.* 1. Et an possit appellare, decisum affirmatiuè, *Ioseph. Ludou. in decis. Perus.* 26. Et an possit post publicationem in causa testes producere, decisum cum pulchra distin. per *Afflict. in decis.* 135 Et num possit agere coram Iudice delegato, decisum affirmatiuè, *Card. Put. in decis.* 165. *lib.* 2. Item an dicatur attentare, decisum neg. *Pute. in decis.* 7 *par.* 2. Item an ei sit concedendum primum, & secundum beneficium, decisum affirmat. *Afflict. in dec.* 15. Item num exequutio sententiæ impediri possit per eum opponentem se vigore suæ possessionis, decisum affirmatiuè, *Cath. in decis.* 37.

Collect. CVII.

Super c. tanta, qui filij sint legi.

Optimus, & vulgatus est tex. iste in materia legitimationis per subsequẽs matrimonium, super quo fuit aliquoties decisum; Primò igitur videndum est, an liberi per subsequens matrimonium legitimentur, decisum affirmatiuè, *Franc. Mar. in decision.* 682. Sed numquid filij ex vili susceptí fœmina à clerico beneficia-

to? decisum affirm. *Cacbe. in decis.* 154. Et nunquid filij nati ex moniali in monasterio degenti mediante dispensatione in præiudicium substituti? decisum negat. *de Laurent. Ro. Auen. in decis.* 6. Item an hac in legitimatione liberorum consensus requiratur, decisum affirmatiuè, *Fran. Mar. in decis.* 683. Sed quibus in casibus non est necessarius decidit *Boer. in decis.* 169. Et an requirantur instrumenta dotalia, decisum neg. *Thess. in decis.* 83. Item num legitimati per subsequens matrimonium succedant in feudo, decisum affirmatiuè, *Mynsing. centur.* 5. *obseru.* 42. Sed quando hæredes excludãt legitimos in maioratu bonorum patrimonialium, decidit *Gram. in decision.* 178. Et num excludant fœminas stantib. masculis prohibitas succedere, decis. neg. *Mynsing. cent.* 5. *obser.* 26. Et an substitutum, decis. neg. *Surd. in decis.* 318. Item an possint esse assessores, decisum neg. *Mynsing. cent.* 4. *obseru.* 31. Item num testamentum à patre factum propter huiusmodi sequutam legitimationem rumpatur, decisum affirm. *Thess. in decis.* 84. Finaliter neptis legitima, & naturalis ex filio eo modo legitimato habétne ius dicendi nullum testamentum aui sui, in quo fuit prçterita? decisum negatiuè, *Gamm. in decision.* 11.

Collect. CVIII.

Super Auth. præterea, Cod. de natur. liber.

NOn modò per subsequens matrimonium (vt in superiori Collectan. diximus) filij legitimantur, verùm & per rescriptum Principis, vt in hoc text. super quo etiam fuit multoties decisum; Primò itaque præsupponendum est num in hac legitimatione necessaria sit citatio ab intestato venientium, & decisum fuit negat. *Boer. in decis.* 21. Et quæ causæ exprimendæ sint decidit *Viu. in decis.* 339. Vbi etiam ponit qui possint, quíve non legitimare; Item num Rex successor possit reuocare priuilegium legitimandi alicui personæ insigni concessum per prædecessorem, decisum affirmat. *Afflict. in decis.* 128. vbi dicit casum hunc accidisse in persona Illustrissimi virique insignis D. Michaëlis Riccij mei antecessoris omni tempore laude venerandi; quippe qui tot, tantísque meritis dignus fuit, eóque apud Romanum Pontificem, atque Reges fortunatior, quam vt ex illis successiuè, & plerumque vno, eodémque tempore accitus, cui inquam potiùs eorum morem gerere deberet, non ignoraret; Item num Imperator valeat non subditum legitimare in Terris Ecclesiæ, decisum affirmatiuè, *Caputaquens. in decis.* 147. *part.* 2. Et num in eisdem Terris clericum filium clerici id fieri petentis, decisum affirmatiuè, *idem in decis.* 149. *par.* 2. Et quid si legitimandus in sacris foret constitutus, decisum idem *apud eundem in ead. decision.* Et si Imperator legitimet in tertij præiudicium in alieno territorio, an teneat legitimatio, decisum negatiuè, *Maril. Ro. Ien. in decision.* 1. Sed quid si fieret ad partis instantiam, an valeat saltem vt possit ex testamento capere, decisum affirmat. *Marilia. in decis. eiusdem Ro.* 95. Item an Comes Palatinus possit legitimare laicum Sacerdotis filium, affirmatiu. *Polid. Rip. in obseru.* 348. Item legitimatus super defectu natalium, & dispensatus ad dignitates, censetúrne dispensatus ad Episcopatum, & ad Archiepiscopatum, decisum negatiuè, *Franc. Mar. in decis.* 114. Legitimatio autem

autem quomodo distinguatur à dispensatione, vide *Polid. Rip. in obseruat.* 347. *& Minad. decis.* 42. Item legitimitatis quasi possessio quomodo probetur, vide *Caputaquen. in decis.* 150. *p.* 2. Item si legitimatus in feudo succedat necne, recurre ad *Boer.* in hoc distinguentem *in decis.* 122. Et an succedat in Ecclesiæ emphyteusi, decisum negat. *Gam. in decis.* 2. Et quid si esset in specie legitimatus ad Emphyteusim Ecclesię ab authoritatem habente, decisum affirmatiuè, *Magon. decis. Ro. Lucen.* 10. Et num admittatur ad fideicommissum, decisum negatiuè, *Intriglio. in decis Ro. Sicil.* 3. Item num dicatur de familia, negat. *Polid. Rip. in obseruat.* 341. Item num donatio reuocetur propter huiusmodi filiorum spuriorum legitimationem, decisum negatiuè, *Cacher. in decis.* 119. Et an procedat dispositio *l. si vnquam, C. de reuocand. donat.* decis. negat. *idem Ca. her. in decis.* 121. Item num rumpatur testamentum patris, si in legitimatione adsit clausula, ex testamento tamen in ea parte, quæ sibi placuerit, decisum affirmatiuè, *Polid. Rip. in obseruat.* 80. Et clausula illa, citra præiudicium venientium ab intestato, in legitimatione apposita quid operetur, recurre ad *Capyc. in decis.* 22. Cæterum nonnulla alia in huiusmodi materia, vide per *Affl. in decis.* 386. *& Guid. Pap. in decis.* 482.

COLLECT. CIX.

Super c. inter alia. de immunit. eccl.

PRæcipuè hoc in loco sedet materia immunitatis Ecclesiæ; Videamus etenim primò num fur ad Ecclesiam aufugiens ipsa cum re fur repta gaudeat eius immunitate, *&* decisum fuit affirmatiuè, *Gamm. in decis.* 171. Et num grassator semel in strata publica, vel in sylua furatus, decisum affirmatiuè, *D. Ludou. à Peguer. in decis.* 40. Et num homicida proditorius, decisum negatiuè, *Guid. Pap. in decis.* 121. Item an ille, qui cùm ad carcerem manibus duceretur ligatus, & pedibus se proiecit in terram intra atrium ecclesiæ, decisum negatiuè, *Gamm. in decis.* 141. Et num is, qui à carceribus ad ecclesiam aufugit, negat. *Boer. in decis.* 310 Et num ille, qui deliquit in Templo, posteàque aliud ob delictum ad ecclesiam aufugiat, decisum negatiuè, *Cappel. Tholos. in decis.* 422. Item num condemnatus ad torturā aufugiens postmodum ad ecclesiam, decisum affirmatiuè, *Gamm. in decision.* 281. Et num condemnatus ad triremes in perpetuum, decisum negat. *in decision.* 362. Et an condemnatus ad perpetuum exilium, decisum adhuc negat. *idem in decis.* 179. Item num aufugiens ad ecclesiam possit condemnari pro alio crimine, quod ecclesia non tuetur, decisum affirmat. apud *eundem in decis.* 52. Sed num possit in ea citari, affirmat. *Valas. in decis.* 81. cui tamen ego non adhæreo; Item cognoscere si delinquens gaudere debeat immunitate ecclesiæ necne, num spectet ad Iudicem ecclesiasticum, decisum affirmat. *Fran Mar. in decis.* 267. Illud tamen silentio non prætereo, quòd in omnibus illis casibus in quibus quis non gaudet immunitate ecclesiæ; non, nisi præconcessa Episcopi licentia, ab ecclesia abstrahitur, vt refert *Guid. Pap. in decis.* 121. *in* 2. *dub.* quod nempe Gregorij XIII. Bullæ haud est inconforme: Et in summa qui gaudeant, quive non immunitate Ecclesiæ, ponit *Franch. Mar. in decis.* 769.

Collect. CX.

Super Auth. in complexu, Cod. de incest. nupt.

CAuetur hac Auth. nefarios, incestuosos, & spurios non posse liberos patri succedere, nec ex eo ali, vnde de pluribus fuit dubitatum; Videamus primò num spurius nulliter legitimatus possit patri succedere, decisum negariuè, *Pute. in decis.* 91. *par.* 1. Et an succedat in emphyteusi ecclesiæ, negat. *Gramm. in decis.* 149. Sed num in emphyteusi recepta per patrem hoc modo videlicet, pro se, & filio eius spurio, decisum affirmatiuè, *Afflict. in decis.* 99. Et an succedat fratri suo spurio vterino, decisum affirmat. *Afflict. in decis.* 96. In quibus autem casibus spurius succedit suo patri, decidit *Ioseph Ludou. in decis. Perus.* 18. *in* 2. *dub.* Et num natus ex ancilla in domo retenta, vti concubina, sit incapax relictorum, decisum affirmat. *Afflict. in decis.* 203. Et an sit incapax legati sibi facti ad aliquam artem mechanicam addiscendam, vnde sustentare se possit, decisum negatiuè, *Gam. in decis.* 201. Item num nepos legitimus, & naturalis ex filio spurio sit capax successionis, affirmatiuè, *de Franc. in decis.* 17. Et num neptis spuria excludat auiam in legitima filiæ suæ legitimæ, & naturalis, decisum affirmatiuè, *idem in decis.* 47. Item in dubio num quis præsumendus sit potiùs naturalis, quàm spurius, affirmat. *Polid. Rip. in obseru.* 390. Item num spurius præscribat bona patris possidendo per plures annos, decisum cum distinct. per *Valasc. in decis. Ro. Lusit.* 19. Item an debeat alimenta consequi, affirmat. & sic contra text. nostrum, *Capyc. in decis.* 164. Item dos data spuriæ à patre, debétne ad eius reuerti hæredes, ipsa mortua sine filiis? decisum affirmat. *Minad. decision.* 21. Et pater, qui de æquitate canonica obligatur spuriam dotare filiam, an tunc teneatur, cum illa haberet aliquid, ex quo se alere posset, decisum negatiuè, *Petr. de Beninten. in decis. Ro. Bonon.* 22. Item de successione spuriorum plenè *Afflict. in decis.* 195. Item filius natus ex milite Hierosolmitano expresè professo, num dicatur incestuosus ita, vt ab hæreditate patris excludatur, decisum affirmatiuè, *de Franch. in decis.* 28.

Collect. CXI.

In l. si seruum, §. 1. ff. de act. empt.

AD ornatum huius text. videto primò *Surd. in decis.* 257. vbi, quando venditio dicatur ad corpus, quando verò ad mensuram, docet. Sed & si vẽditio fiat ad corpus, num id, quod reperitur minùs in mensura expressum, teneatur venditor resarcire, & decisum fuit affirma. *Pet. de Benint. in decis. Ro. Bonon.* 30. Et quid è contra scilicet si sit facta ad mensuram? decisum adhuc, *Surd. in decis.* 64. Item iuri mensurandi quanto tempore præscribatur? decisum cum distinct. circa quam recurre ad *Thess. in decis. Sen Pedem.* 185. Ad hęc circa hanc materiam vide *Afflict. in dec.* 68 *Capyc. in decis.* 14. insuper & *Boer. in decis.* 50. vbi locorum inuenies plura.

Collect. CXII.

Super Auth. Et consequenter, C. de sent. & interlocut.

QVoniam hoc in loco tractatur de materia reconuentionis: videndum

dendum est igitur an reconuentio veniat facienda in materia Capitulorum Regni, & decisum fuit negat. *Ann. in sing.* 432. Et num in iudicio manutentionis, decisum adhuc negat. *idem Ann. in sing subsequent.* Et an in criminalibus, decisum affirmat. si coram Judice ordinario vtriusque partis fiat, *Franch March. in decis.* 899. Et num in causa appellationis, decisum negat. *Dom. de Rot. in decisione* 1. *in tit. de mutu. petitio. in antiq. & Guid. Pap. in decis.* 436. Et num in exequutiuis, decisum negatiuè, *Flam. Cartar. in decis. Rot. I. n.* 5. Et an quando nomen accusati non est inter reos receptum, decisum est nega. *Franc. Mar. in decis* 725. Item num fieri possit contra actorem, quippe qui à lite destitisset, eique renunciasset, decis. affirmat. *Viu in decis.* 118 Item an proroget iurisdictionem in Judicem incompetentem, decisum affirm. *Affl. in decis.* 27. Item num in causa conuentionis, & reconuentionis sit eadem terminanda sententia, decisum affirmatiuè, *Thoming. in decis. Rot. Lipsien* 9. Item num reus possit reconuenire actorem virtute concessionis eius, decisum negatiuè, *Domini de Rot. in decis.* 2. *eod. praes. tit.* Et nonnulla de reconuentione ponit *in decis.* 4. *Flam. Cartar.*

COLLECT. CXIII.

Super c. fin. de fid. instrument.

IN hoc text. tractatur per scribentes materia literarum compulsorialium, sed præuidendum est an in concessione compulsorialium literarum necessaria sit partis citatio, negat. *Domini de Rot. in decision.* 42. *in tit. de proba. in antiq.* Item num instrumenta extracta in partibus in vim compulsoriæ decretæ, parte citata, faciant fidem in iudicio, decisum negatiuè, *ijdem Domini in dec. subsequent.* Item Judex compulsoriæ possit ne allegari suspectus, decisum negatiuè, *Caputaquen. in decis.* 168. Sed suspecto recusato sitne eius processus nullus? affirmat. *idem in decis.* 172. Item num compulsoria possit concedi post publicationem in causa, decisum neg. *Domini de Rot. in decis.* 37. *in praecit. titul.* Sed & num specialis compulsoria detur, vbi de calumnia constet, decisum negatiuè, *Caputaquen. in decis.* 169. Et ea specialis an retardet processum, affirm. *idem in decis.* 171. Item num eos artet, qui non sunt in causa, negat. *Mohed. in decis.* 2. *tit. de fide instrum.* Sed & quid operetur obtenta super instrumento obligatorio cum appositione diei, vide per *Guid. Pap. in decis.* 66. Item num exequutor compulsoriæ possit demandare examen testium, decisum negatiuè, *Caputaquen in decis.* 167.

COLLECT. CXIV.

In l. extra territorium, ff. de iurisd. omn. iud.

MAteria iurisdictionis extra territorium exercitæ sedet hic, super qua aliqua fuerunt dubitata; Et primò num Episcopus, vel eius Vicarius possit concedere literas dimissoriales extra diœcesim, decisum affirmat. *Grat. Ro March. in decis.* 98. Item num legitimatio facta extra territorium legitimantis sit ratihabente patre valida, decisum affirmat. *Puteo in decis.* 22 *par.* 2. Item num excussio de bonis extra territorium sitis fieri debeat, decis. negat. *Thesaur. in decis. Sen. Pedem.* 40. Item num bannitus possit impunè offendi extra ter-

ritorium banniensis, nega. *Flam. Cartar. in decis. Ro. Ien.* 68. Sed & num instrumentum Notarij extra territorium eius confectum, qui eum creauit, validum sit? decisum negatiuè, *Valas. in decis. Rot. Lusit.* 9.

Collect. CXV.

In l. sed si hereditas, §. 1. ff. ad exhibend.

NOta regulam ex hoc text. eum teneri ad impēsas, cuius gratia actus celebratur, & hinc sanè ad multa decisa illatum est. Et quidem primò cuius expensis alimentandus sit debitor inops carceratus, decisum expensis creditoris, *Afflict. in decis.* 71. At expositus cuius sit expensis alendus, decisum expēsis Episcopi, *Thess. in decis.* 118. *Sen. Pedem.* Item cuius expensis pauper litigans litem perficere debeat, decisum expēsis alterius partis, si aliunde non habet, & præsumptionem habet de bono iure, *Crescen. in decis.* 8. *de iudic.* Item cuius expensis quis sit incarcerandus, decisum expensis petentis carcerationem, *Fran. Mar. in decis.* 234. Item principalis absens, cuius sit expensis examinandus, decisum expensis ipsius, *Afflict. in dec.* 176. *Boer. in decis.* 305. *& Cappel. Tholos. in decis.* 274. Sed cuius expensis vocandi sunt testes de longinquis partibus, & an debeantur expensæ victus proprij tantùm, vel operarum mercedes, decisum expensis petentis, & omnia deberi, *Cacher. in decision.* 45. Et delatio iuramenti absenti præstanda, cuius fiat expensis, decisum ipsius absentis respondere debentis, *Cappel. Tholos. in decis.* 100. Item cuius expensis facienda sit delinquentis remissio, decisum expensis petentis remissionem *Boer. in decis.* 303. *& Thoming. in decis. Ro. Lipsiens.* 13. Item cuius expensis fiat cognitio partus suppositi, decisum expensis petentis custodiam, *de Franch. in decis.* 333. Item cuius expensis mittendi sunt Commissarij pro examinandis testibus, decisum per *Fran. Mar. in decis.* 221. Item electio cuius fiat expensis, decisum per *eundem in decis.* 47. Item Ecclesia polluta cuius sit expensis reconcilianda, decisum expensis Episcopi, *idem in decis.* 988. Et Prælati funeralia cuius sint expensis facienda, decisum ex eiusdem spoliis, *Capyc. in decis.* 83. Item emptor denuntians venditori litem sibi motam, teneatúrne omnia acta molestiæ suis sumptibus exhibere, decisum negat. *Thessaur. in decis.* 218. Item cuius expensis committenda sit causa consultori, decisum communibus sumptibus, *Ioseph. Ludou. in decis. Perus.* 74. Sed & excussio bonorum, cuius facienda sit expensis, decisum expensis aliquando alterius, quàm petentis, *Minad. in decis.* 16.

Collect. CXVI.

In l. properandum, § fine autem, C. de iudic.

PLerosque habet sub se casus decisos hic tex. in materia expensarum causa litium factarum, disponendo victum victori ad expensas ipsius victoris sacramento taxandas, condemnandum esse; Sed & quas expensas victus victori soluat, & an damna ea in cōdemnatione reficiat, est recurrendum ad *Thess. in decis.* 67. *Sen. Pedem.* in hoc facientem distinctionem, Et vbi soluere habeat, decisum vbi iudicium agitatum fuit *Caputaq. in decis.* 342. *par.* 1. Et num debeat soluere, nisi causa prorsus determinata, decisum quòd tunc debet sol-

soluere, *idem Caputaq. in decis.* 341 *par.* 1. Item num expensæ veniant reficiendæ data processus nullitate, decisum affirmat. *Afflict. in decis.* 70. Et num etiam sint reficiendæ in mutatione iudicij, decis. affirmat. cùm temerarius esset nutans, aliàs non, *Card. Putt. in decis.* 374 *par.* 2. Et an per litis renunciationem sint quoque reficiendæ, decisum affirmat. *Cappell. Tholos. in decis.* 17. Et num debeantur si sint ante reperta instrumenta factæ, decisum cum distinct. *Thess. in decis.* 73. Et an debeantur inita inter partes transactione de negotio principali, decisum affirmat. *Mynsinger. centur.* 4. *obseru.* 48. Et instantia perempta num debeantur ab eo cuius facto periit, decisum affirmatiuè, *Flam. Cartar. in decis. Rot. Ien.* 25. Et num expensæ Aduocatorum, & Procuratorum, qui gratis seruierunt, peti possunt, decisum affirmat. Si remittuntur animo remunerandi, alias non, *Domini de Rot. in decis.* 38. *in tit. de sent. & re iud. in antiq.* Et an expensæ attentatorum taxari possunt antequam pronuncietur in principali, decisum affirmatiuè, *Dom. de Rot. in decis.* 37. *eod tit.* Item nota actorem succumbentem semper condemnari in expensis, *Gramm. in decis.* 83. Sed etsi victus iustam habeat causam litigandi, an condemnetur in expensis, decisum affirmat. *Polid. Rip. in obseru.* 61. Et num absens sit semper condemnandus in expensis siue sit actor, siue reus, decisum affirmat. *Mynsing. cent.* 4. *obseru.* 67. Et an expensarum condemnatio fiat propter mendacium, affirma. *Afflict. in decis.* 126. Et an si omittatur in possessorio, poterit in petitorio fieri, decisum negatiuè, *Dom. de Rot. in decisione* 40. *de sent. & re iud. in antiq.* Et ea non facta in sententia an censeatur victus ab expensis absolutus, decisum negat. *Flam. Cartar. in decis.* 1. Et an expensarum condemnatio facta contra plures intelligatur, vt vnusquisque pro rata teneatur, decisum affirmat. *Flam. Cartar. in decis.* 28. *& Caputaquen. in decis.* 343. *par.* 1. Et quid è contra si expensæ litis debeantur pro rata victoriæ, decisum negat. *Flam. Cartar. in decis.* 57. *Boer.* tamen *in decis.* 74. dicit decisum, quòd reus in his, in quibus succubuit, quamuis in aliis absoluatur, condemnari debet in expensis, & Iudex debet victum in expensis condemnare, etiam quando ex officio procedit, *Crescent. in decis.* 1. *vt lit. pend.* Item an insufflationem spiritus vitæ obtinens, teneatur soluere expensas, decisum affirm. *Gram. in decis.* 91. *& Triumf. Rot. Venet. in decis.* 62. *par.* 1. Item num Aduocatus, & Procurator in causa propria licite expensas à victo postulet, decisum negat. *Domini de Rot. in decis.* 451. *in tit de sent. & re iud. in antiq. & Mynsing. cent.* 1. *obseru.* 2. Et expensæ litis síntne decernendæ decretis alimentis, affirmatiuè, *Caputaq. in decis.* 309 *part.* 1. Item num missio in possessionem fieri possit pro expensis litis, decisum negatiuè, *Fran. Mar. in decis.* 391. Nouissime an Fiscus indebite aliquem molestans, veniat in expensis, damnis, & interesse condemnandus? & quidem pro affirmatiua parte fuit decisum apud *Vin. in decis.* 479.

COLLECT. CXVII.

Super c. fin. de elect. in 6.

Citationis per edictum materiam hîc tractant DD. & super ea aliquoties fuit decisum; Primò quidem videndum est, an huius text. dispositio locum obtineat in præsen-

ratione, decisum affirmat. *Crescent. in decis. 12. de iu patr.* Item an hæc citatio edictalis sufficiat, vbi agitur de priuatione alicuius, decisum negatiuè, *Caputaqu. in decis. 114.* Et an si agitur de sententia diffinitiua, negatiuè, *idem in decis. 117.* Et an etiam, quando citandum constat esse in loco certo, sufficiens sit; decisum negatiuè, *Granm. in decis. Rot. Lusitan. 15.* Item num comprehendat clericos; decisum per *Surd. in decis. Mant. 26. Gram. in decis. 78. & Valasc. in decis. Ro. Lusitan. 92.* Et an ignorantes, decisum cum distinct. per *Caualcan. in decis. 39.* Item num citatio hæc, cui addatur, contra interesse prætendentes, dicatur monitoria, vel arctatoria, decisum esse monitoriam: verum arctatoriam vbi aliquis esset expresse nominatus, *Caputaquen. in decis. 113.* Item num institutio beneficij patronatus censeatur inualida non præposita citatione per edictum, affirmatiuè, *Caputaquen. in decis. 95. par. 1. & Vin. in decis. 309.* Sed & ea tantum interueniente num extractio instrumenti sit inualida, affirmat. *Mohed. in decis. 8. de testi.* Item citatus per edictum dicatúrne verus, vel fictus contumax, decisum pro posteriori casu, *Caputaquen. in decis. 118. par. 1.*

COLLECT. CXVIII.

In l. 3. C. de nouat.

NOn alibi locorum quàm hîc, & in *l. Modestinus, ff. de solu.* cessionis materia ex qua nempe frequentissimæ ortæ sunt decisiones, aptius pertractari potest. Videndum, si libet, prius est, num cedens debitum, teneatur illud verum, ac exigibile manuteneri, decisum per *Magon. in dec. Rot. Floren. 59.* Et cedens nomen debitoris, an teneatur eum locupletem præstare, decisum negatiuè, tamen tenetur eum verum facere, *Marilian. in decis. Ro. Ien. 2.* Et an teneatur tradere cessionario scripturas authenticas, quibus mediantibus iustificetur cessio, affirm. *idem in decis. 5.* Et an valeat reuocare cessionem, dico affirma. vbi tamen cessionarius pacta non seruasset, *Mynsing. cent. 5. obseru. 46.* Et num possit pro cessionario deponere, negat. *Mohed. in decis. 2. & 3. de testi. & Cappel. Tholos. in decis. 94.* Et num valeat agere contra debitorem cessum, decisum cum distinct. *Cacher. in decis. 60.* Et num eius confessio, seu liberatio post cessionem factam noceat cessionario, decisum cum distinct. per *eundem in decis. 45.*

Item num cessionarius teneatur exhibere cessionem ante litem contestatam, negat. *Marilia. in decis. 7. & Cacher. in decis. 57.* Et an teneatur fidem facere de cessione, antequam lis sit contestata, affirmat si agatur directa actione, & nomine cedentis, secus si vtili, *Cappel. Tholos. in decis. 294.* Et num possit agere contra cedentem rem sibi non liberam, affirmat. *M. Ant. de Amat. in decis. Rot. March. 6.* Sed & num agere possit via Ritus M. Cur. negat. *de Franch. in decis. 553. & Fran. Caitar. in decis. Ro. Ien. 63.* Et num pro iuribus ei cessis trahere possit ex causa lucratiua secundum Ritum prædictæ Mag. Cur. dico negat. regulariter, verùm affirmat. si esset persona miserabilis, *de Franch. in decision. 195.* Et agens vigore cessionis an compensationis exceptionem pati possit, affirmat. *Thess. in decis. Sen. Ped. 221.*

Item num debitor cessus opponat compensationem cessionario de

eo

eo, quod ipse cessionarius debet, decisum affirmatiuè, *Flam. Cartar. in decis.* 62.

Item cessio num præsumatur simulata ex confessione cedenris de pretio recepto, affirmatiuè, *Vtu. in decis.* 158. Et cessio iurium an duobus fieri possit, decisum cum distinct. *Cather. in decis.* 61. Et cessio sub conditione acceptata, num non adimpleta conditione, habeatur ac si acceptata non esset, affirmatiuè, *Carta. in decis.* 48. Et cessio facta per negotiorum gestorum quomodo dicatur valida, decisum *per Caputaquens. in decis.* 104. *part.* 1. Et cessio facta in Fiscum per carceratum, an dicatur valida, decisum affirmatiuè, *idem in decis.* 105. Et cessio actionis lite pendente an sit nulla, affirmatiuè, *Franc. Mar. in decis.* 148.

Item exceptio, quæ opponi potest contra cedentem, an noceat cessionario, decisum affirmatiuè, *Afflict. in decis.* 74. Et exceptio cedendarum num competat tutoribus dolosis, negatiuè, *de Franch. in decis.* 662. Et vno ex correis liberato per creditorem an possit per alium correum conuentum opponi exceptio cedendarum, decisum affirmatiuè, *de Franch. in decis.* 476.

Item pactum de retrouendendo an cedi possit, affirmatiuè, *Franc. Mar. in decis.* 404. Et num ius annullandi venditionem, etiam affirmat. *Flam. Cart. in decis.* 18.

Item causa cessionis num probetur per cedentis confessionem, affirmatiuè, *Card. Put. in decis.* 21. *part.* 3. Item num priuilegium tacitæ hypothecæ transeat in cessionarium, affirmatiuè, *Magon. in decis. Ro Luc.* 54 Item an mulier per cessionem suorum iurium sibi præiudicet in prælatione, decisum *per Menad. in decis.* 19. Demum conuentus hypothecaria offerendo debitum an possit petere iurium cessionem, decisum affirmat. *Grat. in decis. Rot. March.* 115.

COLLECT. CXIX.

Super c. vni, §. verum, de iur. patron. in 6.

Hic habemus tempus, quod patronis conceditur ad præsentandum, necnon, & differentias inter ius patronatus ecclesiasticum, & laicale; Nam patrono ecclesiastico conceditur semestre tempus, laico verò quadrimestre, sed & illud tempus quomodo patronis computari debeat, deciderunt Domini *de Ro. in decis.* 10. *tit. de iur. patronat. in antiq.* Et num possit prorogari per ordinariū, decidit affirmat. *Crescent. in decis.* 11. *in tit. de dilat.* Sed & eo prorogato num ordinarius possit ponere Oeconomum, patronis discordantibus, affirmat. *idem in decis.* 12. *eod. tit.* Et à quo die incipiat patronis currere, scilicet à die vacationis, vel à die scientiæ? *Domini de Ro. in decis.* 13 *in præfato, tit. de iur. patro. in antiq* tenuerunt pro priori casu, scilicet à die vacationis, *Caputaq. tamen in decis.* 248 *part.* 3 dicit decisum à tempore scientiæ, in quo & ipse potius residerem; Item patrono non presentante infra tempus semestre an Episcopo incipiat statim tempus currere, decisum per *Dominos de Rot. in decis.* 6. *in titul. de iure patronat. in nou.* Et pariter patronus non præsentans infra tempus an possit moram purgare, negat. *Thoming Ro Lipsien. in decis.* 13. Item num prouisio de beneficio iuris patronatus per Episcopum absque præsentatione patroni facta, sit valida, decisum negat. *Mohed. in decis.* 6. *tit. de iur. patron.* Item

num ius patronatus in dubio præsumatur Ecclesiasticum, decisum affirmatiuè, *Crescen. in decis. 9. de iur. patron.* Verum laicale si hæredes sint in possessione præsentandi, *Card. Pute. in decis. 90. part. 3. & in decis. 218. p. 2. Achil. de Graff. in decis. 1. de iur. patron. Mohed. in decis. 9 hoc tit. Gamm. in decis. 53. & Crescen. in dict. decis. 9.* Et ius patronatus fundatum à laico relictum quatuor laicis, & vni clerico quomodo præsumatur, decisum esse laicale, *Crescen. in decis. 3. in eod. tit.* Et iuspatronatus beguinarum censetúrne ecclesiasticum, vel laicale? decisum esse Ecclesiasticum, *Domini de Ro. in decis. 8. eod. tit. vt supra in antiq.* Et in dubio præsumatúrne præsentatio facta infra tempus habile? negatiuè, *DD. de Ro. decis. 12. in antiq.*

Collect. CXX.

Super c. fœlicis, de pæn.

OCcasione huius text. non incongruum videtur hic agere de materia Cardinalium, super qua fuit primò dubitatum num Cardinalis possit abesse à Curia Rom. absque licentia Papæ, & quidem plenè discutitur *per Afflict. in decis. 289* ad quem recurre. Et acceptando indultum, an possit ab eo resilire, negatiuè, quia videtur quasi contraxisse, *Achill. de Graff. in decis. 2. in tit de indul. Card.* Et indulta Cardinalium an capiant vacantiam per obitum aliorum Cardinalium, decisum affirmatiuè, *Crescen. in decis. 3. de priuil.* Item num cœtus Cardinalium possint, sede vacante, restituere, ac habilitare Cardinales priuatos per Papam, recurre ad *Capyc. in decis. 114.* hunc articulum discutientem. Item Cardinali asserenti aliquid in præsentia Papæ an sit credendum, affirmatiuè, *Caput aquens. in decis. 95. p. 1.* Et Cardinali legato affirmanti sibi aliquid de reseruatis Papæ competere ex potestate demandata, an credatur, negatiuè, *idem in decis. 93. ead. par.* Item an currant Cardinali sex menses à die commendæ ad resignandum beneficium sui familiaris, affirmatiuè, *idem in decis. sequent.* Et num ei possit inhiberi, negatiuè, *Domini de Rot. in decis. 25. de dol. & contu. in antiq.* Et an ex Cardinale alteri Cardinali, negatiuè, *iidem in decis. 31. eod. tit. in antiq.* Item regula de octo mensibus excipiens Cardinales, an intelligatur de Cardinalibus ordinariis tantùm collatoribus, an verò delegatis, decisum pro priori casu, *Cresc. in decis. 20. de præbend.* Item indultum Cardinalis de conferendis beneficiis ad collationem suam de iure spectantibus an comprehendat beneficia, in quorum possessione conferendi alius erat, decisum negatiuè, *Put. in decis. 206. part. 1.*

Collect. CXXI.

In l. 1. & tot. tit. C. qui bon. ced. poss.

BOnorum cessionis materia nobis aliquas peperit decisiones, super qua fuit primò dubitatum, num cedere bonis possit, qui dilationem quinquennalem impetrauit, decisum negatiuè, *Afflict. in decis. 378.* Et an qui negauit debitum, pariter cedere valeat, decisum negatiuè, *idem Afflict. in decis. 379.* Et an qui commisit dolum, quique in fraudem sua bona alienauit, negatiuè, *DD. de Ro. in decis. 22. de restit. spol. in antiq.* Sed etsi dolo bonis cessit, qualiter puniendus sit videto *Magon. in decis. Rot. Luc. 88.* Et num spoliator cessionem bonorum facere possit, affirmatiuè, *Domini de Ro.*

de feud. & re iudic. in antiq. Sed an Monachus, qui alium beneficio dolo spoliauit? decisum negatiuè, *Cappel. Tholos. in decis.* 466. Et quid si sine dolo spoliauit, an ad cessionem bonorum admittatur, vt agat in possessorio, decisum affirmatiuè, *Card. Put. in decis.* 251. *p.* 1. Et num hæres inuentario haud confecto hoc beneficio vti possit, negatiuè, *Thom. Trinif. in decis. Venet.* 8. *part.* 1. Et an quis in delictis, affirmatiuè, *Thess. in decis.* 182. *Sen. Pedem.*

Item cedens bonis an possit agere, affirmatiuè, *Marc. Anton. de Amat. in decis. Rot. March.* 93. Et lite pendente super actione iniuriarum, an possit postea prosequi, decisum per *Cappel. Tholos. in decis.* 249. Et num liberetur, quia soluat ad pinguiorem fortunam euentus, decisum affirmatiuè, si vituperosa fieret cessio, aliàs secus, *Guid. Pap. in decis.* 343. Et num desinat esse Dominus suorum bonorum, decisum affirmatiuè, post distributionem, *Cappel. Tholos. in decis.* 134. Et an pendente processu super cessione bonorum possit exequutari, affirmatiuè, *Cappel. Tholos. in decis.* 28.

Item num cessioni bonorum possit renunciari, affirmatiuè, *idem in decis.* 61. At *Thess. in decis.* 36. contrariam tenuit sententiam; Sed quid si quis cum iuramento renunciaret, an posset postea cedere bonis, decisum adhuc, *Domini de Ro. in decis.* 31. *de sent. & re iud. in antiq. & Guid. Pap. in decis.* 211. Hinc ergo patet, quum non obstante iuramento quis adhuc admittitur ad cessionem bonorum, tanto fortiùs eo non interueniente, & sic Thess. opinionem proximè adductam esse sequendam. Item exceptio cessionis bonorum, an impediat litis contestationem, affirmatiuè, *Cappel. Tholos. in decis.* 136. Item cedens bonis possitne de creditis, debitisque actiuè, vel passiuè ante cessionem in iudicio stare? negatiuè, *Cornax. in decis. Ro. Lucens.* 175.

COLLECT. CXXII.

Super capit. si quis suadente diabolo, 17. q. 4.

ISte text. adeò vulgatus est, vt, cùm agitur de incurrenda excommunicatione ob percussionem in Clericos, ex qua sanè caueant omnes, væ enim sibi, qui in id inciderit, planè neminem propè lateat: Sed & prius, quàm ad aliorum demonstrationem casuum perueniatur, præuidenda erunt requisita, de quibus *Franch. Mar. in decis.* 921. ad hoc vt quis huius c. incurrat pœnam. Et de eius intellectu *in decis.* 800. quem nempe solum reperi, qui in hac materia decidat: Sed num inquam excommunicatus iuxta huius text. dispositionem, si parti fecit satis, possit ab Episcopo absolui, decisum negatiuè, *Franch. Mar. in decis* 907. Et num à maiore Pœnitentiario Papæ, affirmatiuè, *idem in decis* 925. Et num à Legato de latere in Prouincia sibi decreta possit, dico, absolui affirmatiuè, vide *in decis.* 90. Item impubes ob violentas manus in Clericum illatas à quo absolui debeat, & qua veniat puniendus pœna, vide *in decis.* 912. Et filijfamilias, & serui à quo absolui debeant, vide *in decis.* 916. Ei à quo homines delicatæ conditionis, vide *in decis.* 923. Et à quo qui mala laborant valetudine, vide *in decis.* 929. Et à quo moniales, *in decis.* 931. Et à quo maritus excommunicatus absolui, debeat, decisum à Papa, vide *in decis.* 927. Sed num teneatur deferre literas testificatorias Ordinarij pro ab-

solutione obtinenda in curia Romana, decisum negatiuè, vide *in decis.* 909. Item hæc absolutio possitne peti per procuratorem? negatiuè, vide *in decis.* 930. Item hæc excommunicatio incursa, ipso facto ob violentas manus in clericos, sitne publicanda? affirmatiuè, *in decis.* 950. Item num spuens in personam clerici incidat in pœnam huius c. decisum affirmatiuè, *in decis.* 9.9. Et sciens, & patiens, vt clericus percutiatur, an incurrat pariter hanc pœnam, affirmatiuè, *in decis.* 971. De forma tandem absolutionis huius cap. vide *in decis.* 927.

Collect. CXXIII.

Super cap. accusatus, de hæretic. in 6.

Agitur in hoc cap. materia relapsationis in hæresim, super qua Thomæ Triuisano frequentiùs occurrit decidere. Et primò num pro relapso habendus sit, qui pœnitentiam sibi in sententia abiurationis iniunctam, non adimpleuit, & decisum fuit in affirmatiuam *in decis.* 36. *part.* 2. Item post purgationem canonicam vehementer effectus suspectus de hæresi, an possit, vti relapsus, condemnari, negatiuè, vide *in decis.* 39. Et num qui de formali hæresi abiurauit, possit si postea incidat in vehementem suspicionem, vti pariter relapsus condemnari, negatiuè, *in decis.* 57. Item qui vti suspectus de hæresi, abiurauit de vehementi iniuncta sibi pœnitentia, an ea peracta remaneat inhabilis ad benef. ia obtinenda, & an etiam priuetur obtentis? decisum negatiuè, *Farin. in decis.* 51. Item testis deponens de auditu ab eo, qui asseruit se aliàs fuisse hæreticum, faciatne plenam, vel semiplenam probationem? Resp. semiplenam *Thom. Triu. in decis. Venet.* 38. *part.* 2.

Collect. CXXIV.

In l. dies festos, C. de fer.

Disponit hic text. non posse vllos iudicatorios actus exerceri in die feriato. Sed num causa possessorij agitari possit? affirmatiuè, *Cappell. Tholos. in decis.* 159. *& Achil. de Grass. in decis. vni. in tit. de fer.* Et num audientia testium committi, affirmat. *Cresc. decis. vni. eod. tit.* Et num reuocatio attentatorum fieri, affirmat. *Marc. Ant. de Amat. in decis. Rot. March.* 16. Et num exequutio sententiæ fieri possit in die feriato in honorem hominis, decisum affirmat. *Cappell. Tholos. in decis.* 158. Et testes cogine possint in die feriato ad deponendum stante renunciatione partium? negat. *Thess. in decis.* 59. Item sententia nulla ex eo, quòd in tali die est lata, possitne in causa appellationis confirmari? negatiuè, *Grat. Rot. March. in decis.* 144. Item Nuntius Apostolicus ad aliquem Principem destinatus, quas ferias obseruare tenetur, S. Ro. Curiæ, vel ciuitatis illius, in qua ipse residet, decisum pro priori casu, *Thom. Triuis. in decis. Venet.* 31. *part.* 1.

Collect. CXXV.

Super c. vni. de cler. non residen. in 6.

In hoc text. tractatur materia distributionum quotidianarum, hæque super ea vsque adhuc ortæ fuere decisiones. Sed præuidendum est quando distributiones quotidianæ distribuendæ sint, decisum secũdum Ecclesiæ consuetudinem, *Vin. in decis.* 311. Et num veniant appellatione fructuum, decisum negat. *Caputaq. in. decis.*

decis.19.p.2. Sed num veniant in condemnatione fructuum? decisum affirmat. si fuerint perceptæ; alioquin secus, *Ro. diuers. in decis.618.p.1.* Sed & ea, quæ suspensionis, vel excommunicationis tempore obueniunt, quos in vsus conuerti debeant, decidit *Franc.Mar. in decis.881.p.2.* Et num computentur in valore beneficij impetrati communi æstimatione, decisum negatiuè, *Dominii de Rot. in decis. de sent. & re iudic. in antiq.* Item num Episcopus possit illas deficientium applicare Fabricę, decisum affirmatiuè, *Ro. Rom. Diuers. in dec.325.par.2.*

Collect. CXXVI.

Super consuet. Neapol. Et si Testator.

Consuetudo hæc ponit metam, & formam morientibus, vt de bonis antiquis non possint nisi de medietate disponere, altera verò medietas reseruanda est proximioribus agnatis vel cognatis prout ex quo latere dicta bona obuenerunt. Sed nunc videndum est, an isti proximiores excludantur per specialem huic consuetudini renunciationem, decisum affirmat. & difficultatem non recipit, *Capyc. in decis.190.* Sed num per generalem? affirmat. *de Franch. in decis.690.p.4.* Et num per substitutionem excludantur ab hac medietate, decisum negat. *Afflict. in dec.310.* Sed num per donationem inter viuos? decisum affirm. si per fraudem facta non fuerit, *Afflict. in dec.370. in 3. dub.* Et quando sit facta in fraudem, decidit *Capyc. in dec.85.* Et num per mulierem pro sua dote agẽtem, decisum cũ distin. *Affl. in dec.347.* Item æs alienum deduci debet ex toto patrimonio, & sic etiam de medietate antiqua, an vero de medietate tantùm, de qua potuerit disponere, decisum cum dist. *de Franch. in decis.280. & Capyc. etiam in decis.191.* Item fructus huius medietatis à quo tempore debeantur, decisum à tempore mortis Testatoris, *de Franch. in decis.374.* Item consuetudo hæc comprehendátne clericum disponentem? negatiuè, *Capyc. in decis.98. & de Franch. in decis.411.*

Collect. CXXVII.

Super cap. bona memoria il secondo de elect.

Materia singularitatis testium potest sedere hîc, & etiam in cap. licet ex quadam de testibus, vide primò quot sint species singularitatis, *Ioseph. Ludou. in decis. Rot. Perus. 9.* vbi tres species adducit, datur enim singularitas obstatiua, diuersificatiua, & adminiculatiua, declarare modo hæc per exempla, esset peruertere nostrum ordinem, vnde vide ibi. Num autem testes singulares probent possessionem alicuius, decisum affirmatiuè, *Caputaquen. in decis.269. par.3.* Item probant electionem sepulturæ, *Guid. Pap. in decis.544.* Item declarationem voluntatis, *Franch. Marc. in decis.462.par.1.* Sic quando agitur de probando quid in genere, *Mynsing. cent.3. obseru.76. & Rip obseru.204.* Sic quando per varia media tẽdunt ad eundem finem, *Mynsing. cent.2. obseru.20.* Et quando coniungantur, vt probent, vide *Ant. Fab. in decis.46. de testib.* In his autem casibus in quibus probant, quot numero esse debeant ad hoc, vt plenè probent, respon. quinque, & quid in actu reiterabili probandi, resp. etiam quinque, *idem Fabr. in decis.51. eod.* Sed num testes singulares probent con-

fessionem, decisum negat. *Affl. in decis.* 364. *Putt in dec.* 476. *lib.* 2. maximè si agatur de probanda vna, eademque confessione, *Gratian. in decis. Ro. Marth.* 139. Sed variantes in loco, & tempore an dicantur singulares, negatiuè, si locus, & tempus minùs sit substantiale, *Bellam. in decis.* 391. & *Cappel. Tholos. in decis.* 11. Vnum tamen vltimò nota, testes in dubio præsumi contestes, non autem singulares, *Ro. Antenon. in decis.* 62.

COLLECT. CXXVIII.

In l. respiciendum, §. delinquunt. ff. de pœn.

IN hac l. sedet materia homicidij cuiuslibet qualitatis; Quæritur primò an homicida voluntarius gaudeat immunitate Ecclesiæ, decisum negatiuè, *Guid. Pap. in decis.* 121. & *Peguer. in decis.* 54. idem dicas de homicida proditorio, *idem Peg. in decis.* 58. & 62. Sed num clericus homicida deprehensus cum habitu clericali, verùm indecenti sit dimittendus suo Iudici, negatiuè, *Guid. Pap. in decis.* 138. Homicidium autem voluntarium, sed in alterius personam cōmissum, quàm contra in mente conceptum, an veniat puniendum pœna ordinaria, negatiuè, *Thess. in decis.* 142. Et à pluribus deliberatè commissum qualiter in re dubia puniatur, & quidem pœna extraordinaria decidit idem *Thess. in decis.* 51. Sic si calore iracundiæ factum fuerit, *idem in decis.* 178. Diminuitur etiam pœna homicidij ob temporis diuturnitatem, *Thess in decis.* 76. Item propter minorem ætatem, *idem in decis.* 161. Sed limita in casu *de Franch. in dec.* 231. Pœna quoque extraordinaria punitur homicidio causam præbens, *Cacher. in decision.* 104. Sed num prodigus perpetrans homicidium possit puniri nedum pœna corporali, verùm amissionis bonorum, decisum affirmatiuè, *de Franch. in decis.* 461. Sed num homicida furiosus possit puniri, negatiuè, sed in carceribus detineatur, *Ant. Faber. in decis.* 1. *de sicar.* Idem dicas in ebrio, si ei imputari culpa minùs possit, *idem Fab. in decis.* 7. *eod.* Idem in Patre, qui per imprudentiam filium occiderit, est enim venia dignus, *Fab. in decis.* 10. *eodem tit.* Sed quid de Matre, infantem iam natum occidente, responde pœna mortis puniendam, *Thessaur. in decis.* 13. Sicut, & quæ partum in latrinam abiecerit, *Cacher. in decis.* 61. Homicidio autem inter plures commissò vnico vulnere, & ignoratur quis occiderit, omnes veniunt absoluendi, *Peguer. in decis.* 63.

COLLECT. CXXIX.

Super cap. cum in contemplatione, de reg. iur.

MAteria torturę sedet hîc. Vide primò an Mag. Cur. Vic. possit torquere ex solo processu informatiuo, quòd sic in grauib. delictis, *Afflict. in decis.* 391. Et an Iudex possit mutare tormenta, affirmatiuè, *Vin. in dec.* 361. An tortus nihil in tormentis confessus sit aliqua pœna puniendus, vide *Gamm. in decis.* 280. At qui stante protestatione (citra præiudicium probatorum) Fisco nil præiudicat, *Vin. in decis.* 143. Condemnatus autem ad torturam, si aufugiat in Ecclesiam an gaudeat illius immunitate, negatiuè, *Gam. in decis.* 281. Num sciens tractum proditionis sit tortvræ subiiciendus, affirm. *Cache. in decis.* 79. Et

79. Et num septuagenarius, negatiuè, *Anto.Fab. in decis.6.de quæstio.* Et num is, qui gratiam criminis obtinuit à Principe, possit contra socios torqueri, negatiuè, *idem Fab.in decis.14. eod.* Et nunquid hodie ij, quos ius commune prohibet, tormentis subiici possint, affirmatiuè, *idem in decis. 13.eo.* Sed qui torqueri minimè, an saltim possint terreri, affirmat. *idem in decis.24.eo.* Reus iam cōuictus non torquetur, limita ad detegendum socios, *idem in decis.15.& 16.eo.* Ad torturam an deueniri possit antequam de mortuo corpore constet, quod sic in crimine assassinij, *idem in decis.17.eo.* Et num simulans furorem, ne de crimine interrogetur, possit torqueri, affirmat. *idem Faber. in decis.1. eod.tit.de quæstio.* Tortura quot vicibus repeti possit, respon. tribus, *Mago.in decis.Lucen.89.* Sed ex nouis indiciis vltra torqueri potest, *Faber.in decis.2.vbi supra.* Et qui inuentus est vti sortilegio ad eludendum tormēta, iterum torqueri potest, *idem Fab.in decis.3.eo.* Testis autem num torqueri possit, quod sic, si duo concurrant, de quibus per *Thess.in decis.42.* Tortura enim facit personam testis integram, *Faber.in decis.23. ibi.* Et num testis verius possit torqueri, decisum affirmat. *idem Fab. in decis.55.in tit.de testibus.*

COLLECT. CXXX.

In l.si quis sepulchrum,ff.de relig. & sumpt.

FAuore Ecclesiæ cogitur quis rem suam vendere, h.d. vnde pro ampliatione dormitorij Monasterij cōpellitur quis ad rem suam vendendum, *Gramm.in decis.75.* Sed quid pro claustro, ac scholis fabricandis, decisum affirmatiuè, *Franch.March. in dec.* 635. Et quid pro ampliatione Cappellæ, seu Oratorij, negatiuè, *de Franc. in decis.223.* Quid pro ampliatione seminarij puerorum, decisum affirma. *Carroc.in decis.26.* Et quid pro Ecclesiæ reædificatione, affirm. *Fran. Mar. in decis.636.par.1.* Clericus autem pro pietate publica num tempore carestiæ cogatur vendere frumentum, affirmat. *Vin.in decis.28.par.1.& Caualc. in decis.57. par.2.* Et an tales Clerici comprehendantur sub taxa frumenti, *vide de Franch.in decis.9.*

COLLECT. CXXXI.

Super c.fin. de verbor.signific.in 6.

HOc in loco sedet multum bene materia familiaritatis, super quà vide primò an vt quis dicatur familiaris, necesse sit, quòd comedat, ac bibat in tinello, *Crescent.in decision. 6.de rescript.* Et num familiares, seu famuli dicantur etiam qui extra domini domum habitent, affirmatiuè, *Surd.in decis.35.* Et num familiares Episcopi gaudeant priuilegio fori, affirmatiuè, *Capyc.in decis.12.* Sed an tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, affirmatiuè, *Viu.in decision.116.* Quæritur tu habes, quòd Episcopus potest vigore Tridentini *in sess.23.cap. 9.de reform.* ordinare suum familiarem triennalem, modò eidem conferat beneficium, an hæc duo, scilicet familiaritas, & beneficij collatio requirantur copulatiuè, respon. affirmatiuè, *Rot. diuers. in decision. 731. part.1.* Sed an colonus Ecclesiæ, vel Ecclesiasticæ personæ in causa contra ipsum mota fori obtineat priuilegium, negatiuè, *Thess. in decisione 22.* Et num Magister actorum Curiæ Episcopalis dicatur familiaris ad finem, vt gaudeat fori

priuilegio, affirmat. *Gratian. in decis. Rot. March.*233. Et nũ familiares admittantur, in testes, negatiuè, *Viu. decis.*349. Sed quid in casibus difficilis probationis, affirmat. *Thomin. in decis. Rot. Lips.*41. Et num familiaris, qui iussu Domini rem à creditore accepit, si aufugiat cum ea, periculum sit Domini, affirmatiu. *Gam. in decis.* 190. Famulus autem num teneatur Dominum suum defendere, & quomodo, tradit *Viu. in decis.* 371. Et num famuli diutno salario conducti teneantur ad publicas functiones, negat. *Surd. in decis.*19. Vltimò an familiaritas minùs seruientibus actu opituletur? negatiuè, *Ann. alleg.* 44.

COLLECT. CXXXII.

Super cap. fraternitatis, de testibus.

TEstium receptio post publicationem non admittitur, h. d. Sed num recipiantur ad probandam bonam famam, negat. *Surd in decis.* 39. Item nec ad comprobandum testes reprobatorios, *idem in dec.* 296. Sed num recipi possint ad comprobandum dicta priorum, affirmatiuè, *idem in decis.*126 Item recipi possunt, cum ob culpam, vel malitiam examinatoris factum est, quominus reciperentur, *de Franch. in decis.*371. Sic ob nullitatem examinis, vbi alij testes vltrà iam examinatos recipi possunt, *Thes. in decis.*28 Item in causa criminali etiam ad offensam, *idem in decis.* 26. Item si post publicationem reperiantur testes non repetiti in causa criminali; *Guid. Pap. in decis.*172. Item perempta instantia, & in sex aliis casibus; quos vide per te in *Afflict. in decis.*216. Sic quando probari posset testes corruptos falsum dixisse, *Cappell. Tholos. in decis.* 284. & 285. Sic in minore, muliere, & rustico, *Guid. Pap. in decis.*114. Item ex officio Judicis, aliàve ex iusta causa mouente Judicem, *idem in decis.*201. Admittuntur etiam ad declarandum eorum dicta obscura, *Faber. in decis.*2. *de testib.* Item si ante publicationem de probatione contraria instrui non potuerit, *idem in decis.* 62 *eo tit.* Item si testes fuissent malè interrogati, quia ex integro audiendi sunt etiam post publicationem, *idem in decis.*47. *ibid.* Sed nunquid recipiantur fauore Ecclesiæ post publicationem, decisum negatiuè, *Mar. Ant. de Amatis in decisio. Rot. March.*78.

COLLECT. CXXXIII.

In l. fin. ff de quast.

NVllibi meliùs sedet materia indiciorum, quàm hîc. Vide primò qualia indicia esse debeant, ad hoc; vt ex illis quis condemnetur, *Viu. in decis.*535. Et quæ indicia sint, per quæ possit deueniri ad torturam, tradit *idem in decis.*282 *& Mynsing. cent.* 6. *obseru.*93. & præsertim contra furem, *Anton Fab. in decis.* 4. *tit. de quast.* Sed num sanguis profluens è vulneribus occisi, astante inquisito; faciat indicium ad torturam, decisum affirmat. *Thess. in decis.* 173. Et num mendacium affirmatiuè si sit in substantialibus, *Cather. in decis.*79. Et num dictum mulieris stupratæ contra nominatum stuprantem, affirm. *Viu. in decis.*249. Et num dictum pueri stuprati, affirmatiuè, *Peguera in decision.*71. Sed hoc intellige in duobus casibus tantùm; Primò quando constat de delicto videlicet de fractura ex recenti, & vnica viee sequuta, alioquin reiterata argueret vitium patien-

patientis; Secundò quando concludenter constaret de vi, & metu pueto illato, & tunc non requiritur, vt constet de fractura notabiliter, *T. im. in decis.14.par.2.* Sed num fama faciat indicium, negatiuè, *Ant. Faber. in decis. 20. de quæstio.* Et num fuga delinquentis, affirmatiuè, *Mynsing. cent.6. obseru.98.* Vulnerati assertio an faciat indicium ad torturam, negatiuè, licèt secus ad inquirendum, *Faber. in decis.26 d. tit. de quæst.* Et num socius criminis faciat indicium, negatiuè, *Viu. in decis.216.* Limita in nonnullis casibus, quos decidendo congerit *Peguer. in decis.5.* Limite etiam in crimine læsæ Maiestatis *Faber. in decis.7.* vbi supra. Et num inimicitia faciat indicium, affirmatiuè, si sit grauis, *idem Fab. in decis.11. ibid.* In materia incendij quæ dicantur indicia sufficientia, vide *Thess. in decis.14.* Et num depositio principalis offensi faciat indicium, negatiuè, *Viu. in dec.168.* Testis deponens se cognouisse delinquentem de nocte ad vocem an faciat indicium ad torturam, affirmat. *Viu. in decis.169.* Et quid si testes sint singulares in eorum dictis, eorum tamen depositiones tēdant circa idem factum, an faciant indicium, affirmatiuè, *idem Viu. in decis.100.* Quæro socius criminis, qui indulgentiam delicti obtinuit, possitne torqueri, vt faciat indicium contra socium, affirm. *de Franch. in decis.459.* Et num quando quis potest condemnari ex indubitatis indiciis possit pœna ordinaria condemnari? negatiuè, *idem de Franc. in decis.372.*

COLLECT. CXXXIV.

Ad doctrinam Bald. in l. cum in testamento, § hac verba, ff. de hæred. instituen.

BAld. hîc tradit notabilem præsumptionem, scilicet, quòd illud præsumitur præcessisse, quòd de iure præcedere debet, super quā nonnullæ fundatæ sunt decisiones; Quæritur primò num Clericatus præsumatur in dubio præcessisse collationem eadem die factam, quòd sic, *Crescent. in decis.4. tit. de præsumpt.* Et num erectio Ecclesiæ præsumatur præcessisse suppressionem, & vnionem beneficiorum ei factam, affirmatiuè, *idem in decis.6. eod. tit.* Sed ex duabus Bullis expeditis eadem die vtra prior præsumatur? respon in qua adest verus valor expressus, *idem in decis.2. ibidem.* In concursu possessionis eadem die captæ, quænam præsumatur præcessisse, tradit *Cassador. in decis.20. de preben.* Et num appellatio præsumatur præcessisse commissionem, affirmatiuè, *Ro. in decis.210. in nou.* Et num mors impetrationem beneficij quando vtraque eadem die subsequuta reperitur, affirmatiuè, *Cassador. in decis.21. de praben.* Et num in dubio excusatio vnius ex delegatis præsumatur præcessisse aliorum sine eo gesta, affirmatiuè, *Bisignet. in decis.1. de præsumpt.* Et num excommunicatio appellationem, affirmatiuè, *Ro. in decis.516. in antiquis.* Et num expeditio literarum præsumatur, ne alioquin processus corruat, affirmat. *Cassador. in decis.3. cum duabus sequentib. super Reg. Cancel.* Sed duobus testamentis eodem die confectis, quodnam præsumatur prius decidit *Pat. in decis.321. par.2.* Et num in dubio præsumatur sententia præcessisse inhibitoriam? affirmat. *Thess. in decis.49. & Achill. de Grass. in decision. 34. titul. de appellat.* & ratio est, sicut ferè in omnibus supradictis casibus, vt actus potius valeat, quàm corruat.

Collect. CXXXV.

In l. 1. § interdum, ff. à quibus appell. non lic.

CLausula (appellatione remota) non nisi à Principe apponi potest, h. d. lex ista; Quæritur primò num hæc clausula operetur in subdelegato à delegato Principis, affirmat. *Grat. in decis.* 219. Et num per eam reiecta censeatur quælibet appellatio, respon. non nisi friuola tantùm, *Viu. in decis.* 69. vnde non operatur, vbi quis notoriè grauatur, *Put. in decis.* 44. *lib.* 3. Sicut nec quando sententia manifestè foret iniqua, vel notoriè iniusta, *Caputaquens. in decis.* 33. *p.* 1. Item quando apponitur in rescriptis, quæ non conceduntur ex certa scientia, *Pute. in decis.* 324. *lib.* 2. Item quoad reiectionem probationum, in qua nihil hæc clausula operatur, quominus admittatur appellatio, *Surd. in decis.* 56. Item nec in sententia Principis pronunciantis iustam alterius relationem, *Gram. in decis.* 35. Item per eam non tollitur recursus, *Gratian. in decis.* 51. *& Minado. in decis.* 28. Ex quo potest inferri quòd Fiscus, cui non est concessum appellare, habet recursum, *Gram. in decis.* 14. Limita, vt per *de Franch. in decis.* 147. Et nonnulla in præsenti materia per *Rot. diuers.* 100. *par.* 1.

Collect. CXXXVI.

Super cap. proposuisti, de probat.

IN materia si adhibendi sunt periti in arte, eisdémque sit credendum ad duo loca est communis recursus, videlicet ad text. de quo supra, & ad doctrinam *Bart. in l.* 1. *ff. de ventr. inspic.* super qua has decisiones fieri contigit. Et primò fuit hæsitatum num sentẽtia lata ex relatione peritorum, possit retractari ex consilio peritorum, decisum affirmat. *Mynsing. cent.* 6. *obseru.* 35. Et sententiæ illorum an transeant in rem iudicatam, decisum affirmat. *Thess. dec.* 25. Et num ab eorum sententia possit appellari, decisum affirmat. *Rot. Lucens. in decis.* 38. Quot autem periti necessarij sint, decisum ad minus duo, *Mynsing. cent.* 6. *obseru.* 34. Sed peritis discordantibus quid agendum, vide *Gratian. in decis. Rot. March.* 32. Et in huiusmodi discordia num sit tertius eligendus, & à quo, decisum affirmatiuè, & electionem esse Judicis, *Carroc. in decision.* 50.

Collect. CXXXVII.

In l. stuprum, ff. de adulter.

STuprum, cuius materia stat hîc, quale propriè dicatur, & qua veniat pœna puniendus stuprator, decidit *Viu. in decis.* 299. Sed num cum incestu coniunctum puniatur pœna mortis, affirmatiuè, *Anton. Faber. in decis.* 1. *de adulter.* Et num per vim commissum cum ea, quæ non erat viri potens, pœna mortis dignum sit, affirmatiuè, *de Franch. in decision.* 534. *& Ant. Fab. in decis.* 5. *de adulter.* Aliter atque *Gram. in decis.* 22. dicens decisum cõdemnandum fore ad septennium pœna triremium, *Thess.* verò ad decennium, *in decis.* 148. Sed quid si fuerit tantummodo attentatum cum non viri potente? resp. pœnam triremium, vel relegationis, aut exilij secundum personæ qualitatem locum habere, *Guid. Pap. in decis.* 555. Et quid si fuerit attentatum cum viri potente? resp. pœnam extraordinariam, nisi ex loci, aut temporis,

aut personarum conditione, & qualitate augeatur, vtputà si à familiari, & domestico attentatum sit, si noctu, & per effracturam, si marito præsente, si in publico, si ab ignobili, & vili persona in nobilissimam, vide *Ant. Fab. in decis. 5. eo.tit. de adult.* Num autem stupratæ credatur, negatiuè, *idem Faber. in decis. final.* etiam cum iuramento, *Boer. in decis. 299.* sequitur *Thess. in decis. 3 concl. 6.* Vidua committens stuprum infra annum luctus an amittat dotem, decisum affirmat. *Cacher. in decis. 77.* Et num stuprator relaxari possit sub fideiussoribus, negatiuè *Rot. Auenion. in decis. 22.* In causa stupri quis dicatur Judex competens decidit *Franc. Mar. in decis. 1. par. 1.* Et virgo stuprata an gaudeat beneficiis Virginis in electione fori contra stuprantem, decisum affirmatiuè, *de Franch in decis. 599.* Et ad materiam, vide *Thess. in d. decis. 3.*

Collect. CXXXVIII.

In l. si non conuitij, C. de iniur.

Lex, quæ magis allegari solet in iniuriarum materia est, de qua supra; & duo dicit, Primò verba de se iniuriosa præsumi animo iniuriandi prolata. Secundò actionem iniuriarum anno tolli, & ita decisum per *Ro. in dec. vn. de iniur. in nou.* Sed an iniuriarum realis actio ciuilis exil. Cornelia descendens anno tollatur, negatiuè, *Mynsing. cent. 1. obseru. 84.* sequitur *ead. Cam. Imper. in verbo iniuria. versic. iniuriarum.* Et num iniuria picta, scriptâve anno præscribatur, negatiuè, sed instar realium post annum intentari potest, *Gayl. lib. 2 obseruat 104.* sequitur *Cam. Imper. vbi proximè in versi. iniuria picta.* Iste autem annus sitne vtilis, vel continuus, respon. vtilem, & sic non currere ignoranti, *Gayl. lib. 2. obseru. 105.* Iniuria autem quibus modis fiat, vide *Triuisa. in decis. 61. part. 2.* scilicet verbis, & facto, licèt ipse contendat non dari vnam sine alia, vide ibi. Sed num fieri possit solo actu, & nutu sine verbis, affirmatiuè, *Thes. in decis. 229.* Et num vni facta toti familiæ, totique agnationi facta censeatur, ita vt cuilibet actio competat, affirmatiue, *Surd. in decis. 89.* Et num facta vxori, eius vir agere possit, affirmatiuè, *Ant. Faber. in d. cis. 5. titu. de iniur.* Et num Officialis pro iniuria illata eius ministro in exequutione officij, affirmat. *Guid. Pap. in decis 557.* Sed an credatur tali ministro asserenti illatam sibi iniuriam, negatiuè idem vbi supra, & *Ro. Lucens. in decis. 21.* Et num illata vni de Collegio, vel Vniuersitate possit agere ipsa Vniuersitas, vel Collegium, affirmatiuè, *Guid Pap. in decis. 464* Magistratus autem iniuriam sibi illatam, an ipsemet vendicare possit, respon. sic, modò ea sit notoria, atque etiam illata ratione officij, & tunc puniat incontinenti, sine alia accusatione, & iuris ordine prætermisso, *Gayll. lib. 1. obseru. 39.* Secus si non sit illata ratione officij, vel etiam non sit notoria, sed altiorem probationem requireret, ne tunc magis Judex in causa propria, quàm exequutor esset, *Triuisan. in decis. 10. num. 34.* Quis verò erit Judex competens pro iniuria, quam laicus clerico intulerit? respon. præuentioni locum fore, *Guid. Pap. in decis. 562.* Et pro iniuria sibi illata habet clericus electionem fori, *Ann alleg. 146.* Ante iniuriæ æstimationem, & sententiæ prolationem an præambula semper præcedere debeant, affirmatiu. Camer.

Imper. in dicto verbo Iniuria, *verſ. iniuria quando*, & quæ ſunt iſta præambula, vide *Gayll. lib. 2. obſeruat.* 102. *num.* 8. Sed iniuriarum æſtimatione probata per teſtes, an ſententia valeat non præuia ipſius Judicis taxatione, affirmatiuè, *Creſcent. in deciſ. vni. de iniur.* Sed an Judex pro arbitrio poſſit taxare, ita quòd pars iurare minus teneatur, & conſequenter ob non præſtitum iuramentum ſententia Judicis à quo non veniat annullanda? reſpond. poſſe, *Mynſing. cent. 1. obſeru.* 84. ſequitur *Cam. Imper. in d. verbo Iniuria*, *verſic. Iniuriarum.* Quæro quis agere poſſit ciuiliter ad æſtimationem iniuriæ? reſpon. tantummodo principalem offenſum, eúmve, qui habet, vel habuit offenſum in poteſtate ſua, vt patrem pro filio, maritum pro vxore non contra liberos, vxorem, alióſve conſanguineos pro parente, marito, fratre, alióve conſanguineo agere poſſe, & prætendere aliquod intereſſe pecuniarum; ſed tantùm affectionis, ita *Cam. Imper. vbi ſupra*, *verſ. nota ciuiliter.* Sed an pater poſſit remittere actionem iniuriarum, tam ciuilem, quàm prætoriam competentem filio, quòd ſic ſecundùm ea, quæ dicit *Cappel Tholoſ. in deciſ.* 241. Sed an & inuitis aliis filiis, id eſt, fratribus iniuriati, reſpon. etiam, *Boer. in deciſ.* 120. Actio autem iniuriarum num remiſſa cenſeatur per interuallum certi temporis, affirmatiuè, *Viu. in deciſ.* 55. Et an extincta intelligatur per reuocationem, negatiuè, *Gratian. in deciſ* 58. Et num ciuilis excludat criminalem, affirmatiuè, *Theſſau. in deciſ.* 18. Paſſus autem iniuriam poſſitne petere, vt Judex condemnet iniuriantem ad veniam petendum, affirmat. *Gratian. in deciſ.* 195. Et an poſſit iniuriam verbis illatam armis repellere, negatiuè, *Boer. in deciſ.* 169. Sed an poſſit reproperare iniuriam dicendo ſimilem, vel maiorem, deciſum cum diſtinctione, *Capyc. in deciſ.* 58. Sed num veritas conuitij excuſet ab iniuria, affirmat. *Magon. in deciſ.* 25. *Rot. Flor.* Num liceat alicui propria authoritate vendicare iniuriam, quod ſic, cùm res poneretur in deciſum, ſi adiretur Judex, *Gram. in deciſ.* 23. *& in deciſ.* 13. Sed iſto caſu an liceat poſtea agere iniuriarum, licèt prior fuerit prouocatus, negatiuè, *Ant. Faber. in deciſ. de iniur.* Inferens iniuriam, ſed calore iracundiæ an veniat puniendus, quod ſic, at mitiùs, *idem Fab. ibi in deciſ.* 1. Et num ius perſequendæ iniuriæ tranſeat ad hæredes, affirmatiuè, *Faber. eod. in deciſ.* 2. Pœnitentia autem an & quando excuſet iniuriarum actione conuentum, vide *eundem Fab. in deciſ.* 9. *eo. tit. de iniur.* An autem filius præferatur Auo in vendicanda iniuria patri illata, vide *Boer. in deciſ.* 121. Et num dicere aliquem eſſe de ſtirpe Judaica, ſit iniuria, & quomodo veniat puniendus, vide *Peguer. in deciſ.* 13. Condemnatus verò actione iniuriarum ad euitandam infamiam, quæ iuris remedia habeat, vide *Gayll. lib. 2. obſeruat.* 102. *per totam.*

COLLECT. CXXXIX.

Super Clem. fin. vt lit. pend.

QVomodo, & quando lis pendêre dicatur ponit hæc Cle. quæ eſt multum principalis in huiuſmodi materia, ad quod non ſinas videre *Guid. Pap. in dec* 357. qui etiam *in deciſione* 488. recenſet requiſita in terminis huius text. lite autem pendente exequutio fieri non poteſt; aliàs

alias tanquam attentatum venit reuocanda, *Gratian. in decis.* 110. *Ro. in decis.* 10. *vt lit. pend. in nou.* Sed hoc limita quando litis pendentia fuisset inducta per dolum, & fraudem ex parte aduersa, prout in terminis decisum, *Boer.* 161. Tunc enim lite taliter pendente non impeditur exequutio. Et num lite pendente possit Judex facere præambulum, negatiuè, *Minad. in decis.* 8. Et num proponens in iudicio iura successionis ex testamento, possit lite pendente intentare iudicium ab intestato, negatiuè, *Boer. in decis.* 33. Sed vide ibi, quia iste passus patitur aliqualem distinctionem. Num autem in impetratione rescripti Apostolici sit facienda mentio litis pendentiæ, respon. sic, eáque prætermissa rescriptum esse nullum, *Valasc. in decis.* 11. Et num quoque mentio litis pendentiæ sit facienda, si causa sit cœpta per solam citationem, & sic lite non contestata; decisum affirmatiuè, *Gratian. in decis.* 209. & nonnulla in materia litis pendentiæ ponit *Rot. diuers. in decis.* 41. *part.* 2. Et quomodo differt exceptio litis pendentiæ ab illa, quæ est, ne continentia causæ diuidatur, vide per te in *Afflict. in decis.* 354. Vltimò quæritur an vitium litigiosi duret perempta instantia, decisum affirmatiuè, *Vin. in decis.* 385.

COLLECT. CXL.

In l. vni. C. ne sine iu. Princip.

SOlùm Princeps potest alicuius bona confiscare; Judex verò nequaquam, qui merum non habet Imperium, intellige principaliter, sed ex criminis consequentia sic, h. d. text. cum gloss. & ita decisum refert *Anto. Fab. in decis.* 1. *sub hoc tit.* At num possit Princeps Fisco suo applicare pœnam in præiudicium vassalli, decisum affirmat. *Franc. Marc. in decis.* 2. *part.* 1. Fiscus autem dicitúrne succedere vti hæres in confiscatione bonorum, affirmatiuè, *Farin. in decis.* 117. Et num possit agere petitione hæreditatis sibi relictæ, affirmatiuè, *Franc. Marc. in decis.* 681. *part.* 1. Sed bona vacantia an deferantur in Fiscum absque hæreditatis aditione, affirmatiuè, *idem in decis.* 656. *part.* 1. Et num Fiscus hæres institutus non conficiens inuentarium patiatur pœnas à iure statutas contra illud minus conficientes, negatiuè, *Guid. Pap. in decis.* 333. Sed num iuris ordo in fiscalibus causis seruandus, affirmatiuè, *Franc. Marc in decis.* 200. *part.* 2. Et confiscatis bonis vtrum eorundem dominium censeatur dominum amisisse, affirmat. *Farinac. in decis.* 73. Et quando dicantur bona Fisco incorporata, decidit *idem in decis.* 90. Et quæ dicantur habere Fiscum ponit *Franc. Marc. in decis.* 38. *part.* 1. Et quotuplex sit, vide *eundem in decis. seq.* Et num Fiscus confiscatis bonis alicuius, teneatur eiusdem filias dotare, seu filiis legitimam præstare? respon. sic, si non simus in crimine læsæ maiestatis, *de Benintend. in decis.* 91. Sed num confiscatio extendatur ad bona futura, negatiuè, *Magon Rot. Flor. decis.* 99. Et num vita & militia confiscari possit, negat. *Mastrill. in decis.* 165. Et num fiscus habeat hypothecam in bonis delinquentis, affirmatiuè, *de Laur. nt. in decis Ro. Auenion.* 121. Et num possit accusationem institutam prosequi, affirmatiuè, *Minad. in decis.* 33. Sed etsi patiatur reo dari curatorem; an ipsi incumbat onus probandi illum fore minorem quod sic *Ro. Auenio in decis.* 63. Debita autem fiscalia quomodo exigantur, tradit *Franc. Marc. in decis.* 203. *part.* 2. Sed num ipse Fiscus

releuetur ab onere soluendi gabellam, negatiuè, *idem in decis.* 423. Cùm verò ipsius bona subhastantur ad extinctum candelæ plus offerenti tradi debent, *idem in decis.* 28. *par.* 2. Sed læsus habeat in integrum restitutionem, affirmatiuè, *Guid. Pap. in decis.* 311. Sed num restituatur ad iterum licitandum, negatiuè, *Afflict. in decis.* 340. Et Fiscus molestans aliquem indebitè, an veniat in expensis condemnandus, affirmatiuè, *Thess. fil. in decis.* 45. Et lite pendente inter Fiscum, & priuatum an sit locus sequestro, affirmatiuè, *Franc. Marc. in decis.* 498. Et num regula, qui prior in tempore, procedat in priuato contra Fiscum, affirmatiuè, *Sebast. Medic. in decis. Ro. March.* 22. Et num emptor experiri possit contra Fiscum post quadriennium in casu *l. bene à Zenone, Cod. de quadrien. præscript.* affirmatiuè, *de Lauren. in decis.* 17. Et num dispositio *l. pecunia, C. de iur. fisc.* procedat in alio creditore, quàm Fisco, ponit *Afflict. in decis.* 190. Et num Fiscus releuetur à cautione de vtendo, fruendo, &c. affirmatiuè, *Polid. Rip. in obseruat.* 112. Et num dispositio text. *in l. venditor, ff. de iud.* habeat locum in Fisco, affirmatiuè. *Thess. in decis.* 213. Et num Fiscus succedat nato ex incestuoso coitu, affirmatiuè, *Mynsing. cent.* 5. *obseru.* 91. Et num testator fideicommittendo valeat excludere Fiscum, affirmatiuè, *Polid. Rip. obser.* 209. Et an donatio acceptari possit in præiudicium Fisci, affirmatiuè, *Thess. in decis.* 124. Et quando agitur de interesse Regij Fisci causa est remittenda Reg. Cam. Sum. *Ann. in alleg.* 121. Camera autem fiscalis, vnde originem traxerit, tradit. *Guid. Pap. in decis.* 453. Fiscus verò an sit idoneus fideiussor de Judicio sisti, quod non, *Afflict. in decis.* 88. Et num Fisco obiici possit compensatio ab Officiali duarum fiscalium stationum, negatiuè, *idem in decis.* 192. Fisci autem aduocatus an possit concedere saluum conductum, quod sic *idem Afflict. in decis.* 4. Et Fisci priuilegia ad quæ extendantur, vel non, *Viu. in decis.* 537.

Collect. CXLI.

Super cap. fin. de confess. lib. 6.

TRactant hîc DD. materiam depositionis principalis; super qua vide has decis. Et primò num Judex suspectus possit de sua suspicione vti principalis interrogari, affirm. *Thess. in decis.* 5. Et num procurator procuratorio nomine, affirmat. *Affl. in decis.* 92. Et quando absens est examinandus, tanquam principalis, cuius expensis examinari debet, respond. expensis eiusdem, *Afflict. in decis.* 167. Limita si absens esset persona nobilis, vel priuilegiata, quæ non debet venire ad iudicium, *Cappell. Tholos. in decis.* 274. Sic & pro exemplatione articulorum, & ita quotidie practicatur, & dicit decisum *de Franch. in decis.* 332. *num.* 6. Depositio autem principalis num peti possit post conclusum in causa, dic quod sic, in summariis tamen, non aliàs, *Osasc. in decis.* 10. quis verò prius est examinandus, reus an actor, *Benintend in decis.* 32. Et quid agendum, cùm principalis negauerit positionem partim veram, partim falsam, tradit *Surd. in decis.* 58. Ad materiam vide *Ioseph. Ludou. decis. Perus.* 8. *&* 51. *Marilian. decis.* 21. *& eundem Ioseph. decis. Lucen.* 40. Et Regnicolæ videant *Pragmat.* quæ incipit, *quinta die, cum ibi addentibus.*

COLLECT. CXLII.

In l. si constante, ff. solut. matrim.

OMnes sciunt hanc legem, cum legatur in publicis Academiis, sitque vna de celebratissimis in iure, super qua multi bellissimi casus fuerunt decisi, & hoc dicit in summa. Propter mariti inopiam etiam constante matrimonio dos exigi potest. Sed num requiratur, quòd præcedat plena probatio inopiæ, quod sic, quando mulier agit contra tertios possessores, secus, si contra virum, *Petr. de Benintend. in decis. Rot. Bonon.* 68. Et num vt mulier agere possit contra tertios possessores, requiratur, vt prius excutiantur bona mariti, affirma. *Gratian. in decis.* 61. Vnde mulier agens, siue ad restitutionem, siue ad assecurationem dotis debet hunc ordinem seruare, scilicet primò imputare quæ penes se habeat, deinde excutere bona mariti, postea agere contra tertios possessores, præcedente tamen hæc omnia probatione (vt dictum est) inopiæ, *Anton. Fab. in decis.* 21. *de iur. dot.* Non tamen requiritur excussio quando adest clausula constituti, *idem Fab. in decis.* 25. *eod.* vide quoque *Cornaz.* de requisitis ad hanc legem *in decis.* 95. Huiusmodi autem consignatio bonorum mariti ob eiusdem vergentiam ad inopiam facta dicitúrne vera dotis restitutio, decisum negatiuè, *Afflict. in decis.* 9. Vnde quomodo distet restitutio ab assecuratione dotis, tradit *Antonius Faber in decis.* 2. *de iure dot.* Sed num per consignationem bonorum mariti transferatur dominium in vxorem, decisum negatiuè, *Magon. in decision. Rot. Florent.* 125. Contra autem mulierem petentem dotem iuxta terminos huius l. & antephatum, iuxta text. *in l. vbi adhuc, Cod. de iure dot.* an habeat locum ius offerendi, negat. *Afflict. in decis.* 99. *de Franch. in decis.* 54. *Cacher. in decis.* 135. *Antonius Fab. in decision.* 52. *dict. tit. de iur. dot.* Sed fallit cùm in bonis viri non nisi vna res adsit, ex qua tamen & mulieri, & creditoribus satisfieri possit, tunc enim ad licitationem deueniendum est, & mulieris pecunia ex pretio reddita ponatur in tuto, puta emptionem annuorum redditFuum, *idem Faber in decis.* 27. *eodem.* Et num mulieri agenti in casu inopiæ mariti sit electio in bonis eiusdem inuitis creditoribus, affirmatiuè, *Viu. in decis.* 413. Sed num consignari possint bona feudalia, affirmatiuè, *idem Viu. in decis.* 538. Assecuratio autem facienda est non tantum pro summa dotali, verùm etiam pro sumptibus in litem à muliere factis, *Antonius Faber in decis.* 3. vbi suprà. Sed num mulier in assecuratione dotis præferatur creditoribus anterioribus expressam hypothecam habentibus, negatiuè, *idem in decis.* 46. Et num sola absentia mariti absq; vergentia ad inopiam faciat locum fore assecurationi dotis, negatiuè, *idem in decis.* 12. Et num condemnatio ad triremes, negatiuè, *Carroc. in decis.* 106. Sed quid si esset facta in perpetuum, cùm vxor tunc vidua dici posset, decisum cum distinctione, *Polid. Rip. in obseruat.* 121. Nouissime animaduertendum mulierem posse petere assecurationem dotis probata viri paupertate per viam exceptionis etiam citra declarationem, *Antonius Fab. in decision.* 10. *de iure dotium.* Et habere quoque aduersus maritum in casu vergentiæ ad inopiam actionem via exequutiua, *Mastrill. in decision. Rot. Sicil.* 142. Maritum autem possiden-

tem bona vxoris restituta censeri possidere iure familiaritatis, *idem Mastrill. in decis.* 184. *part.* 2.

Collect. CXLIII.

Super cap. fin. de offic. vicar. lib. 6.

Dicit text. hic, quòd Vicarius Episcopi non potest sine speciali mandato beneficia conferre. Sed si habeat conferendi speciale mandatum, num valeat conferre extra diœcesim, affirmatiuè, *Boer. in decis.* 30. Et num possis disponere de beneficio commendato in fauorem alicuius, negatiuè, *Put. in decis.* 94. *lib.* 1. Sed conferens beneficia simoniacè, an priuati Episcopum efficiet eius collatione, negatiuè, *Achill. de Graff. in decis.* 2. *de offic. vicar.* Et si spreto Episcopi mandato aliis confert, an valeat collatio, affirmatiuè *idem Achill. in decis.* 1. *eod.* Et num possit vnire sine speciali mandato, affirmatiuè, *Mohedan. in decis.* 3. *sub hoc tit.* Sed si vniendi facultas daretur specificè, an comprehendat operarias, negatiuè, *idem Mohedan. in decis.* 1. *eod. tit.* Et num etiam sine speciali mandato beneficia supprimere valeat, negatiuè, *Put. in decis.* 53. *lib.* 1. Et num possit sine speciali facultate alium substituere Vicarium, negatiuè, *Rot. in decis.* 4. *de offic. vicar. in nou.* limita hoc si & causa & modicum tempus concurrat *Put. in decis.* 168 *lib.* 1. Et num possit delegare sine speciali mandato, affirmatiuè, *Trausa. in decis.* 19 *part.* 1. Sed si à delegato Vicarij appelletur, ad quem sit appellandum, respon. ad Episcopum: *Rot. in decis.* 3. *sub hoc tit. in nou.* Et si delegatio fiet ipsi Vicario an eo mortuo transeat ad successorem, negatiuè, *Achill. Graff. in decis.* 3. *vbi supra.* Sed etsi detur facultas eidem recipiendi resignationem, possitne illa testibus probari, negatiuè, *Rot. in decis.* 5. *eod. in nou.* Sed hoc limita quando daretur facultas recipiendi resignationem ab vnica persona, *Rot. in decis.* 1. *eod. in antiq.* Vicariatus autem quomodo probetur decidit *Crescent. in decis. vnic. eod. tit.* Eius tamen probatio minus necessaria videtur, præterquam si per aduersam partem negetur *Rot. in decis.* 1. *de offic. vicar. in nouis.* Episcopus non cogitur tenere Vicarium, *Mohedan. in decis.* 4. *eod. Rot. in decis.* 100. Sed num valeat plures insolidum constituere, affirmatiuè, *Franc. Marc. in decis.* 998. Et an Vicarius debeat morari in Palatio Episcopi, quòd non, nisi in contrarium consuetudo vigeret, *Grat. in decis.* 113. Et num Episcopus teneatur pro delicto Vicarij, quòd sic, *Rot. in decis.* 6. *eod. in nou.* Monachus an possit constitui Vicarius Episcopi, affirmatiuè, *Rot. in decis.* 3. *eod. in antiq.* Et num à Vicario Archiepiscopi constituto ad futuras appellationes certorum locorum appelletur ad ipsum Archiepiscopum, decisum affirmatiuè, *Mohedan. in decis.* 5. *de appellat.* Vicarius verò foraneus quam iurisdictionem habeat, ordinariam, vel delegatam, respon. delegatam, *Rot. diuers. in decis.* 197.

Collect. CXLIV.

In l. Diuus, ff. de custod. reor.

Accusatus de modico delicto potest sub fideiussoribus relaxari, hoc d. Sed quid in condemnato per syndicatorem, qui nō declarauit pœnam, sed eam remisit arbitrio superioris, an possit sub fideiussoribus dimitti, negat. *Mastrill. in decis.* 152. Et an qui iniuriam Doctori intulerit, nequa-

quaquam, *de Lauren. in decis. Rot. Auenion.*58. Et an in crimine vsurarum, affirmatiuè, *idem in decis.* 48. Et an in crimine falsi, vide *Capyc. in decis.* 30. Et num qui viduam honestè viuentem stuprauerit, minimè, *de Lauren. in decis.* 72. Et num is qui in defectum pœnæ pecuniariæ venit puniendus pœna corporali sit sub fideiussoribus relaxandus, vide *Osasch. in decis.* 18. Cæterum ad materiam, vide *text. in l.* 3. *Cod. de episcop. aud. & Cap. Reg* quod incipit, *inde prouisa iure sancito.*

Collect. CXLV.

In l. Insulam, ff. de verbor. oblig.

Moræ purgatio admittitur vsq; ad litis contestationem, quò euitetur pœna solutionis, vel interesse, secus post litis contestationem, h. d. quæ lex in materia purgationis moræ est principalior, & valdè famosa: habes itaque vnum casum, quo mora purgari potest, sed & hos alios decisiuè nota. Et primò moram purgari posse ob cessationem à solutione per duas tertias, non obstante dispositione Ritus Mag. Cur. Vicar. loquentis de liquidatione instrumenti, *Ann. sing* 349. Aliter atque dicerem, stante clausula, quòd si defecerit in solutione vnius tertiæ, quòd teneatur soluere omnes tertias, seu quantitatem, per ea, quæ dicit *Garsi. in decis.* 6. Secundò posse fideiussorem de repræsentando iuxta terminos *l. sancimus, C. de fideiuss* purgare morã, *Osasch. in decis.* 48. & noster *Gramm. in decis.* 95. Tertiò emphyteutam, *Guid. Pap. in decis.* 171. & *Magon. Rot. Floren. decis.* 131. Quartò fratrem non dotantem sororem infra sexdecim annos iuxta terminos Consuetud. Neapolit. quæ incipit, Eas autem, *Afflict. in decis.* 159.

Casus autem in quibus mora minimè purgari possit, hi fuerunt decisi, & primò (circumscripto eo, quem habes in *d. l. si insulam*, nempe post litis contestationem) non purgatur mora cùm exequutio esset facta à iure, vel ab homine, *Caputaquen. in decis.* 234 *part.* 2. à iure v.g. in collatione beneficiorum infra legitima tempora minimè facta, iis enim elapsis ipso iure fit exequutio ad effectum, vt eodem instanti deuoluatur ad superiorem collatio, ita, vt postea non sit locus purgationi moræ, *Fran. Mar. in decis.* 1239. *par.* 1. Sic si in instrumento contineatur pactum resolutiuum, *Caputaqu. in decis.* 235. & *Viu. in decis.* 531. Sic in transactione, vbi idem pactum adiectum sit, *Card. Put. in decis.* 66. *par.* 3. Sic vbi sit dies, & pœna, ni, quòd fieri debet, incontinenti fiat, *Thessau. in decis.* 77. Sic stante clausula, rato manente pacto, *Franc. Mar. in decision.* 415. Sic, stante iuramento, *Thess. in decis* 212. Item quando pars aduersa passa fuisset damnum ex mora, *Caputaquen. in decis.* 230. & 231. Sic in mora geminata, & quatuor aliis casibus, de quibus *Polid. Rip. in obseruat.* 171. Sic in magna mora, *Caputaquen. in decis.* 237. *par.* 2. Item post sententiam, *Ann. in sing.* 350. Item post factam declarationem per dominum directum, *Barz. Rot. Bononien. decis.* 50. & quid stante renunciatione purgationi moræ, tradit *Put. in decis.* 465. *part.* 2. Sed quid si fuisset renunciatum ab emphyteuta Ecclesiæ omni ll. auxilio, respond. Et hîc cessare moræ purgationem, *Afflict. in decis.* 174. Alia ad hanc materiam ponit decidendo *Gratia. Ro. March. in decisione* 49.

COLLECT. CXLVI.

In l.1.ff.sol.matr.

TExt. isti est locus, in quo D D. tractant materiam priuilegiorum dotis, quæ etsi propemodum innumerabilia dici possunt, vt videre est eos, qui de illis tractant, nihilominus, quæ decisionibus consistunt, hîc habes tui gratia (Lector) congesta, & primò (præsuppositis illis, quæ enumerantur per *Mynsing. in centur.2. obseru.3.* quæ sunt viginti vnum) exceptionem hosticam minùs obstare agenti pro dote, *de Franch.in decis.286.* Item moratoriam concessam per Principem debitori non cõprehendere causam dotis, *idem in decis.219.* Item fideiussionem non promissam præstari debere fauore dotis, *idem in decis.218.* Item mulierem posse intercedere pro dote, non obstante Velleiano, licèt secus pro antephato, *idem de Franch.in decis.182.* Item dotem detrahi fideicommisso, etiam stante in contrarium expressa testatoris prohibitione, *Surd.in decis.62.* Item proxenetam, qui aliàs repellitur à testificando, *cap.1.de testi.* fauore dotis admitti in testem ad probandam ipsam dotem, pulchrè *Beusmten.in decis.61.* Item legatum pro dote dici ad pias causas, *Boer.in decis.94.* Et etiam si sit incertum, valere, *Afflict.in decision. 337.* Quamuis relictum pro anima sit fauorabilius legato pro dote, *Anton. Faber. in decis.22. de iur.dot.* Item fauore dotis quem constitui in mora irregulari, & sic absque interpellatione, *Vin.in decis. 425.* Eiusdem quoque fructus pariter absque interpellatione deberi, *Magon.in decis.Rot. Floren 83.* Item bona mariti esse tacitè hypothecata. *Thoming. in decis. Rot. Lipsien.36.* Et fauore dotis mulierem præferri cunctis anterioribus creditoribus non expressam habentibus hypothecam, *Cappel.Tholos. in decis.217.* Et *Camer. Imperialis in litera, H. vers hypotheca.* immò etiam expressam habentibus hypothecam, secundùm opinionem *Mynsing. in cent.4. obseru.13.* Quam de iure posse sustineri arbitror, licet in praxi minime receptam nemo est, qui ignoret. Item fauore dotis præstari assensum, non obstante delicto viri, nondum accusati, *Afflict.in decis.385.* Item fauore dotis verba enunciatiua probationem facere, *Caputaqu.in decis. 988 par.1.* Item mulierem habere priuilegium dotis etiam pro expensis, quas fecerit in litem iniustam, si dolo careat, *Anton Fabr. in decis.13.C.de iur. dot.* Item fauore dotis non deberi laudemium, *idem Fab in decis.55.de iur. emphyt.* Item filiam pro dote de paragio agere posse contra tertios possessores, *Gramm.in decis.91* Sed nunquid priuilegia dotis transeant ad hæredes, respond. sic, & intellige de suis, non de extraneis, *Thessau.Fil in decis.5.* Et numquid ad emptorem, cui mulier cesserit iura sua consentiens alienationi bonorum mariti, & confitens se pretium recepisse vnà cum viro suo, negatiuè, quid sequitur de hoc, vide *Menad in decis 29.*

COLLECT. CXLVII.

In l.1.C.de consul.lib.12.

IN hac præsenti l.& etiam in *l.1 & 2. tit.sequent.* potest opportune sedere materia præcedentiæ, in qua, vide primò num vltimus actus, siue vltima præcedentia attendatur in huiusmodi materia, affirmatiuè, *Ann. alleg 131.* Et num Canonicus maior ordine

ordine posteà receptus præcedat priùs admissum minorem ordinem habentem, affirmatiuè, *Gratian. in decis.* 15. Et duobus Ducibus eadem die creatis vter præcedere debeat, respon. qui tẽpore creationis aliquam noscitur habere dignitatem, vt putà si alterutér esset Comes, ita decisum *de Franc. in decis.* 365. Sic duobus Officialibus eodem temporis creatis ille præfertur, qui per prius aliquod exercuerit Officium, *Idem in decis.* 144. Consiliarius autem Regius si interueniat in causa, vti alicuius Aduocatus ex dispensatione regia, non potest cæteros consiliarios præcedere, sed vltimum locum habebit, vt per plura aduertit *de Franch. in decis.* 138. Et Judex criminalis debet præcedere ciuilem, si sic adsit consuetudo, prout Neapolit. *idem de Franch in decis.* 388. Et canonicus Doctor prefertur canonico non Doctori, *Mastr. in decis.* 130. *par.* 2. Et Archidiaconus Primicerio, *Gramm. in decis.* 64. *& Vin. in decision.* 290. Sed quæro Episcopus Melitensis, qui ex conuentione inter Imperatorem, & Religionem Hierosolymitanam habet magnam crucem, num debeat sedere immediatè post magnum Magistrum, vel eius locum tenentem, & sic aliis anteferri, dic quòd sic, teste *Caputaquent. in decis.* 308. Et consiliariis quis in votando præferatur, vide *Afflict. in decis.* 1. Et quid inter capitaneos, decidit *Capyc. in decis.* 27 *in* 6. *dub.* Et num Doctor præferatur Medico, affirmatiuè, *Anton. Faber. in decis.* 9. de dignitatibus in quantum dicit Medicum non esse nobilem, sed huic aduersatur *decisio de Franch.* 564. Verum tamen pro prima opinione adest declaratio Summ. Pontif. vt quidam ait; Vltimò scias non dari appellationem à sententia lata super præcedentia, *Gratian. in decisione* 232.

COLLECT. CXLVIII.

In l. omnium, C. de vectigal.

A Solutione gabellæ nullus est immunis, hoc dicit. Sed an Fiscus, negatiuè, *Franc. Marc. in decis.* 425. *p.* 2. Sed quid pro re, quæ deseruit pro vsu proprio, affirmatiuè, *Guid. Pap. in decis.* 4. Et num filius emancipatus sit immunis pro donatione sibi facta negatiuè, *Surd. in decis.* 96. Et an Officiales & legati, affirmat. *Franc. Mar. in decis.* 425. *part.* 2. Et an communitas, si ipsamet priuato vendidit, negat. *Boer. in decis.* 213. Et num is, qui timore hostium in ciuitatem confugit, affirmat. *de Laurent. in decis.* 160. Sed qui est immunis an teneatur denunciare, ne bona cadant in commissum, negatiuè, *de Amat. in decis.* 35. contrarium *Gratian. in decis.* 148. Et quis est immunis à solutione gabellæ, emptor, vel venditor, dic, quòd emptor, ni aliter statuto caueatur, *Cappel. Tholos. in decis* 451. Num autem pro censu sit soluenda gabella, affirmatiuè, *Surd. in decis.* 204. Et num pro retrouenditione stante statuto, quòd pro venditione soluatur, negat. *idem Surd. in decis.* 311. Sed quid si in venditione esset reseruatum dominium, negatiuè, *idem in decis.* 305. Et num sit soluenda pro victualibus, quæ vehuntur pro Reipubl. vsu, negatiuè, *Franc. Mar. in decis.* 41. *par.* 2. Nec de rebus, quæ vi tempestatis deferuntur in portum, *idem in decis.* 424. Et num non soluens gabellam amittat etiam merces, quæ non erant propriæ, sed alterius, affirmatiuè, *Thesaur. Fil. in decis.* 52. Et num gabella

sit soluenda secundùm æstimationem, affirmatiuè, *Cacher. in decis.* 4. Et ad quam rationem, decidit *Franc. Marc. in dec.* 420. Fraudans gabellam num perdat animal,& bona ex quib. debebat solui pedagium, affirmatiu. *Guid. Pap. in decis* 572. licèt cõtrarium seruetur in nostris gabellis, teste *Ann. in sing.* 215. Pœna verò ob gabellam fraudatam cui applicetur, decidit *Franc. Mar. in decis.* 422. Sed num exigens gabellam præter taxam teneatur actione furti, affirmatiuè, *Fran. Mar in decis.* 421. *part.* 2. Et Gabellarius libros gabellæ lacerans, an puniatur pœna falsi, decidit *Thess. in decis.* 171. Instrumentum in parte gabellabile, & in parte non gabellabile, si producatur in parte non gabellabili, soluta postea gabella pro parte gabellabili, an processus teneat decisum affirmat. *Magon. Ro. Florent. in decis.* 36. Num autem liceat Principi gabellas imponere, & eas exigere à vehentib. merces per Mare, affirmatiuè, *Cacher. in decis.* 155. Et num liceat Vniuersitati gabellas imponere, dic quòd sic, *Capyc. in decis.* 148. Et num per abusum amittatur priuilegium exemptionis gabellarum, affirmat. *Fran. Mar. in decis.* 529. *par.* 1. Vltimò aduertendum non posse fieri banna post arrendamentum in præiudicium arrendatorum, seu affictatorum gabellarum, & si fiant, resarciri damnum, & interesse debere, vide *Ann. in alleg.* 21.

Collect. CXLIX.

Super gl. in l. Titio fundus, ff. de condit. & demonstrat.

GLos. hæc in verbo actiones, ibi (& erat homo cui videbatur credendum) scriptum nobis reliquit posse quemquam licitò inte credere fide digno, ita vt excusetur à dolo, igitur tene menti. Sed num credatur Notario asserenti in instrumento interueniße Regium assensum, decisum negatiuè, *Gars. in decision.* 27. Vel etiam asserenti in instrumento alienationis rei Ecclesiæ decretum interpositum cum causæ cognitione, negatiuè, *Benintén. in decis.* 2. Et num credatur ipsi Notario, & vni testi circa correctionem erroris in instrumento, affirmatiuè, *Gratian. in decis.* 163. Et num eidem Notario credatur asserenti in instrumento, talem Procuratorem prout de procurat. &c. negatiuè, *Afflict. in decis.* 173. Dicto autem Doctoris num stetur asserentis de consuetudine, affirmatiuè, *Benintén. in decis.* 95. Et num Iudicis assertioni, affirmatiuè, *Mastrill. in decis.* 80. Et num assertioni Episcopi dicentis beneficium esse de iurepatronatus, negat. *Caputaquens. in decis.* 1. Et num dicto Curati asserentis se missas celebrasse, quòd sic cum iuramento, *Guid. Pap. in decis.* 614. de huius veritate vide *Thessau. Fil. in decis.* 86. Et num dicto creditoris stante de hoc pacto, affirmatiuè, *Thoming. in decis. Rot. Lipsiens.* 57. Et num dicto Clerici donantis concubinæ, & asserentis se ob seruitia præstita donasse, negatiuè, *Afflict. in decis.* 102. *Capyc. in decis.* 102. Et num dicto cursoris Curiæ, affirmat. *Franc. Mar. in decis.* 329. *par.* 2. Limita, vt ei minimè credatur de violentia sibi illata in capiendo delinquentem, *Rot. Lucen. in decis.* 21. Sed num huiusmodi personis credatur affirmantibus se arma inueniße in persona alicuius, dic quòd sic, quantum ad torturam, *de Franch. in decis.* 339. Et num credatur damnum passo circa damna, & interesse, affirmatiuè,

matiuè, *Capyc.in decis.*45. Limita, si damnum passus aliàs falsò iurauerat, *Garz.in decis.*63. Limita secundò, vt non extendatur ad aliam personam, vltra damnum passam, *Mastrill in decis.*60. Et num credatur virgini asserenti se ab aliquo stupratam, decisum facere indicium, *Viu.in decis.*147. vide *Thessau in decis.*3. *Anton Faber in decis. vlt.de adulter.* Et num credatur socio in articulo mortis constituto exculpanti consortium à se inculpatum; affirmatiuè, *Mastrill.in decis.*195. Et num credatur testibus asserentibus se aliter deposuisse, quàm scriptum est per Notarium, decisum affirmatiuè, ita vt possit deueniri ad torturam contra Notarium, *Thessaur.fil in decis.*31. Illud autem animaduerti oportet, quòd in casibus, in quibus stari debet dicto alicuius, intelligitur cum iuramento, & ita decisum refert *Gratia in decis.*166. Quæritur vlteriùs num credatur, seu stetur verbis supplicationis, seu priuilegij, scilicet pro parte tali, dic minimè, *Gars.in decis.*1. Et num credatur narratiuæ Papæ in Bullis factæ circa rebellionem, decisum negatiuè, *Put.in decis.*129. *lib.*1. *Mohed.in decis.*7. *de probat.* Sed limita, si cum ea concurrant adminicula, tunc enim probant rebellionem, *Crescent.in decis.*7. *eod.tit.de probat.* Et num insertis in sententia credatur, affirmatiuè, *Crescent in decis.*10. *eod.tit.* Not. postremò quòd si Iudicis manu scriptum reperiatur supra processum inquisitum esse liberandum sub cautione, idémque postea notatum in libro, vbi describuntur decreta, hisce nequaquam standum est, vt dicit decisum *de Franch.in decis.*185.

COLLECT. CL.

In l.si in area, ff.de condit.indeb.

TRaditur communiter per Doctor. hîc quòd propter melioramenta possessori datur retentio, secundùm quod fuit decisum *in Rot. March.teste Gratian.in decis.*225. Modò vide primò quæ dicantur melioramenta necessaria, *Marilia.in decis.*55. Et quæ naturalia, quæ ciuilia, quæ vedustrialia ad finem, vt deduci possint, *Ioseph Ludouic.in decis. Perus.*24. Et à quo tempore æstimanda sint cùm scilicet facta sint, vel tempore solutionis: in hoc passu existunt duę decisiones contrariæ, vna *Gamm. in decis.*137. qui iudicauit pro primo casu, altera *Thessaur. in decis.*251. qui inclinauit in secundum. Item tu habes, quòd conuentus hypothecaria si rem meliorauit, est priuilegiatus in eo, quòd potest offerre æstimationem rei, quæ etiam non ascendat ad summam crediti, ad quam totam teneretur, si non meliorasset, à quo ergo tempore est facienda rei æstimatio, deductis intellige meliorationibus manu factis, num à tempore venditionis, respond. res est æstimanda prout tunc valet, cùm æstimatur, *de Franch. in decis.*38. & *Magon.* per eum relatus, *in decis. Rot. Florent.*51. Sed num post sententiam impediatur retentio meliorationum ob earundem illiquidationem, decisum negatiuè, *Capyc.in decis.*17. Aduerte tamen quòd tametsi meliorationum exceptio impediat exequutionem sententiæ, nil tamen obstat, si ex aduerso detur cautio, *Put.in decision.* 471. *libro secundo.* Sed etsi in sententia esset dictum (solutis priùs melioramentis) nil quidem prohibebit quominùs, & præstita cautione, super exequutione supersedi debeat, *Mastrill.in decis.*98. *part.*1. Num autem melioramentis factis in re fideicommisso subiecta detur retentio,

affirmatiuè, *de Franch. indecis.* 109. Et quid factis in re emphyteutica, an etiam detur retentio contra dominum directum, finita emphyteusi, affirmatiuè, *idem de Franch. in decis.* 191. Et num detur hæredibus extraneis, affirmatiuè, *Gamm in decis.* 22. Et num conductori, affirmatiuè, *Polid. Rip. obseruat.* 116. Et quid in conductore ad longum tempus decidit *Caualcan. in decis.* 44. Sed num detur retentio conductori rei Ecclesiæ vltra triennium, & sic contra Paulinam dic, quòd sic, *Ioseph Ludouic. in decis. Perus.* 34. Et num emptori detur retentio, quando venditor agit remedio, *l. 2. Cod. de rescindend vendit.* affirmatiuè, *Gamm. in decis.* 310. Num autem melioramenta repeti possint quando rei, super qua facta sunt, sit facta restitutio, dic quòd sic, si fuerint vtilia, vel voluptuaria, quæ pretiosiorem rem redderent, *Thess. Fil. in decis.* 79. Quinimò si possessor fuerit expulsus propria authoritate, potest agere interdicto recuperandæ respectu meliorationum, *Gamm. in decis.* 4. Nam etiam melioramenta, eiúsque valor possit probari per testes, nequaquam dicit *Put. in decis.* 474. *lib.* 2. Sed affirmatiuè, cum modificatione tamen, *Flam. Cartar. in decis. Rot. Ien.* 72. Item num regula *dict. l. si in area.* per quam datur melioranti retentio, procedat etiam aduersus hypothecam habentem, contráque mulierem, affirmatiuè, *Thess Fil. in decis.* 71. Quæritur vlterius tu habes, quod vbi est plus melioratum, & minus impensum, non habetur ratio meliorationum, sed impensæ tantùm ex dispositione tex. *in l. in fundo, ff. de rei vend.* An id procedat indistinctè, & absolutè? resp. sic, quando res vendicatur à domino, secus quando agitur hypothecaria, tunc enim totius valoris deductionem contra creditorem prætendi posse, vt dicit decisum *de Franch. in d decis.* 38. *circa finem.* Vbi etiam subdit, quòd ista melioramenta ipso iure facienti dicantur obligata, pretij tamen restitutione in quantum res est facta pretiosior, facienda, vt modò diximus. Est autem animaduertendum non dari ita simpliciter retentionem propter melioramenta, quid enim, si velit ob ea retinere domum, nonne durante retentione, pensionem domus cum melioramentis compensare debeat? vtique: excepto tamen pensionis augmento quod forsan prouenisset ex meliorationibus, & sic tanquam ex re sua, id enim in compensationem deduci æquitatis ratio non permittit, & ita decisum vt per *Put. in decis.* 276. *lib* 3. Vltimò quæritur de vno casu satis bono, pone quod melioramēta proponantur facta per emptorem super re empta, cum clausula, vt pendente solutione non transferatur dominiū, imóque pro obseruantia eadem re specialiter obligata, modò concurrunt cessionarij venditoris, quia pretium non fuit solutum, & creditores emptoris anteriores, quis inquam præferri debeat super melioramentis? respon. creditores emptoris præferendos, & ita decisum post longam discussionem, refert *de Franch in decis.* 106. Cæterum ad materiam, vide *Alex. Rauden. in decis. Rot. Pisa.* 42.

Collect. CLI.

In l. si quis viduam, ff. de quæstio.

Visum est tractare hîc materiam incestus, cuius pœnam ponit text. prædictus, quæ est deportatio, secundùm quem textum fuit resolutum in Sacro Consilio, vt attestatur *Vinc.*

Vinc. de Franch. in decis. 378 Sed tamen inter alios decisionarios variorum Tribunalium habemus contrarietatem in hoc articulo. Namque in Senatu Pedemontano fuit tentum pœnam in cestus esse triremium in perpetuum, vt refert *Thess. in decis.* 100. In Ro. Lipsien. ipse fustigationis, & relegationis, teste *Thoming in decis.* 42. In Senatu verò Sabaudiæ esse omnium confiscationis bonorum, vt docet *Anton. Fab. in decis.* 1. & 7. *de incest. nupt.* Sed vtcunque sit hæc variatio non militat inter alios, quàm inter ascendentes, & descendentes, quo casu pœna mortis naturalis locum habebit, vt tradit *Boer. in decis.* 318. & *idem Faber in decis.* 5. *eod* Et idem quoque si incestus eum alio crimine admissus proponatur, vt per *eundem Fab. in decis.* 4. *ibid.* Et sic habes pœnam incestus secundùm gradum Iuris Ciuilis, non autem Iuris Canonici infligi debere, vt inquit *Viu. in decis.* 319. Sed num pœna incestarum nuptiarum Jure Ciuili constituta sibi vèdicet locum etiam in iis, quæ non nisi Jure Canonico sunt incestuosæ, decisum affirmatiuè, *Anton. Fab in decis.* 6. *d. tit de incest. nupt.* Et num incestum ab ignorante admissum sit punibile? negatiuè, *idem Faber in decis* 8. *eod. tit.* Vlteriùs quæritur num filius natus ex milite Hierosolymitano expresiè professo, dicatur incestuosus, decisum affirmatiuè, *de Franch. in decis.* 28. Sed vtrum nepos legitimus ex filio incestuoso habitus possit hæres institui, decisum affirmatiuè, *idem de Franch. in decis.* 17. non habes alia in huiusmodi materia.

Collect. CLII.

Super Ritu Mag. Cur. Vic. 166.

IN præsenti Ritu agitur materia liquidationis instrumentorum; quæ quidem adeò contingens est, quòd nulla ferè dies est, quin tractetur de ea, pulchrè dubitatur an Filius possit liquidare instrumentum contra Patrem, via Ritus, hic punctus, licèt nõ fuerit decisus, nihilominus *Vincent. de Franch* intrepidè inclinat in partem negatiuam, ratio præcipua est, quia hæc causa sapit naturam criminalis, vide *eum in decis.* 162. Et num Gener contra Socerum possit liquidare instrumentnm virtute istius Ritus, affirmatiuè, *idem de Franch. in decis.* 366. & vide *Minad. decis.* 2. Et num creditor contra procuratorem, qui procuratorio nomine se principaliter obligauit, in hoc dicas, quod sententia potest ferri contra eum, non tamen fieri exequutio, vt dicit *Afflict. in decis.* 64. Et num instrumentum possit liquidari, quando sit facta solutio creditori per viam vẽditionis bonorum sequestratorũ sub hasta venditorum quo casu datur cautio à creditore de restituendo eui, quibus, & quando, & sic tanquam ei non plenè satisfactum, cùm receperit pecuniam reuocabiliter, dic quòd non, fideiussione tamen eidem à debitore præstanda, ita pluries decisum refert *de Franch in decis.* 100. Et num instrumentum dotis possit liquidari iuxta formam Ritus, negatiuè, éstq; ratio, quia non cẽsetur liquidum, sed pactionatum, ita *Viu. in decis* 39. Sed num habilitatio à iuramento in contractu, in quo est renunciatum exceptioni præuentionis impediat, quominus instrumentum via Ritus liquidari valeat, dic quòd minime impedit, sed operatur ad effectum agendi tantùm, *de Franch. in decis.* 670. *par.* 4 Et num pro literis cambij possit agi via exequutiua, vide *Mastrill. in decis.* 8. Et num agens via ordinaria sibi præiudicet in exequutiua, & sic per consequens

via Ritus, decisum affirmatiuè, *Monter. in decis. 22. & Mastrill. decis. 157.* Et num filiusfamil. citatus super tenore instrumenti, si opponat beneficium, quod cum eo possit incarcerari, negatiuè, *de Franch. in decis. 221.* Et num illa conclusio, quòd citatus super tenore instrumenti debeat præsentare scripturas Curia pro Tribunali sedente, procedat tam in reo, quàm in actore, affirmatiuè, *de Franch. in decis. 420.* Et num quando petitur rescindi instrumentum, debeat reassumi in publicam formam, affirmatiuè, *Ann. in sing. 151.* Et num fideiussor, qui soluit, possit cogere creditorem ad liquidandum instrumentum contra suum principalem, decisum negatiuè, sat enim est, si ei cedantur actiones, *de Franch. in decis. 353.*

Collect. CLIII.

In l. si quis in conscribendo, Cod. de pact.

QVilibet potest renunciare fauori suo; ad hoc semper allegatur lex ista, occasione huius regulæ voluit tibi colligere casus decisos, in quibus quis potest, vel non, iuri suo renunciare, & procedendo ampliatiue dico posse filiumfamil. renunciare beneficio, quod cum eo, tamersi minùs sufficiat ad hoc generalis renunciatio, ita decisum testatur *Vinc. de Franch. in decis. 181.* Item posse renunciari iuri præuentionis, *idem de Franch. in decis. 670.* Sic posse spoliatum renunciare petitioni restitutionis, *Rot. in decis. 3. 6. & 11. de renunciat. in antiq.* Sic fideiussores beneficio fideiussorum, *Iacob. Theming. in decis. Rot. Lipsien. 1.* Sic donantem beneficio *l. si vnquam, Cod. de reuocand. donat. Mynsing. centur. 5. obseruat. 63.* Si mulierem beneficio Velleiani modò sit de eo certiorata, *Thessaur. in decis. 221.* Sic venditorem beneficio *l. 2. Cod. de rescindend. vendit. idem Thessaur. in decis. 65.* Sic duos reos debendi beneficio diuisionis, *Polid. Rip. in obseruat. 89.* Sic actorem iuri exequutiuo, *Mastrill. in decis. 157. part. 2.* Sic filium legitimæ, licet non veniat in generali renunciatione, *Afflict. in decis. 178 in 2. dub.* Et etiam tacite iuri agendi ad supplementum per spatium triginta annorum, *Mohedan. in decis. 2. de præscript.* Item posse renunciari foro, *Mynsing. centur. 1. obseruat. 88.* Sic appellationi, & quomodo, vide *Gratian. in decis. 123.* Sic dispositioni text. *in l de his ff. de transact. Osasch. in decis. 112.* Sic euictioni, *Thessaur. Fil. in decis. 77.* Etiam fuerit dictum, quòd venditor non teneatur ad venditionem quibuscunque casibus, vllóve modo; nisi pro facto suo, intellige tamen venditorem teneri, non obstante hac renunciatione, ad pretij restitutionem pro rata rei euictæ. Item posse renunciari dispositioni *auth. hoc nisi de solut. de Franch. in decis. 81.* Sic posse à reo renunciari defensionibus existentibus in apicibus iuris, non tamen iis, ex quibus possit procedere totalis absolutio, *Thessaur. in decis. 1. part. 1.* Item posse renunciari liti, *Cam. Imper. in verbo renunciatio, in fine*, excipe in tribus, *Farinac. in decis. 36.* Et in summa posse quemquam semper renunciare fauori suo, decidit *Vin.* cum ampliationibus *in decis. 316.* Et quando censeri renunciare, tradit *Ioseph. Ludou. in decis. Lucen. 5.* Nunc autem procedendo limitatiuè ad regulam dico non posse renunciare confugientem ad Ecclesiam, illius immunitati, *Mastrill. in decis. 169. part. 2.* Sicut nec debitorem beneficio cessionis bonorum, *Rot. in decis. 4. de renunciat. in antiq.*

antiq. Nec etiam pacto legis commissoriæ per quæcunque verba directa, vel indirecta concepto, etiam cum iuramento, quod intelligas, prout *Surd. in decis.* 248. Item non posse renunciari beneficio *l. hac edictali, Cod. de secund. nupt. Gayl. lib. 1. obseruat.* 40. Item nec partes litigantes posse feriis renunciare in præiudicium Judicis, vel testium examinandorum, *Thess. in decis.* 39. Cæterum stat dubium an producens testes valeat illorum productioni renunciare, veritas est ista, quòd si testes iurauerint non potest renunciare, & sic concordant, *Capyr. in decis.* 39. & *Flam. Cartar. in decis.* 106. quicquid in contrarium dicat *Hieronym. de Laurent. in decis.* 116. Eius enim decisio procedit ex suo capite, & est etiam contra *Put. in decision.* 270. *libro secundo.*

COLLECT. CLIV.

In l. 1. & l. metum, ff. quod metus caus.

EX his duabus ll. habetur, quomodo propriè metum accipere debeamus, circa quam materiam præmitte primò quomodo probetur metus, & in hoc vide *Gamm. in decis.* 250. Sed etsi in camera proponatur alicui illatus, num possit probari per coniecturas, & per domesticos, affirmatiuè, *Boer. in decis.* 101. Quæritur nunc an carcer inducat iustum metum, affirmatiuè, *Cam. Imper. in verbo Metus, in principio.* Sin autem metus carceris esset iniustus, tunc erit insufficiens ad rescindendam transactionem, *Antonius Faber. in decision.* 3. *de eo quod met. caus.* Sed nunquid sola præsentia mariti metum inducat reuerentialem aptum ad rescindendum contractum, dic quod non, si non verbera, minæve præcesserunt, *Faber in decision.* 4. & 6. *eodem tit. nl.* Sed si vxor per metum consensum præstitit marito alienanti fundum dotalem, an possit rescindere venditionem, affirmatiuè, *Gamm. in decis.* 346. & *Rot. Auenion. in decis.* 113. Sed quid si ratificauit, sed tamen per metum etiam à marito illatum non valeat contrauenire ratificationem, affirmatiuè, *Boer. in decis.* 00. Metus autem ad hoc, vt cessare faciat consensum in matrimonio, quomodo esse debeat, decidit *Caputaquens. in decis.* 223. *part.* 2. At num per sequentem cohabitationem matrimonium meticulosum ratificetur, affirmatiuè, *Franc. Marc. in decis.* 779. Et num is, qui repertus fuit rem veneream habere cum puella, si eidem aliquid promiserit, possit metum coactionis, quæ fieri potuerit à consanguineis puellæ, probare per coniecturas, vt puta ex strepitu facto ab iis armatis, & ex protestatione post recessum facta se promisisse per metum, vel etiam, quia non potuit aufugere stante clauso ostio, respond. quòd potest rescindere contractum non obstante, quod testes instrumentarij dicant eum non habuisse metum, ita *Monter. in decis. Rot. Aragon.* 45. Et num metus præsumatur durare, durante causa metus, affirmatiuè, *Ann. sing.* 541. Sed num censeatur purgatus per pretij receptionem, affirmatiuè, *Thesaur. Ed. in decis.* 51. Et num ex læsione præsumatur metus, affirmatiuè, *Verall. in decis.* 120. *part.* 2. Et num iuramentum per vim, & metum obliget iurantem, decisum per *Affl. Et. in decis.* 263. Et num de metu protestatio clandestina tertio ignoranti noceat, negatiuè, *Faber in decision* 7. *vbi suprà.* Et num renunciatio beneficij metu facta, sit ipso iure nulla, vel veniat

annullanda, dic quod venit annullanda, ita *Cappell Tholos. in decis.* 285. Et quando quæritur an actus metu gestus sit ipso iure nullus, vel veniat annullandus, vide *Ioseph. Ludou. in decis. Rot. Lucen.* 18 Postremò scias non sufficere metum ad rescissionem contractus, nisi probetur, vel constet illatum, ad eum finem, vt fieret talis contractus, ita in specie *Afflict. in decis.* 246. Cuius opinionem, etsi non desunt qui reprobare nitantur, nos tamen arbitramur posse sustineri, sed in terminis suis, scilicet cùm proponerentur plures causæ, quarum vel in vnam, vel in aliam potest influere metus, tunc enim (& bene) oportet probari metum incursum ad finem, vt talis contractus fieret, sed si vna sit causa, tunc secus, ratio quia metus illatus non potest influere ad aliam causam, alia non subsistente, & hoc modo hunc passum teneas.

COLLECT. CLV.

Super cap. quia diuersitatem, de concess. prebend.

Pluribus in locis potuissem impedimenti materiam tractare, & præsertim in *cap. fin. de elect. & in l. 1. C. de annal. except.* Sed prædictum cap. quia diuersitate, est locus principalior, iam tamen in his iuribus illa regula traditur, quòd impedito non currit tēpus, quàm regulam amplia, & limita infrascriptis modis. Amplia primò, vt quis iustum ob impedimentum excusetur à contumacia, *Afflict. in decis.* 19. Amplia secundò, vt quis propter iustum impedimentum veniat restituendus in lapsu instantiæ, *Ioseph. Ludou. in decis. Perus.* 36. Amplia tertiò, vt impeditus minùs tenearur procuratorem mittere, *Mynsing cent. 4. obseru.* 58. Amplia quartò, vt iustum impedimentum aliquot dierum contingens in primo fatali prosequendæ appellationis, faciat competere secundum fatale ad eandem prosequendam, exemplum vide in *Cappell. Tholos. in decis.* 65. Amplia quintò, vt qui iniustè impedimenti causam dederit, teneatur ad damna, & interesse. *Surd. in decis* 94. Amplia sextò, vt terminus non habeatur pro circunducto, quando impedimentum venit ex parte nuncij in mora existentis afferendi processus, ita *Mynsing. cent. 2. obseru.* 61. Amplia septimò, vt non valenti agere nō currat præscriptio, vt probatur in *d. l. 1. § fin. C. de annal. except. & in decision. 91. Cappell. Tholos.* Sed in hac vltima ampliatione firma pedem: intelligitur enim de impedimento iuris prout loquitur *d. l. 1 & decis. Cappell.* Vnde limita primò regulam, si sit impedimentum facti, idque impeditus non probet, faciendo etiam constare se adhibuisse diligentiam experiundi, vel etiam si non fuisset protestatus, quæ tamen protestatio non requiritur, quando probat se adhibuisse diligentiam, sed bona est pro cautela, ita *Borr. in decis* 40. *& Verall. in decis.* 72. *part. 2. & 73.* In qua loquitur de protestatione, impedimēti autem probatio qualiter (vt obiter id dicā) fieri debeat, vide *Guid Pap in decision.* 64. qui hoc relinquit arbitrio Iudicis, & *Mynsing. cent. 5. obseru.* 62. Qui distinguit, eius tamen distinctio (vt mihi videtur) reincidit in eandem opinionem Guid. Limita secundò regulam, cum impedimentum fuisset euitabile, *Sebast. Medi. in decis. Rot. March.* 9. Limita tertiò, & vltimò, si quis citatus tarde suum iter arripiat, & propter impedimentum superueniens

niens non possit comparere, *Cappell. Tholos. in decis.* 302.

Collect. CLVI.

In c.2. C. de iur. emphyt.

Vos scitis, quòd in re priuati ob non solutionem canonis per triennium ex dispositione istius legis, & in re Ecclesiæ per biennium, ex dispositione cap. *potuit de loca.* emphyteuta cadit à iure suo. Qua ex re operæpretium duxi, si huic casui alios decisos addam, quibus emphyteuta cadit vel non à iure suo. Igitur dicit hæc lex, quòd in huiusmodi contractu in primis pacta (si quæ sint) seruanda sunt; Ergo iure definitum est, vt ob inobseruantiam pactorum emphyteuta cadat à iure suo, teste *Crescent. in decis. 5. de locat.* Hoc tamen limita, si rem reive vsum pacta non respiciant, *Surd. in decis.* 180. Adde secundum casum, vt ob cessationem à solutione etiam vnius nummi cadat, *Verall. in decis.* 30. Sed & quæ declaratio requiratur, vt ob canonem non solutum cecidisse dicatur, decidit *Cornaz. in decis.* 142. In re tamen Ecclesiæ cadit ipso iure, *Mynsinger. centur 3 obseruat.* 65. Adde tertium, si alienet partem rei, vt etiam cadat à toto, *idem Cornaz. in decis.* 112. *&* 110. *& Grammat. in dec f.* 49. Limita si cum domini licentia, *Surd. in decis.* 188. Adde quartum, si destruat ædificium etiam à se extructum, *Surd. in decis.* 300. *&* 78. Adde quintum, si pendente generalis subhastationis iudicio in re malè versetur, *idem Surd. in decis.* 102. Sed aliter in Senatu Sabaudiæ fuit tentum in hoc articulo, vt supra alterum de duobus faciat, vel quod rem derelinquat, vel quod bene vtatur, ita refert *Antonius Fab in decis.* 52. *sub hoc tit. de iur. emphyt.* Adde sextum & vltimum casum, si iniuria dominum afficiat, *Thoming. in decis. Rot. Lipsien.* 52. Quibus casibus etsi minorem fortè cecidisse proponatur, habet tamen aduersus caducitatem in integrum restitutionem, vt inquit *Viu. in decis.* 531. *Grammat. in decis.* 52. *& Guid. Pap in decis.* 416. Nunc autem consequens est casus, in quibus non cadit subnectere. Et primo, dato quòd non petat inuestituram infra annum, *Thessaur Fil. in decis.* 23. Secundo, si absque licentia domini extirpauit oliuetum, & plantauit vineam, *Valasc. in decis.* 50. Tertiò, si rem emphyteoticam donet Ecclesiæ, *Mastrill. in decis.* 128. *part.* 2. Quartò, si neget dominum esse dominum, *Viu. in decis.* 219. Quintò, & vltimo, si rem vendat emphyteoticam, assensu domini non reseruato, minusque obtento, an tamen cadat à iure suo, in hoc articulo, vide *per te decis. Thessaur.* 169. Modo procedam per quæstiones resolutiue. Quæro primo si emphyteuta cesset à canonis solutione per triginta annos continuos, nulla facta interpellatione, an præscribat, dic quod sic, sed quoad pensiones duntaxat, *Thessaur. in decis.* 179. Secundo num emphyteusis Ecclesiæ concessa simpliciter patri absque mentione filiorum, censeatur concessa pro se, & filiis non vti hæredibus, affirmatiuè, *Caputaquens. in decis.* 311. *part.* 1 Sed etsi fuerit concessa pro se, & hæredibus, an transeat ad hæredes extraneos, in hoc puncto dicas, quòd si sit concessa cum suis debitis solemnitatibus bene transit, *Viu. in decis.* 496. Sin minus, nequaquam, *Affl & in decis.* 100 Si verò concedatur pro se, & vno hærede, intellige de primo hærede, *Iacob Thoming. in decis.* 103. Ex his patet quòd em-

phyteusis priuati transit ad extraneos hæredes, vide *Vincen.de Franch. in decis.*236. Sed num transeat ad hæredes filias, specta initium, vt si primus acquirens fuerit fœmina, & tunc sic, aliàs secus, *Petr.de Beninsend. in decis.*52. vide *de Franch. in decis.* 30. Sed num per confiscationem transeat in Fiscum, negatiuè, *Rot.Lucen.in decis.*553. Et num pater possit præiudicare filiis in emphyteusi noua. Iste passus non potest sic breuiùs absolui, ideò recurre ad *Rot. Luca. in decis.* 44.47. & 117. vide *Cornaz. in decis.* 159. Quæritur vtrum res Ecclesiæ concessa in emphyteusim minus solemniter possit ab Ecclesia peti post lapsum triginta annorum, nequaquam, *Gamm.in decis.*48. Et vtrùm clausula præseruato assensu Domini, si sit repetita in traditione aliquid operetur, negatiuè, *Minad in decis.*14. Et num emphyteuta possit seruitutem imponere, affirmatiuè, *Guid. Pap.in decis.*71. Et num in contractu emphyteotico necessaria sit scriptura, affirmatiuè, *Osasch.in decis.*52. Et num emphyteuta teneatur ad census, existente contractu nullo, affirmatiuè, *de Franch. in decis.* 296. Et num facto casu deuolutionis amittat ius affrancandi, negatiuè, *idem de Franch.in decis.*267. Et num, domino instante, cogatur ostendere titulum suæ possessionis, affirmatiuè, *Franc. Marc. in decis.*607.*part.*1. Et num sententia lata contra primum emphyteutam possit exequutioni mandari contra secundum, dic quòd sic, modò citetur, *Antonius Faber in decis.* 43. *sub hoc titul.* Et num contractus secundi emphyteutæ præsumatur cum consensu factus directi domini, affirmatiuè, *Gamm. in decis.*319. Et an dominus directus dicatur possidere, viuente emphyteuta ponit *Rot. Lucen. in decis.*17. Et num constituens censum super re, quæ valebat mille pro ducatis trecentis ad rationem quinque pro centenario, non soluens per triennium faciat vt res illa tota cadat in commissum, ex quo fuit submissa sub natura emphyteutica, respond. quòd cadit pro illis trecentis tantum, vt refert *Afflict. in decis.*80. Ex hoc habes quid importet, vt res in dubio præsumatur potius censualis, prout decisum testatur *Crescent.in decis.vnic.de censib.* quàm emphyteotica. Et num emptor rei censualis, emens cum clausula (saluo censu debendo, &c.) possit à creditore cogi ad soluendos redditus, non solùm à tempore venditionis, sed & pro præterito, videtur quòd sic ex mente *Afflict. in decisione* 95. Et num emphyteutica re vendita cum consensu directi domini, euicta postea à pluribus iure congrui, & inter se diuisa possit vnusquisque insolidum pro canone conueniri, dic quòd sic, si in diuisione non procurarunt consensum domini, ita *Afflict. in decision.*151. Et num emphyteusi finita, possit Ecclesia censum augere, & cogi ad renouandum, affirmatiuè, *Verall.in decis.*7.*part.*1. Limita si pro se retinere malit, *idem in decisione* 303. Et quid importet integrum, & per biennium in materia emphyteusis, vide *Cornaz. in decisione* 46. Et num colonus per præstationem continuam præsumatur colonus perpetuus, decidit *Camer. Imper. in verbo emphyteusis.* Et quando emphyteusis dicatur ad Ecclesiam deuoluta, decidit *de Amat. in decision.* 70. Et num res emphyteutica veniat fauore dotis in generali obligatione, affirmatiuè, *Surd.in decis.*160. Et num caducitas possit declarari pendente iudicio, affirmatiuè, *idem*

in

in decis. 20. Quis Judex erit competens inter emphyteutam, & alium tertium, decidit *Mynsing. cent. 4. obseruat.* 95. Et num tertius soluendo canones non solutos admittatur pro suo interesse ad recuperationem emphyteusis; negatiuè, *Mastrill in decis.* 154. Et num maritus possit concedere in emphyteusim vxori, constante matrimonio, affirmatiuè, *Valas. in decision.* 95. Et an emphyteuta teneatur ad canones decursos tempore, quo dominus ex adiudicatione possidebat, affirmatiuè, *Mastrill. in decision.* 15 Et num emphyteuta primus ob domini consensum præstitum in secundo emphyteuta liberetur à solutione canonis, affirmatiuè, *Mastrill. in decis.* 55. Et num emphyteusis possit recipi pro se, & filio spurio, affirmatiuè, *Afflict. in dec.* 99. Et num emphyteuta, perempta re, teneatur ad illius refectionem, canonisque solutionem, negatiuè, re in totum perempta, *Vin in decis* 551. Ad materiam, vide *Thesaur. in decis.* 20. *&* 220. *& Vin. in decis* 514. Illud denique not. quòd vbi tractatur de expellendo emphyteuta is citari debet, sic, *Afflict. in decis.* 93. *& Polid. Rip. obseru.* 159.

Collect. CLVII.

In l fin. C. de iur. emph.

SVperiori Collect. an tractauimus multa de materia emphyteusis. Nunc cùm hæc lex in venditione rei emphyteoticæ ius prælationis domino tribuat, opportune se offert occasio tractandi de iure prælationis, nam & de laudemio cuius materia stat quoque hîc supra in Collect. 31. diximus. Igitur videamus primò, quibus casibus illud domino competat, vel non. Et quidem primò competit nedum in feudo emphyteuticario, verùm & in omnibus emphyteutæ bonis pro canonis solutione (vt fieri solet) obligatis, modò sit anterior, ita *Ant. Faber. in decis.* 59 *sub hoc tit. de iur. emphyt.* Item in alienatione facta per emphyteutam dominus directus præfertur vicino, *Capyc. in decis.* 99. Item præfertur ei, à quo causam habet secundus emphyteuta, qui alienat. *Rot in decis. vni. de locat. in antiq.* hîc etiam præfertur, etsi venditio fiat sub hasta, *Vincent. de Franch. in decis.* 482. modò eleganter quæritur an, quemadmodum emphyteuta vendente Jus prælationis domino competat: ita & conuerso emphyteutæ competat dominium directum vendente domino, dic nequaquam, & ita *de Franch. in decis.* 17. *num* 8. *& Ann.* qui refert bis, atque iterum decidisse *Sac. Cons. in sing.* 150. Casus autem, quibus dominus ius prælationis non habet, hi sunt decisi; Primus enim est in donatione, *Guid. Pap. in decis.* 47. licèt irrequisito domino emphyteuta dono dare non valeat, vt per *eundem Guid. in decis.* 46. Secundus est si rem velit pro alio, *idem Guid. Pap. in decis.* 411. Tertius si dominus præstiterit licentiam vendendi, quasi remittens ius suum, non habeat inde regressum. Quartus, si de hoc esset expressum, vel tacitum pactum. Quintus si sic existeret consuetudo, prout in sua patria testatur *Thesaur in decis.* 169. & in Sabaudia *Anton. Faber in decis.* 48. *m.* vbi duas adducit rationes, ex quibus ibi inducta fuerit huiusmodi consuetudo. Sextus & vltimus casus, vbi venditio fieret sub hasta, & sic ex causa necessitatis, hos quatuor casus tradit *Fa. vbi suprà*, dicens non habere dubie-

tatem *in decis.* 49. *eod.* Nec putes, has duas decisiones fore inter se contrarias, ex quo superiùs dixerim, quod in vẽditione sub hasta habeat locum prælatio, nam illud intelligitur, quando alienatio oriretur ex obligatione contracta per ipsum alienantem, vt semetipsum declarat ibi *de Franch.* & repetit *in decis.* 482. quo casu cessante habeat locum *decisio Fab.* Quæritur vtrùm ius prælationis possit cedi? affirmat. *Franch. Mar. in decis.* 2. *part.* 1. Et num emphyteuta teneatur dominum recognoscere toties, quoties, &c. negatiuè, *Guid. Pap. in decis.* 317.

COLLEC. CLVIII.

Ad tit. ff. & Cod. quibus mod. pig. vel hypot. tac. contrah.

TRactaturus an, & quando hypotheca tacitè à l. inducta censeatur; arbitratus sum super ambob. his titulis illud agere, in quibus per totum de hoc verba fiunt, vnde quæritur, an quemadmodum tutoris, sic & bona procuratoris sint tacitè hypothecata pupillo, affirmat. *Ant. Fab. in decis.* 2. *sub hoc tit.* Et num bona eius, qui pro tutore se gessit, affirmatiuè, *idem Fab. in decision.* 3. Et num istud priuilegium tacitæ hypothecæ pupillus habeat nedum in bonis sui tutoris, verùm & pro expensis litis, affirmat. *idem in decis.* 5. Sed intellige de expensis necessariis, quod amplia etiam ante redditam rationem, *idem in decis.* 4. Et num in fructibus beneficij detur tacita hypotheca beneficiato, affirmatiuè, *idem in decis.* 12. Et num scriptura priuata habeat tacitam hypothecam, & à quo tempore, dic quòd sic, & à die recognitionis, vel denegationis, *idem in decis.* 9. & 8. Et num tacita hypotheca detur in bonis furantis, affirmatiu. *Viu. in decis.* 451. Et num filio in bonis patris pro administratione bonorum maternorum, affirmatiuè, *Gamm. in decision.* 330. Et num sponsæ in bonis sponsi pro dote, affirmatiuè, *Thoming. in decis. Ro. Lipsien.* 36. Item tacita hypotheca, quam habet vxor in bonis mariti, vim tantam habet, vt non extinguatur, etiam si per eum expressa constituatur, *Boer. in decis.* 332. *& Fab. in decis.* 4. *de priuileg. dot.* Hæc autem hypotheca à quo die incipiat currere, decidit *Polid. Rip. obseruat.* 263. Et num detur fideicommissario, affirmat. *Surd in decis.* 76. Et bona tutoris quando incipiant esse hypothecata pupillo, dicas à die suscepti officij, *Fab. in decis.* 1. *sub hoc tit.* Et num tacita hypotheca, quæ oritur ex conductione, extendatur etiam ad tacitam reconductionem, affirmatiuè, *Flam. Carta in decis.* 80. Hi sunt casus decisi, in quibus tacita contrahitur hypotheca. Sed nunc limita, vt nunc competat filio in bonis patris pro legitima, *Hieron. de Laurent. in decis. Rot. Auenion.* 52. Nec directo domino in bonis emptoris, pro laudemio, *Surd. in decis.* 31. Sicut nec pro canone, qui non correspondet fructibus, contra tertium, *idem Surd. in decis.* 32. Nec legatario pro annuo legato, *idem in decis.* 28. de illa autem, quæ pro legato regulariter competit, vide nonnulla per *Magon. in decis. Rot. Floren.* 59. Sed tamen se extendit ad bona alteri legata, *Ant. Fab. in decis.* 1. *Cod. com. de legat.* Sed obiter quæro an hæc, quæ pro legato competit, dicatur diuidua, affirmat. *Fab. in decis.* 1. *Cod. com. de legat.* Sed quid si inter creditores sit facta diuisio per mutuam adiudicationem, respond. idem, secundùm *eundem Fab. in decis.* 7. *eod.*

7 eod.tit.prox. Item num tacita hypotheca detur pro fructibus rei legatæ, negatiuè, *Surd. in decis.*171. Et num is qui saluam fecit pignoris causam, tacitam habeat hypothecam, negatiuè, *Fab. in decis.* 10. *sub hoc titul.* Et num creditor illam habeat in bonis hæredum defuncti, ex quo apposuerit clausulam (cum potestate capiendi propria authoritate bona sua, & suorum hæredum) negatiuè, *Afflict. in decis.*101. Et num creditores eandem habeant ex causa cessionis bonorum, negatiuè, *Anton.Fab.in decis.*11. vbi supra proxime. Hypotheca autem expressa num quid repetita censeatur in actibus subsequentibus tacitis, decidit *Cornaz. in decision.*176. Et num tacita mulieris extendatur ad bona paraphernalia, negatiuè, *Mynsing.cent.*5. *obseruat* 4. licèt eam habeat in dote, *idem Mynsing.cent.*4. *obseruat.*13. Vbi tenet mulierem vigore talis tacitæ præferri etiam anterioribus creditoribus expressam habentibus hypothecam, sed eius opinio non est recepta, vt diximus suprà in *Collect.*146. & ibi allegauimus, ad materiam, vide *Intriglio. in decision. Rot. Sicil.* 28.

COLLECT. CLIX.

In l. fructus, ff. de rei vend.

ISte locus videtur multùm bonus apud ciuilistas, vt tractetur materia fructuum, sicut & apud canonistas, *in cap. valdè celebri in cap. grauis extra de restit. spol.* Et verò studeto super iis, vltra namque textus disponentes, qui & à quo tempore habenda sit ratio fructuum, habes bonam Glossatorum doctrinam plenè de illorum distinctione tractantium: sed & nos multa bona reportabimus huc decisa. Et primò num fructus pendentes rei venditæ sub hasta veniant in licitatione, decisum affirmatiuè, *Valasc. in decis.*37. Et num fructus pendentes tempore retrouenditionis debeant diuidi pro rata temporis, affirmatiuè, *Thess. in decis.* 57. *& Gratian. in decis.*176. Limità quando per retrahentem non fuerit factum integrum depositum; *Mastri. decis.*148. In hoc proposito, an, & quando emptor cum pacto de retrouendendo faciat fructus suos, vide omninò *Mynsing. cent.*6. *obseru.*50. Et fructus pendentes in agro Maioratus cuius lucro cedant, an hæredum defuncti, vel ipsius Maioratus successoris, pro isto decidit *Gram.in decis.*350. in quo articulo, vide *Monter.in decis. Ro. Aragon.*17. Et fructus pendentes in venditione conditionali cuinam acquirantur, dic emptori, *Carroc.in decis.*51. Et cuinam etiam fructus dotis pendentes, vide *Thoming. in decis Rot. Lipsien.*3. Et num fructus pendentes tempore sententiæ veniant in rei restitutionem, affirmatiuè, *Pute.in decis.*315. *part.*2. Item quæro, tu habes, quòd fructus pendentes ex dispositione *text. in l. Iulianus*, §. *si fructibus. ff de actio.empt.* emptoris lucro cedunt, an intelligatur cedere etiam illi fructus, qui spectarent ad colonum partiarium; est anceps quæstio: cùmque his diebus elapsis, Ego & Franciscus Antonius Fontanarosa patricius Nolanus ex antiquissima Fontanarosorum familia ortus, moribus, & doctrina (etsi Iuuenis) valde perspicuus, verba inquam faceremus de fructuum beneficij diuisione facienda inter defuncti hæredes, & successorem beneficij, ad hanc quæstionem ventum fuit, in qua memo-

ratus iuuenis, vtpote ingenio, & memoria fœcundus (qui & meus germanus erat) allegauit mihi in terminis decisionem *Ioseph. Ludouic.* 83. *Rot. Perus.* cuius authoritate fretus, ipse intrepidè tenebat fructus etiam partis colonicę emptoris lucro cedere: sed postquam ei feci videre *alteram decisionem Thessau.* 56. totum contrarium tenentis, ipse mutauit propositum, cum re vera negari non possit quin Thessau, opinio sit magis æqua. Debitor autem fructuum quo tempore eos soluere teneatur, dic quo nascuntur, *Vtu. in decis.* 85. Et num valeat inter partes conuentio, vt fructus rei pignoratæ non computentur in sortem, negatiuè, *Thess. in decis.* 78. Et num fructus imputentur in Trebellianica quando sumus in liberis primi gradus, negatiuè, *Thessau. Fil. in decis.* 50. Et quid in legitima, vide *de Franch. in decis.* 522. Et quòd fructus imputentur in legitimam, quæ debentur ascendentibus, decidit *Guid. Pap. in decis.* 478. Et num maritus teneatur ad restitutionem fructuum bonorum paraphernalium, affirmatiu. *Thessaur. in decis.* 67. *Hieron de Lauren. in decis.* 18. & vide *Guid. Pap. in decis.* 468. vbi distinguit. Et num in medietate bonorum antiquorum, quæ virtute Consuet. Neapol. *Et si testator* debetur agnatis, veniant fructus, & à quo tempore, dic à tempore mortis, *de Franch. in decis.* 374. Et num fructus non petiti veniant in iudicio reintegrandi, affirmatiuè, *Rot. in dec.* 4 *in no. tit. de restitut. spol. & Gratian. in decis.* 208. Fructus futuri posteà percepti à conductore an veniant in obligatione bonorum, decidit *Surd. in decis.* 97. Et num fructus veniant post purificatum fideicommissum, affirmatiuè, *idem Surd. in decis.* 23. Et num bonæ fidei possessor teneatur ad omnes fructus post litem contestatam, dic, quòd sic, *Rot. Bon. apud Beninten. in decis.* 20. Sed limita, vt non teneatur ad fructus perceptos ex sua melioratione, *Gramm. in decis.* 364. Facit *decis. Put.* 276. *lib.* 3. *de Franch. in decis.* 705. Et num successor in beneficio lucrifaciat fructus beneficij maturatos etiam ante mortem prædecessoris, affirmatiuè, *Thessau. in decis.* 143. Et à quo die fiat fructuum condemnatio, decisum à die intrusionis, quando sumus in beneficio reseruato, vel spolio violento, in petitorio autem fit à die litis motæ, *Caputaq. in decis.* 30. & 31. *par.* 2. Fructus verò beneficij renunciati à quo tempore cedant lucro illius, in cuius fauorem facta est renunciatio, decidit *Gram. in decis.* 118. Sed num de fructibus beneficij possit clericus testari, affirmatiue, *Guid. Pap. in decis.* 109. Laicus verò ratione fructuum præbendæ sibi locatæ coram quo conueniendus? respond. coram suo Iudice competenti, *Osasch. in dec.* 31. Et an sint fructus restituendi in terminis, *l.* 2. *Cod. de rescind. vend.* negatiuè, *Gamm. in decis.* 94. Et num exequutio sententiæ pro debito viri possit fieri in fructibus dotis, negatiuè, *idem Gamm. in decis.* 200. Et num fructus ex feudo percepti dicantur feudales, negatiuè, *Mynsing. cent.* 6. *obseruat.* 100. Et si in sententia lata contra spoliatorem, quòd rem restituat, omittatur fructuum condemnatio, num veniant in consequentiam, affirmatiuè, *Peguer. in decis.* 178. Et quid si omittatur in sententia lata iuxta petita in rei vendicatione an intelligatur facta condemnatio, & quoad fructus affirmatiuè, *Mar. in decis. Ro. Ien.* 32. Et an locator dicatur perceptor fructuum, affirm. *Ver.*

in decis.28.part.2. Et num fructus veniant in interdicto vti possideris, affirmatiuè, *de Lauren.in decis.*119. De diuisione autem fructuum latè *Viu. in decis.*8. Et de fructibus nonnulla *Corna.in decis.Rot. Lucen.*110. Et fructuum perceptio quomodo probetur, vide *Caputaquens.in decis.*30.*&*31. *part.*2. Et num fructuum condemnatio cõprehendat distributiones quotidianas, negatiuè, *idem Verall.in decis.* 29.*ead.part.* Et fructuum liquidatio, vt dicatur legitimè facta, quæ requirantur vide *Ioseph. Ludou.in decis.Perus.* 87. Et num lite pendente fructus sequestrari valeant, si dissipentur, dic nequaquam, ita *Cappell Tholos.in decis.* 477. Quam tamen decisionem intelligas in casu suo, scilicet in causa principali, in causa enim appellationis indistinctè fit fructuum sequestratio, etiam si de dilapidatione timetur, nedum si dissipari noscantur per text. in *l.Imperatores, in fin.ff.de appell. & cap fin. de sequestr.possess. & fruct. cum aliis iuribus.*

Collect. CLX.

In l.qui liberos, ff. de rit.nupt.

PAter cogitur ex officio Judicis dotare filium, h.d. Amplia, vt teneatur semel atque iterum dotare, *Anton.Faber in decisio.*13.*de dot.promiss.* Amplia secundò, vt teneatur etiam dotare, quæ nupsit indigno *Mastrill. in decis.*163. Amplia tertiò, vt teneatur dotare etiam filiam naturalem, vt colligitur ex *decis.Thessaur.*211. Alimenta enim & dos, à pari procedunt, qua ratione posset dici etiam filiam spuriam, maximè de æquitate canonica, & potest colligi ex *decision. Mm.*21. Sed obiter quæritur an pater valeat super dote onus imponere, affirmatiuè in casu *Thessaur. Fil. in decis.*63. Limita modò, vt pater non teneatur dotare filiam, quando nihil habet in bonis, vt colligitur ex *Afflict. in decis.*179. Mater autem in subsidium tenetur, ergo non iam nuptam, *Gamm.in decis.*374.

Collect. CLXI.

In l.1.§.cauere, ff.de vsufruct.quemadmod.cau.

VSufructuarius tenetur cauere de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, h.d. Amplia decisiue, vt etiam teneatur quando iussu testatoris hæres tenetur pro eo fideiubere, *Surd.in decis.*109. Amplia secundò, vt etiam donans, qui reseruauit sibi vsumfructum, ad hoc teneatur, ita *Osasch.in decis.*158. Quomodo autem cauere debeat pro rebus, quæ vsu consumuntur decidit *Surd. in decis.* 67.*& Thessaur.decis.*80. Sed pone quòd satisdederit, vsufructu tamen abutatur, an possit expelli, dic quòd sic, ita *Antonius Faber in decis.*2.*de vsufruct.* Declara modò istam propositionem, vt scilicet non teneatur cauere cum fideiussoribus, quando sit pauper, *Surd. in decision.*141. Vnde quando admittatur ad iuratoriam cautionem, vide *Mynsinger.centur.*6. *obseruat.*48. Declara secundò, vt non teneatur cauere, nisi petenti, *Faber in decis.*3 *vbi supra* nec mouet, si esset minor, qui interpellare debet, *Thessaur. decis.*80. Et in summa, quando non teneatur, vide *Mynsing centur* 5.*obseru.* 36. Sed num vsufructuarius petitam cautionem non præstans, faciat fructus suos, dic, quòd sic in casu *Surd. in decis.*281.

COLLECT. CLXII.

Super Auth. ingressi, C de sacrosanct. eccles.

QVoniam ingrediens Monasterium se, & suaDeo dedicat, meritò testari non potest, h.d ergo nec donare, *Ann. in allegat.* 51. nec retinere pensiones, *Verall. in decis.* 224. *part.* 2. nec esse in iudicio suo nomine, cùm nihil habeat, *idem Verall. in decision.* 223. *eadem part.* ita, vt non valeat iudicium cum eo habitum, si administratione caruerit, *Cappell Tholos. in decision.* 20. Item non potest substituere procuratorem, sicut nec ipse constitui talis, *Cappell. Tholos. in decis.* 124. *&* 125. Item non potest querelare testamentum fratris turpem personam instituentis, *Thessaur. in decis.* 129. Cùmque Monasterium habeatur loco filij, infertur, quòd excludit substitutum, quando non appareat de contraria voluntate testantis, ita *Cather. in decis.* 126. Ex has ratione præfertur agnatis in medietate bonorum antiquorum, quæ eisdem deberetur virtute Consuet. Neapol. ita decisum refert *Vincent. de Franch. in decision.* 40. Item præfertur ascendentibus in bonis monachi professi, licèt aliud sit in legitima, *Valasc. in decis.* 24. *& Gratian. in decis.* 7. Sicut enim pater ingrediens Monasterium non potest vllo modo filiis in legitima præiudicare per *Auth. hen. si qua mulier, cod.* ita econtrariò quando filius, vel nepos ingreditur, patri, vel auo præiudicare nequit, vt ait *Valas.* vbi suprà, vide ibi. Ex eadem ratione Monasterio ex personæ Monachi competit reiuendicatio, *Camer. Imper. in verbo Monachus, in princip.* Sed an Monasterium habeatur loco filij, quantum ad excludendam matrem à successione proprietatis antiphati, minimè, *de Franch. in decis.* 469.

Modò quæritur, pone, quòd Monachus in vno Monasterio fecit professionem, & nunc in altero degat, vtri acquirat, dic secundo, *Thom. Triuis. in decis. Rot. Venet* 30. *part.* 1. Et vtri etiam acquirat? de vna Religione existens, & ad alteram transiens, dic & secundo, si non sine consensu superioris transitum fecerit, *Cappell. Tholos. in decision* 29. Item quæritur an Monachus prosit pati ad excusandum à tutela, affirmatiuè, *de Franch. in decision.* 532. Item relictum sub conditione ingressus, an debeatur nondum facta professione, negatiuè, *Gratian. in decis.* 35. *Surd. in decision* 303. Sed num valeat factum cum conditione, vt ne quicquam aliquid Monasterio quæratur, affirmatiuè, *de Franch. in decision.* 718. *part.* 4. Quod procedit etiam si Monachus nihil posset habere in proprio, quo casu Monasterium hoc permittere debet annuentibus oculis eo modo, quo potest, tamen ad sui beneplacitum, non in perpetuum, & ad vitam Monachi legatarij, vt habetur in dicta decisione. Et num legatum relictum pro maritagio, debeatur pro Monachatu, vide *Mastrill. in decision.* 153. *& Thessaur. Fil. in decision.* 60. Et num hæreditas delata Monacho, qui ex dispensatione Summ. Pontific. degebat extra claustra, acquirat Monasterio, affirmatiuè, *Gamm. in decis.* 388. Et num substitutus sub conditione, si sine filiis decesserit, si ingrediatur Monasterium, deficiat substitutio decisum contra Monasterium, vt per *Gamm. in decis.* 316.

COL-

Collect. CLXIII.

In l.palàm,ff.de rit.nupt.

HIc habes(& est vulgata lex) quę propriè dicatur meretrix, vel secundùm aliquos, quæ dicatur palàm quæstum facere, vnde quæri solet an mulier habens vnum virum in amasium dicatur turpis persona, dic quod sic, *Carroc.in decis.*124. Sed an dicatur meretrix ad effectum, vt non comprehendatur in dispositione *l. vnic. C de rap.virg.* affirmatiuè, *Thom. Triuis.in decis.*33 *part.*2. Nota pœnam meretricum, vt possint expelli à conuicinis honestis, *Peguer.in decis.*12. Et etiam ex propria domo *Thessaur.Fil.in decis.*33. Iudex autem meretricum an habeat iurisdictionem in meretricem nuptam, nequaquam dicit decisum *Caryc.in decis.*44 Et an in eam, quæ semel turpitudinem, vel lenocinium commiserit, præsupposito, quod & in lenones iurisdictionem habeat, dic quòd eius iurisdictio non extenditur semel ad lenocinium committentes, *Vinc.de Franch.in decis.*68. Num autem possit esse testis meretrix, vide *Magon. in decis. Lucens.*89. Et num meretrix censeatur persona miserabilis, ita, vt gaudeat priuilegio *l.vnic.C.quand.Imp.int.pup.& vid.* affirmatiuè, *de Franch in decis.*233. Ergo tanquam huiusmodi est capax primi, & secundi beneficij, vt ibidem habetur. Sed num sit capax iurispatronatus, decisum affirmatiuè, apud *Vin.in decis.*134. An autem mulier, quæ accepta pecunia duobus se immiscuit, dicatur meretrix, ita, vt in eandem Iudex meretricum iurisdictionem habeat necne habetur per eundem *de Franch.in decis.*68.*vers.quid autem sit.*

Collect. CLXIV.

In l.fin.C.de promiss.

DVo casus traduntur in hac vulgar. l. quibus pater præsumitur de propriis bonis filiam dotare, vel scilicet quando simpliciter dotat, vel quando dicit se dotare de bonis paternis, & maternis, quo casu distinguitur sit soluendo necne, vt si sit, habeat locum præfata præsumptio, sin minus, nequaquam. Hanc vltimam præsumptionem amplia etiam si pater postea nequiret dotare alias filias, nam & in omnem euentum, siue eius vires suppetant pro dote omnium filiarum, siue pro illius tantum quam dixit se dotare de bonis paternis, & maternis, semper præsumitur dotasse de proprio, ita *Afflict.in decis.*179. Sed aduerte bene, quia si dixerit, tantum de bonis paternis, & tantum de maternis, ita, vt dignoscatur quid dederit pater, & quid proficiscatur de substantia materna, tunc non habet locum ista præsumptio per text. clarum *in dict.l.fin. vers. Poterat enim*, & ita intelligit *Ann. in allegat.*88 Quando autem pater censeatur dotasse de bonis paternis, & maternis, vide *Mastrill. in decis.* 186. *& Antonium Fabrum in decisione* 7. *sub titulo nostro.* Sed quæro in casu contrario, quando mater tantùm promittit dotem, & dixit de maternis, & paternis, num ex solis maternis, vel paternis, vel ex vtriusque bonis dos promissa intelligatur, pro vltimo casu decidit *Faber in decis.* 10. *sub eod.tit. de dot.promiss.* Ad materiam dict.l. vide latè per *Ioseph Ludou.in decis. Perus.*21.

F 2

COLLECT. CLXV.

Super Auth. item quacumque communitas, C de episc. & cler.

COllectarum materia potest proprie, & originaliter sedere in *l. rescripto. § sciendum, ff de muner. & hono.* qui ad hoc est locus principalior, sed tamen legistæ eam tractant præcipue in *l. placet, Cod. de sacrosanct. eccles.* quemadmodum & Canonistæ *in c. quanquam, de censib lib. 6 & clem. præsenti, eod. tit.* Nos verò hîc reportabimus aliquas quæstiones decisas, clericorum personas tantùm tangentes: vnde cùm prædicta Authent. ponat regulam, quæ in effectu vult, vt clerici non teneantur ad collectas, ad quod concordat text. in *c non minus, de immun. eccles.* Tu amplia eam duobus modis, & limita pluribus. Et primò amplia, vt clerici huic priuilegio renunciare non possint, *Ann.* qui dicit decisum *in alleg.* 13. Amplia secundò. vt etiam ad eas non teneantur, quando priuatorum prædia aliquo titulo sint in eos translata, ita *Th ff. in decis.* 234. Nunc limita, & primò vt teneantur pro pastura pecudum, *Mastr. in decis.* 48 *part.* 1. Secundò pro damno dato ab eorum animalibus, *Vin. in decis.* 280 Tertiò pro reparatione Ciuitatis eiúsq; mœniorum, *Guid. Pap. in decis.* 78. Quartò declara, vt tametsi in casibus ipsi non tenerentur, id tamen non haberet locum in persona suorum colonorum partiariorum, *Thess in decis.* 116. Nam & generaliter quilibet colonus collectari potest ratione partis colonicæ, vt inquit *Osasch. in decis.* 83. declara quinto & vltimo, vt etiam hoc priuilegium minus extendatur ad clericos coniugatos, ita *Guid. Pap in decis.* 383.

COLLECT. CLXVI.

Super cap. de appellationibus, de appellat. concordat text. & in maioribus, C. eod. tit.

POnit regulam generalem text. hic quod à quolibet grauamine, etiam in leuissima causa illato, potest appellari, & ego volo huius occasione tibi colligere omnes casus decisos, à quib. potest appellari, vel non, vt cùm casus tibi contigerit, eiusdem inueniendi labor absit, Et primò scias, quod appellatur à sententia, in qua confirmatur tenuta, ita *Gratian. in decis* 9. Secundò potest appellari à sententia delegati Apostolici, *idem Gratian. in decision* 60. Tertiò appellatur à sententia missionis in possessionem, *idem in decis.* 60. Quartò appellari potest ab omissa condemnatione expensarum, *Gamm in decis.* 65. *& Guid Pap. in decis.* 42. Quintò appellatur à reiectione probationum, *Sud. in decis.* 36 Item appellatur à sententia sequestrationis mulieris, *Ann. in alleg.* 82. Item à sententia arbitrorum, *Mynsing centur.* 4 *obseru.* 68. Item à sententia super competentia *idem Mynsinger centur.* 3 *obseruation.* 35. Item à præstatione iuramenti, *idem in obseruat.* 39. *centur.* 1. Item appellatur in causa finium regundorum, *De Amat. in decis.* 19. Item appellatur à sententia Iudicis pronunciantis exequutionem esse reuocandam, *idem De Amat in decis.* 75 Sic à Decreto de euacuando, *Sebast. Medi. in decis.* 15. Sic à sententia lata de consilio elect. de partium voluntate *Iaffred. in decis.* 453. Sic à sententia legati de latere, *Franc. Marc in decis.* 345. Item ab exequutione instrumenti quarentigiati, *idem Marc. in decis* 392. Sic à senten-

tia

tia absolutoria ab obseruatione iudicij, *Cresc. decis. 6.* Sic denique in Saluiano interdicto datur appellatio, prout in casu, *Gratian. in decis.* 214. Casus autem decisi, in quibus appellatio non admittitur, sunt infrascripti. Et primò non appellatur à prouisionibus ciuilibus in causis fiscalibus factis, *Mastrill. in decis. 32.* Item à sententia lata per Judicem in causa reductionis ad arbitrium boni viri, *Beninten. in decis. 15.* Item à declaratoria interloquutoriæ, *Flam. Cartar. in decis. 129.* Item à sententia præstationis alimentorum, quoad effectum suspensiuum, *Veral. in decis. 39. p. 1. & Vin. in decis. 73.* Et eodem modo dicas in causa dotis salarij, *Gratian. in decis. 53. Rot. diuers. in decis. 764. par. 1. & Ann. sing. 42.* Sic in causa decimali, & intelligas prout *idem Gratian. in decis. 100* Sic etiam non appellatur à sententia interdicti retinendæ ad eundem effectum suspensiuum, *Afflict. in decis. 269.* Sic à sententia exfractationis, *Gram. in decis. 58.* Sic à sententia peritorum, *Ro. Lucen. in decis. 38.* Sic à sententia, per quam Judex se competentem pronuntiat, *Gam. in decis. 159. & de Amat. in decis. 86.* Et sic vides, quòd hæ duæ decis. sunt contrariæ, *Mynsing supra relatus in cent. 3. obser. 35.* Sic non appellatur à sententia conseruatorum, *Gratian. in decis. 170.* Sic à sententia lata in causa præcedentiæ, *idem Gratian. in decis. 232.* Sic à sententia lata in causa dotis, *idem in decis. 72.* Item non appellatur à sententia secunda exequente primam, à qua tamen nō poterat appellari, *idem in decis. 74.* Sic à decretis in causis suspicionum Iudicis, *de Franch. in decis. 408.* Sic etiam non appellatur ab expulsione manu militari, *Cornaz. in decis. 131.* Prout nec à dilatata, nec denegata iustitia, *Mynsing. centur. 3. obseruat. 57.* Nec à taxatione expensarum, *Cam. in ver. appellatio.* Nec à mandato de exequendo, *Veras. in decis. 40. part. 1.* Nec à reiectione appellationis, *Gratian. in decis. 8.* Item venditor non appellat à sententia lata contra emptorem, *idem in decis. 158.* Sicut nec is, cuius nihil interest, *Anton. Fab. in decis. 5. quorum appell. non recip.* Nec is, qui acquieuit iudicato, *idem Fab. in decis. 12. eod.* Item conuictus, & confessus non appellat, *Ias. in decis. 40.* Item non appellatur à decretis affirmatiuis, vt puta in alienatione prædij minoris, & similibus, *Afflict. in decis. 261.* Num autem appelletur à pronuntia causam esse in decisorio, vide *Beninten. in decis. 40.* Item Fiscus non appellat, licèt habeat recursum, *Gramm. in decis. 14. Minad. decis. 27. & Gratia. decis. 51.* Vltimò scias, quod vbicumque est prohibita appellatio de iure communi, prohibetur etiam recursus, non ita si sit prohibita vigore priuilegij, vel præeminentiæ Tribunalis, tunc enim bene admittitur recursus, ita *Mastril. in decis. 157.* Et hæc omnia nota, quia possunt tibi deseruire per ampliationes, & limitationes ad prædictos text.

COLLECT. CLXVII.

In l. vni. C. si de momen. possess.

FVit aliquando controuersia inter DD. de intellectu huius text. postea tamen in eam frequentiùs itum est sententiam, vt debeat intelligi, quòd à sententia possessorij non appellatur, nisi quoad effectum deuolutiuum tantùm; Et sic fuit primo loco intellecta in nostro S.C. vt te-

ftatur *Afflict. in decis.* 269. quem postmodum sequutus est *Sen. Ped. in decis.* 25. *Cath. & Ioseph Ludou. in decis. Perus.* 70. vbi pleniſſimè, & *Benint. in decis. Bonon.* 17. Et ſic habes huic regulæ implicitam exceptionem, vt licèt alias non poſſit appellari quod effectum ſuſpenſiuum; Fallit tamen primò quoad cauſæ deuolutionem, ex iuribus allegatis. Fallit ſecundò in poſſeſſorio, in quo agitur de amiſſione proprietatis, aut de pœna, vt in remed. *l. ſi quis tantam*, *C. vnde vi. ita Afflict. ed. in decis.* 476. Et quod quando in poſſeſſorio eſſet implicita cauſa proprietatis, tunc poſſet appellari, decidit *Gratian in decis.* 136. Fallit tertiò, quoties ex eiſdem actis conſtaret de iniquitate ſententiæ, tunc enim & à poſſeſſorio appellatur, *Ioseph. Ludou. in decis. Perus.* 20. vbi latè. Item declara, vt poſſit appellari à fructuum condemnatione, cùm contineat præiudicium irreparabile, *Crescen. in decis.* 5. *de appell.* Item limita de iure Canonico, de quo poteſt à quolibet poſſeſſorio appellari, *Benintem. & Afflict. vbi ſupra.* Sed hanc limitationem potes ſublimitare ex mente eiuſdem *Benintem. in decis.* 79. Vt etiam de iure canonico non poſſit appellari à poſſeſſorio extraordinario, ſeu ſummario, in quo ſententia lata dicitur interloquutoria, & conſequenter non poteſt ab ea appellari, ſaltem quoad effectum ſuſpenſiuum, per *tex.* quem ibi allegat in *cap. fin.* §. *de poſſ. ſsione* 2. *q.* 6. Denique not. quod in cauſa poſſeſſorij licèt non retardetur exequutio per appellationem interpoſitam, nihilominus exequutio fieri non poteſt ſuper fructibus, vt inquit *Afflict. in decis.* 77. *in fine*, quod an procedat in ſententia lata in cauſa appellationis reuocatoria primæ, à qua tamen iterum fuerit appellatum, tangit *Vincen. de Franch. in decis.* 288. *in fin.* Et videtur inclinare in partem negatiuam, ergo in hoc caſu poterit fieri exequutio ſuper fructibus non obſtante appellatione: & aduerte, nam ex hoc habes quæſtionem tacitè implicitam, quod quemadmodum actori obtinenti licet mandare ſententiam exequutioni, non obſtante appellatione rei, è contrario debet licere reo, qui poſtea obtinuit, non obſtante etiam appellatione actoris, prout habetur *in decis.* 136. *de Franc. & in d. decis.* 288. Et tandem appellatio non admittitur in poſſeſſorio, etiam ſi cauſa fuerit facta appellabilis in prima inſtantia, ita *Gratian. in decis.* 204.

COLLECT. CLXVIII.

In l. 1. in fine, ff. ad Turpill.

APpellatio extinguit pronunciatum, ſuſpenditque iuriſdictionem, h. d. limita in infraſcriptis. Et primò in cauſa poſſeſſorij per iura quæ allegauimus in conſtitutione regulæ ſuperioris Collecta. & ibi vide eius exceptiones. Limita ſecundò in cauſa decimarum, *Gratian. in decis.* 100. Tertiò in cauſa alimentorum, *Peral. in decis.* 39 *par.* 1. Quartò in cauſa mercedis, *Rot. in decis.* 764. *par.* 1. *in nou. ff. Gratia. in dec.* 43 & ex noſtratibus *Ant. n. in fing.* 42. Quintò in iudicio aſſiſtentiæ, *Afflict. in dec.* 261. Sextò in decretis affirmatiuis, puta in alienatione prædij minoris, & ſimil. *idem Afflict. in d. decis.* 261. Septimò, & vltimò, limita in decreto M.C.V. lato infra ſummam ducatorum. 150. *de Franch. in decis.* 308. Sed quid ſi prædicta ſumma non ſit nec plus, nec minus, an illud procedat, dic etiam, & ſic

& sic ille numerus 150. stat inclusiuè, ita *de Franch. in decis.* 703. *p.* 4. Hi sunt casus decisi, quibus per appellationem (etsi alias contrà) non retardatur exequutio.

Collect. CLXIX.

In l. fratres, C. de inoffic. testam.

FRatre instituente turpem personam, fratri competit querela inofficiosi, h.d. Sed num spurius dicatur turpis persona ad hunc effectum, affirmatiuè, *Farinac. in decis.* 6. Et quid si esset natus ex altero fratre, dic idem, & sic vides, quòd patruus (si nolit per querelam suum testamentum rescindi) nepotem spurium ex fratre instituere non potest, *Thess. in decis.* 126. Amasia verò, quæ soli amanti copiam faciat, an dicatur turpis persona, vide *Carr. in decis.* 124 Pone modò, quòd frater sit monachus, & vittute cessionis sibi factæ à Monasterio, vult querelare testamẽtum fratris turpem personam instituentis, an possit? nequaquam, *Thess. su. in decis.* 129 Pone iterum, quòd per querelam sit declaratum nullum testamentum fratris, an saltim sustineatur vigore clausulæ codicillaris, decisum negatiuè *idem Thes. in decis.* 128. Denique soror, cui competit legitima, expugnato fratris testamento, an eam habere debeat liberam à legatorum solutione, affirmat. *Affl. in decis.* 125. vide aliam decis. *Affl.* 204. Vbi habes duo, vnum quòd frater non potest expugnare in totum testamentum sui fratris, turpi persona instituta, sed vsque ad legitimam, alterum, quòd hæc legitima est quadrans, sicut erat olim descendentium, & sic quarta pars eius, quòd frater fuerat habiturus ab intestato.

Collect. CLXX.

In l. fin. § fin. ff. de leg. 2.

VVlt in effectu iste tex. quòd iusta hæredis ignorantia operetur validitatem alienationis, quam fecit, rei restitutioni vniuersali subiectæ, & liberatur offerendo fideicommissario æstimationem rei. Ad limitationem huius §. debes infrascripta notare. Et primò quando alteruter cõtrahentium sciret prohibitionem; debet enim vterque ignorare, sufficit ergo deducere scientiam alterutrius, vt de vtroque dicit decisum *Ossasch. in decis.* 37. Secundò limita quando vltra prohibitionem hanc à l. tacitè inductam, vt propriè loquitur iste §. superesset expressa testatoris prohibitio; quo casu nõ curamus de ignorantia requisita in hoc text. quia tunc fideicommissarius potest agere contra emptorem ad restitutionem rei, & non contra venditorem ad eius æstimationem, *Rot. in dec.* 21. & 22. *par.* 1. *in nouiss.* Sicut etiam quando, dato quòd vterque ignorasset, alienans tamen, eiúsve hæres non esset soluendo, quia tunc etiam si essemus in casu istius §. scilicet in prohibitione tacita, adhuc fideicommissarius valeret rem ab emptore auocare, *Vin. in decis.* 516. vbi latè de intellectu huius tex. vide etiam aliqua per *Vin. de Franch. in decis.* 298. non habes hîc alia, &c.

Collect. CLXXI.

Super cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit.

CRedo quòd hæc Decretalis sit magis famosa in istis quinque libris Gregorianis, quemadmo-

dum, & illa, Si quis suadente diabolo, in Decreto. Et iam omnes sciunt eius dispositionem, quòd statutum laicorum generale, vel speciale non extenditur ad Ecclesias, vel Ecclesiasticas personas, vel earum bona, non modò si tractetur de earundem præiudicio, sed etiam si de fauore, & commodo, quo casu approbatio Sum. Pontificis requiritur, h. d.

Collige ergo regulam, quòd Ecclesiasticæ personæ non ligantur statutis laicorum. Limita primò in statutis de causis compromittendis inter coniunctos, quibus ligantur clerici in foro laicali litigantes, *Capyc in decis.* 66. Limita secundò in statutis concernentibus ordinem iudicij, vtputa cautio expensarum, quæ est de ordinariis, præstanda est à clericis, *Minad.decis.* 4. & sic de similibus. Limita tertiò in iudicio proclamatum, *Surd. in decis.* 26. Limita quartò in statuto imponente terminum instantiæ, *Flam.Cartar.in decis.* 78. Limita quintò, vt ligentur statutis imponentibus taxam in venditione frumenti tempore carestiæ, *Vincen.de Franch.in decis.* 9. Num verò teneantur restituere id, quod vltra pretium taxatum perRegiam Pragmaticam accipiunt, decidit *Vin.in decis.* 28 Item limita, vt ligentur statuto imponente collectam pro mœniorum, vel Ciuitatis munitione, *Guid. Pap. in decis.* 78. Item prohibente exportationem armorum, *Vin.in decis* 76. Vltra limitationes quæro num clericus ligetur consuetudine iuris congrui, negatiuè, *de Franc decis.* 285.*& Capyc in decis.* 98 Et num pariter consuetud.Neapol. prohibente dispositionem de medietate bonorum antiquorum, dic & negatiuè, *idem de Franch in decis.* 41. Sed num in istis bonis Ecclesiasticæ personæ, vel Monasterium excludantur per proximiores, negatiuè, *idem in decis.* 40. Et num statutum imponens pœnam receptantibus bannitos, comprehendat receptantes clericos bannitos, decisum negatiuè, *Gramm.in decis.* 29. Sed num statutum tribuens immunitatem occidentibus bannitos, censeatur præbuisse etiam occidenti clericum bannitum, affirmatiuè, *Vinc.de Franch. in decis* 463 Num autem statutum prohibens intromissionem vini in Ciuitatem, comprehendat vina clericorum, decisum negatiuè, *Gram. in decis.* 100. Et num tradens formam circa exequutionem instrumenti comprehendat clericos, negat. *Vin.in decis.* 326. Quæro, stat statutum, vt quilibet de vniuersitate vadat ad molendum in molendinum vniuersitatis, an possit præiudicare Monasterio habenti molendinum, dic, quòd sic, si valde expediat vniuersitati, ita *de Franch. in decision.* 380. Num autem clerici dicantur de Ciuitate, seu de iurisdictione communi, vide *Surd in dec.* 126.*& Valasch.dec.* 100. Hæc cùm scripsissem, & vidisset quidam amicus, presbyter, dixit mihi, quòd non feci valde bene reportare casus illos primo loco traditos, quibus apparet clericos ligari statuto laicali, ei respondi, quòd veritas non debet occultari, verum in omnibus præualere; Et sic tacuit. Hi vltimi casus poterunt deseruire pro ampliationibus ad regulam, & not. quia demulcent aures.

Collect. CLXXII.

In l.1.& 2.C.de fal.mone.

Falsificans monetam Cæsaris, vel alterius inferioris, ille concrematur,

matur, cuius etiam bona confiscantur, hic verò capitali tantùm pœna punitur, hoc volunt de pœna hæ duæ ll. de iure verò Regni huius rei criminis puniuntur vltimo supplicio, sublata pœna concremationis, vt *in Constit. Adulterinam.* Huiusmodi dispositionem oportet nos ampliare, & limitare. Et primò amplia etiam in tondentibus, vel radentibus, vt obseruatur in hoc Regno, & in Cathalonia vt testatur *Peg. in decis.* 46. & est de iu. com. etiam vt *in l. fin. & ibi gloss. Cod. de vet. numis. potest. lib.* 11. Limita tamen in tondente in modica quantitate, *idem Peguer. in decis.* 86. Secundò amplia etiam in facientibus falsos cuneos monetæ, *Cappel. Tholos. in decis.* 162. Tertiò in cudente monetam non legitimi ponderis, *Franc. Mar. in decis.* 86. *par.* 2. Quartò in expendente scienter falsam monetam, *Vincen. de Franch. in decis.* 401. Sed hoc limita si ostenderit authorem, à quo eam habuit, *Anton Fab. in decis.* 2. *sub hoc tit.* Nunc verò limita, vt excusetur à memorata pœna qui nondum impresserat imaginem Principis, *Granim. in decis.* 74. Secundò limita in eo, qui falsificauerit monetam alicuius Principis, *de Franch. in decis.* 440. Nam quando falsificatur moneta inferioris à Cæsare, vel etiam alicuius ciuitatis, quo casu dicunt procedere d. l. 1. DD. frequentiori calculo concludunt illam pœnam capitalem impositam à d. l. 1. intelligi de pœna deportationis, alias limitationes vide *in decis. Peguer.* 46. Sed & declaranda est prædicta dispositio, vt in huiusmodi crimine non possit quis ex indubitatis indiciis condemnari, *Fab. in decis.* 1. *de fal. mone.* Secundò vt falsificans monetam non dicatur committere crimen læsæ Maiestatis in primo capite, *idem Fab. in decis. fin. eod.* Quæritur, tu habes ex d. l. 1. quòd condemnatis de hoc crimine denegatur appellatio, quid in tondentibus? dic idem, *Peguer. in decis.* 85. Sed quid in eo, qui cum magna pecuniæ falsæ quantitate repertus fuerit? hîc dicas negatiuè, & sic potest appellare, *de Franch. in decis.* 351. Item quæritur qua veniat pœna plectenda mulier, quæ sciuit maritum monetam falsam cudere, minúsque reuelauit, decisum extraordinaria, *Fab. in decis.* 3. vbi supra. Et num socius huius criminis indicans alterum socium, venia dignus sit, affirmatiuè, *idem in decis* 4. *eo.* An autem faciat indicium contra socium tradit *Peguer. in decision.* 5. vbi alios adducit casus.

COLLECT. CLXXIII.

Super. Auth. de nup. §. deinceps.

AD quod frequentiùs allegatur iste §. *est, quòd mors omnia soluit*, tradas memoriæ istos paucos casus decisos. Et primò beneplacitum expirat morte, *Capyc. in decis.* 116. Sic delegatio morte Vicarij delegati, *Achill. de Grass. in decis.* 4. *de offic. vicar.* quemadmodum & subdelegatio, mortuo subdelegante re integra, *de Franch in decis.* 243. Sic gratia facienda, in cuius exequutione requiritur causæ cognitio, expirat morte Pontificis, antequam cognoscatur per commissarium, *Peguer. in dec.* 118. Sed quid dicendum in mandato vniuersali, dicas quòd si omnia negotia non possunt vna voce, & significatione comprehendi sub vno nomine, tunc expirat in iis, quæ non sunt cœpta geri, quòd si comprehẽdi

possent, tunc non expirat, quia vno negotio cœpto, videtur totum vniuersale inchoatum, & sic re non integra, exemplum in mandato institutoris, sub quo nomine comprehenduntur plura negotia vna voce, ita eruditè *de Franch. in decis.* 466. Ad materiam, vide *Capyc. in decis.* 36.

COLLECT. CLXXIV.

In l. error. C. de iu. & fac. ignoran.

ERronea confessio, quando erratur in facto, potest vsque ad sententiam reuocari, h.d. Et sic habes vnum casum, no. alios decisos: Et primò vt hæres valeat reuocare confessionem defuncti, *Afflict. in decision.* 233. Quod amplia etiam data defuncti scientia, *Surd. in decis.* 130. Sic etiam confessio Aduocati, & Procuratoris acceptata per partem potest reuocari, *Franc. Mar. in decis.* 59. *p.* 2 Sic & confessio tacita insurgens ex verbis libelli, *Iaffred. in decis.* 78. Sicut & confessio facta per testatorem reuocato testamento, reuocata censetur, *idem Iaffred. in decis.* 101. Et confessio extraiudicialis semper potest reuocari ante acceptationem, *idem in decis.* 79. In criminalibus verò etiam scinditur confessio, *Ant. Faber. in decis.* 1. *de conf. ff.* Cùm autem confessio per Iudicem acceptata proponeretur, tunc reuocari nequaquam posset, *Mynsing. cent.* 4. *obseru* 51. Sicut nec confessio deliberata, *Franc. Marc. in decis.* 705. confessio verò qualificata, an scindi possit, in hoc passu omnes concordant in partem negatiuam, prout sic decidit *Thom. Triuis. in decis.* 46. *Rot. Lucens. in decis.* 70. *Ioseph. Ludou. in decis. eiusd. Ro.* 19. *& De Amat. in decis.* 82.

COLLECT. CLXXV.

Super Pragm. quæ incipit assistentiam, & appretium.

QVando instrumentum continet obligationem bonorum, cum pacto de capiendo, cum constitutione precarij, agitur assistentia contra tertium possessorem etiam principali non discusso, probatis tamen extremis, h.d. Hanc materiam assistentiæ Regnicolæ sciunt dormientes, ita, vt etiam Sollicitatores causarum eam non ignorent, super qua tamen ego ponam aliquas quæstiones decisas, licèt plura non incôgrua possent induci, nihilominus non possum diuertere à decisionibus. Igitur illa primò se offert quæstio vulgata, num vt creditor obtinere valeat in assistentia, debeat probare dominium principalis debitoris illius rei, super qua petitur assistentia, in hoc omnes sciunt decisum. *Afflict.* 383. in qua fuit decisum negatiuè, verùm quod debeat probare rem, de qua agitur, fuisse in bonis, & de bonis debitoris. sed ego vellem scire ab Affl. quid aliud est probare rem fuisse in bonis, nisi dominium? certè facilè concedes, si propriam (à qua in quantum possumus, non debemus recedere) significationem consideres illorum verborum, in bonis fuisse, non desunt enim iura, quæ hoc probant, & hîc non allegantur, cum thema sit citandi decisiones tantùm in hoc opere. Secundò quæritur, num, vt creditor pariter obtineat, teneatur priùs liquidare debitum contra principalem debitorem, dic nequaquam, & ita *Thess. in decis.* 53. *in fine.* Tertiò quæritur, an, vt etiam obtineat assistentiam debeat claré, & expresè eandem petere,

tere, ita, vt non intelligatur petita sub illa clausula, (petens sibi ius, & iustitiam ministrari,) dic quòd expressè debet eam petere, aliàs &c. per eandem supradictam *Thes. decis. num.* 4. vbi refert decisum. Quartò, tu vidisti, quid debeat continere instrumentum vigore d. reg. Pragm. s. obligationem bonorum, pactum de capiendo, cum constitutione precarij, modò quæritur, quid, si hæc omnia non reperiantur expressè apposita in instrumento an creditor possit obtinere super exequutione sententiæ latæ super assistentia? respon. in affirmatiuam, semper enim Notarius præsumitur rogatus ad ea, quæ fieri consueuerunt, & clarum est, quòd istæ clausulæ passim solent apponi, nec Notarius posset immutare huius consuetudinis formam, quam immò si præteriret, posset teneri pœna falsi, vide *Vin. in decis.* 518. *in primo dub.* & iterum *in num.* 27. & in fine dicit decisum. Hucusque vidimus quædam, quasi præambula ad assistentiam, nunc videamus quid in ipsius sententiæ exequutione occurrit decidere. Quæritur, lata est sententia cum facultate vendendi, iuxta clausulas in instrumento appositas, an quemadmodum non retardatur exequutio super adiudicatione facta creditori, ita etiam non debet retardari super venditione? hodie omnes Practici sciunt, quòd bene in hoc casu retardatur, in quo militat diuersa ratio, vt *in decis. de Franch.* 120. licèt illa ratio, quæ ponitur (& tanquam præcipua) sub numero 8. non videatur multum sustentabilis. Secundò in assistentia lata est sententia super petitione facta plus debito, an possit dici nulla, ita, vt veniat retractanda, fuit decisum in S. Cons. quod de æquitate teneat, teste *Capyc. in decis.* 51. *in* 1. *dub.* Tertiò, an ad impediendam hanc exequutionem valeat tertius possessor offerre debitum, & petere cessionem? hæc quæstio pendet ex translatione dominij, igitur si sit factum appretium cum per illud transferatur dominium, meritò cessat ius offerendi, cùm autem super petitione exequutionis sententiæ datur libellus, lisque contestatur, tunc distinguitur, vt post litem contestatam etiam cesset, vt per *Afflict. in decis.* 87. Item super assistentia est lata sententia, facto appretio, & adiudicatione pro concurrenti summa, mandatur exequutioni, postea in causa appellationis retractatur, an ista secunda sententia debeat etiam mandari exequutioni, sicut prima, non obstante appellatione? *Vin. de Franch. in decis.* 136. dicit, quod sic, & facit *alia decisio* 188. *eiusdem in princip.* hæc decisio non videtur tuta, quia prima sententia mandatur exequutioni vigore *Prag.* quæ incipit *M.C.V.* quæ loquitur in decretis assistentiæ affirmatiuis, ita, vt idem fuerit iudicatum in quibuscumque decretis affirmatiuis M.C. vt testatur *Afflict. in decis.* 26. Sed in hac secunda sententia essemus in decreto negatiuo, ergo &c. cogita. Item quæritur, fuerunt appretiata bona, & adiudicata, ab illo appretio fuit appellatum, pendente hac appellatione fructus cuius esse debeant donec iterum fiat appretium per nouos tabularios, actoris, vel rei conuenti, in hoc dicas, quòd si noui tabularij augent appretium, vel illud prius confirment, fructus pendentes erunt ipsius actoris, ita *Afflict. in decis.* 188. Item fuit actum assistentia pro dote, & vsufructu dotis vigore Consuet. Neapol. fuit obtentum, sed

ab hoc decreto reclamatum, vtrum pendente reclamatione debeatur vsusfructus, affirmatiuè, *Afflict. in decis.93.* Item creditor egit assistentia, & obtinuit, postea vult variare super aliis bonis, an possit, negat. *Capyc. in decis. 33.* Agendi autem assistentia quanto tempore præscribatur, vide *Afflict. in decis 139.* vbi decidit non minori spatio triginta annorum.

Collect. CLXXVI.

In l. certum, §. sed an & ipsos, ff. de confess.

Svmmatur iste §. hoc modo; *Confessio legitimi administratoris, vel procuratoris generalis non praeiudicat domino*, & vide *Carro, in decis.20.* & sic habes vnum casum, volo ergo tibi colligere alios decisos, quibus confessio vnius non nocet alteri: Et primò confessio Syndici in ea re, in qua non habet speciale mandatum, *Ant. Faber. in decis.4 de confess.* Secundò confessio principalis non nocet fideiussori, *Surd. in decis.218.* Tertiò confessio cedentis nō nocet cessionario, *Osasch. in decis.20.* Quartò confessio Coadiutoris non nocet Coadiuto, *Achil. de Grass. in dec.3. sub hoc tit.* Quintò confessio Rectoris non nocet Ecclesiæ, *idem Achil. in decision.4. eod. tit.* Sic confessio Abbatissæ non nocet Abbatissæ succedenti, *Afflict. in decis. 168.* Sic confessio patris, vel matris in fauorem vnius ex filiis non nocet aliis, *Gam. in decis. 246.* Sic confessio mariti facta post delictum de dote, non nocet Fisco, *Surd. in decis. 116.* Sic confessio facta ab vno quasi procuratore, eidem non nocet effectò principali, *Achill. in decis 5. vbi suprà* Modò autem debes notare casus his contrarios: Et primò confessio tutoris, vel procuratoris emanata per modum contentiosæ iurisdictionis, vt puta respondendo positionibus, & articulis, nocet pupillo, vel domino, habet tamen pupillus restitutionem in integrum etiam post sententiam, constito de læsione, *Fran Mar. in decis.56.p.1.* Secundò confessio defuncti nocet hæredi conuento actione depositi, *Anton. Fab. in decis.3. titul. de confess.* Tertiò cōfessio Prælati cum clausula, prout in instrumento, nocet Ecclesiæ *Mohed. decis.1. sub hoc tit.* & vide *Rot. in decis.3. de confess. in nou.* sed intellige, Primò quando foret adminiculata, *Rot diuers. in decis.159. p.2.* intellige Secundò quando haberet præsumptionem iuris communis pro se, *Dominus de Ro. in decis.141. eod. titul.* intellige Tertiò si esset clara, si enim dubia, interpretaretur pro Ecclesia, *Verall. decis. 186 par.1.* Quartò confessio mariti de dote nocet creditoribus, *Afflict. in decis.400. Viu. decis.537 & Boer. decis.310.* Quintò confessio vnius ex reis debendi nocet alteri, *Afflict. in decis.94.* Sic confessio vulnerati nocet vulneranti, *Viu. in decis.200.* Sic confessio facta per aliquos in vno iudicio inter certas personas præiudicat in alio iudicio inter alias personas, *Guid. Pap. in decis. 254.* Sic confessio facta ab aliquo tanquam teste nocet sibi in alio iudicio, *Surd. in decis 309.* Et in summa quando confessio est verisimilis semper nocet tertio, *idem Surd. in decis.55.*

Collect. CLXXVII.

In l. pen. §. fin. C. de dona.

Hodie donatio valet vsque ad quingentos aureos sine insinua-

nuatione, h.d. & sic illam summam excedens debet insinuari; Atqui hoc vltimum debes limitare, quando donatio est ob causam, quæ licèt excesserit non tamen necesse est insinuari, *Cappel. Tholos. in decis.* 381. Hinc est quod donatio remuneratoria non insinuatur, *Mynsing. centur. 2. obseruat.* 75. Sic donatio quæ fit contemplatione matrimonij, *Monte decis. Rot. Aragon.* 10. *& Intrigliol. decis.* 20. Sic donatio facta causa dotis, *Gamm. decis.* 213. Sic donatio causa mortis, *Guid. Pap. in decis.* 610. Item donatio ad pias causas non venit insinuanda *Antonius Faber in decis.* 11. *sub hoc tit.* vt puta donatio facta pro puella maritanda, *De Amat. in decis. March.* 42. Sicut nec donatio facta à Principe; *Franc. Marc. decis.* 549. *part.* 2. An autem insinuatio fieri valeat coram quocunque Iudice decidit *Guid. Pap. in decis.* 325.

COLLECT. CLXXVIII.

In l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. obligat.

RECtè fuit tractatum per DD. in hac l. quòd donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum non valet, per rationem adductam per Iurisconsultum hîc, quod aufertur libera testandi facultas. Hac igitur ratione cessante, meritò fit quod tenet quando est facta omnium bonorum præsentium tantùm, quia remanet facultas super futuris, *Surd. decis.* 136. *& Gratian. decis.* 39. Sic etiam quando fit & de præsentibus, & futuris, modica tamen cum retentione bonorum, *Peguer in decis.* 135. *&* 136. vbi dicit quod ruit in totum, si non fiat cum memorata retentione. Hinc etiam fit, quod valeat, quando nil dictum fuerit de iuribus, & actionibus, *idem Peguer. in decis.* 141. Sed num hæc iura & actiones veniant in donatione omnium bonorum mobilium, & immobilium, decisum negatiuè, etiam si fuerit addita clausula (quorumcunque) *Anton. Faber in decis.* 11. *tit. de donat.* Et num hæc donatio omnium bonorum comprehendat futura, negatiuè, *Thessaur. in decis.* 199. Et an fructus repertos tempore mortis donatoris, negatiuè, *Peguer. in decis.* 140. Et num præsumatur simulata, si donator res donatas retinuit penes se toto tempore vitæ suæ, affirmatiuè, *idem Peguer. in decis.* 151. Et hæc donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, siue vno contractu, siue pluribus simul fiat, non valet, *Faber in decis.* 9. *de donat.* Et num dator omnium bonorum possit postea cedere ius redimendi in præiudicium donatarij, affirmatiuè, *Thessaur. in decis.* 101. Sed an, quando donauit medietatem omnium bonorum, valeat inuito donatatio rem vnam alienare, affirmatiuè, *Guid. Pap. in decis.* 602. Num autem donatarius omnium bonorum sit loco hæredis, ita vt possit conueniri actione personali, negatiuè, *Faber in decis.* 5. *vbi supra à Guid. Pap. in decis.* 105. Nec tenetur ad æs alienum, *idem Faber in decis.* 4. *& Cappell. Tholos. in decis.* 379. Agendum est enim priùs reuocatoria, idtamen limita vbi donator non esset soluendo, nullúsve hæres existeret, quo casu donatarius potest conueniri etiam actione personali, & ita loquuntur prædicta iura. Sed pone quòd ante traditionem donator dedit insolutum vnam ex rebus donatis, an donatario competat ius offerendi contra creditorem, vtique.

non per rationes adductas à *Carrocc. in decis.* 125. Finaliter quæritur de bona quæstione, vtrum donatore non disponente reseruata ex bonis donatis acquirantur hæredi ab intestato, vel donatario? dicas hæredi, *Vinc. de Franch in decis.* 45. nec facio vim, sicut *Thessaur. in decis.* 97. an fuerit reseruata facultas disponendi, vel quantitas, aliúdne per ea, quæ dicit *idem de Franch. in decis.* 600 *part.* 4 bonum est igitur ad hæc euitanda, apponere clausulam, quòd donatore non disponente, transeant ad donatarium.

COLLECT. CLXXIX.

In l. dieth functo, ff. de Offic. Assess.

BEne stat hîc materia salarij, vbi quoq; tractatur per DD. in qua tu nota infrascriptos punctos decisos. Et primò num salarium, quod alias dari debuisset, debeatur Aduocato in causa propria, negatiuè, sed fallit, quando causam propriam conduxit, & alias neglexit, quia tunc videtur petere iure interesse, ita *Mynsinger. centur.* 1. *obseruat.* 2. Et num salarium debitum Aduocato, vel Procuratori debeatur in principio litis, dic, ea finita, *Grattan. decis.* 201. *& idem Mynsinger. centur.* 3 *obseruat.* 7. *& in obseruat.* 8. habes quod salarium Aduocati transmittitur ad hæredes respectu tamen illius anni, quo decedit, non etiam aliorum annorum. Huiusmodi verò salarium Aduocatorum, vel Notariorum, omnes sciunt esse peculium quasi castrense, vide tamen *Cappell. Tholos. in decis.* 10 Salarium num debeatur Tutori, si non fuerit à principio administrationis constitutum, negatiuè, *Vinc. de Franch. in decis.* 122. de hoc salario tutoris latè tractat *Monter. in decis. Aragon.* 19. Salarium quod debetur vassallo pro quolibet milliari, intelligitur de milliari pro accessu, & recessu, *de Franch. in decis.* 151. Et dicit *Verall. in decision.* 104. quod salarium, quòd debetur testibus conductis ab Hispanis, taxatur in decem iuliis, pro quolibet die, si sit solitus tenere equum, & famulum, alioquin in iuliis octo, salarium, quod debetur balio, qui datur pupillo, in feudalibus, virtute Constit. Reg. an debeatur patri balio dato filio in bonis feudalibus eidem peruentis ex linea materna, vel aliunde negatiuè, *de Franch in decision.* 340. Et num salarium Medicorum sit communicandum fratribus, affirmatiuè, *Carrocc in decis.* 132 Et num salarium debeatur pro tempore, quo quis fuerit absens cum licentia, affirmatiuè, si redierit in termino *De Amat. in decis.* 53. Et num Milites debeant habere salarium pro tempore, quo fuerint absentes, affirmatiuè, *Gratian. in decis.* 200. Et num prohibitus petere salarium, censeatur prohibitus recipere à sponte dantibus, affirmatiuè, & limita, vt *Mynsinger. centur.* 3. *obseruat.* 75. salario autem quanto tempore præscribatur dicas triennio, *Gratian. in decisione quinquagesima tertia.*

COLLECT. CLXXX.

In l. vni. C. de inoff. dot.

DOs inofficiosa, propter quam filij legitima defraudantur, reuocatur querela inofficiosæ dotis vsque ad debitum bonorum subsidium, h. d. sed an huiusmodi reuocatio fieri possit viuis dotantibus, inspecto etiam iure consuetudinario Nea-

Neapol. vtique non, sed demum iis defunctis, qui etiam in vita eorum non possunt consentire, cum redundet in præiudicium tertij, ita *Vinc. de Franch. in decis.* 170. Et an etiam fieri possit constante matrimonio, in hoc articulo omnes sciunt contrarietatem inter Affl. & prædictum Vinc. ille enim dicit non, hic verò sic *in decis.* 104. qui citat ibi dec. Affl. Vltimò quæritur quando fit ista reuocatio, vtrum veniant fructus à tempore litis contestatæ. vtique vide *eundem de Franch. in decis.* 558.

COLLECT. CLXXXI.

In l. si totas, ff. de inoffic. donat.

SVperuenientes filij reuocant, viuo patre, vsque ad suas legitimas inofficiosas donationes aliis filiis per prius collatas, h. d. dixi, viuo patre, ex quo habes quòd ista reuocatio fit ipso iure, non autem per querelam inofficiosæ donationis, quæ non nisi post mortem tantum ad instar querelæ inofficiosi testamenti proponitur, sicque malè loquuta est gloss. Quum autem tempus inspiciatur, dicas tempus mortis donatoris, potest enim esse quod postea donator tantum acquirat, quantum habuit ante donationem, & ex his bonis satisfieri potest filiis de legitima, ita *Antonius Faber in decis. fin. sub hoc tit. & Valasc. in decis.* 189. Cùm verò proponantur plures donationes, omnes quidem simul coniunguntur, vt faciant locum querelæ perinde, ac si vnica donatio inofficiosa fuisset, licet te vera inspecto initio, priores donationes minus inofficiosæ extitetint, *Faber in decis. 1. eod. tit.* Sed num quando donatio fuerit facta sub nomine mortui simulati, reuocetur per querelam inofficiosæ donationis, affirmatiuè, *idem in decis. 6. ibid.* Et num quando fuerit collata in priorem coniugem, reuocetur in totum per superuenientiam filiorum affirmatiuè, *idem in decis. 2.* quia habetur vti persona extranea. Et hæc est vna de differentiis inter *l. si vnquam, C. de reuoc. donat.* & hanc l. nostram, nam ibi vti facta extraneo reuocatur in totum, hîc verò tanquam facti vni ex filiis ad debitum vsque bonorum subsidium; *idem Fab. in decis.* 3. vltimò quæritur an pendente lite si donatio fuerit inofficiosa necne, sit filius alendus, dic quòd sic, sed an teneatur præstare satisdationem, dic quòd non, *idem in decis.* 5. In hac materia (vt vides) pænè solus Fab. decidit, feci tamen hanc reportatam propter eum non habentes.

COLLECT. CLXXXII.

In l. 3. §. 1. ff. de offic. praef. vigil. & in l. si vendita ff. de peric. & commod. rer. vend.

REgulariter incendium præsumitur accidisse culpa inhabitantium, hoc dicunt ista iura, & sic decidit *Franc. Marc. in decis. 61. part. 1.* Sed an conductor teneatur ad emendam domus conductæ, & exustæ, quando non fuit, nisi in leuissima culpa, de qua regulariter non tenetur, dic quod sic, ita *Gramm. in decis* 3. nihilominus non tenetur de casu fortuito, *Mynsing. centur 6. obseruat.* 88. Et num etiam teneatur, quando fecerit ignem in loco insolito, dic quod sic, nisi forsan incendium fuerit causatum per alias personas, puta milites, ipso absente, vide *Afflict. in.*

decis. 57. Quæro Rusticus fuit in die ventoso ad immittendum ignem in stipulam suam comburendam, ille fuit vlterius euagatus, ita, vt alteri damnum intulerit, teneatúrne? maxime, idq; ex facto ego scio euenisse in partibus annis non longe elapsis, de hac q. vide *Farin. in decis.* 19. de pœna autem incendiarij tractat *Ludou. in decis. Perus.* 25. & ad materiam vide *Alexand. Rauden. decis. Pisa.* 26.

Collect. CLXXXIII.

Super Pragmat. 3. §. *in aliis autem, de offic. S.C.*

Sententia cōdemnatoria M.C.V. infra summam ducatorum 150. non obstante appellatione, debet exequi, cum cautione tamen in casu retractionis, h.d. Putant quidam per hanc Pragm. fuisse correctum Ritum 257. in ordine Carauitæ qui incipit; Item in causis duarum vnciarum, per quem disponitur, quòd sententiæ M. C. infra duas vncias mandentur exequutioni, non obstante appellatione, dicunt enim hoc olim procedere, sed tu aduerte, quia non est ita, hæc enim est differentia: Nam quando sententia M. C. est infra ducatos 150. tunc exequitur virtute Reg. Pragmat. sed cum cautione, vt vidisti, sed si est infra duas vncias, tunc exequitur, sed sine cautione per ritum prædictum, qui de ea verbum nullum. super hac Pragm. (vt ad rem nostram redeamus) non habes amplius, quàm tres, & eiusdem Authoris decisiones, quas tamen credo, quod omnes Regnicolæ sciant. Prima est, vtrum quando creditum vnà cum interesse excedat in magna quantitate, vel etiam in vno obolo summam Pragmaticę possit creditor illud pluris remittere, quasi iuri suo renuncians, & petere exequutionem sententię non quidem, quia in casu contrario reus hoc non posset dicere. Item quia eo ipso, quòd excedat est reo ius quæsitum in hoc, quia sua interest, ne bona vendantur, & potest esse, quod obtineat in causa appellationis, & sic vides quódnam præiudicium afferret illa remissio, ita valde iuste fuit decisum in nostro S.C. vt refert *Vincen. de Franch. in decis.* 141. Secundus punctus est, vtrum, quando reus condemnatur, puta ad alicuius rei restitutionem, quæ valet infra summam, vel etiam aliquod factum æstimabile etiam infra dictam summam, valeat creditor petere exequutionem sententiæ, non obstante appellatione, dubium enim faciebat, quia Pragmatica loquitur in quantitate, non autem in specie, nihilominus fuit dictum quod potest, & sic fuit extensa ad prædictos casus, semper enim quantitas æstimationis rei inhęret, ita *idem de Franch. in decis.* 308. Tertius autem, & vltimus est, tu vidisti, quod quando creditum est vltra summam non dubitatur, & minus quando infra: sed quid si non ascendat nec plus, nec minus, quàm ad 150. ducatos, an possit sententia exequi vigore Pragmaticæ, fuit dictum, quod sic per bona iura ibi allegata *in decis. eiusdem* 703. *par.* 4. Prætetea dicit Pragmatica, sententiæ proferendæ à 150. infrà, & sic illa prępositio à, & sic terminus à quo semper censetur inclusiue positus, vt dicitur in *l. à caligato, C. de nup.*

Collect. CLXXXIV.

In l. eum vir, C. de adult.

Crimen

CRimen sodomiæ punitur pœna mortis, h. d. Constitueram de hac fœdissima materia nec quicquam tractare, sicut multum honestè fecerũt hîc nostri interpretes eam silentio prætereuntes, & non immeritò quidem vulgò nomen sortitum est vitij nefandi, ideo quod ne fari quidem de eo liceat, de quo videte quæso quomodo horribiliter (verbis tamen elegantibus) lex loquuta est. Quia tamen nostra intentio est recolligere omnes casus decisos in vnaquaque materia, idcircò fui coactus propositum infringere. Præcipua autem quæstio, quæ olim in hac materia dubitabilis reddebatur, est, an dictum stuprati faciat indicium ad torturam contra stuprantem, tu hodie dicas sic, quòd si constet de corpore delicti, puta de fractura recenti, & vnica vice sequuta, facit indicium, dixi vnica vici, quia si esset reiterata, tunc argueret vitium patientis, & malam famam inquisiti, vel etiam, si non constet de corpore delicti, sed bene de vi, vel metu illato puero, nam & tunc esset sufficiens indicium ad torturam, vel & tertiò, cessantibus his, essent alia indicia sufficientia, extra hos casus non potest deueniri ad torturam, *Thom. Triuis. in decis. 14. par. 2. & Ludou. à Peguer. in decis. 76.* Quæritur vtrum hoc crimen tentans, veniens ad actum proximum, puniendus sit, ac si consumasset, negatiuè *idem Peguer. in decis. 72. & 75.* In hoc proposito mihi venit in mentem, quod tametsi lex nolit tentantem puniri pœna ordinaria, permittit tamen posse impunè interfici à tentato; vnde quodam patrocinante referunt fuisse liberatum Bononiæ, quendam Pistoris famulum, aliique narrant minus fuisse, se ita mandante, molestatum quendam puerum Leonissæ, qui suo Pædagogo illud tentanti totum priapum cum gladiolo amputauerat, egregium sanè factum, attenta minoritate pueri.

Vtrum maritus, vxorem polluens extra claustra pudoris, dicatur sodomita, affirmatiuè habetur, *in decis. Delphi. 891.* vbi late de materia, sicut etiã committere crimen nefandum, & contra Naturam dicuntur mulieres, inter se mediante aliquo instrumento puta ligneo, vel vitreo coeuntes, ita, vt quasdam moniales, quæ ita simul coibãt, fuisse combustas quidam referant, habetur de hoc *in d. decis. Peguer. 72.* Num per copulam sodomiticam contrahatur affinitas, negatiuè, *Cappel Tholos. in decis. 96. vbi addi.* Et num sodomita possit testari, negatiuè, quod dic etiam si adhuc non esset condemnatus, ita *Delphi. in decis. 892.* Ad materiam, vide *Triuisa. in decis. 13 par. 2.*

COLLECT. CLXXXV.

Super Authen. si quis in aliquo, Cod. de eden.

EXemplo nõ creditur, nisi producatur originale, h. d. Limita primò in copia reperta in actis, quia facit fidem, probata amissione, *Mohed. decis. 1. de fide instrum.* Limita secundò quando originale est penes aduersarium recusantem ostendere, vel non permittente exhiberi formiter *Rot. diuers. in decis. 49. par. 1. & 160 par 3.* Limita tertio in copia inserta in sententia *Crescen. dec. 10. de prob.* Limita quartò concurrentib. aliquibus coniecturis de quibus *Verall. dec. 254 part. 1.* Limita quintò, quãdo exemplum esset

collatum cum originali parte citata, & Indice mandante, *Anto. Fab. in decis. 12. de fid. instrum.* Item limita in exemplo instrumenti deperditi, quod est conforme schedulę notarij, si extent aliæ probationes, *Fab. in decis. 25. eod. titul.* Item limita in exemplo traducto ex notarij mortui protocollo, modò concurrant illa, de quibus per *Afflict. in decis. 6. & Mynsing. cent. 6. obseruat. 73.* Sed in hoc sciunt Practici quomodo sit in Regno. Item limita, quando exemplum esset scriptum manu eiusdem Notarij, à quo confectum fuit originale, *Mynsing. cent. 6. obseru. 74.* Item limita in antiquis, *idem Mynsing. cent. 3. obseru. 75.* Vtrum autem instrumentum puta venditionis, faciens mentionem de instrumento procurationis, fidem faciat, negatiuè, *Afflict. in dec. 373.* & vide addentes ibi.

COLLECT. CLXXXVI.

Super Const. Regni minorum iura.

FRequentissima vbique est, & maximè in Regno Restitutionis in integrum materia, quam nos Regnicolæ appellamus primum & secundum beneficium, ideo quia cum memorata restitutio non concedatur vltra binas vices, vt longo tempore seruauit M. C. meritò ex vetusto vsu factum est, vt prima restitutio dicatur primum beneficium, & secunda restitutio secundum beneficium. Ad hanc autem Constitutionem, quæ tam in iudiciis, quàm in contractibus restitutionem in integrum minoribus generice tribuit, notandi sunt infrascripti casus decisi, quibus illa competit, vel non. Conceditur igitur primò aduersus omissam allegationem suspicionis, *Vinc. de Franch. in decis. 431.* Secundò aduersus appellationem minus prosequutam à tutore, *idem de Franch. in decis. 473.* Tertiò aduersus defensiones omissas, *Cappel. Tholos. in decis. 51. Mynsing. cent. 3 obseru. 84.* Quartò aduersus suam confessionem delicti, *idem Mynsing. d. cent. 3. obseru 8.* Quintò aduersus promissam libertatem, *Anton. Faber in decis. 1. si aduers. libert.* Sextò aduersus conclusionem factam, *Intringlio. in decis. Sicil. 25.* Septimò etiam aduersus alium minorem, *Mastrill. in decis. 44.* Item conceditur etiam postea effecto maiori in causa cœpta tempore minoritatis si modo dolo, fraudéve aduersarij vsque ad illud tempus lis protracta sit, ita *Afflict. in d. decis. 110.* Item etiam existenti hæredi maioris, *idem Afflict. in decis. 212.* Item amplia, vt concedatur etiam maiori litis consorti minoris in causa indiuidua, *idem in decis. 213.* Modo autem oportet limitare præd. Constit. Et primò vt restitutio in integrum non detur minori aduersus temporis lapsum, propter quod perdiderat ius ad beneficium, *Achil. de Graff. in decis. 10. tit. de rest. in integ.* Sicut nec aduersus obiectiones omissas, *Cappel. Tholos. in decis. 52.* nec aduersus omissam declinatoriam fori, *de Franc in decis. 429.* Tertiò non datur minori iteranti non veniæ contra processum, *ead. Cappel. in decis. 45.* Quartò succedenti maiori, cum quo appellatio fuerat deserta, *de Aniat. in decis. 97.* Quintò, & vltimò non datur minori Doctori propter præsumptam peritiam, *Iaffred. in decis. 369.* Maiori autem nec ex noua quidem causa datur restitutio in integrum, elapso quadriennio, *Ach. de Graff. in decis. 8. d. tit. de in integ.*

integ. restit. Sed bene conceditur existenti hæredi minoris *Afflict. in decis.* 211. Restat videre an restitutio minoris prosit fideiussori, & dicas quod sic, si simpliciter (quod in dubio præsumitur) fideiusserit, si verò fideiussit propriè contemplatione minoris ætatis, quia aliàs non fuisset contracturus creditor propter imbecillem ætatem, tunc secus, ita distinguit *Anton. Faber. in decis. vni. de fideiusso. mino.*

Post præfatam Constitutionem sequitur immediatè alia Constitutio Regni, quæ incipit, beneficium restitutionis, præbens restitutionem in integrum Fisco, ad quam petendam voluit (& contra ius commune) sufficere etiam generale mandatum, quam quidem Constitutionem tu amplia, vt detur Fisco restitutio etiam aduersus sententiam, quæ fecerit transitum in rem iudicatam, ita *Thess. Fil. in decis.* 59.

Sed & post hanc sequitur alia, quæ incipit obscuritatem, quæ voluit de illo beneficio prouidere etiã mulieribus, ea tamen circa, quæ occurrant in iudiciis, non etiam in contractibus, nisi in casibus, vt ibi, quam; cum loquatur indistinctè, amplia procedere etiam in meretrice *de Franch in decis.* 133. Sed limita, vt non detur mulieri restitutio post sententiam, vel aduersus eam, vel aduersus lapsum fatalium, *idem in decis.* 284. Item nec aduersus dotis constitutionem, vtputa si velit restitui, ex eo, quia omnia bona sua dederit in dotem, quod procedit etiam, quando nupserit sine dote, & postea contracto matrimonio, eam constituerit illo modo, nam non potest restitui, cessante dolo mariti, *ita Fab. in decis. vnic. si aduer. dot.* quando verò promisisset immoderatam dotem, vel eandem constituisset vltra vires patrimonij sui, tu habes Constitutionem tuam quòd bene restituitur, quod est & de iure communi.

Sumus expediti de istis Constitutionibus, not. modò cui alij, & circa quid detur, vel non huiusmodi restitutio, & dicas quod Prælatus successor restituitur aduersus hæredem prædecessoris, *Afflict. in decis.* 390. Sic & Confraternitas aduersus tres sententias conformes, *Mastril. in decis.* 110. Prodigus etiam restituitur, *de Franch. in decis.* 598. Item conceditur aduersus tres sententias conformes *Mastrill. in decis.* 45. *& de Lauren. in decis.* 2. Item aduersus exceptionem dilatoriam quando apparet de non modica læsione, *de Franc. in decis.* 290. Item datur etiam in possessorio quando est enormissima læsio, *Achil. de Graff. in decis.* 5. *de restitut. in integr.* Item aduersus sententiam, & rem iudicatam, quando constat de bono iure, *Caputaquens. in decis* 94. *p.* 3. Item aduersus sententiam immunitatis à muneribus ex causa militiæ, *Mastrill. in decis.* 73. Sed an detur aduersus præscriptionẽ ex capite ignorantiæ, affirmatiuè, *Afflict. in decis.* 37. *negat. Fab. in decis* 1 *si aduer. vsucap.* tenendo cum Afflict. amplia, vt competat etiam elapso qnadriennio, *Thesau. in decis.* 132. Sed limita in præscriptione 30. vel 40. annorum, *idem Thess. in decis.* 131. *Beninten. in decis* 71. Et ex his facile apparet, quòd non datur aduersus præscriptionem, data scientia, vt ponit etiam *Surd. in decis.* 4. Item denegatur Hospitali aduersus repudiatam hæreditatem, vtpote damnosam quæ tempore petitionis restitutionis apparet lucrosa *de Franch. in decis.* 282. Item non da-

G 2

tur etiam Ecclesiæ post publicationem *Achill. de Graff. decis.* 8. vbi supra. Item in spolio non datur in beneficialibus *Veral. decis.* 97. *par.* 3. Nec Vniuersitati, quæ succubuit in causa spolij *Mastrill. in decis.* 134. Item denegatur in iudicio reassumptionis instrumenti *Ann. alleg.* 84. Item vbi mora purgari non potest *Verall decis.* 96. *par.* 3. Item non verificata conditione apposita in commissione *idem Verall. in decis.* 95. *ead. par.* Item denegatur in causa liquidationis, si fuerit concessa in causa principali *Affl. in decis.* 35. & 114. Item semel denegata amplius non conceditur, *Magon. decis. Lucen.* 68. & *Polid. Rip. obseruat.* 330. Item introducta, & relata causa non conceditur beneficium, vt testatur *de Franc. in decis.* 261. Sed limita, quando peteretur per viam restitutionis in integrum, quia tunc conceditur etiam votata causa, vt dicit *Minad. in decis.* 15.

COLLECT. CLXXXVII.

In l. eum pro quo, ff de in ius vocan.

Obligatio penes acta habet exequutionem paratam, hoc probatur in hac l. quod amplia etiam si fuisset facta die feriata, *Vin. in decis.* 35 Secundò amplia etiam non obstante exceptione nullitatis, *Afflict. in decis.* 387. Tertiò amplia etiam lite pendente super absolutione à iuramento interposito super ea, *idem Afflict. in decis.* 30. Quibus tribus casibus numquam supersedetur super exequutione dictæ obligationis. Hæc autem obligatio multum differt ab instrumentis, vnde Notarius vassallus, licet prohibeatur vigore ca. Reg. conficere instrumenta, & pro, & contra Dominum, non tamen prohibetur, si etiam esset actuarius recipere obligationem penes acta curiæ, vt per *Vincent. de Franch. in decis.* 118.

COLLECT. CLXXXVIII.

Super c. suscitata, de rest. in integr.

Textus iste ponit regulam cum eius limitatione. Regula est, quod petitio restitutionis in integrum impedit exequutionem sententiæ, ad quod concord. *l. vnic. Cod. ml. innoua. in int gr. restit. postul.* secundum quam fuit in variis Tribunalibus multoties decisum, vt per *Cappel. Tholos. in decis.* 54. *Mohedan. in decis.* 2. *sub hoc tit. Bet. int. in decis.* 85 *Delphi decis.* 53 *cum seq. par.* 2. *Minad. decis* 14. *Pute. decis.* 456 *lib.* 2. *Magon. decis. Floren.* 133. *Thess. in decis.* 181. Limitatio est, si ex præsumptionibus appareret quod malitiosè petitur, & causa differendæ exequutionis; Secundùm quam limitationem decidit *Mynsing. cent.* 1. *obseru.* 48. tu adde alias. Et primò in exequutione trium conformium *Hieron. de Lauren. decis. Auenio.* 2. Secundò in sententia S. C. *Capyc. in decis.* 53. Tertiò in decretis affirmatiuis, quæ vigore Pragmat. habent exequutionem paratam *Afflict. in decision.* 356. & quæ sint ista decreta affirmatiua *idem in decis.* 261. Quartò in restitutione, quæ speciali rescripto petitur *Mynsing. centur.* 6. *obseruat.* 80. Quintò, si post petitam sententiæ exequutionem postuletur in integrum restitutio secundum *Cæsar. de Graff. in decis.* 1. *sub hoc tit* sed impugnat *Polid. Rip. in obseru.* 338. Sextò limita in casu eiusd *Rip. obser.* 276. Et sic habes in his omnibus casibus, quod restitutio in

in integrum non impedit exequutionem sententiæ.

Collect. CLXXXIX.

In l.ex his,C.de milit.testam.

VErba enunciatiua regulariter non probant,h.d. Limita primò (circũscripta limitatione, quam habes in text.tuo) vt bene probent inter easdem partes, *Caputaquens. decis.* 135. Secundò in antiquis, *Franc. Marc. in decis.* 208. *part.*1. Et in hoc non curo an inter easdem, vel inter alias, *Anton.Faber in decis.* 6. *de probat.* Tertiò,vt probent filiationem in antiquis, *idem Faber in decis.* 28. *eod.titul.* Quartò fauore dotis, *Verall. in decis.* 288. *part.*1. idque etiam inter diuersas personas, *idem Verall. in decis.* 338. *part.*3. Quintò,vt probent inter easdem partes emanata tempore, quo non dubitabatur principaliter de enunciato, *Afflict.in decis.*83. Sextò,vt probent nobilitatem, *Fab.in decis.*27. *vbi suprà.* Septimò,si essent iurata,& geminata, modò sint prolata principaliter propter se, *Caputaquens. decis.* 336. Octauò, si essent prolata à Principe, *Delphin.in decis.*779. *part.*1. Nonò, vt probent si reperiantur in instrumento limites territorium, *idem Delphin.in decis.*335. Decimò limita in casu *Card.Put.in decis.*419. *lib.*1. Et in summa verba enunciatiua quomodo probent, siue in contractibus, siue in vltimis voluntatibus, decidit *Ant.Fab.in decis.*23.*d.tit de probat.* Sed quid dicendum in verbis generalibus, probântne? nequaquam,solet enim dici verba generalia non esse apicciatoria, nisi forsan versetur fauor piæ causæ, vide de his *Carroc.in decis.*46.

Collect. CXC.

In l.Quintus Mutius ff.de donat.inter vir.& vxor.

QVicquid vxor acquirit, in dubio præsumitur acquisiuisse ex bonis viri, ne alioquin censeatur id ex turpi quæstu ad eam peruenisse, h.d. Ad quem text.not.quinque decisiones. Et primò cuinam prosit ista præsumptio? Respond.Ipsi marito, eiúsve hæredibus, & consequenter eiusdem creditoribus, *Anton.Fab. in decis.*36. *tit.de probat.* Sed num donatario mariti? affirmatiuè, *idem Fab. in decis.*41.*eodem titul.* Tertiò non est dubitandum quin, muliere contrarium probante, cesset ista præsumptio, *Marilia. in decis. Genuens.* 10. *& Guid.Pap.in decis.*468. *in fin.* Vtputa faciendo constare se habuisse illa bona ante matrimonium, & in dotem minus assignata, vel etiam constante matrimonio aliquo tamen ex titulo quæsiisse, vel ex aliqua arte,vt pura si fuisset balia, chirurgica, lanifica, vel obstetrix, aut consentiente marito, separatim negotiatam esse, vel si nupsisset marito pauperi, & ipsa esset diues, vt dicit Senatum decidisse *Fab.in dict.decis.*41. Et propterea, cùm vxor quædam tanquam executrix per maritum relicta, plura tam funeralia, quàm alia viri debita de bonis suis, seu ex sua industria, constante matrimonio acquisitis, se soluisse prætenderet, & non fecisset constare se acquisiuisse aliquo ex prædictis modis, sed tantùm volebat de hoc iurare, fuit nequaquam admissa ad tollendam hoc modo iuris præsumptionem, vt testatur *Boer. in decision.*81. Et vide hanc decisionem, quia in ea tra-

ctatur etiam punctus, quem tangit Glossator in hac l. nostra, quid dicendum, soluto matrimonio per diuortium, vel morte, vbi distinguit multum bene, vide ibi.

Collect. CXCI.

In l. si non inducta, C. in quib. pign. vel hypot. tac. cont.

Dicunt DD. quando volunt soluere contrarium ad hanc l. de text. in *l. si non sortem*, *§. si centum*, *ff de condit. indebit.* quòd in textu nostro ponitur regula, ibi vero fallentia, præter quam tamen volo tu hîc notes alias, quæ in variis Tribunalibus resolutæ fuerunt, constituas igitur regulam hoc modo, retentio vnius rei pro alia non datur, ad quod concord. text. in *l. prætextu. C commod.* sed limita, vt infrà; Et primo, vt detur mulieri in bonis viri, donec sibi restituatur dos, *Ioseph. Ludouic. in decis. Perus.* 109. Secundò, vt detur in re exequuta vigore decreti nulli, iure hypothecæ, *Ann. in allegat.* 80. Tertio, vt competat pro melioramentis possessori, *Capyc. in decis.* 17. *Vincent. de Franch. in dec.* 38. *&* 112. Item condemnatus ad rei restitutionem, potest eandem pro debito retinere *Capyc. in decis.* 119. Item condemnatus ad restitutionem feudi, potest illud retinere pro debito vitæ & militiæ, *idem Capyc. in decis.* 11. Item Commentariensi datur retentio carcerati pro expensis *Guid Pap. in decision.* 448. Item scriptor potest mercede retinere quinternos *Surd. decision.* 50. Et hanc limitationem tetigit *Accurs. in text. nostro, & in dict. l. si non sortem, §. si centum* Item retentio datur, quando non datur actio, vt in legato relicto in testamento minus solemni *Capyc. in decis.* 89. Item, & vltimo venditori datur retentio rei venditæ etiam pro vno nummo deficiente *Carrocc. decis.* 100.

Collect. CXCII.

Super cap. nuncios, de decim.

Cvm tex. noster ponat pro regula, quòd de omni fructu sit decima soluenda; Infertur primo quod debetur de zuccaro, sed hic stat dubium, quomodo sit soluenda, an in cannis, vel in zuccaro postea confecto manu industriali ex ipsis cannis, super hoc puncto *Mohe.* facit primam & secundam decisionem de decim. quarum vna repugnat alteri, in *prima* enim dicit, *quod debetur in cannis*, ne alioquin esset deducenda impensa, in *secunda*, *quod debetur in zuccaro iam confecto*, quasi sit soluenda in eo statu, in quo res solet esse in communi vsu, vt de grano dicitur, quare Addi. ibi multifariam nititur saluare hanc contrarietatem, quæ tamen, dato quòd esset, prout apparet, mihi magis placeret secunda decisio, nec mouet ratio expensarum, quæ (vt scitis) nequaquam deducitur, quando sumus in decimis prædialibus, vt in 2. *respons. capit pastoralis, extra eod tit.* Sed an hæc decima zuccari possit solui de prima decoctione cū diminutione stante sic consuetudine aliorum locorum, quorum regimini locus debendæ decimæ est subiectus, negatiuè, sed ex integro est soluenda, & illa consuetudo, tanquam iuri contraria, non extenditur de vno loco ad alium, ita *idem Mohedan. decis.* 3. *eod. tit.* Sed in hoc iterum quæritur, an iste zuccarus, qui ex cannis fabri-

fabricatur, dicatur fructus naturalis, vel industrialis, respond. naturalis quo ad decimam, nam & omnes fructus, quos nos homines tenemus pro industrialibus, vt de segete, & similibus, respectu Dei censentur naturales, prout firmat *idem decis.* 4. Item infertur secundò, quòd decima est soluenda de oliuis, & aliis fructibus, *Ann. in alleg.* 49. Infertur tertiò quòd debetur de animalibus, & quidem tempore, quo lacte non indigent, *Vinc. de Franch in decis.* 114. Quæ decisio confert ad corroborationem illius decisione secunda Mohedan. quam supra retulimus. Infertur quartò quòd, sicut de fœno soluitur, ex cap. præcedenti ad textum nostrum, ita & de palea, nisi obster consuetudo, vel per prius non fuerit longissimo tempore soluta, nam & hæc sunt in fructu, *de Fran. h. decis.* 103. Quæro num decimæ possint præscribi à laico, negatiuè, *Verall. in decis.* 241. *part.* 1. Verum si proponantur possessæ tanto tempore, quòd in contrarium non extet memoria, bene possunt à laico retineri, vt decidit *Cappell. Tholos. in decis.* 539. Sicut è contrario probanti se per immemorabile tempus easdem percepisse, nonnunquam debentur, *Crescent. decis. vnic. sub hoc tit.* Sed etsi decimæ prædiales præteritæ petitæ minus fuerint, minimè debentur, *Rot. in decis.* 1. *eod. tit. in antiq.* Sed an Rector Ecclesiæ parochialis possit petere decimas præscriptione non obstante, si non congruam habeat sustentationem, affirmatiuè, *Achill. de Graff in decis.* 5. *sub hoc tit* At pone, quòd adsit concordia inter partes circa decimas, an operetur non solum respectu priorum quæsitorum, sed etiam de nouo quærendorum, affirmatiuè, *Put. in decis.* 154. *lib.* 1. illa autem decima, quæ debetur Ecclesiæ curatæ à populo, est ratione oneris, *idem Put. in decis.* 409. *eod. lib.* Et à quo sit soluenda decima papalis decidit *de Franch. in decis.* 108. Quæro num decimarius valeat prohibere ne fructus à solo exportentur, donec sit facta descriptio, affirmatiuè, *Thessaur. Fil. in decis.* 9. Et num possit apponere custodem in agro pro eius interesse, affirmatiuè, *de Franch. in decis.* 117. & *Ann. in allegat.* 94. Et num possit obtinere decimas omnes si tantum probauit de receptione decimarum agnorum, negatiuè, *Caputaqu. in decis.* 244. *part.* 1. Item num Vicarius perpetuus habeat intentionem fundatam petendi decimas affirmatiuè, *Cappell. Tholos. in decis.* 109. Sed vtri debeatur decima. s. Ecclesiæ, cui est facta vnio, vel Vicario perpetuo, Respond. pro Ecclesia *Mohedan. in decis.* 5. *sub hoc tit.* Item nunquid maior quatuordecim annis habeat legitimam personam ad petendas decimas, affirmatiuè, *Rot. in decis.* 2. *eod. in antiq.* Decimarum concessio an comprehendat noualia, negatiuè, *Achill. de Graff in decis.* 4. *eod. & in decis.* 3. *&* 6. dicitur vbinam decimas quis soluere teneatur, an in loco, in quo habitat, vel vbi prædia colit. Item num à sententia decimarum possit appellari, negatiuè, *Grat. in decis.* 53 *& Vin. in decis.* 73. Illud vltimò est absolutum, quòd decima prædialis, quæ debetur Sacerdoti, debet in horreis consignari, *de Franch. in decis.* 134.

COLLECT. CXCIII.

In l. 1. in fin. ff. de interrog. action.

CONfessio extraiudicialis regulariter nō probat, h. d. Ad hunc text. volo dare tibi quatuor limita-

tiones decisas; Et primò limita cum huiusmodi confessio cum causa, vtputa depositi facta proponeretur, ea enim, quæ fit sine causa (quam & indiscretam solemus appellare) non facit probationem, *Viu. in decis.* 191. Limita secundò, si esset geminata, vt per *Affl. &. in decis.* 337 *& Faber in decis.* 25. *de probation.* quo casu etiam facta, parte absente, probat, *Delphinat. in decis.* 79. *part.* 2. Limita tertiò, si foret emanata pro exoneratione conscientiæ, *Viu. in decis.* 486. Limita quartò, si tenderet ad liberandum, quam limitationem Accursius in plerisque locis tradidit, vt in *l. nostra, & in l. vnica, Cod. de confessionib. & in l. capite quinto, in fin. ff. de adulter. & in Authent. de testib.* §. *& licet, vers. pro solutione,* vbi text. hoc probat, *Collat.* 7. tu vide *Guid. Pap. in decis.* 176. Debes tamen eam intelligere hoc modo, scilicet si præsente parte, facta proponatur, duósque per testes probetur, quod subintelligas; nisi contractus obligationis esset in scriptis celebratus, tunc enim subintraret dispositio *l. testium, Cod. de testib.* cum Authent. ibi posita, & ita aduertit *Afflict. in decis.* 105 *& Ioseph Ludou. in decis. Perus.* 82. Licèt illud de partis præsentia non careat contradictoribus asserentibus etiam absente parte procedere, & iam ex Decisionariis ita firmat *Guid. Pap. in dict. decis.* 176. *in princip.* quod quando in praxi (Regnicolis loquor) obtinueris nuncia mihi, concludo ergo talem confessionem absente parte factam non valere, sicut & ita decisum refert *Thesaur. in decis.* 109. Sed hoc casu quid erit, dicas sic, quod si debitor alleget solutionem, datur ei iuramentum suppletorium; sin verò nudam solutionis acceptæ confessionem, tunc extricabit sibi dentes, ratio, quia solutio est illa, quæ soluit obligationem, non autem confessio, quæ est modus probandæ solutionis, ita doctè *Faber in dict. decis.* 25. *& 61. de probation.* ideò sit cautus. Quæro quid agendum, quando creditor pluris, quam sibi debebatur, confessus sit se recepisse, respond. quod scindetur confessio, vt ad liberandum teneat, ad obligandum nequaquam, *Fab. in decis.* 31. *de testib.* quem vide *in decis.* 23. *eod.* si vis scire (ne erres) quomodo contractus dicatur in scriptis celebratus, ad id quod paulò superiùs diximus. Quæro, quis est confessus se fuisse citatum, an ista confessio extraiudicialis, & facta absente parte, probet quod citatio deuenerit ad eius notitiam, vtique, & hæc potest esse quinta Limitatio, vide *Crescent. in decis. vnic. de confession.* Ad materiam vide *Ludou. in decis. Perus.* 9. *& Pute. decis.* 11. *&* 52. *lib.* 2. vbi dant sextam Limitationem de iure canonico.

COLLECT. CXCIV.

Super cap. ad nostram, de empt. & vend. & l. 3. C. plus val. quod agi.

HÆc loca sunt principaliora in materia simulationis, in qua quære primò num allegans contractum simulatum debeat exprimere species simulationis, decisum affirmatiuè, *Viu. in decis.* 104. Et num singularis successor possit allegare simulationem, affirmatiuè, *Anton. Fab. in decis.* 2. *in dict. tit. plus valer.* Et num ista exceptio possit obiici, stante statuto prohibente exceptiones opponi, negatiuè, *Marc. in decis.* 507 *part.* 2. Et an stante decreto iudicis, affirmatiuè, *Balb. in decis.* 183. Et an stante iuramento

tamento omnia,& singula vera esse, negatiuè, *Afflict. in decis.* 60. *& Gramm. decis.* 88. Et an pendente lite super simulatione, debeat interim stari instrumento, affirmatiuè, *Faber in decis.* 4. *eod.* quando postmodum apparet simulatus, cui quæratur decidit *Marc. decis.* 505. Sed num valeat saltem secundùm id, quod actum est, si eo modo valere possit, vt puta fuit actum de permutatione, & dictum de venditione, affirmatiuè, secus si eo modo valere non potest, puta sub colore emptionis, fuit actum de contractu fœneratitio, *Fab. in decis.* 3. Num in contractu simulato habeat locum ius cong. negatiuè, *Afflict. in decis.* 339. *&* 72. quando datio insolutum dicatur simulata, *Verall. in decis.* 162. *p.* 2. Quæritur num simulatio possit probari testibus, affirmatiuè, *Marc. in decis* 48 *part.* 1. & quomodo, *in decision.* 508. *part.* 2. Sed an per coniecturas, affirmatiuè, *Fab. in decis.* 1. *Marc. in d. decis.* 48. *& Bellon. decis.* 184. Coniecturis autem non apparentibus an in dubio præsumendus simulatus contractus, negatiuè, *Verall in decis.* 163. *part.* 3. Sed quæ sint coniecturæ, quæ faciant præsumi contractum simulatum, dic v.g. si clausulæ insolitæ fuerint adiectæ in instrumento, *Viu in decis.* 182. Item ex retentione possessionis post rem venditam cuius ratio assignari non potest, vel essemus inter personas suspectas, *Fab. in decis* 5. aliæque multæ esse possunt, quas ponit *Valasc. decis.* 71. Restat modò videre in hac materia de vna altercatione, an, vt contractus præsumatur simulatus, siue fœneratitius, sufficiant duo, scilicet modicitas pretij, iuncta cum pacto de retrouendendo; vel sit etiam necessarium, ꝙ emptor fuerit per prius solitus fœnerari, in qua quidem quæstione video, quòd Iuris vertices, aliique omnis generis Doctores multùm sibi tumpunt capita, At sicut hi in legendo, consulendo, & tractando inter se dissenserunt, ita Tribunalia in iudicando in vnum pænè concordarunt, nempe ꝙ non sit necessarium illud solitum fœnerari, quando modicitas pretij esset vltra dimidiam iusti pretij. & ita ex nostratibus decisum refert *Afflict in decis.* 65. *& Gramm in decis.* 76. sic tempore suo per Rotam tentum testatur *Cassad. in decis.* 1. *de vsu.* Sic iudicauit *Senat. Pedem.* apud *Osasch in decis.* 41 Sic *Burdigal.* apud *Boer. in decis.* 102. Sic *Rot. Lucen.* apud *Cornaz. in decis.* 41. qui etiam dicit cum hac opinione *Rot. Florent* transire sine vlla controuersia, ita quoq; censuit *Cam. Imper. apud Mynsing centur.* 3. *obseru.* 62. vbi tamen non distinguitur an vltra, vel citra dimidiam, sed eodem modo debet intelligi, vt reducatur ad concordiam. Et verò hęc opinio sicut vera, ita est valde tuta pro salute animæ; de cuius periculo quando tractatur, standum est magis Canonistis, qui in hoc ferè omnes ita concludunt, vltra quod extra Decisionarios, idem referunt plerique DD. iudicatum in nonnullis aliis Tribunalibus. habes prætereà in hoc longam decisionem Delphinat. apud *Mar. in decis.* 484. 1. *part.* qui nil aliud facit, quàm hinc atque hinc DD. opiniones referre. Item & nouissimè decisionem *Sabaudia* apud *Anton. Fab in d. decis.* 7. *in d. tit. plus valer.* qui non curauit de consuetudine fœnerandi, voluit tamen aliquam aliam simulationis præsumptionem adesse vltra paruum pretium, & pactum de retrouendendo, quod & in eorum opinionem reincidit, qui tria requiri putauerint.

Collect. CXCV.

In l. si quis conductionis, C. locat.

Conductor, finito locationis tempore, non potest locatori constito de locatione, refricare quæstionem dominij, sed debet prius possessionem restituere, h.d. & sic fuit iudicatum in S.C. vt refert *Afflict. in decis.* 12. cuius propositionis ratio est, ne locator per hanc dominij exceptionem illudatur, in tantum quòd si conductor deneget rem restituere, debet amittere omne ius, quod habet in ea, imò & si differat, debet pati, tanquam inuasor, pœnas *l. conductores eodem.* cùm ergo hæc dominij exceptio nequeat opponi ab ipso domino, minus quidem poterit ab habente ius hypothecæ, vtpote debilius iure dominij, vt inquit decisum *Ludouic. à Peguer. in decision.* 162.

Cæterùm plures limitationes ad hanc legem inuenies per DD. traditas, decisas tamen non valui reperire, amplius quàm vnam quæ est, vt hoc remedium non possit opponi contra singularem successorem, vt tenuit *Rot. diuers. in decis.* 464. *part.* 1. quia eius actio est personalis, verùm hæc decisio non est totaliter tuta, nam prædicta actio posset dici, quòd non est simpliciter personalis, sed & in rem scripta, licèt rectè procederet in casu suo, vbi non fuit probata possessio penes conuentum, vnde non mirum si non potuerit contra eum hoc remedium opponi.

Collect. CXCVI.

In l. donationes, quas parentes, C. de donat. inter vir. & vxor.

SVme regulam, quòd donatio inter patrem & filium regulariter est prohibita, Quam incontinenti limita, vt valeat, existente iuramento, *Guid. Pap. in decis.* 146. etiam filio donatario præmortuo, *Viu. in decis.* 421. ita, vt transeat ad eius hæredem, *Achill de Graff in decis.* 1. *de donat.* Limita secundò si esset facta contemplatione matrimonij, *Guid. Pap. in decis.* 145. *& Anton. Faber in decis.* 1. *de donat.* Sed an filius tunc possit eam retrocedere patri, non, quia adest præiudicium filiorum nasciturorum, *Vinc. de Franch. in decis.* 205. Limita tertiò, si esset facta in præmium emancipationis, *Guid. Pap. in decis.* 632. Limita quartò in casu *Ann. in allegat.* 73. qui præsupponit in eo casu donationem valere, & quærit si filius rem sibi donatam alteri donare absque patris consensu possit. Limita quintò quando fieret à patre filio in bellum proficiscenti, *Gamm. in decis.* 140. Limita sextò fieret donatio Juspatronatus, Episcopi consensu accedente, *Verall. in decis.* 284. *part.* 1. Item quando fieret filio spurio pro alimentis, *Gamm. in decis.* 343. Item quando extra eam causam fieret filio spurio, patris vita durante, post cuius mortem fuissent vocati legitimi, & naturales, *Mastrill. decis.* 144. *part.* 2. Item limita, vt valeat donatio facta filio, si testamento confirmetur, *Marc. in decis.* 326. *&* 330 *part.* 1. Item limita, vt valeat donatio inter matrem & filium non existentem in patria potestate, *Cappell. Tholos in decis.* 191. verùm quando est facta filiis secundi matrimonij, quid veniat, decidit *de Franch in decis.* 607. Donatio facta à patre filio, & iuuata facit cessare ius congrui, *Viu. in decis.* 256 Et quando est facta contemplatione matrimonij

monij an veniat in fideicommissi restitutionem, decidit *Marc.decis.331. part.1.*

COLLECT. CXCVII.

In l.fin.C.de reuoc.donat.

ADeò est exosa ingratitudo quòd exiccat fontem misericordiæ, ita vt probatissimum sit illud.

Nil magis auertit Cœlum à Telluris amore
Quàm scelus ingrata mentis, qua corde maligno,
Muneris authorem nullo dignatur honore.

Quamobrem sanctissimè sanxerunt sacratæ ll. vt donatio propter ingratitudinem reuocetur, vt hîc, & probatur *in cap.fin. extra de donat.* verùm oportet limitare hanc regulam in multis, & primò vt non reuocetur ob ingratitudinem donatio facta contemplatione matrimonij, *Anton. Faber in decis.1.sub hoc tit.* Secundò limita in ea, quæ fit ex causa dotis, *Gamm.in decis.163.* Tertiò limita in remuneratoria, *Boer.in decis.27.* Quartò si donator iurasset minus reuocare ob ingratitudinem, *Polid. Rip.in obseruat.138. & de intellectu in obseruat.137.* Quintò limita quantum ad hæredem donantis, qui nequit prætextu ingratitudinis reuocare, vt *in l vltim. respond. l.nostra*, & ponit *Anton.Fab. in decis.14.vbi suprà.* Quando autem ingratitudo futura remitti valeat à donante, decidit *Rip.in obseruat.274.* Quæro quando donatio reuocatur propter ingratitudinem, num reuocetur ipso iure? decisum affirmatiuè, *Fab in decis.17.eod tit.* Quæro, reuocata donatione ex hac causa, veniántne fructus percepti restituendi, affirmatiuè, *idem Fab.in decis 15.eod.*

COLLECT. CXCVIII.

In l.1.C de pignor.

HÆc est bona l.nô habet tamen multas decisiones, & hoc dicit, Specialis hypotheca secundi creditoris præfertur generali prioris, specialem etiam habentis, ex qua potest sibi satisfieri, quod in dubio præsumitur, nisi contrà probetur, vt tradit ibi *Accurs.* ratio huius dispositionis hæc est, nam quando primus creditor post specialem hypothecam prouidet sibi de generali, tunc illa generalitas videtur esse contracta sub cōditione, quatenus specialitas non sufficiat, & ideò quando in instrumento est apposita illa clausula, vt specialitas non deroget generalitati, nec econtrà, tunc quasi cessante præsumptione illa, cessat etiam huius l. dispositio, sicut deciderunt *Put.in decis. 38.lib.1. Osasch. in decis.159. & Vinc.de Franch.in decis.5.* Cessat quoque quando controuersia esset inter creditorem, & ipsum principalem debitorem, illa enim dispositio est inducta in fauorem secundi creditoris non ipsius debitoris, per quam rationem dicunt DD. idem esse, quando creditor molestaret tertium possessorem possidentem non iure hypothecæ, sed aliquo alio titulo apto ad dominij translationem, vide de hac limitatione *Surd in decis.44* vbi disputando tangit quasdam alias limitationes ad hanc legem. Quæro an memorata dispositio locū obtineat, quando secundus creditor haberet generalem tantùm hypothecam, sicut quando habet specialem, resp. non refert an habeat specialem, vel

generalem, vt in vtroque casu sit locus d.l. vt dicit decisum *Mynsing.cent. 6.obseru.* 94. quod est contra opinionem Accurs. ibi & quorundam sequacium, ideò no. Quæro an etiam extendatur ad fructus rei specialiter obligatæ, affirmatiuè, *Magon.in decis.* 124. *Rot.Florent.*

Collect. CXCIX.

In l.curabit, C.de act.empt.

EMptor, qui percepit fructus rei emptæ, tenetur ad interesse pretij non soluti, h.d. amplia, vt hoc interesse debeatur etiam de iure canonico, *Afflict.in decis.*20. & etiam si sit facta obligatio, *Ant.Fab.in decis.*15.*sub hoc tit.* & vt possit peti etiam in causa appellationis, *idem Fab in decis.* 4 & etiam si lis mota esset emptori, & venditor offerret satisdationem, *idem in decis.*1.*eod.tit.* amplia, vt possit cedi à venditore, *Affl ct.in decis.*91. Quæritur ad quam rationem est taxãdum hoc interesse? dic secundùm morem regionis, *Bellon.decis.* 94. *& Ann.alleg.* 42. Nunc limita, & primò si venditor esset in culpa, quod quomodo intelligatur vide *Thess.Fil.in decis.*88. Secundò quando dedisset dilationem *Ludou.decis.Perus.*53. Tertiò si tempore pretij soluendi immineret euictio, & venditor non offerret fideiussionem, *Mynsing.centur.*4.*obseruat.*56. quæritur num in casu huius l. veniat interesse lucri cessantis, affirmatiuè in intellectu *Capyc.in decis.*19. vide quoad interesse lucri cessantis *obseru Polid.Rip.*1.*& Mohed.*3.*de vsur.* & ad materiam vide *Rot.Bonon.*29.*apud Benint.& Caualcan. decis.*10.*part.*1.

Collect. CC.

In l.illicitas, §.ne potentiores, ff.de Offic. Præsid.

AD officialem pertinet, ne impotentes à potentioribus opprimantur, h.d. iste text. Hîc tractant materiam cautionis de non offendendo, in qua cautione quæro num comprehendantur consanguinei familiares, decisum affirmatiuè, *Gratia. in decis.*33. Et an filij spurij, affirmatiuè, *Carrocc.decis.*8. Et num etiam rupta pax censeatur, si vxor vnius, in aliam vxorem rixata fuerit; negatiuè, *Barz.in decis.*131. Item quæro num pater teneatur ad hanc cautionem, si præstita fuerit per filium, affirmat. *de Franch.in decis.*423. Vltimò quo auxilio præstetur, dic Iudicis officio, *Cappell.Tholos.decis.*489. ad materiam vide aliam *decis.de Franch.*359.

Collect. CCI.

In l.fin.Cod.commun.diuid.

NEmo cogitur in communione manere, h.d. Ego intendo tractare in hac l. materiam diuisionis inter fratres, in qua quæritur primò quomodo sit facieda huiusmodi diuisio, & reperiuntur diuersæ opiniones, alij enim dicunt sorte, vel Iudicis officio, vt per *Boer.in decis.*5.*& vide* 46.*& Viu.in decis.*437. *Crescent.decis.*3. *de arbitr.* alij verò, vt maior fratrum diuidat, minor eligat, quod magis vsitatur, vt per *Guid.Pap. in decis.*289. *Ant.Fab.in decis.*4.*& 6.com.vtriusq. iud. & Carrocc.in decis.*135. qui etiam dicit, quòd maior in hoc non ætate, sed qui diu paterna bona administrauit, intelligitur, quasi melius sciat qualitatem bonorum. sed ponè, quod sint quædam bona indiuisibilia, quomodo tunc facienda diuisio, deueniendum esse ad licitationem, ait *Capyc.in decis.*36. aliter dicit *Faber in decis.*14.*d. tit.*

tit. commu. vtriusque. Item no. venire in diuisionem antephatum à socero dotem recipienti constitutum *Thess in decis.*46. non tamen id, quod fuerit donatum vni ex fratribus contemplatione patris iam mortui *Anton. Fab. in decis.* 11. *vbi suprà.* Et diuisionem inter fratres causare renunciationem fideicommissi, vt in casu, *Crescent. decis* 6. *de testament.* Quæro num testator possit prohibere diuisionem inter fratres? sic ad tempus *Gramm. in decis.* 5. Sed pone, quod ipse testator fecerit diuisionem, dic seruandam, *Grasia. dec.* 207. Quæro num in dubio præsumatur diuisio, sic ex coniecturis, vt puta si reperiantur omnes æqualiter possidere, vt *Achil. de Graff. in decis.* 2. *de præsumpt.* vide tamen in hoc *decis. Thessaur.* 205. qui etiam dat alias coniecturas An fratres possidentes bona communia indiuisa pro diuisis censeantur præscripsisse diuisioni, vtique, *Beir. decis.* 58.

COLLECT. CCII.

In l.1 C.de bon.mater.

STatuit hîc Imperator Constantinus, quòd super bonis maternis pater non habeat, nisi solum vsumfructū relicta proprietate filiis, quæ dispositio habet hodie locum in bonis vndecumque quæsitis *per l. cum oportet. C.de bon. quæ lib.* iure enim veteri quicquid acquireret filius acquirebat patri, præter castrense, vel quasi. Quæro igitur, quando bona materna peruenerūt ad filium, an actio ad recuperandam rem dotalem alienatam à patre, competat ipsi filio viuente patre, decisum affirmatiuè *Ludou. decis. Perus.* 13. de alienatione facta per patrem de bonis maternis quid rescindatur; vide *Afflict. in decis* 393. Et quid si filius huic alienationi consensit, decisum adhuc esse nullam, & licitum eidem reuocare *Ant. Fab. decis.* 2. *sub hoc tit.* Sed quid quando est hæres patris, confecit tamen inuentarium, dic etiam posse reuocare *Vasc. in decis.* 69. Quod est notandum pro limitatione *l. cum à matre. C. de rei vend.* Et quid si pater velit alienare bona materna filij in casu vrgentis necessitatis an possit sine Judicis decreto, dic posse, vt est videre *Mynsing. cent.* 6. *obseru.* 61. Item an pater dicatur legitimus administrator in huiusmodi bonis filij, affirmat. *Mastrill. in decis.* 81. Quod probatur in l nostra, ad materiam vide *Capyc. in decis.* 73.

COLLECT. CCIII.

In l. de vnoquoque, ff. de re iudi.

DIcit Bart. hîc, quòd omnis, qui versatur in Palatio scit hanc legem, & dicit veritatem. Sed ego volo tibi laborem diminuere recolligendo omnes penè particularitates, in quib. fuit necessaria citatio. Text. enim loquebatur genericè, quòd in vnaquaque re essent citandi hi, contra quos principaliter lis mota fuerit, aliàs non teneret iudicatum, nisi quoad præsentes, vnde incipias primò numerare quòd fideiussor tutoris debet principaliter citari in iudicio redditionis compūti tutelæ *Mastrill. in decis.* 20. *p.* 1. Sicut principalis, mortuo procuratore litis, ad continuandam causam *Ludou. à Peguer. in decis.* 172. Item in exemplatione instrumenti debet quis citari *Menad in decis* 43. Sic pars in petitione familiæ ad associandum *Affl. &c.*

in decis.326. Sic in exequutione sententiæ, vt *in decis. Ludou. Perus.6.* Sic victus in adiudicatione, *Balb. in decis.* 180. Item in petitione facta ab aduersario, quod iudex aliquid ex forma legis vel statuti faciat, *Beninten. in decis.55.* Sic in exequutione instrumenti etiam confessionati, *Flam. Cartar. in decis.95.* vbi limitat, nisi partes aliter conuenissent. Item in foriudicatione, & si citatio fuerit nulla, est iterum citandus, *Vincent. de Franch. decis.51.* Sic in reassumptione instrumenti, *Afflict. in decis.6. Mynsing. cent.6. obseru 84. Mar. in decis.70. & Cappel. Tholos. in decis. 417.* in qua reassumptione, quomodo procedatur hodie in Regno, non ignorant Practici. Sic fideiussor contractus in exequutione sententiæ latæ contra principalem, *Guid. Pap. in decis.212. & Carocc. in decis.136.* Sic in exemplatione priuilegij, *Mar. in decis.457. par. 1.* Sic in exequutione instrumentorum Guarentigiatorum, *idem Mar. in decis.393.* Sic in inhibitione facienda à Judice ad quem, Judici à quo, *Ro. in decis.29. de do. & contum in antiq.* Sic in subhastatione bonorum etiam interrupta per appellationem, & posteà pronunciatur esse prosequendam, non obstante appellatione, *Anton. Fab. in decis.12. sub tit. de in ius vocan.* Item est quis citandus etiam personaliter, quando tractatur de priuatione alicuius, *Verall. in decis.114.* Sic debet quis citari ad videndum iuramenta testium, *idem Veral. in decis.116.* Sic est quis citandus de nouo à delegato successore, *Gratian in decis.108.* Item fit citatio ad sententiam, licèt non dicatur ad concludendum, *Crescent. decis.3. de dol. & contum.* Item est necessaria citatio quando proceditur per officium Judicis, *Gratian. in decis.* 231. Item est necessaria citatio in priuatione officij ad dicendum causam, quare, & quomodo debeat esse hæc citatio, *de Franch. in decis.457.* Item citandi sunt creditores hæreditarij ad videndum confici inuentarium, *Valasc. in decis.51.* Item requiritur citatio, vt possit deueniri ad primum decretum contra pupillum, *Mar. in decis. 403.* Sic in remedio *l. diffamare C. de ingen. & manu. Mynsing. cent.3. obseruat.86.* Sed an vnica monitio sufficiat, decidit duas requiri, *Afflict. in decis.264.* Item citatio ad informandum est necessaria, sed non debet priùs fieri, quàm incipiat constare de delicto, *Vin. in decis.121.* Debes modò notare octo pulchras limitationes ad hunc text. quas tibi colligit *Mynsing. cent.6. obseru.6.* recurrè illuc. Sed vltra eas dic quòd non requiritur partis citatio in delatione iuramenti extraiudiciali, *Thessau. in decis.68.* Item in subscriptione sententiæ, *Pute. in decis.249. lib.2. & in decis.348. lib.1.* Item in informatione facienda *idem Pute. in decis.342.* Item in receptione testium ad æternam rei memoriam, quando actor impeditur propter potentiam, *Cappel. Tholos. in decis. 475.* Item commissarius nouus non debet iterum citare partem absentem, *Minad. decis.18.* Item semestri elapso in addictione facienda non requiritur noua citatio, *Gam. in decis.60.* Inter alias verò limitationes Mynsing. sunt duæ, vna, quòd non debet citari aufugiens, ad quod adde *decis. de Amat.100.* alia est quòd præsens in iudicio non est citandus, quod intellige, vt ibi, & in hoc tamen adde *Balb. in decis.382.* Restat videre pro vltimo num in habilitatione à iuramento quæ fit ad finem agendi tantùm, requiratur partis cita-

citatio, equidem sicut olim erat controuersia inter iuris interpretes, ita hodie extat inter decisionarios; nihilominus in Regno obseruatur negatiua, vt testatur *Afflict. in decis.* 220. *in* 5. *dub.* & in Sabaudia idem testatur *Ant. Faber. in decis.* 13. *de iureiur.* licèt contrà *Cappell. Tholos. in decis.* 62. *& Guid. Pap.* 140. pro opinione tamen nostra vide *Rot. in decis.* 8. *de iureiur. in antiq.*

COLLECT. CCIV.

Super cap. Romana, § si verò cum seq. de appell. lib. 6.

QVando Judex ad quem possit, vel non inhibere Judici à quo, ne in causa vlteriùs procedat, néve exequutioni sententiam mandet, pulchrè habetur in his iuribus, & quoniam (vt vides) multi sunt casus, in quibus locum non sibi vendicat inhibitio, tu no. succinctè hos alios infrascriptos, qui fuerunt decisi. Cessat igitur primò inhibitio, quando iurisdictio Judicis est dubia, interim namque non est inhibendum, donec de iurisdictionis veritate cognoscatur, vt habes in prædictis iuribus; & decidit *Mynsing. centur.* 3. *obseru.* 8. Secundò cessat post conclusum in causa, *Rot. decisio.* 29. *sub tit. de dol. & contum. in antiq.* Limita in casu *eiusdem Ro. decis.* 30. Tertiò cessat in personis extraneis, colitigantibus enim fit inhibitio, *ead. Rot. in decisio.* 58 *eodem tit.* Quartò quando nullitas fuit deducta in iudicio, eiúsque probatio requireret altiorem indaginem, *Mynsing. cent.* 6. *obseru.* 64. Quintò Cardinalibus non inhibetur ob reuerentiam, *Rot. in d. c.* [illegible] *vbi suprà*, sicut nec Cardinalis inhibet alteri Cardinali, *ibidem in decis.* 31. Quæro an partis citatio requiratur in inhibitione facienda? affirmatiuè, *Rot. in decis.* 26. *eod.* quam ad propositum reportauimus in superiori Collectan. in casib. quando requiratur citatio. Quæro num dicatur attentasse, qui habita inhibitione à Rota iuit ad Consilium Regium pro manutentione suæ possessionis, decisum negatiuè, *Achil. de Graff. in decis.* 36. *de appella.* Atqui gesta post inhibitionem reuocantur, vt attentata, etiam si appellatio appareat friuola, & multò magis si sit dubium, *Peguer. in decis.* 189. Quæro, lata est sententia, & eodem die reperiuntur præsentatæ literæ inhibitoriales, & non apparet de prioritate temporis, quid dicendum. Ro. tenuit inhibitionem censeri subsequutam, tum propter validitatem sententiæ, tum etiam ad euitandum delictum, vt refert *idem Achill. in d. decis. fin. eo.* hæc decisio non est sine scrupulo, & ideò Senatus Pedemon. attenta difficultate voluit sequi quandam mediam viam, tenendo opinionē prædictam, sed cum temperamento, vt appellator ex officio in integrum restitueretur, & sic restitutus fuit ad prosequendam appellationem, prout ita testatur *Thesaur. in decis.* 40. Et cùm hæc quæstio tractaretur per discursum quadam vice inter me, & quosdam DD superuenit casu Dominus Annibal Fontanarosa adolescens studiosissimus ac maximæ expectationis, & audita discussione, allegauit decisionem *Affl.* 187. quæ visa fuit ab omnibus commendata, non tantùm, quia conferebat, sed quia fuit sic in promptu allegata ab illo adolescente, qui tamen erat multum versatus in decisionibus Afflict. tanquam præ cæteris sibi placentibus.

Collect. CCV.

Super Glos. in l. generaliter, vers. probationes, C. de iureiur.

ENumerat Glos. tua in hoc versic. quosdam effectus iuramenti, & quia multi sunt in iure decisi, ego constitui eorum facere magnum aceruum. primus igitur effectus est, quod facit valere donationem inter patrem, & filium, *Guid. Pap. in decis.* 145. Sicut donationem inter virum, & vxorem, *Thess. in decis.* 32. Et donationem factam à milite concubinæ, *idem Thessau. in decis.* 111. Quartò operatur, vt non possit obiici de simulatione contractus, *Afflict. in decis.* 60. *& Gramm. in decis.* 90. Quintò renunciatio iurata tollit defectum patriæ potestatis, *Carroc. in decis.* 94. Sextò operatur vt vxor valeat intercedere pro marito, quæ aliàs prohiberetur, *Thess. in decis.* 223. Septimò facit cessare remedium *l. 2. Cod. de rescind. vend.* quando venditor cum iuramento promisit non contrauenire, &c. *Idem Thess. in decis.* 165. *& Osasch. dec.* 155. Octauò tollit beneficium, *Authen. hoc nisi Cod. de sol. idem Th ss in dec s.* 164. *Barz. decis.* 40. *& Ioseph Lud. dec. Peru.* 64. Limita, vt per *Benintен. in decis.* 28. Nonò tollit restitutionis beneficium minori donanti, licet enormiter sit læsus, *Thessau. in decis* 66. Decimò tollit beneficium *Auth. præsente C. de fideiu. Lud. dec. Perus.* 57. Item operatur, vt renũciatio Velleiani per mulierem absque certioratione valeat, *Thes. in decis.* 222. facit *dec. Rip. in obser.* 37. Item, vt pactum, de nõ diuidendo, quod de iure affirmatur, sit validum, *idem in dec.* 142 Itẽ vt circa impedimentũ stetur ipsi iuramento, *Guid. Pap. in decis.* 64. Item, vt cõtractus ab adulto sine curatore valeat, *idem Gui. in dec.* 35. Item, vt quis teneatur præcisè ad factum, *idem in decis.* 627. licèt regulariter secus, *Mar. decis.* 56. Item, vt singularis successor teneatur stare locationi, *idem Mar. decis.* 23. quod est notandum pro limitatione *l. emptore. C. l. 24.* Item vt pactum nudum producat actionem, *Thess. Fil. in decis.* 37. Item vt principalis nequeat reuocare procuratorem, *Rot. in decis.* 8. *de proc in antiq* Item operatur vt minor valeat testes de nouo repertos producere non obstante publicatione, *Thess. in decis.* 260. Item habet vim clausulæ derogatoriæ, *Guid Pap. in decis.* 128. Item confirmat pactum inter patrem, & filium in materia *l. pactum, quod dotale, idem Guid. Pap. in decis.* 226. Item excludit exceptionem cõpẽsationis, *Affl. in decis.* 221. Item supplet defectum insinuationis in donatione, *Peguer. in decis.* 148 *& Veral.* 286. *p.* 1. Item excludit à petitione reductionis ad arbitrium boni viri, *Ro. in decis.* 2. *de arbi. in antiq.* Sic spoliatum à petitione restitutionis, *Rot. in decis.* 11. *de renun in antiq.* Item saluaguardia non extenditur ad debitum iuratum, *Afflict. in decis.* 5. Sicut dicimus de moratoria, *Anton. Faber. in decis.* 20. *de preci. Impe. offerend.* Item confirmat contractum prodigi cui bonis est interdictum, *Cappel. Tholos. in decis.* 498.

Nota tamen pro nunc hos paucos casus, in quibus iuramentum nil operatur, & primò vt possit, non obstante iuramento rescindi renũciatio facta per minorem, stante enormi læsione, *Peguer. in decis.* 153. Secundò nõ operatur, vt renunciatio cessionis bonorum valeat, *Rot. in decis.* 4. *de renunc. in antiq* Quęro an iuramentũ excludat exceptionẽ non numeratę pecuniæ? in hoc est sic dicendũ, quod si fuerit

fuerit interpositum incontinenti, tunc non operatur, quo minùs possit opponi exceptio, contrà, si ex interuallo, *Cappel. Tholos. in decis.* 374. *Polid. Rip. in obseru.* 192. Vltimò not. quòd iuramentum vltrò à collitigante præstitum de expensis à se in litem factis non excludit probationem in contrarium, vt sic qui iurauit possit conuinci de mendacio, & periurio, hoc namque iuramentum voluntarium non est ei simile, quod à iudice, vel parte defertur, ita *Anton. Fab. in decis.* 37. *de iureiur.*

Collect. CCVI.

In l. 3. §. eiusdem quoque, ff de testi.

Hic sedet materia famæ, in qua vide primò *Cappel. Tholos. in decis* 279. vbi habes quid sit fama, quæ sint necessaria ad eam probandam, quatuor ponit *Mynsing. centur.* 5. *obseruat.* 46. Quot sint eius effectus, octo tradit *Guid. Pap. in decis.* 301. His præmissis constituo conclusionem per hunc textum, quòd fama facit semiplenam probationem, nihilominùs debes limitare, vt probet nobilitatem, *Caputaquen. in decis.* 6 *par.* 2. Sicut & doctoratum, *idem Caputaquen. in decis.* 277. *part.* 1. Item probat pertinentiam collationis, *Rot. in decis.* 3. *de probat. in not. Cassiador. in decis.* 1. *eodem.* Et quomodo hoc intelligatur, tradit *Rot. in decis.* 803. *part.* 1. Item fama sufficit in antiquis ad probationem dominij, *Gramm. in decis.* 290. Item probat obitum beneficiati, cùm sit parui præiudicij, quia si viuit, poterit recipere beneficium, *Mohed. in decis.* 1. *de prob.* & in hoc casu dicitur fama probata, licèt duo testes deponant de mense, & non de anno, & duo de anno, & non de mense, *Crescen. dec.* 3. *eod.* Item probat, quãdo statutum induceret famã publicam, pro plena probatione, *Cornaz. in dec.* 26. vbi quoque tradit requisita. An autem probet Iuspatronatus, decidit *Mohed. in decis.* 10. *de iur. patron.* Sed an probet inopiam ad effectum, vt tollatur discussio principalis in præiudicium tertij? negatiuè, *Put. in decis.* 17. *lib.* 3. Quæro, an vt fama concludat, debet probari ante litem motam? affirmat. *Caputaqu. in decis.* 9. *p.* 2. Et num probetur fama, si testes dicant, quòd publicè dicitur, quamuis non specificent à quibus audierint, decisum affirmatiuè, *idem Caputaq. in decis.* 7 *par.* 2. quod nota, quia hoc non est sine scrupulo inter DD. Quæro num fama excuset à dolo, affirmatiuè, *Guid. Pap. in dec* 446. Sicut à pœna talionis, *Mar. in decis.* 575 *part.* 1. Et num faciat indicium ad torturam, dicas sic, si cũ eâ concurrat aliud indicium, *Viu. in decis.* 182. Sed num cum vno teste probet in criminalibus, decisum negatiuè, *Caputaqen. in decis.* 8. *part.* 2. Quæro num ex probatione bonæ famæ possit mitigari pœna, negatiuè, *de Amat. in decis.* 102. Et num bonæ famę probatio absorbeat famam contrariam, dicas sic, non tamen indicia specialia, *Farinac. in decis.* 77. Ad materiam vide *Pute. in decis.* 152. *cum seq. lib.* 3. Vbi quando fama publica de obitu constituat, vel nõ ordinarium in negligentia, & *in decis.* 185. *lib.* 2. vbi an sufficiat ad docendum de vacatione beneficij contra possessorem, aliquem titulum non ostendentem, probare possessionem defuncti, quòd per publicam vocem & famam, pro tali beneficiato reputabatur, & dicit quòd sic, & in *decis.* 77. *eod. lib.* Vbi ad effectum,

vt proles dicatur legitima, attenditur fama impedimenti, quæ extabat tempore contracti matrimonij, & *in decis.1. lib.3.* vbi si sit fama famæ contraria super legitimitate, vtra præualeat, & fuit resolutum potiùs pro legitimate.

COLLECT. CCVII.

Super Authen. hoc nisi, Cod. solu.

Dicebatur in l. C. quòd aliud pro alio, inuito creditore, solui non poterat, superuenit hæc Auth. & limitat illud esse verum, nisi debitor id quod debebat, soluere nequeat, quo casu post rem, quam habet, meliorem dare adhibita forma hîc scripta, hoc dicit; quam formam, siue eius requisita, vide per *Ioseph. Ludou. in decis. Perus. 64.* Limita hanc Auth. si eius dispositioni fuerit renunciatum, quod potest, *Vincen. de Franch. in decis. 81.* Limita secundò, si debitum esset iuratum, *Cas. Barz. in decis. 40.* Sed quid si debitor probasset suam impotētiam, siue paupertatem? respon. huius Authen. dispositioni locum superfore, & minus obstare iuramentum, *Beninten. in decis. 28.* Cæteras limitationes vide per te in *Thess. decis.* & ad materiam vide *Rot. Auenion. in decis. 131.*

COLLECT. CCVIII.

In l. querela, C. de Fal.

Accusationes regulariter viuunt viginti annis, hoc dicit. Sed quid dicendū in inquisitionib. *Capp. Tholos. in decis. 188.* voluit distinguere inter iudicis officium nobile, & mercenarium, vt in hoc sit idem, in illo verò contrarium, tu dicas, quòd siue procedatur ex officio nobili, siue mercenario, semper inquisitio tollatur ex lapsu viginti annorum, ratio, quia officium iudicis inquirentis succedit loco accusationis, vnde, sicut accusatio tollitur spatio viginti annorum, ita & iudicis officium, & hoc vltra generalitatem nostræ l. & propterea cùm post viginti annos Judex ex officio processisset contra quandam mulierem de incendio commisso in duabus domibus, condemnando eam ad mortem, in causa appellationis fuit liberata, vt refert pluries decisum *Boer. in decis. 16.* Quæro quid in homicidio, dic idem, siue fuerit casuale, siue voluntarium quidem, sed non pensatum, vt putà si non præcesserit tractatus, & cum hac distinctione transiuit *Senatus Pedemon. in decis. 208. Apud Th ss.* Quæro quid in crimine Simoniæ? respon. idem esse, in ea tamen, quę committitur circa beneficia non habentia potestatem clauium, non autem in ea, quæ committitur circa sacros ordines, *Triuis in decis. 5. p. 1.* & in omnibus his casib. fuit processum per inquisitionem: voluerunt etiam aliqui dicere non procedere nostram legem, vbi delictum esset notorium, vel confessatum, nihilominùs in contingentia facti hoc non fuit consideratum, vt est videre dictas decis *Thess & Boer.* & sic habes quòd *d. l.* procedit in causa inquisitionis incendij, homicidij, & Simoniæ, & ipsa loquitur in crimine falsi, cuius pœnam quidam voluerunt laxè disputare non præscribi spatio viginti annorum, sed non fuit receptum, tanquam non verum.

COLLECT. CIX.

In l. sed benita, §. 1. ff. de re iudi.

Qui

QVi mentitur in eo, quod est causa beneficij, amittit beneficium, hoc dicit, opportunè igitur narrabimus in hoc text. effectus mendacij, quare Primus effectus est, vt in hoc § *vbi*, licèt regulariter socius habeat beneficium, ne condemnetur, nisi in quantum facere possit, nihilominùs, quia negauit se esse socium, perdidit illud. Secundus effectus est, quia facit, vt fideiussor amittat beneficiū excussionis, quod intellige, quando adest dolus, *Thess. in decis.* 50. Tertius est, quia debitor negans debitum absque iusta causa perdit beneficium cessionis bonorum, *Afflict. in decis.* 379. Quartus, quia mendax in petendo plus debito condemnatur in expensis, *Vin. in decis.* 340. Sed quæro, actore plus in qualitate petente, an liceat reo negare totum? decisum negatiuè, *Thess in decis.* 291. Sed pone, quòd actor, qui egit absq; sententia, petiit plus debito, & obtinuit, an illa sententia dicitur nulla, negatiuè, *Capyc. in decis.* 51. *in* 1. *dub.* Quintus effectus est, quia negās scripturam propria manu scriptam amittit causam, *Marilia. in decis.* 35. Item conuictus de mēdacio super vna positione negata, præsumitur conuictus super alijs negatis, *Gratia. in decis.* 227. Sed num positionem pro parte falsam in totum negans sit periurus, affirmatiuè, *Surd. in decis.* 58. Item mendacium operatur, vt testis, qui fuit præsens, possit torqueri, *Thessaur. in decis.* 42. *Mastrill. in decis.* 192. *par.* 2. Item facit indicium ad torturā quando est in substantialibus, *Vin. in decis.* 282. *& Thess. decis.* 24. Rusticitas autē an excuset quem à mendacio, negatiuè, *Surd. in dec.* 237. Negans verò non dicitur, qui iustam ignorātiæ causam habuit, *Veral. in decis.* 241. *part.* 2. Et ex pluribus narratis in commissione sufficit vnum esse verum, ex quo potest sequi effectus, licèt alia sint mendosa, sicque non vitiabitur commissio, *Rot. in decis.* 8. *de rescript. in nou.* & ad materiam vide *Capyc. in decis.* 19.

COLLECT. CCX.

In l. fin. ff. de rei vendic.

COnuentus rei vendicatione, si neget se possidere, liberatur, sed si postea conuincatur de mendacio, perdit possessionem, quæ transfertur in actorem, hoc dicit. Ad hunc Text. not. tres decisiones, & primò an eius dispositio extēdatur ad eum, qui conuentus in iudicio negauit se nomine proprio possidere, verùm alieno, & postea fuit conuictus de mendacio? decisum affirmatiuè, *Afflict. in decis.* 18. Et num extendatur ad emphyteutam, & quemlibet detentatorem, ita vt occasione mendacij amittatur ius illud detentationis? Et quid si interrogatio non fiat à iudice? & an si responsio fiat à procuratore habente ad hoc mādatum, qui prima vice respondit eius principalem possidere tanquam emphyteutam puta, & alia dixit conductorio nomine? primo casu dicas huius l. dispositioni locum fore, secundo nequaquam, vltimo sub illo generali mandato non includi facultatem faciendi incidere principalem in pœnam huius l. vide de his *Ioseph. Ludou. in decis. Lucen.* 50. Sed pone, quòd cōuentus erat rusticus, & interrogatus dixit se non possidere, an excusetur, ita, vt non incidat in pœnam huius l. si conuincatur de mendacio? dicas rusticitatem minimè suffragari,

maximè quando erat in loco, vbi erant periti, *Surd. in decis. 237.* Hæc potuissent stare sub præcedenti Collectan. nihilominùs, quia faciunt in indiuiduo ad hunc Tex voluì ea ponere separatim.

Collect. CCXI.

In l. sed & si possessori, § fin. ff. de iureiurand.

IVramentum habet vim probationis, hoc dicit; ex quo Infertur quòd impedimentum potest probari iuramento, *Guid. Pap. in dec. 64. Rot. in decis. 3. de iureiur. in antiq.* vbi intelligit, quando adest præsumptio pro impedito. hanc illationem limita vbi aliunde posset probari, *Balb. in decis. 317.* Infertur secundò, quòd amissio scripturarum probatur iuramento amittentis, *Menad. in decis. 40. & Anton. Faber. in decis. 57. de prob.* vbi loquitur de amissione instrumenti casu; Infertur tertiò, quòd damnum probatur illud passi, *Capyc. in decis. 44.* quod limita, si aliunde posset probari, *Mynsing. cent. 5 obseru. 71.* Infertur quartò, quòd quantitas probatur iuramento, *de Amat. in decis. 13.* Sed pone, quòd creditum fuerit probatum in genere, num stetur iuramento super quantitate? affirmatiuè, *Carroc. in decis. 11.* Item infertur, quòd statur iuramento Episcopi, dicentis se ignorasse tempus vacationis, *Rot. in decis. 10. de probat. in antiq.* Sic statur iuramento asserentis se non posse consequi iustitiæ complementum in partibus quoad rescriptum obtinendum, *Rot. in decis. 3. de rescript. in nou.* Sic statur iuramento Virginis asserentis se ab aliquo cognitam, *Anton. Faber. in decis. 18. de probat.* idque nisi Vir neget, quo casu debet vel negatiuam iurare, vel referre, sed etsi recusat iurare, tunc statur iuramento mulieris nō valentis aliunde probare dictum suum, de hoc puncto vide *Boer. in decis. 299. & Thessau. decis. 3. concl. 6.* Sed stat dubium, quando Vir non negat, probat tamen complures ad eam accessisse, an stetur iuramento matris, dicentis eum esse patrem quem & partus ore referat? *Thessau.* tenuit, quòd sic *vbi suprà num. 6.* Sed contra *Fab. in decis. vlt. de adulter.* Et meliùs, quia per rerum Naturam id nesciri potest, & verisimile est quòd à quouis ad eam accedentium potuerit partus concipi. Quæro de vna controuersa quæstione, an stetur iuramento Parochi asserentis se missas celebrasse? *Guid. Pap. in decis. 614.* tenuit, quòd sic, *Thessau. Fil.* contrà *in decis. 86. in 2. dub.* vbi dicit decisum. Mihi placet opinio Guidonis, si iurans sit persona honesta, & non suspecta, quod in dubio præsumitur: verùm est enim quòd quoties sumus in iis, quæ dependent ab animo, debet stari iuramento, prætereà si diceremus contrà, oporteret, vt Parochus, quoties esset celebraturus, portaret testes in sacculo, & illud, quod dicit Gaspar, decisionem Guidonis intelligi de re minima, non videtur verum, quia loquitur genericè, & licèt posteà subdat verbum de modica expensa, tamen non se fundauit super hoc, quia est solitum Guidonis post factam decisionem subnectere aliqua conferentia. Sed & illud prorsus à vero alienum est, super quo magis se fidat dictus Gaspar, qui voluit dare intellectum nouum ad illam decisionem, dicendo, quòd intelligitur stari iuramento, an legatum fuerit solutum necne. Si enim rectè pōderetur, dicit

Guido

Guido: quod si legatũ fuerit factum Curato, tunc steturiuramento illius super celebratione, sin verò Fratribus minoribus, tunc stetur iuramento Guardiani illorum, non alia ratione puto, quàm vti capiti, & digniori. At ad euitandam hanc dubietatem consulo, vt celebraturi missas, eas describant in libro singulis diebus; si sic sunt obligati notando diem, & locum, & tunc credetur. Illud modò generaliter not. quòd in casibus, in quibus statur dicto alicuius, non creditur sine iuramento, *Gratian. in decis. 166.* Sed num in his enumeratis casibus, & in casu *cap. fin. de eo quod met. caus.* sit necessaria partis citatio? negatiuè, *Rot. decis. fin. de eo quod met. caus.*

Collect. CCXII.

In l. Iulianus, § fin. cum quinque ll. seqq. ff. de act. empt.

Vendita domo, veniunt omnia ipsi affixa, & quæ sunt ibi ad perpetuum vsum domus, secus in his, quæ ad tempus. Vendito autem fundo, veniunt omnia, quę sunt intra fundum ad perpetuam vtilitatem fundi; hoc dicunt ista iura. Quæro an vendita domo, veniant gelosiæ, & vitriatæ? affirmatiuè, *Surd in decis. 134. & Maril. an. decis. 71.* Et an dolia, seu vasa vinaria? distingue, an non sint vsus perpetui causa posita, & tũc non veniunt etiam si defixa sint, aut vsus perpetui causa, & tunc secus, *Thesaur. Fil. in decis. 84.* Et num Statuæ perpetuæ, distingue, an sint positæ causa ornatus, & non veniunt, *Mohed. in decis. 1. de empt. & vend.* aut gratia vsus, & tunc si sint affixæ veniunt, sin minùs, nequaquam, nisi forsan sint ibi perpetuò mansuræ, *Rot. in decis. 822. part. 3. in nouiss.* in quo puncto vide etiam aliam decision. *Mohedan. d. tit. de empt. & vend.* Vendito autem fundo, vel vinea regulariter non veniunt tinæ, torcularia, & dolia, vel vasa vinaria, nisi hæc in instrumento exprimantur, vel nisi vsus perpetui causa parata sint, vel solo affixa reperiantur, vel nisi consuetudo Regionis aliud postularet, vel nisi qualitas fundi hoc exposceret, vt putà, quando quæstus fundi pro maiori parte consisteret in vini redditibus, vt refert decisum *Thesaur. vbi supra.* Quæro an legato vsufructu domus veniant apothecæ destinatæ ad locandum ad vsum artificum? negatiuè, *Marilian. in decis. 92.* Quæro an legato molendino, molæ nondum affixæ, sed paratæ pro renouandis veteribus, legato cedant? affirmatiuè, ratio propter præsumptam testatoris voluntatem, quasi affixurus, si vixisset, imò & legaturus, vnde potest dici, quòd res destinatæ ad vsum rei legatę, veniunt re ipsa legata, quippe quòd non habebit difficultatem, si legatum coniunctæ personæ factum proponatur, prout ita dicit decisum *Thessaur. Fil. in d. decis. 84. in fin.*

Collect. CCXIII.

In l. scire oportet, § qui autem, ff. de excus. tut.

Non est sine dubio inter DD. & vt dicit *Accurs. in l. ex consensu, §. fin. ff. de appellat.* adhuc sub iudice lis est, an prius quis citandus sit personaliter. Et quidem ex frequentiori calculo (post Accursium) concludũt quòd sic, in tantum, quod quidam dicunt, quòd ad hoc, vt possit fieri citatio ad domum, debeat constare inuestigationem præcessisse, cùm

hæc sit solemnitas extrinseca; quæ non præsumitur, nisi probetur, respondentes ad hunc text. nostrum, qui videbatur facere contra, quòd hæc alternatiua, vel in faciem, vel ad domum, est ordinis. Hanc propositionem debes limitare, quando principalis non esset præsens, tunc enim citationis exequutio fieri potest in procuratorem, *Mynsing centur. 1 obseru. 9.* Secundò limita, vt citatio ad domum facta valeat, si citatus reperiatur alibi sua culpa detentus, vel incarceratus, quod not. *idem Mynsing. centur. 2. obseru. 69.* Tertiò limita, vt citatio facta in personam vxoris, & in domo habitationis mariti, teneat, ita vt possit procedi in cōtumaciam contra ipsum maritum, *Guid. Pap. in decis. 445.* vbi in fine subdit aliam limitationem in muliere grauida, quæ citata non tenetur personaliter comparere, vide aliam limitationem per *eundem in decis. 255.* Limita vlt. stante cōsuetudine in contrarium, quo casu facta domi valet, *Mohed. decis. 2. de dol. & contum.* Illud autem generaliter not. quòd vbi agitur de priuatione alicuius, semper requiritur citatio personalis, ne aliàs priuatio sit nulla, *Verall. in decis. 114.* Sicut & quando ageretur de censuris, & pœnis, *Mohed in decis. 3. de dol. & contum.* Et quando ageretur de graui præiudicio, & esset ferenda sententia diffinitiua, vel quando sciretur quem esse extra Ciuitatem in certo loco, quia tunc debet citari personaliter, nisi forsan esset vagabundus, *Verall. in decis. 117. part. 1.*

COLLECT. CCXIV.

Super cap. decernimus; de sentent. excommun. 6.

IVdex ecclesiasticus compellit Iudicem Laicum repellere excommunicatos ab actibus iudiciariis eisdem prohibitis, hoc dicit. In hoc text. exprimuntur tria, quæ excommunicato sunt prohibita in iudiciis, nempe agere, patrocinari, & testificari. Adde quòd ei non potest conferri beneficium, siue sit excommunicatus ab homine, siue ipso iure, *Rot. in decis. 5. de sentent. excomm. in antiq.* Et è contra ipse excommunicatus nō potest alij conferre, quod limita, appellatione pendente, *Marc. in decis. 969. part. 2.* Sic nequit compensare, quod durum videtur, *Cappell Tholos. in decis. 1.* Item debet carere ecclesiastica sepultura, *Vin. in dec. 97.* Item si sit actor non potest cōstituere procuratorem ad iudicia, quòd intellige extra eos casus, quibus potest esse in iudicio pro se, *Cappell Tholos. decis. 143.* Item non potest intentare possessorium recuperandæ, quod intellige, opposita excommunicatione ab aduersario, *eadem Cappell. in decis. 171* Item priuatur muneribus & honoribus, *Vin. in decis. 99.* Item priuatur fructibus beneficij, *idem Vin. in decis. 28.* Item non potest præsentare, *Rot. in decis. 2. de iur. patron. in antiq.* Item actor originarius appellatus repellitur à prosequutione appellationis, *Capp Thol. in decis. 205.* Item non potest habere exequutionem sententiæ, *ead. Cappell. in decis. 137.* Quæro, excommunicato Episcopo, non impediatur eius Vicarius vsum ministrare? affirmatiuè, *Marc. in decis. 1232. part. 2.* Enumeremus breuiter aliqua decisa quæ excommunicatis non reperiuntur prohibita, & primò dicas, quòd potest excommunicatus acceptare beneficium, licèt non possit sibi prouideri, nec ius aliquod acquiri in beneficio,

Rot. in

Rot.in decis.8.& 28.sub hoc tit.& in decis.4.sub eod.tit.in antiq. Item exequutor gratiæ Apostolicæ excommunicatus potest conferre, & procedere, Crescent.in decis.1.eod.tit.de sent.excom. Item excommunicatus potest contrahere, Viu.in decis.196. Et potest cōtrahere matrimonium, Marc.in decis.735 part.2 Item potest petere in integrum restitutionem ex clausula (si qua mihi) Cappell.Tholos. in decis.301. Item potest impetrare monitionem super rebus ablatis, vel super reuocatione missionis bonorum contra ipsum factæ, quod intellige, quando veniret principaliter ad se defendendum, sed in consequentiam peteret, &c.secus, si veniret principaliter per viam actionis ad impetrandum tale monitorium, Cappell.Tholos. in decis.189. Item potest testari, Viu.in decis.96.& in hoc vide Ann alleg.25.

Collect. CCXV.

Super Auth.similiter, C ad leg Falc.

INter alias limitationes, quæ dantur ad regulam detractionis falcidiæ, illa præcipuè connumeratur, vt cesset in relictis ad pias causas, per hunc text.celebrem, qui fuit præ cæteris latissimè repetitus per Ludou. Roman. Qua quidem occasione sumpta, multa priuilegia legatorum ad pias causas DD.enumerarunt, vnde & nos aliqua decisa congeremus. Primum igitur priuilegium (circumscripto eo, quod habes in hac Auth.) est, vt legatum ad pias causas sit fauorabilius legato dotis, Anton.Fab.in decis.22.in tit.qui pot. Secundum priuilegium, quia huiusmodi legatum potest capi propria authoritate, quod est notandum pro limitatione Text. in l.non dubium, C.de legat. ita Polid.Rip. in obseruat.322. Tertium priuilegium, quia reuocato testamento, debentur legata pia, Carrocc.in decis.85. Quartum priuilegium, quia ex testamento imperfecto, in quo sit instituta extranea persona, simili modo debentur legata pia, quod etiam not.ad limitationem l.hac consultissima, §.ex imperfecto, Cod.de testam. ita Boer.in decis.93. Quintum priuilegium, quia rupto testamento agnatione posthumi similiter debentur legata pia, Cappell. Tholos.in decis.334. Sic etiam debentur, hæreditate non adita, eadem Cappell.in decis.89. Quod similiter nota pro limitatione text.in l.eam, quam C. de fideicomm. Septimum priuilegium quia testamentum ad pias causas valet, licèt nullus sit testis, Valasc.in dec. 67. Octauum priuilegium, quia in donatione facta ad pias causas, non requiritur insinuatio, Anton.Faber in decis.7.de sacros.eccles. Nonum priuilegium, quia statutum de admittendo consilium sapientis, non habet locum in relictis ad pias causas, Polid.Rip.in obseru.147. Decimum priuilegium, quia legata pia debentur per donatarium omniumbonorum post testamentum, Carrocc.in decis.86. Vndecimum priuilegium, quia exequutio relictorum ad pias causas non differtur, durante tempore inuentarij, per hæredem conficiendi, quod tibi deseruiet ad limitationem l fin. §.donec, C.de iur.delib vide Balb.in decis. 402. Duodecimum priuilegium est, quia de relictis vniuersaliter ad pias causas non detrahitur etiam Trebellianica, quod not. & vide Cappell. Tholos.in decis.83. Nihilominùs legatum ad pias causas non præfertur creditoribus, Anton.Fab.in decis.37.de sacrosanct.eccles. Item dispositio text.

in l. si vnquam, C. de reuoc. donat. habet locum etiam in donatione ad pias causas, *Mynsing centur. 6. obseru. 96.* & sic not. ad ampliationem illius l. Item laicus pro legato pio non potest conueniri coram Judice Ecclesiastico, *Cappel. Tholos. in decis. 215.* Quæro num legatum factum confessario censeatur ad pias causas? affirmatiuè, non tamen præfertur (vt diximus) creditoribus, *Anton. Fab. in decis. 38. de Episc. & Cleric.* Et num factum consanguineo pro anima? negatiuè, *Carrocc. in decis. 120.* Limita si consanguineo pauperi factum proponatur, *Vinc. de Franch. in decis. 565.* Et num legatum dotis puellæ in necessitate constitutæ dicatur pium, affirmatiuè, *Boer. in decis. 94.* Sed num legatum pro incertis, & malè ablatis dicatur pium, ac de eius priuilegiis, decidit *Carrocc. in decis. 7.*

Collect. CCXVI.

Ad Rubr. de Regular. vbi DD. & præsertim Abb.

Concludit in hac Rubr. Abb. & in plerisque aliis locis, Equites Hierosolymitanos esse largo modo religiosos, fundans se super castitate, & obedientia, quæ isti vouent, de paupertate nihil dicit. Ego vidi multos attestantes istos Equites promittere omnia ista tria in manibus superiorum, quæ cùm sufficiant ad substantialia Religionis, concludo fore tunc propriè, ac verè religiosos. Quo quidem præsupposito; Infero primò, quòd eos percutiens incurrit excommunicationem, *Villag in decis. 34.* Infero secundò eos non admitti ad officia iurisdictionalia, vel deputationum ciuitatis, *Vincent. de Franch. in decis. 479.* Item non admitti ad fideicommissum familiæ relictum, ne quoad vsumfructum quidem, *Anton. Fab. in decis. 34. de fideicomm.* Infero quartò, quòd statutum loquens de professis & religiosis, ex stricta significatione extendetur ad huiusmodi milites, *Polid. Rip. in obseru. 185. Anton. Fab. in decis. 27. de Episc. & cler.* Infero quintò, quòd isti habent fori præscriptionem vti aliæ personæ religiosæ, *Caualcan decis. 37. par. 2* Limita, si non assumpsisset habitum Religionis, licet omnia alia fecisset, vt putà probationes pro eius admissione, & etiã si soluisset viaticum solitum, ac se præparasset accedere ad Insulã Maltæ, si enim antequam assumat habitum, delinquat, & capiatur per Judicem secularem, non potest petere remissionem, *de Franch. in decis. 449.* Infero sextò, quòd non potest prorogare iurisdictionem, & consentire in non suum Judicem, nam & miles Sancti Jacobi de Spata hoc non potest, *Crescent. decis. 3. de foro compet.* Infero septimò, quòd isti milites comprehendantur sub dispositione *Conc. Trident. de regul. sess. 25. cap. 15.* Quo cauetur, ne quis in quacunque Religione, tam virorum, quàm mulierum, qui minori tempore, quàm per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur per ea, quæ dicit *Rot. in decis. 591. part. 1.* Licèt fuerit dictum contrà in militibus Sancti Stephani. Infero octauò, quòd præceptoriæ huius Ordinis Sancti Joannis sunt ad nutum magni Magistri, & Conuentus amouibiles, quia isti vt religiosi nil proprium habere valent, nihilque eis concedi potest in perpetuum, *Mohed. in decis. 10. de caus. poss. & propriet.* Infero nonò, quòd nati ex huius-

huiusmodi militibus expresse professis dicuntur incestuosi, sicut si nati essent ex religiosis, *de Franch. in decis.* 27. Decimò, & vltimò ex eadem ratione, quòd isti sint verè religiosi, prout sic eos bis nominat Summ. Pontifex, *in cap. cum & plantare, de privileg.* & habetur in eorum constitutionibus, potest inquam inferri, an possint succedere in feudo? Porò adeò est alta ista quæstio quàm quæuis alia, quæ sit in iure feudistico, & reuera indigeret decisione Cæsarea, ex DD. enim plerique extiterunt, qui modò vnum, modò aliud sibimet contrarij concluserunt, ex Decisionariis autem *Osasch.* primo loco cœpit disputare articulum, vt *in decis. 27. in vltima fallent.* & existimauit veriorem esse partem negatiuam, licèt in vltimo transiuerit pro tunc cum opinione contraria, & pro ista negatiua dicunt quidam fuisse priscis temporibus iudicatum, in *Reg. Camer. Sum.* posteà vero ex nostratibus *Viu. in decis. 446.* licèt non sit decisio, quia voluit ex suo marte disputare hunc punctum, & in summa tenuit, quod bene possunt succedere, respondens multis rationibus, quæ faciebant contra. Nouissime autem reperio, quod *Thessaur. Fil. in decis.* 18. post disputatam quæstionem tenet, quod non possunt, ea potissimùm ratione, quia Domini temporales non valent in eorum personas aliquam iurisdictionem exercere, ita, vt merito sint in hoc Regno ab omnibus officiis iurisdictionalibus remoti, sicut retulimus suprà ex Vincent. Subdit tamen postea contrariam consuetudinem inualuisse in patria sua; & dicit decisum per illos Senatores, participato voto illorum Serenissimi Ducis D. Caroli Emanuelis fuisse quendam militem commendatarium ad feudorum successionem admissum in quodam Marchionatu, non obstante etiam, quod adducta fuerit consuetudo in contrarium de non admittẽdo in dicto Marchionatu istos Equites ad feuda. Illud autem videtur in tuto collocatum, vt hæc Religio possit, in communi, & in vniuersum, sicut Ecclesia, retinere feuda sibi de certa scientia concessa, vt *in sing. Ann.* 207.

COLLECT. CCXVII.

In l. vni, §. & vt plenius, C. de rei vxor. act.

MVlier pro dote habeat tacitam hypothecam in bonis mariti, hoc dicit; Amplia, vt hanc tacitam hypothecam habeat etiam pro bonis paraphernalibus, *Mynsing cent. 5 obseru. 4.* Sed aduerte, quia in hoc non habet sicut aliàs, priuilegium prælationis, vt ibidem habetur; Amplia secũdò, vt eam habeat pro sumptibus litis, quos fecit, quando litigauit cum marito, *Ant. Fab. in decis. 16. sub hoc tit.* Amplia tertiò, pro alimentis, *Mynsing. cent. 1. obseru.* 64. Amplia quartò, vt eam mulier non amittat per constitutionem expresṡè à marito factam, *Anton Fab. in decis. 13. eod. tit.* Amplia quintò, vt hæc tacita mulieris præferatur omnibus anterioribus creditoribus, siue tacitam, siue expressam hypothecam habentibus, *Mynsing cent. 4. obseru. 13.* de veritate, vide suprà in *Collect. 146. in l. ff solut. matrim.* limita, vt hanc tacitam mulier non habeat in bonis feudalibus viri, *idem Mynsing. cent. 6 obser.* 45 Item limita, vt ea non extendatur ad sponsas *Thoming in decis. Rot. Lipsien.* 3...

COLLECT. CCXVIII.

Super cap. vt periculosa, ne cler. vel monach. lib. 6.

AD hunc text. qui sub pœna excommunicationis prohibet, ne quicunque religiosus tacitè, vel expressè professus habitum dimittat not. quatuor decisiones, primò an sit apostata ex sola habitus regularis dimissione, absque tamen animo deserendi religionem? negatiuè, *Achill. de Grass. in decis. vnic. de apostat.* Et quid si transeat sine licentia ad aliam religionem laxiorem? negatiuè, *Cappell. Tholos. in decis.* 16. Sed an dicatur apostata qui habitum regularem metu mortis deferat coopertum, licèt cum habitu clericali compareat? affirmatiuè, *Treuis. in decis.* 19. Demum nota, quòd licèt apostata amittat priuilegium fori, non tamen ob id Judex ecclesiasticus perdit in eum iurisdictionem, & locus erit præuentioni, *Treuis. in decis.* 48 *part.* 2.

COLLECT. CCXIX.

Super cap. illud, de præsumpt.

COncludit hîc Sum. Pont. quòd per cohabitationem diutinam, & famam de matrimonio, & contractibus matrimonialibus, ac alia adminicula probatur matrimonium, & ita decidit *Put. in decis.* 103. *part.* 2. & dicit *Cas. de Grass. in decis.* 1. *de sponsal.* per vnum testem de veritate cum duobus aliis de fama probari matrimonium, & vide *Anton. Fab. in decis. de probat.* 8. & per publicam vocem, & famam, dicit probari, *Verall. in decis.* 203. Item probari testimonio parentum, *Crescent. in decis.* 23. *de probat.* Item probari per duos testes qui fuerunt præsentes contractui matrimonij, *Caputaq. in decis.* 205. Item, si duo testes deponant de sponsalibus futuris, & duo alij de concubitu, & cohabitatione, *Verall. in decis.* 11. *part.* 2. Item si quatuor testes dicant quòd in eodem loco, & tempore viderunt quendam immittentem annulum in digito alicuius mulieris, & mulierem immittentem alium annulum in digito viri, *idem Verall. in decis.* 113. Item probari per litteras amatorias viri, in quibus dicebat, quod eam nunquam dimittet, quódque erit & ipsius, & mulieris honor, *Crescent. in decis.* 22. *de probat.* Item probari confessione contrahentium, *Caputaquens. in decis.* 208. *part* 2. Limita, si ageretur de alterius præiudicio, *idem in decis.* 207. Sed num probetur per instrumenta dotis, vel donationis propter nuptias? negatiuè, *Viu. in decis.* 111. per hæc enim oritur præsumptio tantùm, vt in hoc text. Et num probetur per verba enunciatiua mariti in instrumento solutæ dotis? negatiuè, *Verall. in decis.* 209. Et quando matrimonium probari non possit testibus, decidit *idem in decis.* 110. *part.* 2.

COLLECT. CCXX.

Super cap. estote, de reg. iur.

DVbia in meliorem partem sunt interpretanda. Vnde cõtractus in dubio præsumitur potiùs censualis, quàm emphyteuticarius, vtilitas est maxima, vide *Crescent. in decis.* 1. *de censi.* Sicut res præsumitur potiùs allodialis, quàm feudalis, *Mynsing. centur.* 5. *obseruat.* 25. Sic filius præsumitur ex marito natus, *idem Crescent. in decis. vnic.*

vnic qui fil. fint legit. & in cod. tit. Mohed. in decis. 1. verùm est tamen, quòd quis præsumitur illegitimus ad hoc, vt ei non possit adiudicari beneficium, Rot. in decis. 1. de præsumpt. in antiq. Sic quilibet præsumitur natus, Crescent. in decis. 16. de probation. Sic testes præsumuntur contestes, Viu. in decis. 114. & Rot. Auenion. decis. 62. Et sic veritas in dubio præsumitur, & non falsitas, Caputaquens. in decis. 3. part. 2 Sic etiam in dubio subreptio non præsumitur dolosa, idem Caputaquens. in decis. 122. part. 3. Item in dubio debemus præsumere assensum præcessisse venditionem feudi, si eodem die reperiatur expeditus, quo est facta venditio, Vincent. de Franch. in decis. 649. Sic debemus præsumere accusationem obligationis penes acta præcessisse præuentionem eodem die factam, Afflict. in decis. 387. Ad hæc conferunt ea, quæ diximus supra in Collect. 134. Item in dubio præsumitur decretum in alienatione minorum, Achill. d Graff. in decis. 3. de præsumpt. Sicut in horum, & mulieris contractu præsumitur interuenisse consensus duorum consanguineorum, quando adest decretum, idem Achill. de Graff in decis. 4. eod. Sicut, & in alienatione rei Ecclesiæ præsumitur assensus Apostolicus cum cursu triginta annorum continua possessione canonisque satisfactione, Rot. diuers. in decis. 179. part. 2. Item feudum præsumitur hæreditarium in Regno, Afflict. in decis. 140. Item excommunicatus non præsumitur absolutus propter maiorem securitatem animæ, Viu. in decis. 193. Item præsumitur mandatum, quando sumus in antiquis, Cassador. in decis. 3. de procuratorib. Requisita in hoc vide in decis. Vitall 194. par. 2. Item præsumitur pro procuratore, licèt de mandato non constet, Mynsing. centur. 5. obseruat. 80. Item in dubio dominus non præsumitur scire gesta à procuratore ne incurrat in pœnam l. si quis maior, C. de transact. Crescent. decis. 5. de præsumpt. Item in dubio non præsumitur attentatum, Crescent. decis. 1. de caus. poss. & propriet. Et in dubio non præsumitur pluralitas actuum, sed identitas, Viu. in decis. 203. Item articuli præsumuntur pertinentes ac admittendi, Rot. in decis. 25 de appellat. in antiq. Item in dubio iurisdictio præsumitur concessa cumulatiuè, non priuatiuè, Grammat. in decis. 30. Item in dubio præsumitur dispensatio ex communi reputatione cum cursu decem annorum, Achill. de Graff. in decis. 1. de præsumpt. Item in dubio præsumitur pro impetrante rescriptum, Viu. in decis. 60. Item in dubio præsumitur, quòd rescriptum Principis sit absque alterius præiudicio, etiam si amplissimas contineat clausulas, Marilhan. in decis. 20. Item in dubio quis præsumitur dominus ex sola possessione, Anton Fab. in decis. 4. de probat. Item præsumitur quòd pecunia soluta fuerit soluentis, id. in Faber in decis. 4. eod. Item in dubio præsumitur matrimonium per delationem annuli, Viu. in decision. 313. Circa quod vide in superiori Collect. Et in dubio semper præsumitur pro validitate matrimonij, Triuis. in decis. 28. part. 1. Item in dubio præsumitur, quod protestatio sit repetita in quolibet actu facto post protestationem si duret eadem causa. Vitall decis. 403 part. 1 Item in dubio donans non præsumitur cogitare de libertis, Mynsing. centur. 3. obseruat. 64. Item in dubio vxor præsumitur acquisiuisse ex bonis mariti, Marillia. in decis. 10. circa quod vide supra in Collectan. 190. in l. Quintus

Mutius,ff.de donat.inter vir.& uxor.

Not. aliquos alios casus de præsumptione, & primò præsumitur permutatio beneficij facta in fraudem præsupposita magna beneficiorum inæqualitate, & coniunctione personarum, *Rot.in decis.2.de præsump. in antiq.* Item in dubio præsumitur, quòd confessio sit facta parte absente, *Guid.Pap.in decis.351.* Item in dubio præsumitur incendium culpa inhabitantium, *Afflict. in decis. 57.* Circa quod vide supra *in Collectan. 182. in l. 3. §. 1. ff. de offic. præfect. vigil.* Item in dubio præsumitur diuisio inter fratres cursu longi temporis cum æqualitate possessionis, *Achill. de Graff in decis.2.de præsumpt.* & de diuisione inter fratres vide suprà *in Collect.101.in l.fin.C.commun.diuid.* Item in dubio præsumitur, quod filius sit in potestate patris,non autem emancipatus, *Martlia.in decis.22.* Item expensæ in actu faciunt præsumi mandatum, *Crescent. decis. 1. de præsumpt.* Num in dubio bonæ fidei possessor præsumatur factus locupletior, non caret difficultate, & contradictoribus, vide *de Franch.in decis.31* Item in dubio non præsumitur,quòd quis sit hæres, *Caputaquens.in decis.64 part.2.* Item non præsumitur titulus coloratus ex decennali possessione,quando ius resistit, *idem Caputaquens.decis. 303.part.3.* Item in dubio præsumitur vsurpatio in Iurepatronatus alicuius familiæ potentis *Crescent. in decis.1. de iur.patron. Mohed. in decis.2.sub eod. tit.* vt in Imperatore dicit *Pute in decis.39.&60.lib.1.*Et in Infante Portugalliæ dicit idem *Put.in decis.57.lib. 1.* Et in Rege Aragonum, *Mohedan.in decis.10.eod.tit.de iur.patron.*Et in quolibet nobili petente,vt Romæ *Illustr. Domini Vrsini Tholom.in decis.86.& Illustriss.Domini Columna,Caputaq.in decis.128.part.1.*

Collect. CCXXI.

In l.cum oportet, C.de bon.quæ liber.

Ponamus pro regula, quòd in omnibus bonis aduentitiis filij, hodie pater habet vsumfructum tantum,per hunc text.modò habes *glos. tuam in Authent. idem est, eod.* quæ collegit nouem limitationes,quibus tamen tu adde alias: Et primo in bonis quæsitis per filium de iure Longobardorum,*Viu.in decis.167.*Secundò in feudalibus, *Mastrill.in decis.82.* Tertiò in bonis beneficialibus, *Afflict. in decis. 241.* Quartò in quæsitis ex pecunia dotali, *Anton.Fab. in decis.8. sub hoc tit.* Quintò, quando pater nollet filio alimenta præstare, *idem Fab.in decis.13.eod.* Sextam limitationem dat Authent.*excipitur,eod.* nempe quando mater dat, vel relinquit filio, ne patri quæratur vsusfructus. Sed in hoc contingit dubitari de duobus, primum est,an mater possit facere hanc prohibitionem in bonis dotalibus, in quibus reliquit hæredem filium suum, vel etiam in legitima relicta filio, cum hac prohibitione, ne in ea quæratur vsusfructus patri:secundum,an possit etiam tacitè facere hanc prohibitionem,vt puta grauando restituere hæreditatem filio, vel si legatum,quod ei fecerat, de nouo mander eidem solui, ad omnia dicas affirmatiuè, de hoc vltimo vide *Boer. in decis. 193.* de primo *de Franch.in decis.161.* Licèt illud de legitima habeat decisionem *Boerium 194.* contrariam, quæ not.ad Ampliationem d.Authent.*excipitur.* Septimam limitationem ponit Auth.

Item

Item hæreditas eod. quando pater succedit vnà cum filiis vtrinque coniunctis, filio mortuo, quo casu non habebit vsumfructum in eorum portionibus. In hoc occurrunt tria difficilia, primum an & hoc procedat, quando pater, & filij succedunt extraneo? affirmatiuè, & sic etiam hoc casu pater nõ habebit vsumfructum in eorum portionibus, *de Franch in decis.* 651. *part.* 4. secundum tu scis, quòd quando pater habet consortiũ proprietatis cum filiis, tunc non habet vsumfructum in eorum parte, per hanc Authen quid si desinat habere proprietatem: nam & ratione proprietatis excluditur ab vsufructu, desinit autem habere proprietatem, putà quando transit ad secunda vota ob quod ex proprietario fit vsufructuarius, ex dispositione *Auth. ex testamento. C. de secund. nupt.* Essent distinguendi tres casus, ponam difficiliorem, & est quando ante aditam hæreditatem pater transisset ad secundas nuptias, & in hoc puncto *Boer. in dec.* 190 recitat opiniones per discursum, & non decidit, nihilominùs habemus bonam decis. *Vincent. de Franch* 573. vbi etiam hoc casu dicit decisum in fauorem filiorum: tertium est, nam diximus quando pater cum filio, quod si filio succedat pater cum matre, vel nepoti auus paternus cum materno, an pater, vel auus paternus habeat vsumfructum in bonis, quæ transeunt ad matrem, vel auum maternũ est intricata quæstio, tamen dicas, quòd in bonis maternis, vel quæ ex linea materna obuenerunt, succedet auus maternus, vel mater in proprietate, & vsufructu, in bonis verò paternis, vel quæ ex linea paterna obuenerunt, in cæterisque aduentitiis, succedet auus paternus, vel pater pariter in proprietate, & vsufructu, ita, vt eligatur quędam via media, cum qua & Senat. Pedemont. transiuit, vt refert *Thess. in decis.* 156. Quæ omnia no perpetuò ad d. Authent. *item hæreditas.* Limita quoque regulam, vt pater nõ habeat vsumfructum, quando dilapidaret, & dissiparet bona immobilia filij, vel etiam ea non reparasset, tunc enim perdere debet, & administrationem, & vsumfructum, vt per *Boer. in decis.* 61. Nec pater potest bona immobilia filij, in quibus habet vsumfructum, alienare sine decreto, *Mynsing. centur.* 6. *obseru.* 61. Sed num per cessionem bonorũ pater amittat vsumfructum in bonis filij, negatiuè, *Anton. Fab. in decis.* 7 *sub hoc tit.* Et num habeat vsumfructum in bonis per ipsum filio donatis? affirmatiuè, *Cap. in decis.* 56. Sed num filius possit donare bona, in quibus pater habet vsumfructum, sine eius consensu? affirmatiuè, *de Franch. in decis.* 71 Illud aduertendum, quòd in bonis, in quibus habet vsumfructum. pater est legitimus administrator, non in aliis, *Anton. Faber. in decis.* 6. *d. tit. de bon. quæ lib.*

Collect. CCXXII.

Super cap. ex literis, de diuor.

Est bonus Text. & hoc dicit. Matrimonium separatur propter adulterium mulieris, & ita *Peguer. in decis.* 20. *& Triuisa in decis.* 45 *p.* 1. vbi etiam dicunt, quòd hoc casu debentur alimenta, lite pendente mulieri extra domum viri habitari. Et etiam propter accusationem de adulterio à marito factam, licèt non fuerit probatum separatur matrimonium, ratio, quia ex tali accusatione oritur

inimicitia capitalis, *Triuis. in decis.61. p.1.* Hic esset quærendum de pœna mulieris conuictæ de adulterio, nam Authen. Justiniani hodie non habet locum, nullum enim Monasterium, in quod eam cæsam detrudi iussit Justinianus, reperitur, quod reciperet huius generis mulierem, cum ne castas quidem viduas recipiat, nihilomin. etiam decisionarij variant, vnde alibi mihi reseruo, pro nunc vide *Gramm. in decis.31.* Secundò separatur matrimonium propter vitæ insidiationem, *Franc. Mar. in decis.738. par.2.* Tertiò propter vitium sodomiticum etiam attentatum, *idem Mar. in decis. sequen.* Quartò propter hecticiam, vt cum vulgò dicimus, est phtisicus, & maleolentiam halitus intolerabilem, *Caualcan. in decis.18. part.2.* vbi etiam de affecto morbo gallico. Quintò separatur propter sæuitiam viri, *Thess. in decis. 130.* Sextò propter impotentiam coeundi, *Triuis. in decis. 28. p.1.* Vbi etiam decidit quòd in dubio debet iudicari validitate matrimonij. Septimò propter furorem incomportabilem, *Vincent. de Franch. in decis.312. & Ioseph Ludou. in decis. Lucen.22.* Octauò propter maleficium impediens copulam coniugalem ob sortilegia post factas orationes, confessiones, aliáque præsidia spiritualia, vt tollatur intensa debilitas genitalis, remoueantúrque fascinationes, & incantationes, iuxta *cap. si per sortiarias 32. quæst.1.* in quo aduerte, quia si maleficium sit perpetuum, fuitque Ecclesia ab initio decepta, non modò quoad thorum, vt in supradictis casibus, sed & totalis separatio fiet iudicio ipsius Ecclesiæ, vide *Franch. Mar. in decis. 677. par.2.* Illud autem generaliter nota, quòd in omnibus supradictis casibus, separato matrimonio, dos venit restituenda, vide *Vincent. de Franch. in decis.244.* Quod tibi deseruiet ad intellectum *Text. in cap.1. eodem titul. de diuort.*

Collect. CCXXIII.

Super Clement.1. de sequest. possess. & fruct.

VNa sententia diffinitiua lata in Curia super petitorio, vel possessorio contra possessorem beneficij, quod non possederit per triennium, debet per Ordinarium fieri sequestratio ipsius beneficij, etiam si opponatur de nullitate sententiæ, & dictam sequestrationem impediens, vel fructus sequestratos occupans, est excommunicatus, & si est de litigantibus, cadit etiam à iure suo, hoc dicit. Amplia dispositionem huius Tex. procedere etiam in eo, qui violauerit sequestrum appositum super beneficio in vim sententiæ nullæ, *Ro. in dec. vnic. in antiq. Bisignett. in decis. 2. Cassad. in decis.5. sub hoc tit.* Amplia secundò, vt etiam tertius appellans à sententia contra possessorem beneficij lata, non valeat pro suo interesse impedire huiusmodi sequestrum, *Rot. in decis.4. eodem tit. in antiq.* Limita hanc dispositionem locum sibi non vendicare, quando sententia non esset lata super petitorio, vel possessorio, & sic extra terminos clemen. quia, cùm sit pœnalis, non debet extendi, *Pute. in decis.45. lib.2.* Limita secundò, vt iste Tex. non procedat, quando sequestrum non est appositum principaliter super beneficio, sed super membro, vel re ipsius, *Caputaquen. in decis.153. part. 3.* Limita tertiò, quando sententia est lata in causa

causâ beneficiali super attentatis, *Bellam. in d. cis. 54.* Limita quartò, si violaretur sequestrum positum ex officio, vt pura propter attentata, *Mohed. in decis. 1. sub hoc tit.* Limita quintò, vt hoc sequestrum cesset, si beneficium fuerit per triennium, & pacificè possessum, vt in Tex. & tunc non est necesse, quòd immediatè quis triennio possederit, sed sufficit quòd semel per triennium continuè possederit, *Caputaquen. in d. cis. 159. part. 3.* Quæro, an beneficium, quod vacat per violationem sequestri possit impetrari per quemcumque. Et tunc an comprehendatur sub clausula (quouis modo) decisum affirmatiuè, *Mohedan. in decis. 1. sub hoc tit.*

COLLECT. CCXXIV.

In l. Iurisiurandi. C. de testib.

VNicus testis non probat: nam vox vnius, vox nullius, hoc dicit. Limita primò in possessorio, in quo vnus testis plenè probat, *Gratia. in decis. 192. & Carroc. in decis. 126.* Limita secundò, si vtraque pars litigantium in vnum testem consentiret, *Mynsing cent. 5. obseru. 26.* Limita tertiò, quãdo vnus testis aduersus suum commodum testificaretur, quia plenè creditur, *Anton Fab. in decis. 42. sub hoc tit.* Limita quartò quantum ad hoc, vt excuset querelantem ab expẽsis, *Carroc. in d. cis. 67.* Limita quintò quantum ad faciendum indicium ad torturam in crimine læsæ Maiestatis, *Anton. Fab. in decis. 20.* vbi sup. Limita sextò in teste, qui deponit de facto, quod ipse tractauit, tanquam mediator, quia plerumque probat, *Caputaq. in decis. 267. p. 3.* Limita septimò, quando cum vno teste adesset fama, *idem Caputaq. in dec. 288. p. 3.* Vel alia adminicula, de quibus *per eundem in decis. 271. & 296. p. 3.* Limita octauò, vt plenè probet contrà producentem, *Vin. in decis. 171.*

COLLECT. CCXXV.

In l. Seia, § fin. ff. de dona. cau. mor.

DOnatio facta ab infirmo in dubio præsumitur inter viuos, nisi de reddendo conueniat, vel mortis mentio fiat, hoc dicit. Amplia etiam si donatio fiat de bonis, quæ post eius mortem reperientur, *Carro. in dec. 85.* Amplia secundò etiam fiat mẽtio mortis, actum tamen fuit, vt donatio esset irreuocabilis, nam tunc assumit naturam donationis inter viuos, *Ant. Fab. in decis. 3. sub hoc tit.* & sic est decisum, & practicatus Text in l. vbi ff. eod. Amplia tertiò etiam si præcessetit mentio mortis, non tamen fuerunt adhibiti quinque testes, *Vincent. de Franch. in decis. 693.* Amplia quartò etiam si fiat ex causa ingressus ad effectum seruiendi Deo, licèt ingressus, & mors æquiparentur, *de Amat. in dec. 46.* Amplia quintò etiam si fiat alicui, eiusdémque hæredibus, adhuc enim censetur inter viuos, non obstante adiuncta mentione hęredum, *Thoming in decis. 9.*

COLLECT. CCXXVI.

In l. id quod pauperibus, C. de episcop. & Cler.

LEgatum factum pauperibus in genere valet, quòd alias non valeret ratione incertitudinis, hoc dicit. Porrò multa priuilegia sunt paupertati à l. tributa, inter ea tamen no-

ta[l] aliqua, quæ ferunt decisa. Et primò, quia pauper habet electionem fori, *Vin. in decis.22*. Licèt in Vidua qualitas paupertatis requiratur, *Vincent. de Franch. in decis.100*. Secundum priuilegium, quia excusatur à prosequutione appellationis, *Guid. Pap. in decis. 416*. Et sic est practicatus *Text. in l. si procuratorem, §. si ignorantes. ff. mand.* Tertium est, quia excusatur à periurio, *Mynsing. cent. 4. obseruat. 97*. Quartum, quia Judex debet ei sumptus decernere, non habenti vnde causam tueatur, *Guid. Pap. in decis. 561*. Quintum, quia debitor pauper carceratus debet habere alimenta à creditore, *Afflict. in decis. 71. & Vin. dec. 519*. Sextum habet priuilegium, quia ratione paupertatis coguntur creditores ad concurrendum, *Vin. in decis. 168*. Non conceditur tamen moratoria, nisi probata paupertate, *Afflict. in decis. 377*. Num autem probetur paupertas ex communi reputatione, dicas sic, *Caputaquen. in decis. 294. par. 2.*

Collect. CCXXVII.

In l. sunt qui, cum sex sequent. ff. de re iudic.

IVxta hæc enumerāt personas, quæ habent beneficium, ne conueniantur, nisi in quantum facere possint. Adde quòd etiam extraneus dotans habet hoc beneficium, *Mar. Coler. in decis. 14*. Item soror, *Menad. decis. 2*. Sed num socer possit huic beneficio renunciare? negat. *Vincen. de Franch. in decis. 164*. Sed num possit carcerari pro promissione de rato stante statuto, quod promittens de rato debeat vel adimplere, vel carcerari? negatiuè, *Mastrill. in decis. 68*. Item & Clericus, *Vin. in decis. 519*. Item tu habes quòd donans habet hoc beneficium deducto ne egeat, per vnam ex prædictis ll. quæ incipit *inter eos, §. fin.* Quæro, an hæc deductio possit impediri, si donatarius offerat donantem alere in sua domo? decisum negatiuè, *de Franch in decis. 697*. Quæro, an huiusmodi beneficium transeat ad hæredes? negatiuè, *idem de Franch. in decis. 698*. Et sic habes decisum *Text. in l. sciendum ff. tit. nostro.* Marito autem competit hoc beneficium etiam aduersus hæredes vxoris, *Mastrill. in d. decis. 93*. Vbi etiam dicit iudicatum aliud esse, quando conuenitetur ab extraneo dotante, cessat enim illa ratio propter reuerentiam maritalem.

Collect. CCXXVIII.

in l. Iudices, cum Authen. ibi posita C. de fid. instrum.

IN ciuilibus causis potest committi audientia testium non in criminalibus, hoc volunt in effectu ista iura: Et sic habes primam limitationem in criminalibus: Limita secundò, vt non concedatur ante litem contestatam, *Rot in decis. 37. de testi. in antiq.* Limita tertiò, vt non concedatur post rem iudicatam, *Caputaqu. in decis. 51. par. 1.* Limita quartò, vt denegetur, vbi probatio debet fieri per scripturas, & instrumenta, *Rot. in decis. 44. vbi suprà in antiq.* Limita quintò, quando tractaretur de repulsa testium, *Caputaquens. in decis. 54. part. 3.* Item non conceditur ad probandam nullitatem pensionum, stante clausula (quòd procedatur sine retardatione solutionis) *idem Caputaquens. in decis. 55. part. 3.*

Item

Item non conceditur ad probandam Simoniam conuentionalem, *Cassad. in decis. 4. de dilat. & Verall. in decis. 62. p. 3* Item non datur, quando non est releuans, *Cassad. in decis. 2. vbi sup. & Veral. in decis. 66. eapar.* Item denegatur in casu nimiæ negligentiæ ad illam expediendam, *idem Veral in decis 65. ibid* Item non datur ei, qui potuit testes examinare in partibus, lite pendente, *idem in decis. 63. p. 2.* Item non conceditur ad probandum spolium, nisi priùs refectis expensis, *idem in dec. 51. p. 2.* Sed num concedatur in causa meri & mixti Imperij? affirmatiuè, *Minad. dec. 7.* & deseruiet pro ampliatione.

COLLECT. CCXXIX.

In l. hac consultissima. C. de testam.

INter alias sollemnitates testamenti, est, vt requiratur numerus septé testium rogatorum, hoc habes limitare primò in testamento inter liberos, quod si est totũ scriptum manu testatoris, valet etiam si nullus adsit testis, *Achill. de Graff. in decis. sub hoc tit.* Secundò in testamento ad pias causas, *Thoming. in decis. Rot. Lipsien. 4.* Tertiò in testamento à rustico ruri facto, *Ant. Fab. in decis. 26. sub hoc tit.* Quartò in testamento facto tempore pestis, quia valet coram duobus testibus, *Put. in decis. 372. & 382. lib. 1. Mynsing. cent. 1. obseru. 95. Thess. in decis. 180. Fab. in decis. 5. vbi sup.* Quintò in testaméto facto coram Principe, *Mynsing. cent. 6. obseru. 29.* Sextò in testamento facto apud acta, quia valet coram quinque testibus, *Fab. in decis. 23. eo. tit. de testam.* Septimò habes limitare, si septimus testis non interfuisset ipsi actui, sed post aliorum testium subscriptionem, *Cam. Imper. in ver. testamentum.*

COLLECT. CCXXX.

In ead. l. hac consultissima, §. ex imperfecto.

TEstamentum imperfectum ratione sollemnitatis valet inter liberos, hoc dicit: Limita igitur primò si sit imperfectum ratione voluntatis, quoniam tunc non valet etiam si sit apposita clausula codicillaris, cuius virtus est supplere defectum sollemnitatis, non autem voluntatis, *Anton. Faber. in decis. 27. sub hoc tit. de testam.* Et quidem hoc testamẽtum non valet etiam ad pias causas, *Mynsing cent. 5. obseru. 24.* posset tamen sustineri quantùm ad relicta propter votum, & ad exonerationem conscientiæ, non enim est credibile hoc casu voluisse testatorem vnquam recedere ab ea voluntate, à qua sine manifesto animæ periculo recedere non potuisset, ita sublimitando dicit decisum memoratus *Fab. in d. decis. 27. in fin.* Num autem testamentum non publicatum dicatur imperfectum ratione voluntatis, decidit *Surd. in decis. 291.* Declara secundò Text. sicut & semetipsum declarat in fine, quando est factum inter liberos, & extraneos, quorum respectu non valet, *Boer. in decis. 240.* Limita tertiò, vt non valeat inter liberos naturales, *Thessau. in decis. 94.* Limita quartò, vt huiusmodi testamentum inter liberos non sustineatur, quando non est publicatum, *Crescen. in decis. 3. sub hoc tit.* Limita quintò dispositionem huius §. locum non habere, quando tale testamentum etiam solemniter confectum esset traditum Notario, quod postea ab eo recuperatum, reperiretur apertum, diffutúmque penes ipsum patrem, ita

Mastrill. in decis. 131. Volumus enumerare breuiter quędam priuilegia eiusmodi testamenti. Primum igitur priuilegium est, vt per secundum non censeatur reuocatum, nisi de ipsius annullatione in specie mentio fiat, *Viu. in dec.* 292. Quam decisionē no. ad *Auth. hoc inter liberos, C. eo* Secundū priuilegium, quia valet, licèt non habeat patris subscriptionem: dixit tamen sua manu scriptum, & adhibuit duos testes. Sed & si nihil dixerit à se esse scriptum testamentum, verùm dubitetur, sufficiet probari per duos testes. At si & duos testes non adhibuerit, scriptum tamē sua manu Notario tradiderit ad publicandum, valebit nihilominus testamētum, quia ea traditio æquipollet sollemnitati duorum testium adhibendorum, ita *Fab. in dec.* 24. *vbi suprà* Et sic Tertium priuilegium est, quia valet corā duobus testib. vt modò diximus. Quartum priuilegium, quia valet, quamuis legitima non relinquatur titulo institutionis, *Valas. in decis* 23. Quintum priuilegium, quia testamentum ptimum sollemne reuocatur per secundum minus sollemne inter liberos cōditum, *Gamm. in decis.* 109 Sextum priuilegium, quia semper præsumitur continere clausulam derogatoriam ad præcedentia, & sequentia testamenta *Ioseph. Ludou. in decis. Perus.* 2. Sicut & illam clausulam (omni meliori modo) *Anton. Fab. in decis.* 7. *d. tit. de testam.* Septimum priuilegium est, quia si hoc testamētum est scriptum totum manu ipsius testatoris, valet etiam quòd nullus adsit testis, *Achill. de Grass in de. ss.* 1. *sub hoc tit. & Thoming. decis. Rot. Lipsien.* 4. Verum enimuerò non habet priuilegium, quando liberi essent inæqualiter instituti, pulchrè *Put. dec.* 43. *lib.* 1. *& Viu. in dec.* 407. vbi loquitur de testamento condito à patre orbato.

Collect. CCXXXI.

In l. 1. & 2. C. quod cum eo.

VOs scitis, quod filiusfam. qui contraxit sua, & sui patris voluntate, si abstineat postea ab hęreditate paterna, habet beneficium vt nō condemnetur nisi in quantum facere possit, hanc propositionem debes limitare, si huic beneficio renunciauit, quod potest, vt per *Viu. de Franch. in decis* 164. Sed dubium est an veniat in generali renunciatione? dicas non, *idem de Franch. in decis.* 181. Limita secundò, vt hoc beneficium non habeat filiusfam. in bonis castrensibus, vel quasi, quę habebat tempore contractus, quorum contemplatione creditores contraxerunt, *idem in decis.* 70. Limita tertiò, vt hoc beneficium non competat fideiussori, *Flam. Cart. in decis.* 7. Et potest dici, quòd non est transmissibile ad hæredes, per dicta supra in *Collect.* 227. Quæro an diuturnitas temporis priuet filiumfam. hoc beneficio? negatiuè, *de Franch. in decis.* 221. & sic potest deseruire pro ampliatione.

Collect. CCXXXII.

In l fin. ff. de test.

ADuocatus non recipitur in testem pro suo cliente, hoc dicit vnà cum *c fin. extra eod.* In hoc volo, vt notes quatuor aureas limitationes: Et primò in iis, quæ scit, vt testis, ita *Vincen de Franch in decis.* 222. Limita secundò in aliis causis, quàm in ea, vbi præstat patrocinium, *Ant. Fab. in decis.*

dec.19. sub hoc tit. Limita tertiò, vt possit testificari contra suum clientem, *Surd. in decis.190.* Limita quartò & vltimò, quando alia pars vellet producere in testem Aduocatum partis suę aduersæ, cessat enim nunc illa ratio, per quam aliàs more corrupti testis notam euadere nequit, ita *Guid. Pap. in decis.45.* quod & *Accurs.* adnotauit *in d.l.*

COLLECT. CCXXXIII.

Super l.11. & ibi Glos. de præscrip. in 6.

HIc propriè sedet materia præscriptionis immemorabilis, seu de eius probatione, quæ quidem immemorabilis habet multos effectus, seu prerogatiuas: Primus effectus est, quia habet vim priuilegij, *Caputaq. in decis.376.p.2.* Secundus effectus, quia habet vim legitimi tituli, vt in *Text.* & ponit *idem Caputaqu. in decis.355 p.2.* Tertius effectus, quia contra immemorabilem non admittitur probatio in contrarium, *Mynsing. in cent.1. obseru.30.* Quartus effectus, quia per eam tantùm præscribitur ius ducendi aquam ex flumine publico, *Viu. in decis.226.* sicuti & ius pascendi, *Guid. Pap. in decis.573.* Quomodo autem probetur immemorabilis, habes gloss. in Text. multùm principalem, quæ dicit, quòd testes deponant se ita vidisse, & audiisse, & quòd non viderunt, nec audierunt contrarium, & quòd ita est, & fuit semper communis opinio, quod sic fuerit, & quòd non extat memoria in contrarium, & ita recitat *Capyc. in decis.193.* Verùm communiter quatuor requisita traduntur. Primò, quòd testes sint ad minus 54. annorum, & de 40. testificentur de visu. Secundò, quòd testes necessariò dicant, communem opinionem esse, quòd de contrario vsu non extat memoria. Tertiò, quòd testes ita semper viderint, & audierint à suis maiorib. nominando vnum saltem ex iis, à quo audierint. Quartò, quòd numquam fuerit obseruatum contrarium. Hæc requisita vide cumulata per *Mynsing. cent.1. obseru.30.* vltra quem vide *Viu. in dec.77.* vbi dicit in causis matrimonialib. deberi nominari duos ex maioribus, *Caputaq. in decis.290.p.3. & in dec.291.* dici testes non probare si tantùm dicunt articulum verum, nam debent reddere rationem dicti concludentem, vide etiam in hac materia probationis, *Guid. Pap. in decis.557.* Esset autem videndum, an singuli testes debeant deponere in vniuersum de omnibus quatuor requisitis, vel sufficiat, vt duo de duobus, & alii de residuis. In Reg. Cam. Summ. referũt quidam fuisse iudicatum vnumquemque testium debere deponere de omnibus requisitis, verumtamen posteà hoc non fuit admissum in Sac. Cons. vt apparet ex *Vincen. de Franch. in decis.56.* est enim difficilis probationis, meritò debent coniungi ad faciendum vnum totum.

COLLECT. CCXXXIV.

In l. fin. C. de testi.

FVit reputatus singularis Text. iste ad hoc, quòd testis potest repetitis vicibus induci & examinari, in qua materia repetitionis testium no. infrascripta puncta: Et primò num testes mortui examinati coram incompetenti Iudice habeantur pro repetitis? affirmatiuè, *Viu. in decis.78.* Num copia repertorum possit con-

cedi, non facta repetitione testium negatiuè, *Capyc. in decis.* 74. Et num concessa repetitione testium ob nullitatem examinis, possint alij testes vltra iam examinatos produci? affirmat. *Thess. in decis.* 28. Et an in causa appellationis testes repeti possint? affirmatiuè, *Vincent. de Franch. in decis.* 668. *p.* 4. Et num in repetitione testium sit pars citanda? decisum affirmat. *Cæs. Barz. in decis. Bonon.* 137. Et quando in criminalibus testium repetitio sit necessaria, decidit *Vincent. de Franc. in decis.* 716. *in ead. part.* 4.

Collect. CCXXXV.

Super Auth. sed hodie, C. de adult.

PEr hoc ius Authen. hodie est sublata pœna capitis in personā mulieris adulteræ, quæ ei, sicut masculo imponebatur per ius C. nunc enim virgis cæditur, deinde detruditur in Monasterium seruanda forma hîc scripta, & ita fuit obseruatum in Senatu Burdegalen. vt refert *Boer. in dec.* 297. *nu.* 12. Vbi etiam subdit quòd in plerisque locis Franciæ consuetudo est mulieri adulteræ capillos, & vestes ante, & retro in eius ignominiam scindere, & sic eam per totam villam ducere, & alia plura. In Senatu Sabaudiæ, cùm in eo loci non reperiantur, nisi Monasteria sacris virginibus includendis destinata (non enim illi habent, sicut nos Itali Monasteria quæ vocamus Mulierum pœnitentium) idcirco aliquod ex iis compelli non potest ad recipiendum hoc mulierum genus, ideóque mittitur in Monasterium alterius Prouinciæ sumptibus ipsius mariti. Quòd si is sumptus facere non possit, tunc per biennium integrum expēsis eiusdem mariti in carcerib. detinetur, posteàque exilio perpetuo mulctatur, ita refert obseruatum *Anton. Fab. in decis.* 2. *sub hoc tit.* In Senatu Mediolan. vos scitis qui de hoc tractet, dicens pœnam esse fustigationis, & exilij arbitrarij. In Regno Cathaloniæ adest statutum, regiáque declaratio, quòd adultera traditur viro ad eam immurandam in domo ipsius viri, habente duodecim palmos de longitudine, sex de latitudine, & sexdecim de altitudine, in qua etiam adsit vna latrina, propter excrementa corporis euacuanda, & vna fenestra per quā posset ei porrigi victus, præstaturo eidem viro, vnum lectum de palea super quo possit dormire, cum vno lodice, cum quo valeat se cooperire, & decem & octo vncias panis cocti competentis pro qualibet die, & aquam quantam voluerit, vt testatur *Ludou. à Pegue. in decis.* 91. In Regno Aragonum caueant mulieres, ea enim huius criminis morte damnatur, & sic ibi pœna adulteræ redacta est ad ius C. vt tradit *Monter. in decis.* 15 *sub n.* 43. In hoc autē Regno iam adest Const. quæ incipit (legum asperitatem) vbi præcipitur mulierem fustigatam detrudi in Monasterium, verùm cùm casus accidisset tempore *Gramm.* fuit dictum non debere fustigari, vt ipse dicit, *in decis.* 31. ne alioquin per fustigationem infamis effecta, nullum reperiatur Monasterium, à quo eo modo recipiatur.

Collect. CCXXXVI.

In l. quamuis l. 2. C. ad l. Iuliam de adulteriis.

TRaditur forma in præsenti l. post enumeratas personas, quibus

bus ius accusandi de adulterio competat, qui priùs admittatur in deferendo, & dicitur quod maritus, &c. Amplia, vt nedum patri, & fratri mulieris, vt in hac l. exprimitur, sed etiá eius socero, & cognato, & sic patri, & fratri ipsius viri competat hoc ius accusandi, vt dicit decisum *Vincent. de Franch. in decis.* 94. Quæro num quinquennium, quod habet maritus ad accusandum vxorem de adulterio sit continuum, vel vtile? respond. pro primo casu, *Thoming. in decis. Rot. Lipsien.* 39. Sed infra quæ tempora possit accusare iure mariti? dic intra sexaginta dies vtiles, iuxta text. *in l. iure mariti, Cod. eod. tit. Marc. in decis.* 742. *part.* 1. At nunquid econtrà vxor possit accusare maritum de adulterio? decisum affirmatiuè, quantum ad thori separationé, secus quoad pœnam infligendam, quod est notandum pro declaratione, *l. 1. C. tit. nostro*, ita *Peguer. in decis.* 94. Sed num adulterium mutua compensatione tollatur? affirmatiuè, *Viu. in decis.* 492. Et num adulterium cú incestu sit mixti fori, ita, vt sit locus præuentioni? affirmatiuè, *Marc. in decis.* 152. *p.* Et num adulter possit in suo testamento legare adulteræ? affirmatiuè, *Capp. Thol. in decis.* 141. Item quando lex nostra imponit pœnam mortis masculo, limita vt non puniatur, si adulterium sit commissum cum ea, quæ cælebs credebatur, *Gramm. in decision.* 169. Quæro an mulier, propter adulterium amittat eam dotem, quam non habet in sua libera voluntate? negatiuè, *Pegue. in decision.* 93. Er num amittat dotem, quando maritus retinet concubinam, negatiuè, *Viu. in decisio.* 357. Et an propter osculum luxuriosum, negatiuè in casu *Triuisa. in decis.* 46. & an amittat antephatum? negatiuè, *Mastrill. in decis.* 57. quæ no. pro limitatione iurium loquentium de amissione dotis, & præsertim *Tex. in c. quia plerumque extra de don. inter vir. & vxo.* quibus adde pro limitatione *Boer. in decis.* 338. Quomodo autem probetur adulterium, vide *Viu. in decis.* 242. vbi multa, *Triui.* 22. *part.* 2. & *Cappell. Tholosan. in decis.* 309. Quæro, cùm de iure permittatur marito vxorem occidere in adulterio deprehésam, vt in l. *Gracchus. sub tit. nostro & ex Consti. Reg. quæ incipit, si maritus.* Liceat inquam ei ducere secum socios pro occidenda vxore? decisum neg. *Triuisa. in decis.* 22. *p.* 2. Quæro num occisa vxore, maritus lucretur dotem? hic punctus non est decisus, vide tamen *de Franc. in decis.* 678 *part.* 4.

COLLECT. CCXXXVII.

Super Authen. præsente. C. de fideiussor.

HÆc Authen. imponit formam, vt priùs conueniatur principalis si sit præsens, posteà in subsidium fideiussor; Amplia hanc regulam, vt fideiussor non possit conueniri, nisi excusso principali, hoc procedere etiam in constituenté se principalem pro aliquo, *Iaffred. in dec.* 83. & *Cappell. Tholos. in decision* 90. Amplia secundò, vt fideiussor possit se tueri hac exceptione etiam aduersus agentes ex causa dotis, *Vinc. de Franch. in decis.* 270 *Magon. decis. Rot. Lucen.* 66. & *Gratia. dec.* 71. Amplia tertiò, etiá si adest clausulá constituti, *Thess. in dec.* 215. & in propriis terminis *Auth.* firmat *Capyc. in decis.* 54. Amplia quartò, vt hoc beneficium excussionis habeat etiam fideiussor indemnitatis, *Gam. in decis.* 379. Requisita verò in excussione facienda ponit *Ioseph. Ludou. in decis. Perus.* 45. In pluribus autem mo-

dò habes limitare hanc Authent. Et primò vt semetipsam declarat, quando reus principalis est absens, quo casu, vt ibi dicitur, si fideiussor petat tempus, infra quod vult reum introducere, illud Judex dabit, quo elapso, & reo minus introducto, potest indistinctè couenniri, hoc tamen circa vide *Cas. Barz. in decis.* 20. Limita secundò, principali debitore mortuo, quia potest agi contra fideiussorem, cui tamen datur actio aduersus hæredes pro recuperatione pecuniæ solutæ, *Viu. in decis.* 485 Limita tertiò, quando fideiussor cum iuramento se obligauit, virtus enim iuramenti in hoc casu operatur, vt cesset huius Authent. dispositio, *Cappell. Tholos. in decis.* 166. Limita quartò, quando renunciauit in specie huius Authent. beneficio, *Guid. Pap. in decis* 94. *& Thoming. Rot. Lipsien. decis.* 1. Limita quintò, quando hanc excussionis exceptionem nō opposuit ante litis contestationem, *Cappell. Thol. in decis.* 166. Limita sextò, quando se obligauit principaliter & insolidum, *Mohed. in decis.* 2. *sub hoc tit. de fideiuss.* Limita septimò, si se obligauit in forma Cameræ, *Anton. Fab. in decis.* 22. *sub hoc tit.* Limita octauò, quādo est notorium principalem nō posse soluere, *Afflict. in dec.* 318. Limita nonò, quando reus non potest discuti nec de facto, nec de iure, vtpote cum non est facilis ad conueniendum, *Cappell Tholos. in decis.* 196. Limita decimò in Curia Mercatorum, *Ant Fab. in decis.* 3. *vbi sup à*; Item fallit in fideiussoribus de iudicio sisti, & de iudicato soluendo, qui conueniri possunt, principali non discusso, *idem Faber in decis.* 8. *eod* Item fallit quantum ad hoc, vt sententia lata contra principalem possit mandari exequutioni contra fideiussorem sine nouo processu, *Guid. Pap. in decis.* 26. Item fallit, quando per mandatum dolosum dixit se non esse fideiussorem, *Thessaur. in decis.* 50. Item fallit in Fisco, qui potest agere contra fideiussorem, non discusso principali; *Guid Pap. in decis.* 9. Item fallit in patre fideiussore filij, & in nonnullis aliis casibus, de quibus *Mynsing. cent.* 2. *obseru.* 15. & ad materiam vide *Guid. Pap. in decis* 570.

Finis primæ Partis.

COL.

COLLECTANEA
DECISIONVM

OMNES FERE CASVS IN TRIBVNALIBVS Italiæ, præsertim Sacri Consilij Neap. Hispaniæ, Galliæ, Germaniæ, & Poloniæ decisos, ac controuersos complectens.

IN QVA SVB DIVERSIS VTRIVSQVE IVRIS SEDIBVS locis S. Concil. Trident. Bullis Pontificiis, Regulis Cancellariæ Apostolicæ, Constitutionibus, Pragmaticis, Consuetudinibus, Capitulisq; Regni Neap. breuiter collocantur.

Opus Iudicibus, Causarum Patronis, ac omnibus in foro tam Eccles. quàm Secul. versantibus, maximè necessarium.

AVTHORE

IO. ALOYSIO RICCIO, VIRO PATRITIO Neap. ac eiusdem Vrbis Eccles. Canonico.

Pars Secunda.



Admodum Illuſtri, ac Reuerendiſsimo

IOAN. HIERONYMO CAMPANILI, V.I.D. ET EPISCOPO


Laquedonenſi,

ANDREAS MIELIS V.I.D. F.



VOD diu (Perilluſtris, ac Reuerendiſſime Præſul) ſummis votis optaueram, vt ſeſe mihi obſeruantiæ erga te meæ gratiq́ue animi teſtandi omnibus palàm occaſio offerret aliqua, nunc vel potiſſimùm præſtò eſt, vtrumque enim (ni fallor) teſtabor, ſi alteram Collectaneorum partem Aloyſij Riccij viri doctiſſimi æquè, ac Religioſiſſimi, ac Equitis Neapolitani, tibi bonarum artium Mœcenati dedicauero: ei nimirum, quem generis nobilitate, virtute, ingentiq́ue dignitate Epiſcopali, fulgere agnoſco: Tuam ſiquidem Campanilium Familiam in Rauellenſi antiquiſſima Ciuitate, (vnde primus ad hanc vrbem appulit Leonardus ſenior Abauus tuus, deinde Præſes Regiæ Cameræ) ſemper floruiſſe, & ſcriptores teſtantur percelebres, & forenſia ſcripta pronunciarunt. Virtute verò doctrinaq́ue adeò enites, vt te non modò in arduis, ſummiſque

rebus semper consuluerint omnes, at multis quoque &c. dignè functus sis publicis officiis. Virtuti autem cum præmia parata sint, illius, ac munerum, quæ pro Sede Apostolica obieras, memor, PAVLVS V. Supremus Præsul, te ad Episcoporum numerum propria sponte cooptauit: & si mos cunctarum gentium semper fuit, alicui viro, tum proprios, tum alienos labores consecrare, qui aliqua harum causarum præstaret; noui ipse, quàm iustiùs opus istud nomini tuo dicare debeam, qui illis omnibus iunctim emicas. Hilari itaque fronte eiusmodi Collectanea, vt animi mei manifestum pignus suscipere ne graueris, susceptúmque fouere, atque aliis auctoritate, qua ornatus es, commendatum reddere; namque perexiguum licèt sit munus, apud probos tamen doctósque viros, magnum erga tuam Amplitudinem, beneuolentiæ meæ, & obseruantiæ argumentum erit. Neapoli 18. Kal. Iulij, 1612.





IO. ALOYSII RICCII VIRI PATRICII Neapolitani

COLLECTANEA, SEV Reportata Vtriusque Iuris decisionum.

PARS SECVNDA.

COLLECT. 238.

In l. peremptorias, C. sent. rescind. non poss.

PEREMPTORIA exceptio opponi potest ante sententiam, hoc dicit. Limita in muliere excipiente de beneficio Velleiani, ***Mastrill. in decis.*** 151. Limita secundò in exceptione discussionis inuentarij, quæ licèt sit peremptoria, opponi potest in exequutione sententiæ, ***idem Mastrill. in decis.*** 23. Limita tertiò in omni exceptione, quæ sententiam non impugnat, quia potest in exequutione opponi, ***Ant. Fab. in decis. 2. sub tit. de except.*** Limita quartò in exceptione rei non traditæ, quæ quandocunque opponi potest, ***Surd. in decis.*** 253. Limita quintò in exceptione compensationis, quæ post sententiam potest opponi, ***idem Surd. in dec.*** 191 Sed quid in exceptione vsurarum? vide ***Carrocc. in decis.*** 133.

COLLECT. 239.

In l. mouentium, ff. de verb. signific.

ISte text. est celebris, & ponit quæ appellatione mobilium veniant, vnde quæro num in legato mobilium veniat pecunia? decisum affirmatiuè, ***Thess. in decis.*** 160. Et an veniant frumenta sata in fundis testatoris? affirmatiuè, ***Hieron. de Lauren. in decis.*** 16. quam decis. habes notare. Item quæro, num maritus legando vxori omnia mobilia, domúsque vtensilia, censeatur legasse etiam fructus domi existentes? affirmatiuè, ***idem Hieron. in decis.*** 14. Et num legato molendino veniat illud, in quo molæ non sint positæ? negatiuè, ***Carroc. in decis.*** 107. Item num veniant nomina debitorum in donatione omnium bonorum mobilium? negatiuè, ***Anton. Fab. in decis. 11. sub tit. de donat.*** Et ad hanc legem quòd appellatione mobilium veniant animalia, vide ***Carrocc. in decis.*** 56.

COL-

COLLECT. 240.

Super Gloss. in c. 1. §. postquam, de censib. lib. 6.

GLos. hæc enumerat viginti octo casus, quibus Addi. ibi addidit sex alios, qui sunt triginta quatuor, in quibus requiritur scriptura, verum non in omnibus de necessitate. Adde tu hos paucos decisos: Et primò, vt credatur dispositioni agrimensoris, requiritur scriptura, *Viu. in decis.* 198. Sic Clericatus debet probari per scripturam, *Anton. Fab. in decis.* 11. *de probat.* Sicut & titulus beneficij Ecclesiastici, *idem Fab in decis.* 30. *eod.* Sic & absolutio ab excommunicatione *Viu. in decis.* 90 Item & solutio debiti, vt in *l. testium, C. de test. b. Anton. Fab. in decis.* 22. *eod. tit. de testib* quod est, quando contractus fuerit in scriptis celebratus, & quando dicatur in scriptis celebratus, vide *Thesaur. in decis.* 197. Item captura possessionis, *Viu. in decis.* 174. Item melioramentorum probatio fieri debet per scripturam, *Put. in decis.* 474. *lib.* 1. Sic & probatio assensus fieri debet per scripturam, & non testibus, vt per *Afflict. in decis* 398. & *Viu. in decis.* 240. In tantùm quòd hodie non credatur etiam memoriali expedito per verbum, fiat, requiritur enim registratio in Regia Cancellaria secundùm formam à Regia Prag. traditam.

COLLECT. 241.

Super Authent. sed nouo iure, C. de seru fugit.

PRo furto quis non debet mori, hoc dicit. Amplia, vt hoc etiam procedat, si reiteratus vicibus furripiat res Principis, tunc enim ad perpetuas triremes erit condemnandus *Thesaur. Fil. in decis.* 80. Modò limita, vt licèt quis pro furto debeat, vt hic, fustigari, sicut etiam de generali consuetudine obseruatur, nihilominus, si qua cum furto concurreret qualitas, quæ aggrauaret delictum, tunc acriùs puniendus est, sicut quidam, qui fuit cōdemnatus ad decennium ad triremes, ex eo, quòd de nocte scalando fenestras furatus fuit in domo cuiusdam varias res, & pecuniarum quantitates, prout refert *Ludou. à Peguer. in decis.* 26. Limita secundò, vt etiam debeat mori, si furtum fuerit magnum; sed cùm hoc non careat contradictoribus, ideo standum est consuetudini, vt fuit obseruatum in Regno Cathaloniæ, in quo quis fuit ad mortem condemnatus pro furto magno, vt refert *idem Peguer. in decis.* 27. & ibi quodnam furtum dicatur magnum. Limita tertiò in latrone, & fure famoso, qui etiam in alta furca suspenduntur, *Anton Fab. in decis.* 3. *sub tit. de fur.* Sed quid dicendum, quando plures commiserunt furtum? Planè si fuerint condemnati criminaliter, non est dubium; quominus omnes teneantur, nec vnum ex reis sufficiat pœnam luere, sin verò fuerunt conuenti, & condemnati ciuiliter ad interesse, & damnum, tunc; si quis soluendo ex iis non est, qui soluendo sunt, pro eo soluere debent, *Boer. in d ecis.* 310. & in propriis terminis furti dicit decisum *Thesaur in decis.* 154. Et in hoc est aduertendum post condemnationem criminaliter factam posse Judicem in consequentiam condemnare in eadem sententia reum ad emendam damni, & rei restitutionem; in tantum, quòd quidam dicunt cum non

esse à carceribus relaxandum, nisi priùs restituat rem furto subtractam, & ita dicit obseruatum in Regio Consilio Cathaloniæ, *Peguer. in prætat decis. 27. in addit.* Demum an Authent. nostra debeat limitari, quando sumus in eo, qui furando commisit sacrilegium, sanè non possum sic breuiter secundùm thema nostrum, dare in hoc puncto certam resolutionem, esset enim considerandum, quæ species sacrilegij esset commissa, postea inspiciẽdum, num qualitas personæ, rei conditio, tempus, ætas, & sexus, possent esse causa augendi, vel minuendi pœnam; in occurrẽtiis tamen recurre ad *Boer. in decis. 254.* & omninò *ad Peguer. in decis. 24.* Nihilominus nos in hoc Regno habemus Constit. quæ incipit (multæ leges) per quam sancitum est, vt in omni sacrilegio sit pœna arbitraria, nisi quando violenter in Ecclesiis esset commissum, sacris inde vasis nocte subtractis: tunc enim pœna mortis naturalis locum habebit, & illa Constit. videtur sumpta *ex l. sacrilegij pœnam, ff. ad legem Iul. pecul.* ibi (qui manu facta templa effregerunt, & dona Dei noctu tulerunt) Cæterum furti materiam alibi nobis reseruamus.

COLLECT. 241.

Super cap. ad audientiam, de præscript.

REgulam, quæ communiter per DD. colligitur in hoc text. quòd credit ur alicui in iis, quæ ad eius pertinent officium, vt probatur in illo versic. (nec credentes ipsum scriniarium, cum iuratus sit officium suum fideliter exequi, aliud scripsisse, quam è Testibus diceretur) Limita primò, vt non credatur Notario (iam tamen de Notario loquitur ibi Summ. Ponif. est enim vulgare Romanorum, vt Notarium vocent Scriniarium, vt declarat ibi Bern.) asserenti quidem in alienatione feudi interuenisse Regium assensum, ita *Garf. in decis. 27.* Limita secundò, vt non credatur Notario attestãti commissionem sibi factam à Iudice ordinario super receptione testium, ita *Affl. in decis. 317.* Limita tertiò, vt non credatur Notario asserenti in instrumento alienationis rei Ecclesiæ, interuenisse tractatum cum causæ cognitione, *Benintend. decis. 2.* Limita quartò, vt non credatur Notario asserenti instrumentum falsum, *Sard. in decis. 155.* Limita quintò, vt non credatur Notario asserẽti in instrumento pecuniam numeratam, *idem Sard. in decis. 283.* Limita sextò, vt ei non credatur asserenti in testamento, quòd testator fuerit sanæ mentis, licèt corpore languens, ita *Anton. Fab. in decis. 26. sub tit. de probat.* Septimò limita, quando agitur criminaliter de falso, quia tunc plus creditur testibus instrumentariis, quàm Notario, *idem Fab. in decis. 3. de fals.* Octauò limita, vt ei non credatur attestanti de sui ipsius deputatione, *Caputaquens. in decis. 245. part. 2.* Licèt contra sit de stylo Rot. vt ibi dicitur. Nonò limita, vt ei non credatur asserenti in instrumento aliquem procuratorem, prout de procura nobis constare fecit, &c. *Afflict. in decis. 273.* Decimò limita, vt ei minimè credatur in his, quæ sunt extra officium, *Antonius Faber in decis. 26. de probat.* Et num duo testes contra instrumentum faciant, vt non credatur Notario? affirmatiuè, *Th. Grammat. Fil. in decis. 31.* Sed num ei credatur in

in extractione instrumenti? affirmatiuè, *Carroc. in decis.122.* vbi supra in *Collect.149.*

Collect. 243.

In l. nullum, Cod. de testib.

Testis falsum deponens coram aliquo nō suo Judice, efficitur de foro, seu subditus illius Judicis, cuius aures fuerint offensæ, hoc dicit. Limita primò in Clerico falsum deponente coram Judice seculari, quia non efficitur illius fori subditus, *Affl. &c. in decis.150* quæ decisio est cōtra illam glossellam, *in Text. nostro, in ver. præscriptionem.* Limita secundò è contra, quando laicus deposuisset falsum coram Judice Ecclesiastico, Judex tamen secularis præuenisset, vt per eundem *Afflict. in decis.219.* Limita tertiò in teste verum, falsò tamen deponente, quo casu nec à suo quidem proprio, & vero Judice puniri potest, vt in casu *Magon. in decis. Lucen.50.* licèt posset dici, quòd in illa decis. non tractabatur de pœna contemptus. Limita quartò, vt in casu *decis. Thesaur.166.* Vbi subditus Vassalli, qui deliquit producendo apocham falsam coram Principe, erat puniendus ab ipso vassallo habente omnimodam iurisdictionem, & priuatiuè ad ipsum Principem, nisi fuisset præuentum per Senatum. Ex his, quæ diximus in prædictis casibus de præuentione apparet hanc l. procedere cumulatiuè non priuatiuè, nam quando Judex, qui præuenit, habet de Jure communi iurisdictionem in delinquentem prohiberi non potest, quominus contra eum cognoscere valeat, vt constat *ex decis Vincent. de Franch.147.* Succedit etiam quinta, seu sexta limitatio ad Text. nostrum, nempe, quando vna iurisdictio esset distincta ab alia. Patet in M. C. in qua iurisdictio ciuilis est distincta à criminali, vnde testis, qui deponit falsum coram Judice ciuili, semper remittitur ad Judicem causarum criminalium, vt ex ead decis. apparet. Hinc etiam dicunt quidam fuisse in S.C. decisum quòd Subditus magni Admirati, qui habet iurisdictionem abdicatiuè ad M.C. fuit remissus ad Curiam dicti Admirati, quamuis offendisset aures d. M. C. Clausula enim abdicatiua facit iurisdictionem distinctam, & separatam, vt per *Capyc. in dec.122.* Est tamen verum, quòd si Baro habeat iurisdictionem tātùm ciuilem contra suos subditos, bene potest punire subditum deponentem falsum coram se, & ita fuit obseruatū (vt audio) in S C. anno 1575. in causa Magnifici Pauli Bozzuti Baronis iurisdictionis ciuilis terræ Afragolæ quod est notandum, vt oriatur iurisdictio criminalis in eo qui eam non habeat.

Collect. 244.

In l. priuilegia ff. de priuileg. cred.

Priuilegia ex causa, non ex tempore æstimantur, hoc dicit. Hinc infertur, quòd creditor ex causa refectionis præfertur omnibus creditoribus anterioribus in illa domo, *Mynsinger. cent.1. obseru 60.* vbi quoque tradit duo requisita, vt isthæc conclusio procedat, vnum, quòd pecunia expressim ac nominatim fuerit mutuata ad refectionem domus, alterum, quod res actualiter fuerit ex illa ipsa pecunia refecta, si enim simpliciter fuisset mutuata pecunia, licèt debitor eandem impendisset ad rei

reparationem, non tamen haberet prælationem mutuans. Infertur secundò, quòd creditor ex causa pensionis domus præfertur aliis creditoribus etiam anterioribus in bonis inuectis quando domus fuit principaliter locata pro conseruatione rerum, *Ioseph. Ludou. in decis. Perus.* 84. Infertur tertiò, quòd creditor ex causa damni dati præfertur Fisco pro pœna, *Ann. sing.* 139. Infertur quartò, quòd mulier ex causa dotis præfertur creditorib. anterioribus, *Capp Tholos. in decis.* 217. *Cam. Imperia. in ver. Hypotheca.* etiam expressam habentibus, secundùm quod dicit iudicatum *Mynsing. cent.* 4 *obseru.* 13. quod tamen non est in praxi receptum, quæ quidem mulier habens pro dote certa tantùm bona specialiter obligata, præfertur posteriori generalem habenti, si illa specialis non sufficiat, *Anton. Faber. in decis.* 27. *qui potio.* Infertur quintò, quòd creditor ex causa funeris, & expensarum infirmitatis præfertur creditoribus anterioribus non modò personalem actionem, sed etiam tacitam hypothecam habentib. vt dicitur *in l. pen ff de relig. & sump.* Sed dubium est an præferatur iis, qui expressam hypothecam habent? respon. distinguendo, quòd aut est hæres, qui fecit huiusmodi impensas, & tunc præfertur, hic enim habet omninò retentionem, contra omnis generis creditores, *Surd. in decis.* 112. Aut verò est alius creditor, & tunc non præfertur, hic enim præfertur, vel personalem actionem habentibus, vel tacitam, *Vincen. de Franch. in decis.* 51. Et an etiam per hunc debeat fieri protestatio in faciendo tales expensas, recurre ad *Ioseph Ludou. in decis. Perus.* 78. Infertur sextò, quòd creditores ex causa depositi præferuntur aliis creditoribus anterioribus personalem actionem habétibus, dixi personalem, nam habentibus hypothecariam expressam, vel tacitam minimè præferũtur, non enim hoc priuilegium est ita priuilegiatum, sicut illud de dote mutui in refectionem, & funeris impensæ. In Regno tamen Cathaloniæ adest statutum, vt bona bancherij sint ex causa pecuniæ depositæ obligata, sicut si fuissent per publicam scripturam, & proinde huiusmodi creditores fuerunt prælati pecuniis repertis in bãcho campsoris decocti quibusdam pupillis, qui erant creditores anteriores ex causa tutelæ administratæ, vt testatur *Peguer. in decis.* 38.

COLLECT. 145.

Super Authen. ei, qui. C. de temp. appell. & cap. cum sit Romana de appell.

HOdie, sublatis tot fatalibus, qui olim erant constituti per Ius C ad prosequendum appellationem datur annus, & ex causa biennium: In multis tamen casibus habemus limitare hanc propositionem, & primò, vt istud tempus non currat tempore pestis, *Anton. Fab. decis.* 3. *de temp. appell.* Limita secundò, pendente compromisso, dummodò hæc pendentia probetur per scripturas, *idem Fab. in decis.* 2. *eo.* nec enim ei debet currere tempus, qui semper litigat, licèt coram arbitro, quam declarationem no. ad Auth. *si tamen, Cod. eo.* Limita tertiò, vt credatur apparitori ad hoc, vt non currant præfata tempora, *idem in decis.* 10. *eod.* Limita quartò, si facto Principis litigator appellationem prosequi non potuerit, vt in Authent. *sed & lit. eod.* & vi-

& vide *Thessau. in decis.* 10. & *Guid. Pap. in decis.* 135. Limita quintò, si hæc instantia fuerit partium cōsensu prorogata, *Mynsing. cent.* 3. *obseru.* 49. Limita sextò, existente paupertate litigatoris, *Boer in decis.* 247. Limita septimò, existente iusto impedimento cum protestatione, & probatio per testes, & causa erat talis, quę non poterat expediri per procuratorem, *Ioseph. Ludou. in decis. Perus.* 36. & *Mynsing. cent.* 6. *obseruat.* 59. Limita octauò, vt fatalia non currant, mortuo appellante, *Crescent. decis.* 4. *de appell.* Limita nonò, propter dolosam procuratoris negligentiam in non prosequendo appellationem, *idem Crescen. in decis.* 7. *eod. Cassad. in decis.* 5. *eod. tit.* Limita decimò, iacente hæreditate, non enim currunt tempora, donec hæreditati iacenti detur curator, *Mohed. in decis.* 10. vbi etiam decidit, quòd mortuo vno ex litigatoribus, tenetur alter prorogare fatalia, ne ei currant; Limita vndecimò; vt non currant fatalia appellanti superattentatis, quia prosequutio attentatorum impedit cursum fatalium, *Rot. in decis.* 15. & 29. *de appell. in antiquit.* Limita duodecimò, stante impedimento prouenicnte ex partis aduersæ cauillatione, *Mastrill. in decis.* 185 licèt loquatur in prima instantia Limita decimotertiò, si ster per iudicem, vt in *Authent. si appellationem, eod.* & vide *Osasch. in decis.* 12. Limita decimoquartò, vt non dicatur deserta appellatio, si intra biennium fuerit pronunciatum, prout in cedula, quæ post biennium fuit resoluta in interloquutoriam, *Caputaquens. in decis.* 30. *part.* 1. Limita decimoquintò, & vltimò, vt non currant fatalia in causis reclamationum à sententiis Præfecti prætorio, vt in nostro S.C. ita *Afflict. in decis.* 78. & dicit vnum verbum, *Capyc. in decis.* 109. Nihilominùs hodie hæc limitatio non habet locum ex decreto nouiter interposito per *eundem S. Cons.* vt apparet ex *decis. Gramm.* 13. & simile huic decreto statutum Gratianopoli, vt per *Guid. Pap. in decis.* 135. Quæro num fatalia computentur in causis minoribus, sicut & in maioribus? decisum affirmatiuè, *de Amat. in decis.* 56. Et an tempus fatalium locum habeat etiam in causis spiritualibus? affirmatiuè, *idem de Amat. in decis.* 69. Et à quo tempore incipiant currere fatalia? decisum à die interpositæ appellationis, *Pute. in decis.* 151. & 154. *lib.* 1.

COLLECT. 246.

In l. 1. *Cod. si plur. vna sent.*

PLures, qui tenebātur insolidum, si simpliciter condemnentur in certa summa, intelliguntur condemnati pro rata, hoc dicit. Ad hoc nota quatuor decisiones. Et primo amplia hanc dispositionem procedere, siue omnes debitores fuerunt conuenti, condemnatique simpliciter, vt propriè loquitur Text. siue aliqui tantùm ex illis, vt in casu *Afflict. in decis.* 215. vbi ex sexdecim Judæis obligatis insolidum, fuerunt conuenti, ac condemnati quatuor. Limita modo, vt hæc dispositio non procedat, quando illi plures debitores obligassent insolidum omnia sua bona, sequuta enim sententia condemnatoria simpliciter super ista obligatione, de necessitate debet intelligi insolidum, & non in virili, ratione indiuidui, sicut est hypotheca, ita perbellè *Ludou. à Peguer. in decis. Cathalonie* 183.

quod tene menti ad hanc l. Limita secundò, quando Iudex procederet per viam præcepti, nam condemnatio, quæ fit simpliciter in eiusmodi decreto, cēsebitur insolidum, & non in virili, *de Franch. in decis.* 680. licèt hæc decisio non sit omnino tuta. Vltimò not. Iudex petite, quòd quando condemnas plures correos ex causa delicti, quantùm ad sumptus litis attinet, debes vnumquemque condemnare pro sua rata; si tamen aliquem ex his cōdemnas insolidum, isque cum potuerit, non appellauerit, valebit nihilominus sententia, mandarique poterit exequutioni, *Anton. Faber. in decis. 1. sub hoc tit.*

Collect. 247.

In l. vni. C. vt omnes Iudices.

AD materiam syndicatus vide hanc l. & quære, an familiares Officialis valeant pro eo testificari, dum stat in syndicatu, affirmatiuè, si sint probatæ vitæ, *Balb. in decis.* 387. Sed num Officialis teneatur in syndicatu de commissis per eius familiam, decisum negatiuè, *idem Balb. in decis.* 500. Et num finito syndicatu possit conueniri, affirmatiuè, *idem in decis.* 220. Et num possit molestari super eius sententiis, non contra communem opinionem prolatis, pars tamen contraria erat pariter sustentabilis, negatiuè, *Ioseph Ludou. in decis.* 7. Et an conuentus in syndicatu ob dolum appellet, negatiuè, *Iaffr. in decis.* 468. Et num fuga officialis existentis in syndicatu faciat eum haberi pro confesso, affirmatiuè, *idem Iaffred. in decis.* 102. Et an condemnatus in syndicatu possit sub fideiussoribus relaxari, respon. distinguendo, an agatur de pœna corporali, & tunc non, an verò pecuniaria, & tūc sic ratio, quia pœna non minùs posset satisfieri Fisco per fideiussorem, quàm per principalem. Sed dubium est, quādo syndicatores non declarassent pœnam in sententia, sed eam arbitrio superioris remisissent, & tunc quia possibile erit quòd veniret puniendus corporaliter, hoc sufficit, vt non possit relaxari, *Mastrill. in decis.* 162. An Officiales absoluti per syndicatores possint ad aliud officium promoueri, vide *eundem in decis.* 188.

Collect. 248.

In l. nec exemplum, C. de fals.

FAlsitatis materia hîc potest sedere, in qua fuit dubitatum num suspicio falsitatis habeatur pro veritate, decisum affirmatiuè, cum intellig. *Viu. in decis.* 81. *& Thess. Fil. dec.* 47. Et quæ sit pœna falsificantis regium sigillum, decisum pœna fustigationis, & ad triremes per decennium, *Pequer. decis.* 80. vide *Afflict. in decis.* 21. Et num falsitas probetur per coniecturas, decisum affirmatiuè in ciuilibus, & in his quæ sunt difficilis probationis, *Caputaq. in decis.* 4. *par.* 2. Et in dubio nō præsumitur falsitas, *idem in decis.* 3 *part.* 2. Et tunc falsitas punitur, quando est nociua, vel apta nocere, *Caputaq. in dec.* 5. *par.* 2. Et indicia falsitatis Notarij ponit *Carroc. decis.* 66. Et qualiter puniatur falsificans literas Apostolicas, decidit *Guid. Pap. in decis.* 445. quod deseruiet ad intellectum *cap. licèt ad audientiam, de fals.* Et num falsum committet, qui actis curiæ aliquid addat, vel detrahat, affirmatiuè, *Mar. in decis.* 259. Et an accusatus de falso possit sub fideius-

ſub fideiuſſoribus relaxari, *Capyc.in deciſ.*30. Et num geſta per falſum procuratorem ratificari poſſint, affirma. *Mynſing. cent.1.obſeru* 44. Producenti inſtrumentum aſſignatur terminus ad præcisè reſpondendum, quo elapſo, cogitur loqui affirmatiuè, vel negatiuè, & non excuſatur à falſo, *De Lauren.in deciſ* 50. De gradibus, & pœnis falſi ponit *Anton.Fab. in deciſ.*13.*ſub hoc tit.* Et num regulariter ſit pœna mortis, affirmat. *Faber.in deciſ.*9. *ibid.* cum limitationibus, vide *Guid. Pap. in deciſ.*40. *& Cacher. in deciſ.*49. Et inter coniunctas perſonas ſilet falſi accuſatio, licet Fiſcus poſſit illā perſequi, *Fab.in deciſ.*5. *eod.* De falſo non poteſt agi, niſi criminaliter cum inſcriptione, *idem in deciſ.*1 *eodem.* Et an Notarius dicatur falſum committere, qui ſtipulatur inter ignotos, & ignotos teſtes adhibeat, accedente dolo malo, affirmat. *Fab.in deciſ.*2. *eod.* Et num requiratur inſcriptio falſi volens agere contra ſcripturam priuatam de falſo, affirmatiuè, *Fab in deciſ.*11.*de fal.* Et an teſtamentum poſſit reaſſumi, ſtante accuſatione falſi, vide *Affl. in deciſ* 165. *& eundem in deciſ.* 404. vbi de pœna feudatarij, qui mandauit fieri raſuram in literis confirmationis inueſtituræ feudi, & fuit dictum eſſe pœnam arbitrariam in illo caſu, quia illis vſus non fuit; præterea mandauit, non autem ipſe mutauit per ſe, ita quòd potuiſſet habere locum Conſti. Reg. quæ incipit, qui literas, Et an Notarius teneatur pœna falſi ſcribendo in teſtamento ſubſtitutionem pro inſtitutione, vide *Theſſaur. Fil. in deciſ* 36. Fuit tamen dictum in illo caſu eum non teneri pœna falſi ex mutis coniecturis, quæ ibi concurrebant, nihilominus fuit priuatus officio Notariatus propter ſuam imperitiam, quia non intelligebat terminos, cuius generis Notarij, hodie nonnulli reperiuntur, & poſſumus dicere, quòd vt plurimum propter eorum ignorantiam inſurgunt tot, tantæque lites & controuerſiæ.

COLLECT. 249.

In l.dos à patre, C.ſol.matrim.

DOs à patre profecta per obitum filię ad patrem debet redire, hoc dicit. Quæritur num habeat locum in dote filiæ ſpuriæ datę, affirmatiuè, *Minad.in deciſ.*21. Et num habeat locum, ſi filij per modicum tēpus ſuperuixerint matri, affirmat. *Gratia. in deciſ.*235. Statutum autem de dote lucrāda num habeat locum in dote promiſſa, affirmatiuè, *Gratia. in deciſ.*230. Limita hanc l. non procedere, exiſtente pacto in contrarium, ſcilicet, vt dos perpetuò ſpectet ad filiam, *Guid.Pap. in deciſ.* 147. Limita ſecundò, non procedere exiſtentibus filiis, quia tunc non reuertitur ad patrem, *Theſſ. in deciſ* 190. quod procedit etiam in dote promiſſa, & non ſoluta, vt ibidem habetur deciſum; Hanc limitationem ſublimita, quando maritus prædecedit, poſtea moritur vxor, quia tunc redit ad patrem, *idem Theſſ.in deciſ.*188. Conſuetudo autem Nidi, & Capuanæ, quæ eſt, vt in contrahendis matrimoniis fiat pactum, quòd ſi ex eodem matrimonio ſuperſint filij, & poſtea deceſſerint in pupillari ætate, vel ab inteſtato quandocumque, tunc & eo caſu dos redeat & vadat ad proximiores conſanguineos matris, non habet locum, ſi filij deceſſerint condito teſtamento, *Affl.in deciſ.*202.

COLLECT. 250.

In l. in contractibus, Cod. de non num. pecun.

EXceptio non numeratę pecuniæ opponi potest infra biennium; Amplia, vt procedat de iure Canonico, *Grata. in decis.* 165. Amplia secundò, vt istud tempus currat etiam mulieri constante matrimonio, *Fab. in decis. 6. hoc tit.* Amplia tertiò, vt etiam actio, quæ competit ob non numeratam pecuniam, sit biennalis, *Fab. in decis. 4 eo.* Amplia quartò vt etiam sit perpetua, si debitor velit probare nō fuisse numeratam, *idem in decis. 1. eod.* quod procedit etiam si bina vice se obligauerit; vt puta si fuisset facta prorogatio primæuæ obligationis, *Afflict. in decis.* 110. licet enim hæc exceptio cesset ob geminatam confessionem, per hoc tamē non prohibetur, quin possit probari de non numeratione. Amplia quintò, vt possit probari vsque ad 30. annos, *Fab. in decis. fi.* vbi supra, Limita, vt hæc exceptio non habeat locum aduersus liberationem debiti, *idem Fab. in decis. 5. eo.* differentiam autem inter hanc exceptionem non numeratæ pecuniæ, & simulationem ponit *idem in decis. 2.* & *in decis. 3. eod.* nam commodius sit intentare exceptionem non numeratæ pecuniæ, quàm restitutionem in integrum.

COLLECT. 251.

In l. mulieres, C. de dignita.

VXor sequitur forum viri, & illius radiis illustratur. Hinc infertur, quòd vxor dicitur propriè ciuis illius Ciuitatis, vbi nupsit, *Thesaur. in decis.* 123. Infertur secundò, quòd Mulier Neapolitana nupta extero non gaudet priuilegio Neapolitanorum, *Vincen. de Franc. in decis.* 416. Infertur tertiò, quòd exceptio, quæ competit marito militi competit & eius vxori, si similiter militet, *Capyc. in decis. 76. & 171.* Infertur, quartò, quòd mulier nupta liberatur à patria potestate, *Gramm. in decis.* 54. vbi an si mortuo viro, reincidat. Infertur quintò, quòd pro iniuria facta vxori marito competit actio, *Surd in decis.* 39. Infertur sextò, quòd in exigenda dote attenditur consuetudo loci ipsius viri, & non contractus, iuxta *l. exigere. ff. de iudic. Afflict. in decis.* 226. Et num ille Text. procedat in taxando valorem monetæ, *Surd. in decis.* 219. Limita illam propositionem mortuo viro, tunc enim non sequitur forum viri, *Guid. Pap. in decis.* 349. & 380. Limita secundò, vt in casu *de Franch. in decis.* 363. Limita tertiò in casu *Milanen. in dec.* 10.

COLLECT. 252.

In l. si pro te pater, C. de do. promiss.

EX promissione dotis agit maritus, non mulier, hoc dicit. Limita soluto matrimonio, *Guid. Pap. in decis* 375. Et an hæc lex procedat si per maritum fuit promissum, quòd fiat emptio in hoc Regno, affirmatiuè, *Ann. alleg.* 129. ad materiam vide *Boer. in decis.* 328. & *Franch. in decis.* 33.

COLLECT. 253.

Super cap cum Ecclesia Sutrina. de cau. possess. & proprie.

AD materiam quasi possessionis de qua hîc, Quæro primò, quo modo

modo probetur quasi possessio Juris patronatus, decisum secundùm requisita tradita à *Calder. cons.12. de iur. patro. Caputaq. in decis.* 418. *p.1. Put. in decis.*189.*li.1.& 366.lib.2.* Et quomodo probetur quasi possessio filiationis, decidit *idem Put. in decis.*518. *lib.2.* Et num quasi possessio præsentandi acquiratur in iis, quæ sunt meræ facultatis, negatiuè, *Caputaquen. in decis.* 417.*p.1.* Et num, vt quæratur quasi possessio in iuribus incorporalib. sit necessaria scientia eius, ad quam spectabat, affirmatiuè, *Capyc. in decis.*57. Tria alia requisita ponit *Afflict. in dec.* 67. Item quasi possessio testatoris nõ transit in hæredem absque noua apprehensione. *Caputaquen. in decis.*420. *part.1. Achi. de Graff in decis.5 sub hoc tit.* Ex quo potest inferri, quòd dispositio *l. cùm hæredes, ff. de acq possess.* procedit etiam in incorporalibus, *idem Caputaquens. in decis.*135.& 152.*part.1.* Et num quasi possessio præsentandi competens pluribus amittatur per alios, si vnus tantùm præsentet, negatiuè, *idem in decis.*419.*p.1.* Et num pro iuribus incorporalibus detur possessio, affirmatiuè, *de Franch. in decis.*90. *Afflict. in decis.*395 Et num quasi possessio, quæ prodest filiis legitimis, & naturalibus, prosit spuriis, affirmat. *Polid. Rip. obseru.*241. Et an quasi possessio præsentandi quæsita per resignationem extendatur ad quasi possessionem præsentandi per obitum? affirmatiuè, quando alius non esset in possessione præsentandi, & ius cõmune minus resisteret, *Pute. in decis.* 310.*lib.2.* Et num in prouisione fieri debeat mentio de quasi possessione præsentandi, sicut etiam fit de iure patronatus, ita, vt aliter facta prouisio non teneat? affirmat. *idem Put. in decis.*404.*lib.2* Et an turbetur vltimus status quasi possessionis præsentandi per collationem simpliciter factam ab Ordinario de illo beneficio, id est sine mentione Jurispatronatus? negatiuè, *Verall. in decis.*186.*par.1.*

Collect. 254.

Super clem. vnic. de cau. possess. & proprie.

SVper hoc Tex. non habes multos libros diuersos reuoluere, sume conclusionem quòd ante conclusionem in causa potest quis suspendere petitorium. Amplia, vt suspendi possit in quacumque instantia, *Verall. in dec.*323.*par.2.* Amplia secundò etiam in possessorio retinendæ, *idem in decis.* 324.*par.2.* Amplia tertiò, vt suspendi possit etiam tempore feriarum *Rot. in decis.2. hoc tit. in no.* Amplia quartò, vt pluries suspendi possit in causa beneficiali, *Rot. in decis.*8. *eod.* Amplia quinto, vt petitorij suspensio quoad vnam partem operetur effectum, quoad aliam etiam non petentem, *Rot. in decis.*12. *eod. in antiquit.* Amplia sextò, vt suspendi possit petitorium in causa appellationis etiam post conclusum in causa, *Rot. in decis.* 4. *eod.* Limita, vt petitorium suspendi non possit tempore feriarum ad effectum, vt procedatur in possessorio, *Rot. in decis.* 1. *de fer. in antiqu s.* Limita, vt hæc Clem. non habeat locum in causa prophana, *Rot in decis.* 5. *hoc tit. in antiq.* Limita secundò, in tertio veniente in causa pro suo interesse, quia potest agere petitorio non obstante suspensione, *Rot. in decis.*3. *eodem.* Num ad petitorium suspensum quis redire possit? affirmatiuè, *Rot. in decis.*1.*eo. in no.* Suspendens petitorium cum protestatione

quòd ab illo non intendit recedere, nisi exprimat, dando postea libellum super vtroque, videtur ab ipsa suspẽsione recessisse, *Rot. in decis. 6. eod. tit.* si pronuncietur suspensionem petitorij locum non habere, ob idque appelletur & Judex deferat, & postea in possessorio procedat, processus est nullus, *Ro. in decis 7. eod. in nou.* Et num suspenso petitorio possit Judex, tam in possessorio, quàm in petitorio postea procedere? negat. *Capuaqu. in decis. 321. p. 2.* Petitorio iam suspenso in prima instantia, si quis velit in secunda suspendere possessorium, an per viam suspensionis id facere debet? affirmatiuè, *Capuaq. in decis. 321. p. 2.* Et quando quis possit redire ad petitorium iam suspensum, vide *Rot. in decis. 10. eod. tit. in nou.*

Collect. 255.

In l. 1. §. his canabulis, ff. de offic. praef. prat. & in l. 1. C. de sent. praef. prato.

Clarum est, quòd, prohibita appellatione à sententia Praefecti Praetorio non censetur prohibita reuisio per haec Iura, exemplum in sententia S. C. Neapolitani, *Vincent. de Franch. in decis. 148. & Capyc. in decis. 144.* Item in sententia Curiae Delphi. *Guid. Pap. in decis. 50.* Amplia, vt etiam appellatione deserta, detur reuisio, *Mastr. in dec. 158. circa med.* vbi dicit decisum, & de stylo nostri S. C. quando causa est deserta propter modicum tempus, semper reuisio fit ex eisdem actis, maximè in sententiis interloquutoriis, *Afflict. in decis. 79.* Amplia secundò, vt detur reuisio reuisionis, *Thess. in decis. 246.* quod subamplia etiam, si in rescripto Principis cauetur, vt non detur, nisi vnica reuisio, *Guid. Pap. in dec. 365.* Amplia tertiò, vt tempora fatalia non currant in causa reuisionis secundùm *Afflict. in decis. 78.* Sed hodie secus est, vt per *Gram. in decis. 23.* Limita, vt non concedatur reuisio post tres sententias conformes, quia quando appellatio est prohibita de Jure communi, vt in hoc casu, tunc non habet locum reuisio, secus si appellatio sit prohibita ob praeeminentiam Tribunalis, vt proprie loquuntur illa Iura, *Mastrill. in decis. 158.* Vide *Mar. in decis. 55.* & vide *Valasc. in decis. 51.* Vbi ponit quindecim alios casus in quibus denegatur reuisio. Num autem Regia Pragm. quae habet, quòd qui nihil probauit in causa principali, si condemnetur in expensis, & appellauit, non audiatur in causa appellationis, nisi refectis expensis, habeat locum in causa reuisionis, negat. *Afflict. in decis. 231.*

Collect. 256.

In l. filium, ff. de his, qui sunt sui vel alien. iur.

Inter ea quae sunt difficilis probationis, connumeratur filiatio, dicit *Tex. in l. Lucius, ff. de cond. & demonstrat.* tamen Bart. hic ponit practicam probandi filiationem, ad quam adde aliquas decisiones. Et primò institutio facta filio in testamento cum nominatione filij probat filiationem, *Triuisa. in decis. 30 par. 1.* Item probatur filiatio per librum baptismi, in quo enunciatur pater, & mater pueri baptizati, *Cas. Bar. in decis. 92.* Item affectio vehemens est magna praesumptio ad probandam filiationem *Rot. diuerso. in decis. 2. par. 1. & in decision 3. par. 1.* item filiatio probatur probando actus erga filios fieri

solitos, *Rot. decis. 1. p. 1.* Item probatur per verba enunciatiua in antiquis, *Eab. decis. 18. de probat.* Et nonnulla in materia probandi filiationem ponit *ead. Rot. in decis. 158. p. 1.* Filiatio verò adulterina num probetur ex sene & infirmo, decidit *Surd. in decis. 83.*

COLLECT. 257.

In l. tres fratres, ff de pact.

QVietatio generalis non extenditur ad res de nouo repertas, hoc dicit: Vtrum quietatio facta, vel promissa fieri de omnibus, & quibuscunque quæ debentur vsque ad præsentem diem dicatur generalis, ita, vt omnia comprehendat? affirmatiuè, *Afflict. in decis. 319.* Et num quietatio generalis, non generalissima peti possit de aliqua bonorum administratione puta pupilli? affirm. *Thessaur. in decis. 74.* Et num creditor teneatur facere quietantiam suo debitori, affirmatiuè, aliàs debitor non compellitur facere solutioné, etiam instrumento debiti reccepro, *Cappell. Tholos. in decis. 307.* Et num quietatio facta per procuratorem, qui habeat mandatum ad exigendum, & de exactis quietandum, & quò d possit facere ea quę constituens facere posset etiam si exigeret mandatum magis speciale valeat, Notario minus attestante de reali numeratione, affirm. *Caputaq. decis. 423. p. 1.* Et vtrum quietantia facta per procuratorem locationis conductori per publicum instrumentum possit tolli, vti simulata, & inualida, respond. sic per probationes, claras, & concludentes, vt puta per scripturas æquipollentes, *idem Caputaquens. in decis. 421.* Vtrum quietantia limitata ad certam causam valeat? affirmatiuè, & hæc non extenditur ad eandem quantitatem, quæ ex alia causa deberetur, *idem Verall. in decis. 421. in ead. 1. p.*

COLLECT. 258.

Super cap. fin. de confess. lib. 6.

REcusans positionibus, quibus iussus est respondere habetur pro confesso, hoc dicit in prima sui parte. Quæ autem concurrere debeant, vt dispositio huius cap. procedat, ponit nonnulla *Ioseph. Ludou. in decis. Perus. 171.* Num forma istius c. in omnibus sit seruanda, affirmatiuè, *Rot. in decis. 3. hoc tit. in antiq.* Amplia etiam si semel fuerit responsum, iterum enim interrogatus, non respondendo habetur pro confesso, *Rot. dec. 1. eod.* Limita, vt dispositio huius text. non procedat contra non personaliter citatum, atque impeditum, *de Amat. decis. 74.* Item non respondens positioni continenti factum alienum, non habetur pro confesso, *Mynsing. centur. 5. obseru. 54.* Item non respōdens positioni criminosæ, *idem Mynsing. centur. 6. obseru. 62.* vbi ponit alias limitationes.

COLLECT. 259.

In l. non solum, § morte, ff de oper. non. nunciat.

LEgistæ hîc, Canonistæ in capit. cum M. Ferrariensis de Constit. tractant materiam protestationis. Quære num protestatio requiratur in quolibet actu iudiciali ad conseruandum ius alicuius? decisum affirmatiuè, *Mohed. in decis. 2. de iudic.* Limita, nisi essemus in protestatione

facta ex causa, quia semper durat, durante causa, censetúrque repetita, *Achil.de Graff.in decis.* 423. *Verall decis.* 403.*part.*1. intellige dummodo ille non faciat actum directè cōtrarium protestationi, quia tunc censetur renunciasse, *Rot decis* 6.*de caus poss.ff.& propriet.in nov. & in decis* 15. *de offic.deleg.* pro alia intelligen. vide *Put. decis.* 211.*lib.*2.& 380.*lib.*1. Cum sit necessaria protestatio, vt fatalia non currant, affirmatiuè, *Gratian.in decis.*120. Protestatio nullum operatur effectum, quando est contraria actui, verùm si non repugnet actui, interpretatur, vt non sit recessum ab actu, *Viu.in decis.*251. Sicque potest inferri, quòd emphyteuta vendens, saluo assensu domini, si postea deuenit ad actum traditionis, cadit, quia protestatio illa censetur contraria facto, *Gramm. in decis.*49. & *Menad decis.*24. Num protestatio requiratur, vt impedimentum excuset, negatiuè, *Caputaq. decis.*73. Et num valeat protestatio directi domini, quòd vtrumque petere possit, scilicet pēsionem, & commissum, negatiuè, *Guid.Pap. decis.*172. Protestatio vnica pro conseruatione iuris cui, & quando sufficiat, decidit *Put.decis.*218.*lib.*2. Num per protestationem cōseruetur quasi possessio conferendi beneficium, negatiuè, *Put.decis.*115. Num protestatio, quod non intendit actum acceptare, nisi in illo casu, sufficiat quod fiat tempore productionis? negatiuè, *idem decis.*218.*part.*2.

Collect. 260.

In l. si quis fugitiuus. ff. de aedilit. edict.

MAteria fugę hic propriè sedet, licèt DD. tractent in *l. admonendi, ff. de iureiurand.* Num fugiens debeat citari? negatiuè, *de Amat.decis.* 100. Num suspectus de fuga possit capi etiam à Iudice incompetenti, affirmatiuè, *Mynsing.cent.*2.*obseru.*65. Num fuga delinquentis faciat sufficiens indicium ad torturam, affirmatiuè, si fiat post accusationem, secus ante, & similis in criminibus capitalibus, aliàs secus, *idem Mynsing centur.*6. *obseru.*98. Num aufugienti de carceribus capto veniat pœna mitiganda, negatiuè, *de Amat.decis.*102. Num aufugiens de carceribus habeatur pro confesso, negatiuè, *Viu. decis.* 509. quam not. *ad l. eos de custod reor.* Sed num debeat puniri pœna ordinaria, si innocens illius delicti reperiatur, affirmatiuè, *Peguer.decis.*1. Et quid si assumat habitum Religionis pro delictis per eum commissis ante susceptum habitum, de quibus erat inquisitus, an sit remittendus ad Iudicem Ecclesiasticum, affirmatiuè, *de Franch.decis.*709. Num fugitiuus ob delictum capi possit extra territorium, affirmatiuè, *Marc.in decis.*218.*p.*2. quod not. ad limitationem *l. extra territorium, ff de iurisd.omn iudic.* fuga quam fidem faciat, *Marc.in decis.*184. *part.*2. ad materiam *Boer.decis.*115.

Collect. 261.

In l. 2 ff de ter.mo.

POEna ex causa potest minorari. Sed num possit minorari ex probatione bonæ famæ, affirmatiuè, *de Amat.decis.*101. Item frater occidens aliquem, quem vidit rixari cum fratre, mitius punitur *Viu.decis.*63. Item stante exculpatione offensi, *idem Viu. decis.*101. Item qui diu stetit in carcere, quia carcer est pars pœnæ, *idem in decis.*

decis.20. Item si non adest animus, Vin. decis. 75. Item, qui iracundiæ calore aliquem occidit, Barz. decis. 155. Item existente minori ætate, Thessaur. decis. 161. Ex quo infertur, quòd minor nequit forudicari, Mastrill. decis. 161. Limita per Fab. decis. 2. vt inf Item prouocato minuitur pœna, Rot. Lucen. decis. 14. Item offendens pro sua defensione, Anton. Fab. decis. 5 dt ficar. Rot. Lucen. decis. 41. Item minuitur pœna ob temporis diuturnitatem, Thessaur. decis. 76. quam deci.no. ad l si diuino, ff. de pœn. Item iræ motu, Thess. decis. 188. Item consentiens homicidio punitur mitiùs, quàm qui commisit, Fab. decis. 4. vbi supra, & in decis. 7. loquitur de ebrio. Item pater, qui imprudens filium occidit in decis. 10. idem. An post cōuersam pœnam pecuniariam in corporalem possit Judex pecuniariam pœnam exequi, & corporalem dimittere, negatiuè, Peguer. decis. 91. Item minoratur pœna ratione nobilitatis, sublimita in casu Ioseph. Sesse. Rot. Aragon. in decis. 11.

COLLECT. 262.

Ad Doctr. Imol. in l. 2. ff. de pub. iudi.

HOdie loco pœnæ damnationis in metallum successit pœna triremium, vt dicit Imol. hic. Quære num condemnatus perpetuò ad remigandum sit insuccessibilis? affirmatiuè, Mastrill. decis. 167. Num marito damnato perpetuò ad triremes, locus sit repetitioni dotis, affirmatiuè, Carroc. decis. 107. Et tunc an mulier dicatur vidua distinguit Polid. Rip. obseru. 121. Et num condemnatus perpetuò ad triremes aufugiens ad Ecclesiam, gaudeat eius immunitate, dec. negat. Gamm. decis. 362. Et num damnati ad perpetuas triremes, si inde fugiant, puniri debeant pœna mortis, vel redire debeant ad seruiendum, vtrique, si sententia non fuerit condemnatoria cum comminatione mortis, de Franch. decis. 140. Ad materiam vide Gramm. decis. 33. vbi nunquid in aliquo casu huiusmodi pœna triremium possit habere locum in persona nobili.

COLLECT. 263.

Super cap. tuis, extra de testib.

TEsti non creditur absque iuramento, & sic testis non iuratus non facit aliquam probationem, Anton. Faber decis. 8. de testib. & in eod. tit. decis. 54. dicit posteriorem depositionem testis non iurati minimè præferri priori iuratæ. Sed quibus verbis iuramentum deferēdum, vide Treuis. decis. 50. part. 1. Num, vt rectè sit præstitum, necesse sit tangere scripturas, affirmatiuè, Verall decis. 123. part. 3 plenè Thessaur. decis. 43. Num testes infra terminum iurati possint post illum examinari, affirmatiuè, Rot. decis. 3. hoc tit. in nou. Si in instrumento Notarius non dicat, tactis scripturis, nō probat iuramentum formiter præstitum, Verall decis. 246. part. 2. Juramentum testium non valet, si non recipiatur ab eodemmet Judice deputato ad examinandum, & in eodem loco, idem decis. 266. part. 3. & ibidem dicit decis. 265. quòd in Hispania iuramentum à teste recipiatur à Notariis. Num pars citanda ad videnda iuramenta testium? affirmatiuè, Afflict. decis. 36. Num iuramentum testis probetur per instrumentum Notarij asserentis testem coram iudice, parte citata, iurasse, affirmatiuè, Verall. decis. 122. p. 2.

Notarius non potest recipere iuramentum à reste absque Iudicis commissione, *Crescent. decis. 1. de iurtiur.* Ad materiam vide *Viu. decis.* 127.

Collect. 264.

In l fin. C si ma fac.

MInor non reuocans factus maior per quinquennium, vel spatium longi temporis rem immobilem alienatam, vel donatam, censetur ratificasse: Limita quando ab initio contractus fuit nullus, *Gamm. decis.* 76. Item non habet locum quando dolus interuenit, pulchrè *Caputaquens. decis. 1. part. 2.* Item non procedit existente actu contrario, quia non inducitur ratificatio, *idem decision. 2. ead.* Sublimita in casu *Gamm. decis.* 175 Sed num minor maior factus, vtendo pretij solutione, etiam quinquennio adhuc non elapso, censeatur ratificasse? negatiuè, *Ant. Fab. decis. 1. hoc tit.* vbi *in decis.* 2. dicit legem procedere etiam, quando alienatio esset facta, tutore aut curatore authore, vide *eundem decis. 3. eod. Cacher. decis.* 179. *de Lauren. decis.* 50. & 97. *de Franch. decis.* 35. & *Cornaz. decis.* 99.

Collect. 265.

In l. iurisiurandi, C. de reb. credit.

IN materia periurij, de qua hîc, Quæte, num periurus amittat regressum? decisum negatiuè, *Achill. de Graff. in decis. 1. de iureiurand.* An sit infamis, quod sic, *Rot. decis. 1. eod. tit. de iureiurand. in antiq.* pœnam periuri vide *in decision.* 110. Num periurium ex nouis instrumentis probari possit, affirmatiuè, *Antonius Faber decision.* 24. *hoc tit.* Num positionem pro parte falsam in totum negans sit periurus, quod sic, *Surd. decis.* 58. Et an pœna imposita inquisito de respondendo interrogatoriis, exigi possit si inquisitus deierauerit, negatiuè, *Gratian. decis.* 19. Num periuro deferatur iuramentum suppletorium, affirmatiuè, *Afflict. decis.* 36. Num concedenda absolutio à iuramento, negatiuè, *Caualcan. in decis.* 9. *Magon. decis* 119. Num qui semel iurauit admittendus ad iuramentum, negatiuè, *Mynsing centur. 3. obseru.* 58. Num priuandus officio, affirmatiuè, *Marc. decis.* 667. *part. 1.* Num sola supplicationis oblatio faciat incidere in periurium, *Ann. alleg.* 84. Num periurium sit crimen mixti fori, affirmatiuè, *Guid. Pap. decis.* 178.

Collect. 266.

In l. Iulianus, § si quis, ff. ad exhib.

FOrma dat esse rei. Num primus acquisitor formæ feudi possit mutare formam, affirmatiuè, *Mastrili. decis.* 56. Num forma *cap. fin. de confess.* sit de rigore obseruanda, affirmatiuè, *Rot. decis. fin. eod.* Conuentio, vt forma non seruata, pro expressa, ac adhibita adhibeatur, nihil operatur, nec valet actus, *Vinc. decis.* 335. Num denunciatio infra triginta dies in iure congrui sit de forma, ita, vt etiam scientibus sit facienda, sic *Viu. decis.* 334 & 336. Dicit omissa forma vitiari actum. Num formam iurisiurandi delati ab aduersario Judex sequi debeat, non, *Fab. decis.* 10.

Collect. 267.

Ad gloss. in l. heres absens, ff. de iudi.

HÆc Gloss. enumerat casus, vbi quis sortitur forum, tu vide hos deci-

decisos. Primò ratione delicti, *Anton. Fab. decis.* 1. vbi de crim. & ibi ampliat. Sed quid in eo, qui delinquit mandato alterius, an habeat priuilegium fori ex persona mandantis, negatiuè, *idem decis.* 2. Secundò, ratione matrimonij *Thessaur. decis.* 121. Tertiò, ratione conuentionis, *Afflict.* 273. Quartò, ratione priuilegij, *Anton. Fab. decis.* 1. vbi Senat. vel Clariss. Sed num & eius liberi? negatiuè, *idem decis. fin. ibid.* Nũ possit allegare præscriptionem fori communis, negatiuè, *idem in decis.* 2. *eod.* Quintò, ratione militiæ, *de Franc. in decis.* 88. Sextò, ratione venditionis, *Anto. Fab. decis.* 1. vbi declarat *de iurisd. omn. iudic.* Septimò ratione feudi, *Fab. decis.* 6. *eod.* Octauò ratione prorogationis, *Afflict. decis.* 27. Nonò ratione authoris laudati, quia forum laudantis sequi debet, *Thessaur. decis.* 213. Decimò ratione recognitionis apochæ, vt in casu *Anton. Fab. decis.* 7. *de iurisd. omn. iud.* Item ratione familiaritatis, vt in familiaritate Episcopi, *Vtu. decis.* 2ɩ6. *Capyc. decis.* 12. Item ratione medicinæ, *Afflict. decis.* 41. Item ratione continentiæ causæ, *Capyc. decis.* 121. Item ratione artis, *Vincen. de Franch. in decis.* 175. quod est notandum ad ornatum *l. magisteria, C. de iurisd. omn. iudic.* Sed num requiratur matricula, & exercitium, affirmatiuè, *idem de Franc. in decis.* 481. Item ratione domicilij, & quæ ad illud acquirendum requirantur, vide *Triuisa decis.* 13 *Rot. diuers. decis.* 152. *part.* 2. Item ratione monachatus, *idem Triuis. in decis.* 36. Vbi limitat sex modis.

COLLECT. 268.

Super c. 1. de confess. in 6.

IN materia positionũ, de qua hîc, not. quòd nõ cogitur quis respondere positionibus non bene specificatis, *Rot. dec.* 29. *de testib. in antiq.* Item positioni criminosæ, *Rot. decis.* 38. *ibid.* Item concernentibus petitorium, quod à parte fuit renunciatum, *Rot. decis.* 41. *eod.* Item continentibus factum alterum, *Mynsing. centur.* 5 *obseru.* 54. Item post terminum productis, *cent.* 1. *obseru.* 34 Item positionibus iuris, *cent.* 1 *obser.* 88. Sed num positioni obiectiuæ? decisum affirmatiuè, *Rot. decis.* 41. *de testib. in antiq.* An renunciãs liti, & causæ, teneatur positionibus respondere, affirmatiuè, *Rot. decis.* 40. *eod.* Et an positionibus impertinentibus, affirmatiuè, sed loquitur de stylo palatij, *Rot. decis.* 24. *ibid.* An positiones datæ per procuratorem in prima instantia, possint in secunda per principalem reuocari, affirmatiuè, *Rot. decis.* 32. Positionibus vbi semel responsum est, an iterato respondere cogi possit pars, affirmatiuè, *Rot. decis.* 1. *hoc tit. in antiq.* Positio plura capita continens, an ob vnius falsitatem negari tota possit, decisum negatiuè, *Mynsing. centur.* 2 *obseru.* 55. Positionibus an responderi possit per procuratorem, cùm dominus sit absens, vt de facili haberi non possit, affirmat. *Thessaur decis.* 16 Positionem pro parte falsam, an negans in totum sit periurus, affirm. *Surd. decis.* 58. Positioni an respondendum sit contrarianti positioni alterius, *Surd decis.* 196. Positionibus respondere an cogatur, qui contrarias dederit positiones, *idem in decis.* 17. Positionibus an respondere teneatur reus, si habet authorem; & iuditium est possessorium, vide *eundem in decis.* 22.

COLLECT. 269.

In l. ciues, C. de incol.

AD hanc l. no. cuius loci dicatur ciuis natus in peregrinatione, decisum loci paterni, *Anton. Fab. in decis.* 20. *de verb signific.* Et cuius loci vxor, decisum loci mariti, *Thess. decis.* 123. Et cuius loci Episcopus, decisum vbi est Episcopus, *Ann. sing* 365. Et cuius loci Officialis, & Doctor actu legens, respond. illius Ciuitatis quam regit, & in qua legit, *Guid. Pap. in decis.* 631. Et cuius loci natus in suburbio, *Anton. Fab. in decis.* 18. *de verbor. signific.* Num clerici dicantur ciues, affirmatiuè, *Valasc. decis.* 100. *Surd. decis.* 120. Num, vt quis dicatur ciuis, requiratur, quòd sit natus, ibique habeat domicilium, vel sufficiat alterum tantùm, respond. pro primo casu *Afflict. in decis.* 384. Priuilegium concessum ciuibus, & habitantibus Neapolit. quomodo intelligatur *Gramm. decis.* 27. Num legatum factum de maritandis ciuibus comprehendat comitatiuos, affirmatiuè, *Gratian. decis.* 96. Sic de priuilegio, *Marc. decis.* 365. Num Ciues originarij alicuius terræ Neapoli habitantes recipi possint in testes, quando litigat vniuersitas cum Barone, affirmatiuè, *Ann. sing.* 81. Limita si essent conspirati, *idem Ann. sing.* 82. *& in sing.* 80. dicit, quòd ciuis moderatè pascit nemora demanialia, ne tollatur fida Baroni, & è conuerso, ne Baro tollat vsum ciuium. Num ciues accipientes pecuniam mutuò nomine vniuersitatis, habeant actionem contra consules, vt reddant eos indemnes, affirmatiuè, *de Lauren. decis.* 13. An receptus in ciuem dicatur ciuis originarius, & gaudeat priuilegio ciuis originarij, decisum affirmatiuè, *Ioseph. Sesse Rot. Aragon. in decis.* 90. Et quis possit Ciues creare decidit *Ioseph Ludouic. in decision. Rot. Lucens. sexagesima.* Vbi etiam gerit si hoc possit vniuersitas.

COLLECT. 270.

Ad Abb. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constitut.

IVdex laicus potest cognoscere in possessorio inter Clericos, ratio, quia possessorium est quid temporale. Amplia primò, vt procedat in possessorio recuperandæ, adipiscendæ, & retinendæ, *Guid. Pap. decis.* 158. *&* 207. *Grammat. decis.* 78. *Boer. decis.* 69. *Thessaur. decis.* 8. *& Osasch. decis.* 116. Amplia secundò, in possessorio causæ matrimonialis, *Thess. decis.* 117. Limita primò, in possessorio, in quo principaliter tractatur de titulo, *Carrocc. decis.* 137. Limita secundò, quando possessio esset omnino iniusta, tunc enim non tuetur possessio vigore c. Reg. *de Franch. decis.* 163. Limita tertiò, vt remedium c. Reg. non concedatur, nisi data violentia, *idem in decis.* 717. *Ann. alleg.* 7. Num detur in integrum restitutio aduersus remedium cap. Reg. negat. *idem Ann. alleg.* 84. & ad materiam vide *eundem alleg.* 92.

COLLECT. 271.

Super Authent. ex causa, C. de liber.

EX causa præteritionis, vel exhæredationis rumpitur testamentum quoad institutionem, cætera autem firma remanent. Num conseruentur fideicommissa vniuersalia, affirmatiuè, *Anton Fab. decis.* 2. *hoc tit.* Num ius eligendi, affirmatiuè, *idem decis* 4. Num institutiones ex re certa, affirmatiuè, *idem decis.* 4. Dispositio huius Authent. num locum habeat

beat in præteritione paterna, affirmatiuè, si præteritus sit filius scienter, vel etiam ignoranter, existente clausula codicillari per verba futuri temporis, *idem in decis.1.hoc tit.*

COLLECT. 272.

In l.in insulam,§.vsuras ff solut.matr.

IN dote veniunt vsuræ, vide *Afflict. decis.*284 Et *Thessaur.decis.*44. vbi limitat. Amplia siue diues, siue inops fuerit mulier, & siue in pecunia, siue in immobilibus dos constituta fuerit *Anton.Fab.in decis.*11.& 5.*de rei vxor. action.* Amplia secundò etiam si ab hæredibus alimentata fuerit mulier, quod intellige in eo tantùm, quòd vsuræ excedant alimenta, *Surd decis.* 211. Amplia tertiò, etiam si per longum tempus petitæ non fuerint *Gramm.decis.*70.*contra Fab.decis.*55 *vbi suprà* distinguit *Ossasch.in decis.*132. Vtrum maritus adhuc viuat, & vsuras præteriti temporis petat, & tunc opinio Gramm. aut verò sit mortuus, & nunquam petierit, & tunc altera. Amplia quartò, vt debeãtur etiam in restitutione antephati propter moram hæredum *Gramm.decis.*103.*num.* 96. *Thessaur. decis.* 45. quicquid dicit *Afflict.decis.*291.& *Capyc.decis.*65 non enim hoc cedit lucro vxoris tãquam vsura, vt sic non possint percipi, quasi ex vsuris vsurarum, sed cedit lucro tanquam sors debita ex pacto, vel statuto, & sic non agitur de vsuris vsurarum, sed de vsuris percipiendis ex sorte, id est ex quantitate debita antephati. Amplia quintò, vt vsuræ debeantur, siue dos sit promissa filiæ, siue alij mulieri *Valasc. decis.* 8. Amplia sextò, vt debeantur marito etiam soluto matrimonio per mortem vxoris, *idem Valasc.decis.*7. Vsuræ dotis pecuniariæ debitæ ante annum currunt ex die soluti matrimonij, *Fab.decis.*1.*eod.* Limita, vt vsuræ dotis non debeantur marito, si neque mora, neque conuentio vlla præcesserit *idem in decis.* 41.& *in decis.*22. ponit vbi vsuræ dotis non promissæ ante biennium debentur.

COLLECT. 273.

In l.si à sponso.C de donat.ante nupt.

QVæritur num soluto matrimonio sint vestes restituendæ ab vxore hæredibus mariti, decisum affirmatiuè, si sint pretiosæ, secus si deseruiebant ad vsum quotidianum *Afflict.in decis.*315. Quomodo huiusmodi iocalia æstimantur decidit *Ant. Fab.in decis.*5.*de iur.dot.* Annuli, vestes, aliàque ornamenta quando censeantur donata sponsæ, siue vxori decidit *Surd in decis.*166. Num huiusmodi iocalia, siue ornamenta sint restituenda soluto matrimonio propter impotentiam, decisum affirmatiuè *Caualcan.decis.*8.*part.*2. vbi latè ad materiam.

COLLECT. 274.

Super cap.suggestum, extra de decim.

NOta in hoc text. quibus ex causis amittatur priuilegium. Et primò per non vsum decem annorum, si modò euenerit occasio; & non sit tunc sequutus effectus priuilegij *Caputaq decis.*379 *part.*2. Intellige secundò, quando voluntariè quis non fuerit vsus *Mastrill.decis.*296.*par.* 1. Item per secundum priuilegium, quod intellige quando hæc duo priuilegia inter se contraria sunt *idem Caputaquens.decis.*378. Item reuoca-

tione cōcedentis, quod amplia etiam si transisset in contractum, & esset concessum ex causa onerosa, *Crescen. decis.5.de priu.* Item morte concedentis, *Afflict.decis.*229. Non tamen reuocatur, quando esset concessum non subdito in causa onerosa, *Viu. decis.* 207. Item propter delictum, *Marc.decis.*818.*p.*2. Item renunciatione, & quomodo decidit *de Amat.dec.*81. Sed an maior dignitas superueniens tollat priuilegium minoris dignitatis praecedentis, negatiuè, *Peguer.dec.*66. Num in reuocatione priuilegij requiratur certa forma, & si dicatur reuocatum ea non seruata decidit *de Amat.decis.*17. Ad materiam vide *Put. in decis.*491.*lib.*2.

COLLECT. 275.

Ad Bart.in l.1.ff.ad leg.Iul.Maiest.

NVm saluaguardia Principis tollat iurisdictionem domini inferioris, decis.negar. *Anton.Fab.decis.*5.*de iurisd.omn.iud.* Num poena fractae saluaguardiae spectat ad supremum dominum, an verò ad vassallum à cuius subdito rupta fuit, decisum pro vassallo, *Thess.decis.*132. Num saluaguardia valeat expediri, antequam inferatur molestia, decisum affirmatiuè, *Vinc. de Franch. in decis.*254. De saluaguardia Delphinalis Curiae, quòd non tollat iurisdictionem ordinariam, vide *Guid.Pap.in decis.*56.*& eundem in decis.*418. Vbi de poena frangentis saluaguardiam.

COLLECT. 276.

Super Auth.hodie, C.de appellat.

TEmpus interponendae appellationis hodie sunt decem dies, hoc dicit. Sed num istud tempus currat à die scientiae affirmatiuè, *Rot.decis.*46.*de appellat.in antiq* Nunquid negligentia procuratoris in non appellando infra decem dies noceat domino, affirmat. *Rot.in decis.*27. Num appellatio in dubio praesumatur interposita infra decem dies, affirmatiuè, *Rot.in decis.*39.*eod.tit.in nou.* Num restitutus ad appellandum teneatur appellare infra decem dies à die restitutionis, affirmatiuè, *Rot.in decis.*62.*in nou.* Num hi decem dies sint vtiles, vel continui, dic continuos, *Viu. decis.*266 Renunciatio appellationis est infra hoc tempus etiam facienda, *Ant.Fab.decis.*8.*de temp.appell.* Et quòd aduersus lapsum decem dierum ad appellandum possit quis restitui, vide *Fab.decis.*47.*de appell* & interim nō transit sententia in iudicatum: In materia appellationis quomodo sint dies computandi, vide *Gratian.decis.* 124. Num hoc tempus currat, si ob paupertatem quis appellare nequit, negatiuè, *idem Gramm.decis.*34. Limita hanc Authent.in laudo, *Afflict.dec.* 132. Item in reclamatione à sententia S.Cons. quia si infra decem dies non fecerit procurator, tūc dominus potest, & non currunt dies, nisi à tempore scientiae; *idem Afflict. decis.* 344. Appellans autem ad plures Iudices, quò teneat appellatio, opus est, vt infra decem dies eligat, coram quo velit prosequi, *Osasc.decis.*30. licèt contrà *Gratia.decis.*199. *& Rot decis.*33.*hoc tit.in nou.* Sed secundùm opinionem Osasc. nos iudicauimus in Curia Archiepiscopali his mensibus elapsis.

COLLECT. 277.

Super cap.non solùm, de appell.in 6.

ATtentata pendente appellatione sunt ante omnia reuocāda, hoc

hoc dicit. Limita primò in attentatis per procuratorem non habentem speciale mandatum, non enim veniunt per viam attentatorum reuocanda, *Caputaq. in decis.*53.*p.*1. Limita secundò, in attentatis post senteutiam interloquutoriam, vel grauamen extraiudiciale, *Achill. de Graff. in decis.*30. *hoc tit.* Limita tertiò, si tertius attentasset, *idem Achill. in decis.*28.*eod tit.* Limita quartò, vt attentata nō veniant reuocanda, quando sententia transiuit in rem iudicatam, *Rot. in decis.*1.*hoc tit. in nou.* videtur enim renunciasse attentatis, qui passus est sententiam transire in rem iudicatam, *Crescent. in decis.*140 Limita quintò, in attētatis, appellatione deserta, vt in casu *Cas. de Graff. in decis.*2. *hoc tit.* Limita sextò, quantum ad hoc, vt attentata non præsumantur in dubio, *Crescent. decis.* 1 *de cau. poss. & propriet.* Limita septimò, vbi constat de nullitate appellationis, vel non interesse partis, *Rot. decis* 75. *hoc tit. in antiq.* Limita octauò, vt non reuocentur ad instantiam illius, de cuius iure clarè non constat, *Rot. in decis.*76. Limita nonò in attentatis post appellationem extraiudicialem, *Rot. in decis.*38.*in nou.* Limita decimò, vt attentata post appellationem à grauamine, non reuocentur, nisi prius constiterit de grauamine, *Rot. in decis.* 44.*in nou.* Item limita in attentatis per partem vnà cum tertio, quia non veniunt per modum attentatorum reuocanda, *Bisignet. decis.* 3. *eod. tit.* Item limita, vt non dicatur attentatum, quod factū sit ob aliam rem, quàm de qua lis pendet, *Anton. Faber. in decis.*8. *vt lit. pend.* Item limita, vt non sint reuocāda, si reuocatio citra euidētem iniuriam fieri nequeat, *idem in decis.*16.*eod* Item limita in attentatis ab ignorantibus, *Cam. Imper. in ver. attentata.* Item limita vbi constat de non iure petentis, *de Lauren. in decis.*8. Item reuocantur ante omnia attentata pendente causa nullitatis, *Ioseph. Ludou. in decis. Lucen.*59.

COLLECT. 278.

Super cap. quoniam, de Iur patron.

INter plures præsentatos præfertur, qui maiores habet voces, estque magis idoneus, hoc dicit. Vide *Alexan. Rauden. in decis. Pisan.*33 cum duabus sequen. Nota quod præsentatus à pupillo maiore infante præfertur præsentato à tutore, *Rot. in decis.*6. *hoc tit. in antiq.* Sic præsentatus à donatario præfertur præsentato ab hærede donatoris, *Rot in decis.*18.*eod.* Sic præsentatus ab eo, qui est in quasi possessione præsentandi præfertur præsentato à proprietario, *Anton. Fab. in decis.*5. *de Iur. patro.* Sic præsentatus à patre patrono præfertur præsentato à filio, penes quem, viuēte patre, non existit iuspatronatus, *Caputaquens. in decis.*363 Item præsentatus à creditore, qui tenet villam in pignus præfertur præsentato à debitore, *Ann. alleg.* 109 Item si vnus ex præsentatis esset Doctor, & Ciuis, præfertur extero, & idiotæ, *Mast. ill. in decis.* 2 *par.* 1. Item nominatus à fundatore, vt in casu *Mar. Anto. de Amat. in decis.*4.

COLLECT. 279.

In l. 1. in exercendis, C. de fid instrum.

HIc probatur, quòd æquiparatur depositio testium instrumentis; depositio tamē testium in multis non probat. Primò testibus examinatis parte non citata, *Achill. de Graff.*

decis.1.de testib.Fab.dec 13.de testib. quod amplia, vt per *Crescen.dec.2.tod.* Fallit in præsentia partis, *Rot.in decis.22.tod. in nou* Item testis asserens se accepisse possessionem nomine alterius non probat, *Achill.decis.3.eo.* Sic testis voluntarius, & nimis velox ad deponendum, *Viu. decis.171.* Sicut & qui habet interesse super illo negotio, *Viu.decis.179.* Et deponens non verisimilia, *idem in decis.199.* vel esset vnus testis, *Viu.* vbi limitat *decis.172.* Item testis deponẽs per dictionem (in circa) in causa, quæ est fundata in tempore certo, non probat concludenter, *Viu.decis.354.* Sic testis de auditu, *idem in dec.386.* vbi limitat & *dec.288.* Sic testes deponentes per eundem premeditatum sermonem, nisi essent bonæ conditionis, & famæ, *Viu decis.164.* Item si non constet illum iurasse tactis scripturis, *Verall.decis.295.par.3.* In hoc vide *Thess in decis.43.* Item deponens de gestis à se factis, *Beninten. in decis.64.* Item non probat in eo, quod deponit vltra articulum, *Bellam.in decis.370.* Item si producatur in testem Sacerdos reuelans sacramentalem confessionem, *Fab.in decis.38 de testib.* Sic etiam creditur plus duobus affirmantibus quàm mille negantibus, *Viu.in de.is.166.* vbi limitat, & *decis.366.*

COLLECT. 280.

Ad Rub.Pragm.de Baro.

NVm ad alienationem Subfeudi sufficiat assensus Baronis? affirmat *Afflict.in dec.243.* Barones, qui debent habere Ærarium pro conseruatione fructuum feudi, an etiam quando ipsi colunt feudum, affirmatiuè, *de Franch.in decis.128.* Num Baro possit suis vassallis prohibere venationem in locis publicis, negatiuè, *idem in decis 158.* contrarium *Gram.decis.67.* Num Baro possit feudum alienare inuitis Vassallis, decidit *idem de Franch.in decis 17.* Num Baroni habẽti propria animalia teneatur Vassallus seruire cum propriis animalibus, prout disponit Const.Reg. Sic nostra seruitia, affirmatiuè, *in decis.211.* Num Barone contradicente, possit M.C. in causa appellationis cognoscere de causa principali, negatiuè, *de Franch.in decis.531.* Num Baro possit cogere Vassallos, vt molant in eius Molendino, decisum negatiuè, *Ann. alleg. 116.* Num fida spicę spectet ad Baronem, affirmatiuè, *idem alleg.108.* Num Barones possint expellere mercatores ab eorum Terra, negatiuè, *Ann.sing. 54.* Baro petit remissionem Vassalli sui, etiam post terminum datum, *idem singul.55.* non tamen post sententiam foriudicationis. *Idem singul.56.* Sic etiam petit remissionem sui subditi alibi capti cum re furtiua *Mastrill. in decis.147.* Quod est notandum ad limitationem eius, quod dicit *Bartol.in l.si dominium, ff.de fur.* Num Baro possit prohibere suis subditis ius piscandi in flumine, negatiuè, *Guid. Pap. in decis.514.* Baro non prohibet venationem *Ann.singu.59* Baro non prohibet Vassallos adire Regia Tribunalia, *B ier.in dec.114.* Fallit in præiudicium suæ iurisdictionis, *Ann sing.62.* Num Conspirans contra Baronem dicatur committere crimen læsæ Maiestatis, negatiuè *Viu. in decis.178. Intrigliol. in decis.42.* Num Baro possit refirmare in officio Capitaneos, siue Syndicos, affirmatiuè ex causa, *Viui.in decis.129.* Num Baro possit prohibere suis Vassallis furnorum constructionem ex conuentione, affirmatiuè *Thess.in decis.25.* Baro cognoscit de ruptura salua-

saluaguardiæ, *idem in decis.*13. Num habeat locum in Barone *l.vni. quan. Imp* vide *eundem decis.*177.Num Vniuersitas possit vendere proprium nemus in præiudicium Baronis, qui in illo vti primus ciuis habet ius pascendi, affirmatiuè, *de Franch. in decis.*197. Num Baro possit facere gratiam de delicto pendente appellatione, affirmatiuè, *de Franch.in decis.*370. Baro habens tantùm possessionem feudi potest interuenire, & dare vocem in parlamento, *Mastrill.in decis.*18. Num succedens ex pacto, & prouidentia Principis possit rescindere obligationes factas per antecessores, affirmatiuè, *Milanen. in decis.*7. contrà nouissime in ead. *Rot.Mastrill.*14. Num Officialis Baronis possit constitui vltra annum, negatiuè, *Mastrill.in decis.* 118. vide *Mar. in decis.*19.*par.*2. Num impositio assisiæ spectet ad Catapanos, an verò ad Baronem *de Franch.in decis.*511.Num aquæ seu flumina sint Baronis *idem in decis.*183.Quando Baro in vna Prouincia habet plures terras potest in vna ex iis tenere Auditorem secundarum causarum *de Franc. in decis.*526. nonnulla in materia Baronis *Afflict. in decis.*265. *& Ioseph.de Sesse. in decis. Rota Aragon.* 36. vbi etiam late disputat si Vasalli Baronum possint se redimere quò venduntur.

Collect. 281.

In l.1.ff.de testib.

QVilibet potest esse testis, nisi expresse reperiatur prohibitus, hoc dicit. Sed prohibetur Vassallus pro domino suo *Caputaquens. in decis.* 276.*par*.. Item qui non est omni exceptione maior cõtra matrimonium *idem in decis.*287.*p.*3. & sic est decisus *Tex in c.*1.*de consang.& affin.*vide *eũdem decis.*286.*par.*3.Item habens interesse super illo negotio *Viu.in decis.*179. Item pupillus in causa ciuili *Ant. Fab. in decis.*12.*hoc titu.* Item Aduocatus in causa sui clientis *Fab. in decis.*19. *eod.* Item testis domesticus *idem in decis.* 60.*eodem.* Item fœmina in re, quæ non nisi per masculos probari possit *Faber.in decis* 58.*eod.*Item Sollicitator in causa per dominum missus, secus si per procuratorem *Rot.in decis.*12.*hoc tit.in nou.* Item cedens pro cessionario, *Mohed.in decis.*2.*&* 3.*hoc tit.* Item inimicus capitalis, *Crescent. in decis.*3. *eod.* Item habens commodum in re non obstante protestatione *Polid. Rip. in obseru.* 165. Et qui testes non admittantur in criminalibus decidit *Triuisa.in decis.*49.*par.*2.Item testis familiaris *Valas.in decis.*82.Item testis in facto proprio testimonium ferens *Valas.decis.*73.Item venditor in causa emptoris, donator in causa donatarij, *Cappel.Tholos.in decis* 94.

Collect. 282.

In l.1.ff.de fur.

HIc habes diffinitionem, & varias etymologias furti. Quære ad materiam num fur puniendus, etiam si res furata domino restituatur? affirmatiuè, *Viu.dec.*146.Num ex sola confessione rei subtractæ absq; eo, quòd constet de corpore subrepto, possit quis de furto puniri, decisum negatiuè, *Anton. Fab. in decis.*2. *hoc titul.* vbi *in decis.* 1. ponit indicia ex quibus fur torqueri potest, & *in decis.*5. Num furtum possit probari in genere, quod non sit probatum in specie, ad finem puniendi, & dicit,

quòd sic. Emptor rei furtiuæ tenetur illam vero domino restituere non restituto sibi pretio, *Hieron. de Lauren. decis.* 30. quam decisionem nō. *ad l. in ciuilem C. hoc tit.* Sed quid stante protestatione, quòd emit pro vero domino? certè adhuc amittit pretium, quicquid dicant inuentores huius cautelæ, *Ioseph. Ludou. in decis. Perus.* 42. & sic est prouisum in Regno per *Reg. Pragmat.* 1. *de empt. & vend.* quod amplia, etiam si extaret consuetudo, vel statutum loci in contrarium, *Cappel. Tholos. in decis.* 151. Num res furtiua repetta penes aliquem faciat indicium ad torturam, negatiuè, *Anton. Faber in decis.* 4. *hoc tit.* In Regno tamen debet ostendere authorem, ne alioquin habeatur pro conuicto, per *Reg. Pragm.* 51. *inter Pragmat. ordinarias Fab. de Anna.* Num potest quis perquirere domos alienas pro inueniendo furto, affirmatiuè, *Boer. in decis.* 174. quam teneas ad ornatum, *l. requirendi, C. de seru. fug.* Num creditor furans suo debitori pro suo credito veniat puniendus pœna furti ordinaria, negatiuè, *Iose. h. Ludou. decis. Lucen.* 1. Si tria, plurave furta in vna nocte fuerūt facta, an reputetur vnum furtum, negatiuè *Boer. in decis.* 219. Furātes in itinere an & qua pœna puniendi, *idem Boer. dec.* 173. Furis & latronis differētiam ponit *Mar. decis.* 4. *par.* 2. Furtum si à pluribus fuerit factum an & quando teneantur omnes insolidum, *Thess. in decis.* 254 Quando quis non habet animum furādi, nec lucrum faciendi: sed sic vtendi re veluti sua, non debet in pœnam furti condemnari *Cornaz. in decision.* 14. Num absolutus à pœna furti censeatur etiam à restitutione ablatorum, negatiuè, *Rot. Lucen. diuer. in decis.* 62. De pœna furti magni *Mar. decis.* 6. *par.* 2. *& decis.* 5. *de pœna simplicis latrocinij. & in decis.* 7. quando emptor rei furtiuæ eā consumpsit Num Reg. Pragm. edita contra fures scalantes domos, frangentes, & discassantes ianuas, habeat locum in aliis furib. non frangentibus, &c. vt sic posteà deponentibus tribus ex his in tortura contra consocios, hi nominari habeantur pro conuictis: affirmat. *de Franch. in decis.* 570. num dispositio cap. Reg. imponentis furanti vltra vnciam pœnam mortis habeat locum in crimine peculatus affirmat. *de Franch. in decis.* 315. Num fur aufugiens ad Ecclesiam cum re furata gaudeat eius immunitate affirmat. *Gam. in decis.* 171. Num stāte statuto, quòd vniuersitas teneatur ad emendam damnorum in eius districtu factorum, teneatur pro furtis nocturno tempore factis, affirmat. *Magon. in decis. Ro. Florent.* 123. Et num teneatur pro furto facto eius ambasiatori in itinere, affirmatiuè, si ambasiatura nō sit affectata *de Franc. in decis.* 146. Num bona furis sint tacite obligata affirmat. *Viu. in decis.* 451. Emens à fure, & absolutus à pœna furti, quia forsan non constitit, quòd emerit scienter, an teneatur ad rei restitutionem, si rem furtiuam alienauit, dicas, quòd tenetur ad restitutionem pretij, si alienauit, postquam sciuit rem esse furtiuam *Rot. Lucen. diuers. in decis.* 151. Pœna receptantis res furatas est triremium per quinquénium, *Peguer. in decis.* 25. Quid agendum, quando de quantitate rerum subreptarum minus appareret, decisum esse standum iuramento damnum passi, *idem Peguer. in decis.* 25.

COLLECT. 283.

Ad Bart. in l. si dominium, ff. de fur.

Fvrtum potest puniri vbi est commissum, & vbi est contrectatum, & li-

& licèt hoc habeat contradictores, nihilominùs in Regno hoc iure vtimur, vſque adeò, quòd etiamſi fur ſtetiſſet per momentum in loco contrectationis, ibi veniat puniendus, *Capyc.in deciſ.*404. Hanc doctrinam Bar.habes limitare cùm minus appareret ex proceſſu de contrectatione rei ſubtractæ, *Vincent. de Franch. in deciſ.*81. Secundò limita, quando Judex loci haberet iuriſdictionem priuatiue de commiſſis per Subditos etiam extra territorium, *idem de Franc.in deciſ.*129. Limita tertiò, quando fur rem furatam alienaſſet, quia tunc pretium non ſuccedit loco rei, *Mar.in deciſ.*176.

Collect. 284.

Super cap. quoad ſedem, de frig. & malefic.

IMpotens ad copulam eſt impotens ad contrahendum matrimonium, hoc dicit. Qualis debet eſſe hæc impotentia, decidit *Farinac.in deciſ.*75. An ad eam probandam ſufficiat triennalis cohabitatio, decidit *idem in dec.*217. Num impotentia proueniens ex lepra ſit iuſta cauſa ſeparandi matrimonium, affirmatiuè, *Anton. Faber.in deciſ.*2.*de repud* Num ſeparato matrimonio ob impotentiam copulæ ſint reſtituenda iocalia, affirmat. *Caualcan.in deciſ.*18. Num impotentia coëundi accidẽtalis impediat matrimonium contrahendum, deciſum negatiuè, *Vin.in deciſ.*272. Num ſi impotentia proueniat ex maleficio, poſſit matrimonium ſeparari, decidit *Cappell. Tholoſ. in deciſ.* 380. Num in dubio quis præſumatur potens ad copulam, deciſum affirmatiuè, *Triuiſ.in deciſ.*29.

Collect. 285.

In l ſicut Cod.de præſcript.30. vel 40. ann.

OMnes actiones, quæ minori tempore limitatæ nõ ſunt, 30. annorum ſpatio præſcribuntur, hoc dicit. Sic etiam 30. annis præſcribitur iuri agendi ad ſupplementum legitimæ, *Mched.in deciſ.*3.*de præſcrip.Boer.in deciſ.* 250. Sic reductioni ad arbitriũ boni viri, *Afflict. in deciſ.*132. Sic exequutioni ſententiæ, *idem Afflict.in deciſ.*245. Limita ſi eſſet cœpta exequutio, & minùs finita, *Achill. de Graff.in deciſ.*5. *de præſcript.* Sic etiam iure menſurandi præſcribitur triginta annis, *Theſſau.in deciſ.*186. Sic remedio *cap. reintegrandæ 3. quæſt.*1. *Sebaſt. Medi in dec.*18. Et eodem ſpatio contra Fiſcum, *Surd.in deciſ.*1. Sic beneficio *l.*2. *de reſcind. vendit. Anton. Fab. in deciſ.*11. *hoc tit.* Et quòd præſcriptio 30. annorum procedat in actione perſonali etiam cũ mala fide no. *Mar. in deciſ.*436.*par.*1. Sic etiam 30. annis præſcribitur de pacto de retrouendendo quandocumque, etiam ſtante iuramento, vide *Boer. in deciſ.* 182. *num.*12. Vbi pluries fuiſſe iudicatum refert per Curiam, & *in deciſ.* 351. *vide Anton.Fab. in deciſ.*3. *&* 4. *hoc tit.* Nihilominus in noſtro S.C. (vt habeo ex quadam Apoſtilla ad pennam) fuit multum ventilata hæc quæſtio egregia, & tandem fuit dictum hoc tempus non ſufficere, & fuit in cauſa Franciſci Serrani, cum Cæſare Montaquila anno 1565. die 14. Julij. Quinimò *Mynſing. in centur.*1. *obſeruat.* 16. dicit ne tempus quidem centum annorum ſat eſſe, fuiſſeque per *Camer.Imper.* multoties ita deciſum. Sed quanto tempore

præscribatur famuli salatio? decisum triennio, *Gam in d cis*.554. Romæ verò biennio per Bullam Pij Quinti 33. in Bullario, fol.973. vt refert *Gratian. in decis*.53. Et quanto tempore Saluiano interdicto, decisum 10.an. inter præsentes, & 20. inter absentes, *idem Grat. in decis*.15. Et quanto Iuri offerendi, *Thessaur. in decis*.157. Et quanto censui, seu pensioni emphyteoticæ, *idem in decis*.114. Quanto accusationi fractæ pacis, decisum viginti annis, *Mynsing. cent. 4 obseru*.35. Et eodem tempore scilicet 20.ann. accusationi homicidij voluntarij, vel casualis, *Thessau. in decis*.108. Quanto tempore præscribantur res patrimoniales Imperatoris, decisum 40.ann. *Guid. Pap. in decis*.416. Quanto accusationi de adulterio, decisum quinquẽnio continuo *Thoming. decis Lipsien*.39. Quanto annuæ præstationi, decisum 40. annis. *Guid. Pap. in decis*.407. *cum seq.* Quanto iuri patronatus, decisum tẽpore immemorabili, *Mar dec*.1141. Quanto tempore præscribantur bona indiuisa, *Boer. in decis*.58. Et quanto Collectæ, *Auditor Perus. in de cis*.3. Quanto contra pauperes incertos, decisum centum annis, *Boer. decis*.59. Quanto facultas nominandi, decisum anno, *Surd. in decis*.226.

COLLECT. 286.

In l. si. § fin. ff. de eo, quod me. cau.

AD hunc Tex: in quo sedet materia recommendationis, seu, vt vulgò dicitur, emparæ, no. tres decisiones, primò num carceratus pro causis criminalibus possit recommendari, seu emparari pro causis ciuilibus, decisum negat. *Auditor Perus. in decis*.70. Quid si captura pro causis criminalibus esset iniusta, decisum adhuc, *Vinc. de Franc. in decis*.70. Quid è contrà si captus foret iniustè pro debito ciuili, an possit, instante alio creditore recommendari, decisum negatiuè, *Peguer. in decis*.134.

COLLECT. 287.

Ad Gloss. in l. plagij, la 2. C. de plag.

QVælibet causa iniusta ac bestialis, vt aiunt, excusat à dolo, ad hoc in omnium ore deuoluitur ista gloss. Limita primò, si causa hæc orta fuit post pœnam incursam. *Farinac. in decis*.87. Limita secundò, si non ex causa motus fuisse appareat, *Viu. in decis*.80. Limita tertiò, quando quis ea egerit, quæ expressè sint contra bonos mores, *idem Viu. in decis*.449. Verùm hæc non fuit recepta pro limitatione, vt ibi. Limita quartò, siue tertiò, vt licet illa causa bestialis excuset à dolo, non tamen à culpa, *Mohed. decis* 3. *de sent. excom.* quod not. ad ornatum eius, quod dicit *Bar in l. in sti possidet in fine, ff. de acquir poss.* Ad materiam vide *Vrall. in decis*.108. *p.*3. *Mynsing. cent.*3. *obseru*.98. *& Rot. diuers. in decis*.583. *p.*1.

COLLECT. 288.

In l. bene à Zenone, C. de quadrien. præscrip.

HAbens causam à Fisco, vel Principe quocunq; titulo non potest vllo modo inquietari, sed bene Fiscus, vel Princeps infra quadriennium, hoc dicit; Amplia, vt procedat in quolibet Principe etiam inferiori, habente tamen iura Imperij, *Anton. Fab. in decis*.1. *hoc tit.* Amplia secundò, vt hæc exceptio possit reseruari vsque

vsque ad merita causæ, *de Franc. in decis.* 377 Amplia tertiò, vt Fiscus possit molestari etiam elapso quadriennio existente ignorantia, *de Lauren. in dec.* 18. Limita, vt hæc dispositio cesset, quando constat de mala fide, *Farinac. in decis.* 36. Vbi vide ad materiam, & *Gramm. in decis.* 65.

COLLECT. 289.

In l. exilium triplex, ff. de interd. & releg.

POnit Iurisconsultus hîc quadruplicitatem exilij. Ad quã no. num exilium, seu relegatio sit pœna capitalis, affirmatiuè *Cornaz. decis.* 197. nũ condemnati in exilium sub fideiussoribus de finibus seruandis, iis non seruatis, veniant irremissibiliter mulctandi de exilio fracto, pœnáq; fideiussionis incursa, affirm. *Vin. in decis.* 505. Et quæ sit pœna frangentis exilium recurre ad distinctionẽ *Peguer. in decis.* 41. Num frangens exilium incurrat pœnam sponte susceptam ipso Iure, vel requiratur, quòd præcedat sententia declaratoria, respon. pro secundo casu, *idem Peguer. in decis.* 90. *& in decis. praeceden.* Habes an præses Prouinciæ possit in Insulam relegare, quæ non subest ei, & dicit, quod non; sed illius assignationem remittit arbitrio superioris. Ad materiam vide *de Franch. in decis.* 116.

COLLECT. 290.

Super Authen. licet, C. de natur. libe.

SVper hac Authent. intendo tractare multa de filiis naturalibus. Primò num valeat donatio inter patrem & filium naturalẽ in præmium emancipationis, decisum negatiuè, *Guid. Pap. in decis.* 632. Num testamentum imperfectum, quod inter liberos valere dicitur, inter liberos naturales subsistat, negatiuè, *Thesaur. in decis.* 94. Quod est notandum pro limitatione *l. hac consultissima, §. ex imperfecto* (de quo suprà *Collect. C. de testam.*) Filium naturalem an pater teneatur alimentare, affirm. *Thes. in decis.* 211. Vbi ampliat, & limitat. Filius naturalis num petere possit legatum, & alimenta, negat. *Surd in decis.* 140. Num priuilegium, quòd mulieribus Neapolitanis intelligatur præstitus assensus in instrumento dotali, procedat in filia naturali Neapolitani, negatiuè, *de Franch in decis.* 452. Num filius naturalis succedat patri ab intestato, decisum affirmatiuè, in duabus vnciis, id est, in sextam partem hæreditatis non existentibus legitimis, & naturalibus, secundùm quod disponit hæc Authen. *idem de Franch. in decis.* 291. Num fratres legitimi, & naturales possint succedere ab intestato fratribus tantùm naturalibus ex parte patris plebei, decisum affirmat. *Gam. in decis.* 3. Et num fratres naturales succedant sibi inuicem ab intestato, affirmatiuè, *Anton. Faber. in decis.* 2. *hoc tit.* & quomodo *Thessaur. Fil. in decis.* 22. Num filius naturalis habeat querelam inofficiosi aduersus testamentum patris, negat. *Fab. in decis.* 5. *eod.* Num retineat nobilitatem, affirmatiuè, si modò nobiliter viuat, sitque agnitus à Familiæ capite, *idem Fab decis* 11. *eod. tit.* An quando filius legitimus, & naturalis, lite pendente super alimentis, teneatur satisdare, ita & naturalis, affirm. *idem in decis.* 4. Vita, & militia, an debeatur filio naturali Baronis, decidit *Mastrill in dec.* 85. Quando dicatur filius naturalis, *idem in decis.* 152. An isti filij naturales suc-

cedant in emphyteusi patri concessa, decisum negatiuè, *Triuisa.in decis.* 26. Qualiter Naturales succedant, ponit *Mar.decis.12.par.1.*

COLLECT. 291.

Ad Bar.in l.amissione,§.qui deficiunt, ff.de cap. diminu.

AD materiam Bannitorum, de qua hîc. Quære num bannitus possit testari, decisum negatiuè, *Farinac.in decis.55.* Num in confiscatione bonorum habeatur pro mortuo, eique in iudicio denegetur audientia, affirmatiuè, *idem in decis.54.* Item bānitus propter homicidium est incapax hæreditatis maternæ, *Idem Farinac. decis.17.* Item potest impunè occidi. Limita appellatione pendente, *Viu.in decis.335.* Item ex statuti dispositione habetur pro confesso, atque conuicto, nec alia opus est sententia, *idem Viu.in decis.439.* Num occidens bannitū proditorie, vel odio priuato, auferendo ei vestes, debeat puniri, decisum negat. *Mastrill in decis.104.* & ita in facti contingentia Nos iudicauimus his mensib. elapsis in Curia Archiepisc. Neapol. Num bannitus possit audiri accusando vxorē adulteram, *Triuisa. in decis.3.par.2.* Num amittat beneficium primę instantiæ, *Mynsing in cent.1 obseru.90.* Item non potest accusationem institutam ante bannum prosequi, *Mynsing. cent.3.obseru.30.* Item non potest absolui à banno sine consensu eius, qui bannum obtinuit, *idem Mynsinger cent.5. obseruat.11.* Item bannitus ob contumaciam ante purgationem non auditur ad docendū de innocentia sua, *idem centur.2.obser.88.* Num succedat in bonis extra territorium, *Auditor. Perus. decis.11* Consuetudines Neap. loquentes de mortuo, an comprehendant bānitum, seu foriudicatum, *de Franch. in decis. 689.* Foriudicato minus existente in posse Curiæ, an pro eius parte possit dici de nullitate sententiæ, affirmat. *idem de Franch. in decis.688.* Item bannitus amittit ius prothomiseos, *Magon.decis.Floren.26. & in decis. 99.* num æquiparetur deportato. Bannitus quò impune offendi possit an debeat esse iuste bannitus, vel sufficiat sola descriptio, pro secundo casu *idem in decis.128.* Num statutum contra receptantem bannitum habeat locum contra receptantem clericum bannitum, negatiuè, *Gram. in decis.29.*

COLLECT. 292.

In l.transigere, C.de transact.

HÆc est famosa lex, & tractat super quibus criminibus possit fieri transactio. Et in hoc videant Regnicolæ Const. post citationem. Et sic ad materiam circa ius componendi, vel faciendi remissionem delinquentibus, de qua in l Componere enim est idem, quod transigere, vt probatur in *l.ab accusatione, ff.ad Turpill.* Quære num tutor possit remittere querelam, decisum affirmatiuè. cum decreto, *Vincen de Franc in decis. 535.* Num pater possit remittere offensam filio factam, decisum negatiuè, *idem de Franch. in decis.715.* Num Princeps possit facere gratiam de delicto absque partis offensæ remissione, negatiuè, *Thess.in decis.15.* Num ius faciendi remissionem competat iure hæreditario, vel sanguinis, decisum pro secundo casu, *de Franch. in decision. 611.* Num pater possit, remit-

remittere necem filij, aliis filiis, & fratribus mortui inuitis, affirmatiuè, *Boer. decis.* 120. Num filius præferatur Abbati in nece patris monachi vindicanda, seu remittenda, decisum affirmatiuè, *Boer. decis.* 121. Et ad Textnum transigi possit super raptu, & incestu, decidit negatiuè, *Boer. decis.* 91. Et num super adulterio, decidit *Vi. in decis.* 128. Ad materiam compositionum habes plures *Prag. & Ritus*, *vt* 271. *cum trib. seq.* Vnum not. quòd nullus potest admitti ad compositionem nisi prius constet de delicto per testes, vel per Rei confessionem vt habetur expresè in ritu 279. quod pauci Barones aduertunt.

COLLECT. 293.

Super Conc Trid. sess. 24. c. 20. *de refor.*

QVandoquidem S.C. hîc parificat (vt vides) sententiam interloquutoriam vim habere diffinitiuæ sententiæ, not. breuiter, quæ dicatur habere vim diffinitiuæ: & quidem multa est interloquutoria habēs vim diffinitiuæ, *Rot. Lucen. diuers. decis.* 84. Sic sententia lata super ætate ad finem concedendæ restitutionis in integrum est interloquutoria habens vim diffinitiuæ, *Viu. in decis.* 302. Sic præceptum de soluendo, *Rot. Lucen. decis.* 80. Sic sententia, per quam denegatur appellatio est interloquutoria habens vim diffinitiuæ, *Valasc. in decis.* 47. Et quando interloquutoria dicatur vim habere vim diffinitiuæ, & de interloquutoriarū differentiis, vide pulchram decis. *Rot Lucen.* 95. & *Mynsing. cent.* 3 *obseru.* 88. & hæc deseruiunt ad clariorem mentem Concil.

COLLECT. 294.

In l. quod iussit, ff. de re iud.

POtest Iudex reuocare suam sententiam interloquutoriam. h. d. Unde in omnibus infra dicendis casibus potest quod interloquutus fuerit reuocare eò quia sunt sententiæ interloquutoriæ, vt ea, quæ est lata super peremptoria obstante, vel non obstante *Rot. Lucen. decis.* 76. Et ea, quæ est lata super competentia, vel incompetentia Iudicis, *Mynsing. centur.* 3 *obseru.* 55. Et ea quæ est lata super desertione appellationis, *Guid. Pap in decis.* 11. Et quæ lata est super impositione secundi decreti, *idē Guid. Pap. decis.* 10 Et quę lata est super nullitate processus, *idem in decis.* 220. Et quæ lata est super reiectione articulorum, *Triu. dec.* 4. *p.* 1. Et quæ lata est super exequutione sententiæ, *Balb. decis.* 422. Et quę lata est super ineptitudine libelli, *Balb. decis.* 421. Et quæ lata est super receptione testium examinandorum ad perpetuam rei memoriam. *Carta. dec.* 17. Et illa, quæ est absolutoria ab oseruatione iudicij, *de Amat. decis.* 66. Limita in casu *Pols. Rip obser.* 131. Et quæ lata est super appellatione ab interloquutoria est interloquutoria respectu partium, licèt diffinitiua respectu Iudicis, *Iaffre. dec.* 216. Item præceptum de exhibendo est interloquutorium, *Gratian. decis.* 97. Item sententia banni, seu relegationis est interloquutoria, *Marc decis.* 563 *p.* 1. Et quæ sit sententia interloquutoria, & quæ diffinitiua, vide *Cornaz. in decis. & Cam Imper. ver. sententia.* Verum est tamen quod quando simpliciter tractatur de sententia, intelligitur de diffinitiua, *Viu. in decis.* 216.

COLLECT. 295.

In l. 1. & l. Senatusconsultum. C. ad Velleia.

Limita quintò, in vxore contra maritum, *Fab. decis. 1. de probat.* Limita sextò, in subsidium, quia admittuntur domesticæ, & aliæ inhabiles personæ, *Mynsing. centur. 3. obser. 16.* Ad materiam vide *Grammat. decis. 45. & Rot. Lucen. decis. 72.*

COLLECT. 298.

Super Pragm. testem falsum, de fals.

AD materiam declarationis vsus testium, de qua hic, Quære nũ terminus partibus per Iudicem statui debeat, si vti velint testibus necne, decisum affirmatiuè, *Vin. in decis. 71.* imò requiritur instantia partis in iudicio, vt eius aduersarius declaret an velit vti testibus. Num producenti instrumentum, vel testem suspectum de falso possit assignari terminus præcisè ad respondendum, quo elapso cogatur respondere affirmatiuè, vel negatiuè, decisum quòd sic, *de Lauren. decis. 50.* Num declaratio circa vsum ita facta, quòd velit vti in omnibus præterquam in tali, & tali parte, valeat? affirmatiuè, *Surd. decis. 16.* Et quid si sit facta hoc modo? scilicet, quòd vult vti quatenus appareat eos dixisse veritatem. Respond. quòd non valet, quia debet simpliciter respõdere, *Affl. dec. 189* Num testes producens cogi possit ad faciendam declarationem ante terminum datum reo ad se defendendum, decisum negatiuè, *Ann. alleg. 42.* Ad materiam *Capyc. decis. 60.*

COLLECT. 299.

In l. quoniam nouella, & l. omnimodo, §. imputari, C. de inoff. testam.

AD materiam computationis in legitimã, de qua hic locorum, Quære num monachi in computatione legitimæ faciant partem, vel numerum, decisum negatiuè, *Anton. Fab. decis. 3. hoc tit.* Num donatio facta ob causam imputetur in legitimam, *Fab. decis. 30. eod.* decidit affirmatiuè. Num datum hæredi, contemplatione defuncti imputetur, negatiuè, *Fab. decis. 35. eod.* Num fructus percepti per filium imputentur, negatiuè, *Magon. decis. Lucen. 85.* Num dos data à patruo, qui stabat pro communi, & indiuiso cum patre puellæ imputetur in legitimam. Hæc quæstio pendet ex eo, an scilicet dicatur profectitia, & regulariter sic contra ex coniecturis. Vnde primo casu imputabitur, secundò minimè; quia tunc iudicabitur aduentitia. quæ sint illæ coniecturæ, vide *Barz. decis. 102.*

COLLECT. 300.

Super Rit. M. Cur. Vic. 218. cum multis sequent.

IN istis tribus tractatur materia electionis fori in qua vltra ea, quæ scripsimus in *Collect. 1. in l. 1. Cod. quan. Imp.* hic aliqua tangemus: Et primò num clericus pro offensa in eius persona habeat electionem fori? decisum affirmatiuè, *de Franch. decis. 596. & Ann. allegat. 146.* Sed & num pro eius bonis patrimonialibus, negatiuè, vt in *Ritu 219.* & vide *Vin. in decis. 28.* Num prodigi, & furiosi, vtpote miserabiles personæ habeant beneficium electionis fori, affirmatiuè, *de Franch. decis. 598.* Num senibus competant beneficia, negatiuè, *idem decis. 608.* Num vidua dotem repetens habeat priuilegium etiam contra pupillum, affirmatiuè, *Anto Fab. decis. vni. quan. Imper.* Sed num habeat ele-

L 4

ctionem fori contra pupillum conuentum ex contractu paterno, negatiuè, *de Franch decis.553.* Item pone quòd forum elegit, posteà nubat, num causa sit remittenda proprio Judici, negatiuè, *de Franch.decis.257.* Sufficit enim, quod tempore electionis fuerit vidua, *Valasc. decis.57.* Et fori electione facta per viduam, & aliam personam priuilegiatam, primus Judex efficitur incompetens, *d. Franch.decis.294.* Item miserabilis persona non habet hoc beneficium contra aliam personam æquè priuilegiatam, tunc enim conquassantur priuilegia, *idem de Franch decis.* 88. & est *Ritus* 231. imò potest dici quòd etiam si actor sit priuilegiatus maiori priuilegio, quàm reus, non potest vti priuilegio contra eum minùs priuilegiatum, per magnam generalitatem dicti *Ritus* 228. *ibi, quòd nullus*, & hoc no.ibi. Sed *Afflict.in decis.56.* dicit quòd Curialis S.C. tanquam magis priuilegiatus potest trahere in eodem S.C. reum de foro Admiratiæ. Priuilegiatus pro iuribus ei cessis ex causa lucratiua non habet electionem fori, vt in *d.Rit.*228. Fallit, si sit miserabilis persona, *de Franch decis.* 195. Contumax amittit priuilegium electionis fori, *Afflict.decis.*133. Limita in præiudicium Baronis, *de Franch. decis.*417. Num pupillus habeat electionem fori quando lis est cœpta cum maiore, vide *eundem in decis.*263. Item Ecclesia habet fori electionem etiam vbi agit ad distractum, vt quidam aiunt, vide *Capyc.in decis.*160.& trahit, & non trahitur à priuilegiato conuento ex contractu defuncti, iuxta *Ritum* 234. & est *decis.de Franch.* 234. Quinimò potest dici, quòd etiam si iste non fuisset conuentus ex contractu paterno tanquam hæres, adhuc non debebat remitti, quia quando concurrit priuilegiatus de Jure communi, vt Ecclesia, *per Ritum* 229. Pupillus & vidua, & priuilegiatus de iure speciali, hic vincitur ab illo, nam priuilegium trahentis de Jure communi est fortius priuilegio trahentis de iure speciali, & de hoc non desunt iura, & authoritates quę non citantur hîc, & hoc etiam apparet decisum ex *eadem decis. de Franch.* 234. vbi Doctor de Collegio conuentus, non potuit obtinere remissionem ad Almum Collegium contra quasdam pupillas. Sed huic propositioni nō facilè acquieuit V.I.D. Franciscus Antonius Fontanarosa meus amitinus, iuuenis quidem peritissimus, nam dicebat ipse, quòd semper est eligendus Judex rei competens, & allegabat *decis. Afflict.*157. quam vide, quia hoc probat. Sed certè super hoc Curialis S.C. habuisset necesse conuenire subditum magni Admirati, qui erat Judex competens rei, & tamen fuit obseruatum contrà, vt suprà retulimus ex *eiusdem Afflict.decis.*56.

COLLECT. 301.

In l.cum qui certarum, in fine, ff.de verb. oblig. & l si sterilis, § fin.ff de act.empt.

Dicunt hæc iura, quòd vbi quis simpliciter est obligatus, hoc, vel illud præstare, potest quidem variare, vt si primò vnum elegerit, possit posteà alterum præstare. Vnde *Afflict. in decis.* 146. voluit decidere, quòd socer, qui tenebatur præstare habitationem genero suo, quem fecit iam habitare secum in domo sua pro primo anno, potuisset quidem posteà variare, & assignare illi aliam habita-

habitationem, fundans se super his iuribus, Sed mihi parcat dominatio sua, & credo quòd socer hoc non potuisset facere, cùm elegisset, vigore cuius electionis erat ius quæsitum genero, & possem plura exempla, & iura similia adducere, & ad ll. nostras respondetur, quòd loquuntur (vt vides) in alternatiuis, quo casu debitor ita obligatus, non mirum si habeat variandi facultatem, vnde meritò venit ex quibusdam reprobatus Affl. noster. Cæterùm ego intendo super his ll. tractare materiam variationis. Igitur not. breuiter quibus casibus fuerit, vel non concessa variatio, & dicas primò, quòd in causa appellationis possit quis variare agendo alia actione, vt in casu *Afflict. decis.* 53. vbi egit quis prius ex testamento, & non potuit obtinere, voluit posteà agere in causa appellationis ab intestato, & fuit dictum quòd potuerit. Item testis potest vnum extra iudicium, & aliud in iudicio affirmare, & non iudicabitur falsarius, *Guid. Pap. in decis.* 593. Item patronus potest variare, & quomodo, vide *Polid. Rip. obseru.* 197. licèt non possit lite pendente, *Cresc. decis.* 10. *de iur. patron.* Item qui detulit iuramentum alicui potest variare, illúdque reuocare, *Thess. Fil. decis.* 16. At clericus habens facultatem nominandi, nequit variare, *Rot. decis.* 1. *de præbend. in antiq.* Sic creditor qui egit semel assistentia super certis bonis, nequit posteà super alis variare, *Capyc. decis.* 33 Sic agens contra principalem nequit variare contra agendo fideiussorem, *Guid. Pap. in decis.* 348. Sic reseruatario non licet variare, *Put. decis.* 193. *lib.* 3. Sic in resignatione non habet locum variatio, *idem Put. decis.* 114. *eod. lib.* Sic actuarius semel electus non potest variari, *Polid. Rip. obseru.* 411. Et cui permittitur electio, denegatur variatio, dicit pulchrè *Thessaur. Fil. decis.* 65.

Collect. 302.

In l. de ætate, ff de minor.

ÆTatis probatio fieri debet cum causæ cognitione, alioquin in aliis causis posset parere magnum præiudicium, hoc dicit. No. breuiter super hac l. quomodo probetur ætas, & primò per aspectum, *Ioseph Ludou. in decis. Perus.* 55. Secundò per librum patris, in quo reperitur descriptum tempus natiuitatis filij, *Ann sing.* 379. Tertiò per librum baptismi, *Vui decis.* 489. qui tamen sit ab ordinario approbatus, *Polid. Rip. obseru.* 247. Sed num probetur ex eo solùm, quòd alicui tanquam minori datus sit curator? decis. negat. in præiudicium tertij, *Anton. Fab. decis.* 55. *de probat.*

Collect. 303.

Super c. cùm secundùm de hæret. lib. 6.

PRobatur ex hoc text. illa antiqua, communisq; traditio, quòd requiratur sententia declaratoria in pœnis ipso iure incurrendis, & in iuribus ipso iure competentibus, & sic dicit text. noster, quòd licèt bona hæreticorum confiscantur ipso iure, nihilominus requiritur prius sententia declaratoria, & ita *Mynsing. centur.* 2. *obseru.* 43. Vnde infero primò, quòd licèt emphyteuta alienans absque assensu domini cadat ipso iure, requiritur tamen domini declaratio, *Polid. Rip. in obseruat.* 290. Infero secundò, quòd licèt mulier propter adulterium amittat dotem ipso iure, non tamen ante sententiam decla-

ratoriam, *Marti. Coler. decis.* 29. Infero tertiò, quòd licèt emphyteuta non soluens canonem cadat ipso iure, requiritur tamen domini declaratio, & per consequens ex tempore declarationis factæ tenetur ad fructuum perceptorum restitutionem, *Mynsing. centur. 6. obseru.* 85. *& Benintend. decis.* 37. Infero quartò, quòd & si donatio ob superuenientiam filiorum reuocetur ipso iure, non tamen ante declaratoriam, vt DD. communiter, sed in hoc contrarium decidit *Valasc. decis.* 31. Infero quintò, quòd & si hereticus sit excommunicatus ipso iure, ob idque repellatur ab actu ciuili, non tamen ante declaratoriam, *Mynsing. centur.* 2. *obseru.* 43. Infero sextò, quòd in pœna, quæ infertur ipso iure in crimine læsæ Maiestatis, requiritur sententia declaratoria, *Gramm. decis.* 5. Infero septimò, quòd in casibus, in quibus quis priuatur feudo ipso iure, requiritur declaratoria, *Mynsing. pulchrè in centur. 6. obseru.* 77. Et vltimò, quòd in pœnis ipso iure incurrendis requiratur sententia declaratoria, vide *Magon. decis.* 16. Et quotiescunque reperies DD. tradentes in pœnis ipso iure incursis non opus esse sententia, debes intelligere de sententia dispositiua, non autem declaratoria, quæ semper requiritur, & vide *Gayl. lib. 2. obseru.* 51.

COLLECT. 304.

In l. Lucius, & l. si pro ea, ff. & C. mand. & cap. si de fideiuss.

ET si regula sit, quòd si fideiussor non potest molestare debitorem principalem, antequam soluat, plures tamen limitationes reperies reuoluendo DD. & præsertim quatuor tradunt præfata iura, quæ vide ibi. Sed tu adde duas decisiones limitantes hanc regulam, primò quando quis fideiussisset per instrumentum liquidum, quòd habet exequutionem paratam, *de Franch. decis.* 414. Sed si non haberet exequutionem paratam, sicuti instrumentum guarentigiatum in curia Delphinali, hoc non procedet, *Guid. Pap. decis.* 117. versus finem. Limita secundò si debitor principalis diu cessauit in solutione, *Afflict.* à contrario sensu, *in decis.* 141. *in* 2. *dub.* Sed pro quanto tempore intelligitur istud diuædicas quòd stetur arbitrio Judicis, vt vltra Gloss. ordinarias in omnibus prædictis iuribus, decidit *Guid. Pap. in d. decis.* 117. *& Lud. à Peguer. in decis.* 190.

COLLECT. 305.

In l fin. C. de compensat.

OMne creditum regulariter recipit compensationem, fallit in tribus casibus his traditis, hoc dicit. Vltra eos tu limita primò, vt nequeat compensari, quod non potest solui, *Anton. Fab. decis.* 9. *de compensat.* Limita secundò, in creditore mariti, vt non possit obiicere mulieri ex persona mariti compensationem quantitatis sibi debitæ ab eo, *idem Faber decis.* 16. *eod.* Limita tertiò, in proprio nomine conuento, vt non possit obiicere compensationem eius quantitatis, quæ sibi tanquam alterius procuratori debetur, *idem decis.* 17. *eod.* Limita quartò, quãdo huic exceptioni compensationis esset cum iuramento renunciatum, *Afflict. decis.* 318. *Put decis.* 452. *lib.* 2. licèt *Afflict.* videatur contradicere in *decis.* 121. *in fin.* Limita quintò, vt cesset compensatio de liquido ad illiquidum, vt *hac l.* & vide

Afflict.

Afflict. d. decis. 381. *in 2. dub. & Fab. decis.* 10. *eod.* Limita sextò, de specie ad quantitatem, *Ioseph. Ludou. decis. Perus.* 15. Limita septimò, in causa attentatorum, *Ach ll. de Graff. decis.* 16. *de appell.* Limita octauò, vt nō possit compensari quod tutor debet cum eo, quod pupillo debetur, nec è contra, *Fab. decis.* 8 *eod.* Limita nonò in eo, quod debetur sub onere præstandæ satisdationis ante eius præstationem, *idem decis.* 6 *eod.* Limita decimò, vt compensatio non possit obiici agenti ex iure cesso, quando debitum esset factum post cessationem, *Thessau. decis.* 211. vide *Carta. decis.* 61. Limita vndecimò, vt compensatio non fiat crediti vnius cum credito tertij, *Sebast. Medic. decis.* 53. Limita duodecimò, in debito alimentorum, *Fab. dec.* 7. *eod. & Polid. Rep. obseru.* 40. Limita decimotertiò, in debito iurato, in quo licèt non admittatur compensatio, admittitur tamen retentio, *Pute. decis.* 291. *lib.* 2. Quæro an post sententiam possit opponi hæc exceptio compensationis, ita vt eius exequutionem impediat? affirmatiuè, *Afflict. in decis.* 121. *in* 2. *dub. & Surd. dec.* 141. Et num possit obiici contra instrumentum dotale? affirmatiuè, *de Franch. decis.* 642. *& Afflict. decis.* 121. in tertio dub. & in primo dub. dicit, quòd compensatio inducitur ipso iure, & sic etiam si à parte non opponatur, & hæc teneas pro ampliationibus regulæ suprapositæ.

COLLECT. 306.

In l. non ignorat, C. qui accus. non poss.

QVis non debet admitti, vt talis, nisi priùs probet se esse talem, hoc dicit. Ex qua quidem propositione infero ego ad multa: Et primò, quòd qui dicit se procuratorem, debet præsentare mandatum, & legitimare suam personam, aliàs non auditur, etiam si promittat de rato, *Vin. decis.* 249. Infero secundò, quòd si quis in impetrando beneficio expresserit se Magistrum, debet in primis se talem probare, *Rot. in dec.* 14 *de probat. in antiq.* Infero tertiò, quòd impetrās beneficium per contractum matrimonium, non auditur, nisi priùs illud probauerit, *Rot. decis.* 21. *eod.* Infero quartò, quòd doctoratus expressus in gratia prouisionis est verificādus per impetrantem, *Vetall. decis.* 177. *part.* 1. Infero quintò, quod qualitas quæ fundat iurisdictionem, est probanda, *Afflict. decis.* 297. Et hinc subinfertur, quòd delegatus debet ante omnia præsentare, & exhibere illius commissionem, in tantum, quòd si priùs in causa procedat & sententiam proferat, omnia corruunt, etiam si postea exhibeat rescriptum, *Guid. Pap. in decis.* 186. Et quando aliquem citat inferri faciat in citatione originale rescriptum, & nō transsumptum, alioquin nihil agit etiam si deinde originale exhibeat, *Ann. all. g.* 14. *&* 143. *& Mynsing. centur.* 3 *obseru.* 3. Infero sextò, quod arctans se probandi aliquid in iudicio, nisi probet perdit causam, *Guid. Pap. decis.* 365. Infero septimò, quod non creditur Iudicis assertioni, nisi illud probauerit, *Masttrill. decis.* 80. Infero octauò, quod qualitas institutæ actionis, vel accusationis est probanda; aliàs sequitur absolutio, quod intellige, quando qualitas alterat delictum, *Mynsing. centur.* 1 *obseru.* 40. Infero nonò, quod allegans dolum in causa fractæ pacis, debet illud verificare, *idem Mynsing. cent.* 3. *obseru.* 98. Infero

ratoriam, *Marti. Coler. decis.* 29. Infero tertiò, quòd licèt emphyteuta non soluens canonem cadat ipso iure, requiritur tamen domini declaratio, & per consequens ex tempore declarationis factæ tenetur ad fructuum perceptorum restitutionem, *Mynsing. centur. 6. obseru.* 85. *& Benintend. decis.* 37. Infero quartò, quòd & si donatio ob superuenientiam filiorum reuocetur ipso iure, non tamen ante declaratoriam, vt DD. communiter, sed in hoc contrarium decidit *Valasc. decis.* 31. Infero quintò, quòd & si hæreticus sit excommunicatus ipso iure, ob idque repellatur ab actu ciuili, non tamen ante declaratoriam, *Mynsing. centur. 2. obseru.* 43. Infero sextò, quòd in pœna, quæ infertur ipso iure in crimine læsæ Maiestatis, requiritur sententia declaratoria, *Gramm. decis.* 5. Infero septimò, quòd in casibus, in quibus quis priuatur feudo ipso iure, requiritur declaratoria, *Mynsing. pulchrè in centur. 6. obseru.* 77. Et vltimò, quòd in pœnis ipso iure incurrendis requiratur sententia declaratoria, vide *Magon. decis.* 16. Et quotiescunque reperies DD. tradentes in pœnis ipso iure incursis non opus esse sententia, debes intelligere de sententia dispositiua, non autem declaratoria, quæ semper requiritur, & vide *Gayl. lib. 2. obseru.* 51.

COLLECT. 304.

In l. Lucius, & l. si pro ea, ff. & C. mand. & cap. si de fideiuss.

ET si regula sit, quòd si fideiussor non potest molestare debitorem principalem, antequam soluat, plures tamen limitationes reperies reuoluendo DD. & præsertim quatuor tradunt præfata iura, quæ vide ibi. Sed tu adde duas decisiones limitantes hanc regulam, primò quando quis fideiussisset per instrumentum liquidum, quòd habet exequutionem paratam, *de Franch. decis.* 414. Sed si non haberet exequutionem paratam, sicuti instrumentum guarentigiatum in curia Delphinali, hoc non procedet, *Guid. Pap. decis.* 117. versus finem. Limita secundò si debitor principalis diu cessauit in solutione, *Afflict.* à contrario sensu, *in decis.* 141. *in* 2. *dub.* Sed pro quanto tempore intelligitur istud diu? dicas quòd stetur arbitrio Judicis, vt vltra Gloss. ordinarias in omnibus prædictis iuribus, decidit *Guid. Pap. in d. decis.* 117. *& Lud. à Peguer. in decis.* 190.

COLLECT. 305.

In l. fin. C. de compensat.

OMne creditum regulariter recipit compensationem, fallit in tribus casibus his traditis, hoc dicit. Vltra eos tu limita primò, vt nequeat compensari, quod non potest solui, *Anton. Fab. decis.* 9. *de compensat.* Limita secundò, in creditore mariti, vt non possit obiicere mulieri ex persona mariti compensationem quantitatis sibi debitæ ab eo, *idem Faber decis.* 16. *eod.* Limita tertiò, in proprio nomine conuento, vt non possit obiicere compensationem eius quantitatis, quæ sibi tanquam alterius procuratori debetur, *idem decis.* 17. *eod.* Limita quartò, quādo huic exceptioni compensationis esset cum iuramento renunciatum, *Afflict. decis.* 318. *Put. decis.* 452. *lib.* 2. licèt *Afflict.* videatur contradicere in *decis.* 121. *in fin.* Limita quintò, vt cesset compensatio de liquido ad illiquidum, vt *hac l.* & vide

Afflict.d.decis.381.in 2.dub.& Fab.decis. 10.eod. Limita sextò, de specie ad quantitatem, Ioseph.Ludou.decis.Perusi 15. Limita septimò, in causa attentatorum, Ach ll.de Graff.decis.16.de appell Limita octauò, vt nō possit compensari quod tutor debet cum eo, quod pupillo debetur, nec è contra, Fab.decis.8 eod. Limita nonò in eo, quod debetur sub onere præstandæ satisdationis ante eius præstationem, idem decis.6 eod. Limita decimò, vt compensatio non possit obiici agenti ex iure cesso, quando debitum esset factum post cessationem, Thessau. decis.221. vide Carta.decis.61. Limita vndecimò, vt compensatio non fiat crediti vnius cum credito tertij, Sebast.Medic.decis.53. Limita duodecimò, in debito alimentorum, Fab.dec. 7.eod. & Polid.Rep.obseru.40. Limita decimotertio, in debito iurato, in quo licèt non admittatur compensatio, admittitur tamen retentio, Pute. decis.291.lib.2. Quæro an post sententiam possit opponi hæc exceptio compensationis, ita vt eius exequutionem impediat? affirmatiuè, Afflict.in decis.121.in 2.dub.& Surd.dec. 121. Et num possit obiici contra instrumentum dotale? affirmatiuè, de Franch.decis.642.& Afflict decis.121. in tertio dub. & in primo dub. dicit, quòd compensatio inducitur ipso iure, & sic etiam si à parte non opponatur, & hæc teneas pro ampliationibus regulæ suprapositæ.

COLLECT. 306.

In l.non ignorat, C.qui accus.non poss.

QVis non debet admitti, vt talis, nisi priùs probet se esse talem, hoc dicit. Ex qua quidem propositione infero ego ad multa: Et primò, quòd qui dicit se procuratorem, debet præsentare mandatum, & legitimare suam personam, aliàs non auditur, etiam si promittat de rato, Viu.decis.249. Infero secundò, quòd si quis in impetrando beneficio expresserit se Magistrum, debet in primis se talem probare, Rot.in dec. 14 de probat. in antiq. Infero tertiò, quòd impetrās beneficium per contractum matrimonium, non auditur, nisi priùs illud probauerit, Rot. decis.21.eod. Infero quartò, quòd doctoratus expressus in gratia prouisionis est verificādus per impetrantem, Vestall.decis.177.part.1. Infero quintò, quod qualitas quæ fundat iurisdictionem, est probanda, Afflict.decis. 297. Et hinc subinfertur, quòd delegatus debet ante omnia præsentare, & exhibere illius commissionem, in tantum, quòd si priùs in causa procedat & sententiam proferat, omnia corruunt, etiam si postea exhibeat rescriptum, Guid.Pap in decis.286. Et quando aliquem citat inseri faciat in citatione originale rescriptum, & nō transsumptum, alioquin nihil agit etiam si deinde originale exhibeat, Ann all.g 24.& 143.& Mynsing centur. 2 obseru.3. Infero sextò, quod arctans se probandi aliquid in iudicio, nisi probet perdit causam, Guid Pap.decis. 365. Infero septimò, quod non creditur Iudicis assertioni, nisi illud probauerit, Mastrill.decis.80. Infero octauò, quod qualitas institutæ actionis, vel accusationis est probanda; aliàs sequitur absolutio, quod intellige, quando qualitas alterat delictum, Mynsing.centur.1 obseru 40 Infero nonò, quod allegans dolum in causa fractæ pacis, debet illud verificare, idem Mynsing.cent.3.obseru.98. Infero

quòd quis asserens se agnatum, atque legitimum ad finem succedendi, repellitur, nisi illam qualitatem probauerit, *Gratian.decis.89.* Infertur vndecimò, quòd qualitas Notariatus est in primis probanda, *Ioseph.Ludouic.decis.Perus.114.* Infertur duodecimò, quòd petens hæreditatem, asserénsque se hæredem, debet illud in primis probare, *Verall.decis.64.part.2. Boer.decis.10. & Ludou. decis. Perus. 15.* Unde exequutio non fit contra hæredes non probato in primis, quòd sint tales, *Gratian.decis.122.* bene verum est, quòd videtur in iure recepta conclusio, filius, ergo hęres, agendo, quod tamen respectu matris negauit *Magon.decis.Lucen. 62.* Sed contra eum disputat *Carroc. decis. 43.* Decimotertiò infertur, quòd cessionarius tenetur exhibere cessionem, non tamen ante litem cōtestatam, *Osasch. decis.57.* Sed quando ageret tanquam procurator in rem suam nomine cedentis, ex quo intentaret directam, tunc teneretur legitimare personam suam ante litem contestatam, *Marill. decis.7.*

Collect. 307.

In l.Mela.ff de alim.& cibariis leg.

MAteria priuilegiorum alimentorum hîc sedet, & hęc.l.iam ponit duo priuilegia, vnū est, quod alimenta relicta puero simpliciter, non adiecto tempore debentur vsque ad finem vitæ, & non vsque ad pubertatem, vt dicebat Mela, & malè; alterum quod ea relicta vsque ad pubertatem, pubertas illorum fauore extenditur vsque ad 18. annum in masculo, & vsque ad 14. in fœmina, & ita *Mynsing.centur.3.obseru.12.* tu vero adde alia priuilegia. Vnde primū est, vt induciæ concedi nequeant pro debito alimentorum, *Surd decis.323.* Secundum quia in hoc debito cessat concurrentia creditorum, *Ann.sing. 101.* vbi idem dicit in debito rerum comestibilium. Tertium, quia effectus suspensiuus appellationis nilo-peratur contra sententiam latam pro alimentis, *Verall decis.38.p.1. & Barz. Rot.Bonon. decis.68.* quod no. pro limitatione *l.1.in fin ff.ad Turpil.* vbi appellatio extinguit pronunciatum. Quartum, quia articuli non admittuntur in negotio principali, pendente causa super alimentis de futuro, *Verall.decis.48.p.1.* Quintum priuilegium, quia alimentorum solutio non retardatur propter negotij principalis cognitionem, *idem Verall decis. 21 part. 1.* Sextum, quia in causa alimentorum proceditur summariè, omníque dilatione reiecta, *idem decis. 21.* Septimum, quia pro alimentis de futuro potest agi contra plures hęredes insolidum, pulchrè *de Franch dec. 203.* Quod deseruiet ad limitationem *l. pro barditariis*, cum similibus, *C.de hered.actio.* Octauum, quia super alimentis non admittitur compensatio, *Polid.Rip.obser.54.* Et aduerte, quia memorata priuilegia habent locum in alimentis de futuro, non autem de præterito, *Th.ffau decis.44.*

Collect. 308.

Super cap.vni.de cler.coniug in 6.

CLerici coniugati hodie habent duo priuilegia, vnum, quod si quis eos percutiat incidit in excōmunicationem, alterum, quod pro eorū delictis criminaliter, vel ciuiliter intentatis non, nisi à Iudice Ecclesiastico possint puniri. Sed vt hoc procedat,

cedat, tria requiruntur. Primò, quòd contraxerint cum vnicis, & virginibus Secundò, quòd tonsuram & vestes deferant clericales per dispositionem huius cap. Tertiò, & vltimò, quòd alicuius Ecclesiæ seruitio, vel ministerio ab Episcopo deputati, eidem Ecclesiæ seruiant, vel ministrēt, per dispositionem *Concil. Triden. sess. 23. c. 6. de refor.* Et secundùm hoc adest Regia Pragm. prima de cler. & diac. &c. quæ incipit; (Nuper ad Maiestatem,) quicquid dicebat *Ritus M.C. 66.* qui fuit correctus per dictā Prag. & per cap. Regni, quod incipit, (non exigit,) *sub Rubr. quod cler. coniug. sol. collect.* Modò amplia prædicta Iura, & primò etiam in eo clerico, qui incedit in habitu, & tonsura, caligas verò defert bipartitas diuersorū colorum, *Cappel. Tholos. in decis. 52.* vbi reddit rationem, quia appellatione vestis, caligæ non veniunt in materia odiosa; Amplia secundò etiam in eo clerico, qui vxorem suam notoriè adulteratam sibi reconciliet, quia licèt sit bigamus, tamen intelligitur bigamus quoad legem promotionis, non autem quoad priuilegium concessum clericis coniugatis per iura prædicta, *eadem Cappel. Tholos. in decis. 64.* & latiùs *in decis. 234.* Amplia tertiò, in clerico coniugato, qui non defert tonsuram propter infirmitatem, vel caluitatem, *eadem Capp. Thol. in decis. 104.* Amplia quartò, vt debeat remitti etiam pro delicto commisso tempore, quo erat clericus, & posteà dimisso habitu clericali, cum vnica, & virgine contraxit, quia tempus commissi delicti erit spectandum, *Gramm. in decis. 10.* Amplia quintò, etiam si ante deprehensionem pro laico publicè se gerebat, ac pro tali communiter habebatur, est enim etiam remittendus, modò deprehensionis tempore repertus fuerit in habitu clericali, *Cappell. Tholos. in decis. 184.* Quæ dicit, quòd Tholosæ nunquam fuit practicatus *Tex. in cap. si Iudex laicus, § fin. de sent. excomm. in 6.* qui in hoc expresè disponit contrarium. Nihilominus in casu contrario, scilicèt quando tempore captionis fuit repertus sine habitu clericali, vel cū eo, sed indecenti, vt putà, quia portabat vestem frontiatam super spatulas, vel nimis breuem supra genua, tunc perdit priuilegium; Vnde quidā clericus coniugatus, qui appensate commiserat homicidium, & fuit repertus modo prædicto minime fuit remissus, imò laqueo suspensus, vt refert *Guid. Pap. in decis. 138.* Ad hæc est aduertendum, quod clerici coniugati vilem artem exercētes post trinam admonitionem priuilegio clericali non gaudent, *Mar. in decis. 419. p. 2.* Sicut nec ille, qui existens in habitu laicali fuit præuentus de aliquib. delictis per Iudicem secularem, & relaxatus sub fideiussione de comparendo, postea comparuit in habitu clericali, nam non erit remittendus, quia videtur mutasse habitū in fraudem, *Cappel. Tholos. in decis. 144.* Declara etiam quantùm ad obtinenda beneficia, quia non sunt capaces, *Anton. Fab. in decis. 18. de Episcop. & cler.*

COLLECT. 309.

In l. fi. C. de noua.

OLim fiebat nouatio, noua persona interueniente, addita, vel mutata quātitate, hodie non sic, nisi expresse actum sit inter partes, hoc dicit. Sed vtrum inducatur nouatio interuentu nouæ personæ, quæ non

sit debitor debitoris, vide *Afflict. in decis.* 363. Vbi inclinauit in affirmatiuã, & sic potest esse prima limitatio ad hanc l. Limita secundò, vt licèt hæc l. dicat, quòd nouatio fieri debeat expressè, tamen dicitur expressè fieri nouatio, si per coniecturas appareat, quòd partes voluerunt facere nouationem, *Vincent. de Franch. in decis.* 15. Limita tertiò, vt nõ fiat nouatio ipso iure, sed ope exceptionis sic, tamen in hoc contrarium est decisum, vt apparet in *d. decis.* 15. Limita quartò, vt inducatur nouatio per stipulationem pœnalem, quæ præcedentem obligationem nouat, quando est interpositum iuramẽtum, *Mar. in dec.* 412. *p.* 1. Limita quintò, vt censeatur facta nouatio, cùm apparet actum fuisse de liberando debitore, licet non fuerit specialiter actum de nouando, *Anton. Fab. in decis.* 11 *hoc tit.* Limita sextò, vt inducatur nouatio ex nouo contractu, *Mastrill. in decis.* 40. Licèt ibi fuerit dictum contrà, quia aderat protestatio in contrarium.

Collect. 310.

Super cap. cum contumacia, de hæret. lib. 6.

Excommunicatus propter contumaciam non respondendi super hæresim, de qua erat suspectus, post annum damnatur, vt hæreticus, hoc dicit, & ita fuit practicatus, & decisus in propriis terminis iste *Tex. per Capp. Tholos. in decis.* 365. extra hanc causam hæresis contumax reputatus ob idq; excommunicatus, in qua excommunicatione steterit per annum habetur posteà pro conuicto, *vt 11. q. 3. cap. rursus, & c. quicumque*, & contra eum potest procedi tanquam de hæresi suspectum, vt *sess. Triden. 25. c. 3. in fine.* Sed an tunc priuandus sit beneficio? affirmatiuè, *Mar. in decis.* 859 *p.* 2. Sed vide *Addi. Cappel. Tholos. in d. decis.* quæ in hoc distinguit, & eius distinctio mihi placet.

Collect. 311.

In l. cum res. C. de probat.

Dominium potest probari etiã sine instrumentis, probando emptionem, pretij numerationem, vacuæ possessionis traditionem, & dominum fuisse venditorem, ho c ita si agatur contra tertios possessores, nam si contra ipsum venditorem, eiúsve hæredem, hoc vltimum requisitum non haberet locum. Sed num probetur dominium per instrumentũ locationis, decisum negat. *Anton. Fab. decis.* 14. *hoc tit.* Num & possessio, decisum affirmatiuè quoad contrahentes, secùs quoad extraneos, *Rot. in decis.* 1. *de fid. Instrum. in antiq.* Num dominium ex fructuum rei locatæ perceptione, negat. *Viu. in decis.* 194. licet probetur possessio; Sed & limita quando constaret, quòd alius est in possessione, tunc enim per fructuum perceptionem non probatur possessio, pulchre *Afflict. in decis.* 325. Num probetur dominium ex verificatione mercium, affirmat. *Ann. alleg.* 110. Num ex recognitione signi, negatiuè, *Anton. Fab in decis.* 47. *hoc tit.* Et sic dici solet, cuius est signũ, eius esse & signatum. Num ex antiqua possessione, vide *eundem in decis.* 3. Num probetur per testes deponentes de audita, negat. *Verall. in decis.* 279. *pàr.* 1. vbi etiam dicit, quòd debet probari per testes deponentes de aliquo facto, ex quo resultare possit dominium. Sed num quando agitur de rei vendica-

dicatione probetur dominium per indicia, negat *idem Verall. in decis.* 280. *eod.* Tunc enim plenè probari debet, quòd no. pro limitatione *l. indicia, C. de rei vend.* Et num ex sola recognitione decidit *Guid. Pap.* cum distinct. *in decis.* 272. Num ex denominatione, affirmatiuè, exemplum; Domus Vrsinorum, pulchrè *Rip. in obseru.* 294. Sed num præsumatur dominium ex sola possessione, affirmatiuè, quando non constat de alio titulo, *Anton. Fab in decis.* 40 *vbi sup.* Num ex inscriptione in lapide, affirmatiuè, *Pol. Rip. in obseru.* 68. Agens rei vendicatione, dominium debet probare, nec sufficit præsumptum, *Cornaz. decis.* 138. & *in dec.* 82 ponit quomodo dominium probetur. Et quòd probetur ex emptione, pretij solutione, traditione, fructuum perceptione, & fama, vide *Bellam. in dec. s.* 740. *Carta. decis.* 96. Ad illud de fama, vide *Fab.* alia ponendo *in decis.* 69. *hoc titul.*

COLLECT. 312.

In l. mandatum. C. mand.

Mandatum morte mandãtis finitur. Limita primò, in mandato generali facto à tutore tutorio nomine in litibus cœptis, pulchrè *de Fran h. in decis.* 266. Limita secundò, quando mandans fideiussit pro procuratore, tunc enim licèt mandatorante litem contestatam decesserit, non finitur mandatum, *Cappel. Tholos. in decis.* 264. Limita tertiò, decedente vno ex mandantibus, quia altero superstite, non finitur mandatum, *Anton Fab. in decis.* 19. *hoc tit.* Limita quartò, cum mandatum fit cum clausula, vt mandatarius nihil faciat, nisi pro iterum certiorato, nam si adsit noua voluntas, non finitur morte mandatum, *Verall. in decis.* 194. *par.* 2. Limita quintò, cùm procurator præstiterit satisdationem de iudicio sisti quoad omnes instantias, quia satisdatio hæc operatur litis cõtestationem, sicque facit desinere rem esse integram, *Verall. in decis.* 189. *par.* 2. Limita septimò in mandato substituti, quia non finitur per mortem substituentis, quando substituit ex facultate sibi tradita à principali, secùs, si iure proprio, pulchre *Bellam. in decis.* 6. Limita octauò, in beneficialib. respectu fructuum, & expensarum; quia in illis durat etiam post mortem mandantis, *Crescent. in decis.* 13. *de procur.* quod est notandum pro limitatione *clem. fin. de procur.* Limita nonò, in præstatione consensus post mortem principalis quando principalis in vita porrexit supplicationem, *Put. in decis.* 83. *par.* 2. Limita decimò, in procuratore effecto domino litis, quia non finitur morte, *Guid. Pap. in decis.* 119. Limita vndecimò, quando mãdatum veniret exequendum post mortem mandantis, *Vit. in decis.* 494. Ad materiam vide *Capyc. in decis.* 186.

COLLECT. 313.

Ad Gloss. in cap. qui ad agendum, in ver. vel pacisci. de procu. in 6.

Gloss. hæc concernit nonnullos casus, in quibus mandatum exigitur speciale, Tu. no. breuiter hos decisos, & primò requiritur mandatum speciale in captura possessionis beneficij, *Cappel. Tholos. in decis.* 465. Item in captura possessionis Canonicatus, *Rot in decis.* 1. *de procur. in no.* Item ad contrahendum matri-

monium, *Rot. in decis.* 27. *eod.* quam decis. teneas ad *Tex. in cap. fin. de procur. in* 6. Item ad impetrandum absolutionem ab excommunicatione, eadem *Rot. in decis.* 36. Item in confectione inuentarij, *Thessau. in decis.* 155. Item in constitutione hypothecæ, *Cam. Imper. ver. mandata procuratoria.* Item in omni iuramento exigitur mandatum speciale, *Mynsing. cent.* 1. *obser.* 70. Item ad petendum restitutionem in integrum, cum ea principaliter petitur, nam secus si incidenter, *idem cent.* 2. *obseru.* 26. Item in acceptatione donationis, *Maynad. Rot. Tholos. in decis.* 6. *lib.* 4. Vbi limitat in patre acceptante. Ad allegandum autem causas absentiæ minimè requiritur mandatum speciale. Sicut nec ad iudicia, & petendas inducias ad dominum consulendum, *Rot. in decis.* 24. 27. & 31. *de procur. in nou.*

COLLECT. 314.

In l. 1. & 2. C. de Episc. & cler.

SVnt penè infinita priuilegia clericorum, pro nunc vide infrascripta. Et primum priuilegium est, quia clerici non ligantur statutis laicorum quantumuis generalibus, & rationabilibus, *Viui. in decis.* 326. de qua re latè suprà in *Collecta.* 171. Sicut nec eorundem consuetudine, *Cappel. Tholos. in decis.* 154. Tertium priuilegium, quia clericus hæres laici non sequitur eius forũ, *Surd. in decis.* 110. Quod no. pro limitatione *l. hæres absens, ff. de iudic.* & vide *Mynsing. centur.* 3. *obseruat.* 45. Quartum, quia effectus Notarius, si falsum confecerit instrumentum, non potest à Judice laico puniri, *Mastrill. in decis.* 159. Sicut nec quando coram eodem met falsum deposuerit, *Afflict. in decis.* 230. & *Triuisa. in decis.* 8. *par.* 2. quòd no. pro limitatione *l. nullum, Cod. de testi.* de quo suprà in *Collectan.* 243. Sextum priuilegium, quia de bonis spolij clericorum Judex laicus inuentarium conficere nequit, *Mar. in decis.* 105. Septimum est, quia qualitas clericatus aggrauat delictum in eius persona patratum, exemplum in percutiente clericum baculo, *Thessaur. in decis.* 224. Licèt in aliis minor esset pœna, *Gramm. in decis.* 17. Quæ autem pœna sit infligentis alapam in clericum, vide *Viu. in dec.* 46. Occidens tamen clericum sacerdotem gaudet immunitate tributa ab indulto generali, *Mastrill. in decis.* 68. Et clerici testamentum non valet sine institutione hæredis, *Valasc. in decis.* 165. quod no. ad ampliationem *l. proximè, ff. de his, quæ in testa. delen.* Et sub edicto prohibitorio exportationis armorum clerici bene comprehenduntur. *Peguer. in decis.* 56. Et sic vides, quòd in his non sunt priuilegiati, &c.

COLLECT. 315.

Super Authen. matri, & auiæ, C. quan. mul. tute. offic. fun. po.

MAter, & auia solùm potest esse tutrix, modò renunciet Velleiano, & secundis nuptiis, in tantum, quòd exceptis testamentariis, præfertur tutoribus legitimis, & datiuis, hoc dicit. Quæro an quemadmodum per matrimonium, ita & per sponsalia desinat esse tutrix? negatiuè, *Afflict. in decis.* 357. Et quid si sit tutrix testamentaria, & transeat ad secunda vota? dic quòd amittit tutelam, *Guid. Pap. in decis.* 539. Et

an

an hæc eadem possit reassumere tutelam mortuo postea secundo marito? negatiuè indistinctè *Mynsing cent. 3. obseru.* 83. *& Peguer. in decis.* 166. Et num ipso iure amittat tutelam per transitum ad secunda vota, affirmat. *Viu. in decis.* 460. Sed num possit eam retinere, agnatis consentientibus, negatiuè, *Anton. Fab. in decis. 2. hoc titul.* Num mater, vel auia suscipientes tutelam, admittantur ad iuratoriam cautionem, affirmatiuè *Thessaur. Fil. in decis.* 21. Num mater cogi possit ad suscipiendam filiorum tutelam, negatiuè, *Faber. in decis. 1. vbi suprà.* Sed minor 25. ann. non debet admitti ad tutelam, nisi sit testamentaria, & tunc cum satisdatione, *idem Fab. in decis.* 3. Et si sit testamentaria sub conditione, si non nupserit, alioqui sint alij tutores si minus nupta moriatur, legitimi præferuntur illis testamentariis vocatis sub illa conditione si mater non nupserit, *Viu. in decis.* 2. Num mater tutrix possit agere ad dotes, non reddito tutelæ computo, affirmatiuè, *Mastrill. in decis.* 189. Num hæc præferatur auiæ paternæ, affirmatiuè, *Afflict. in decis* 281. Num valeant cōstituere tutorem filiis suis, affirmatiuè si eos instituat hæredes *Mastril. decis.* 9. quam no. *ad l. si mater, C de testam. tute.* Num dispositio huius Authen. procedat, & in cura? affirmat. *Vincent. de Franch. in decis.* 348. Et quod regulariter mulier non possit esse tutrix, vide *Marc. in decis. 11. par.* 1.

Collect. 316.

In l. quod maior, ff. ad municip.

QVod maior pars facit, omnes fecisse videntur. Quod amplia primo procedere etiam in Iudicibus votantibus, *Afflict. in decis. 1. in secunda dub.* Sed quid exequendum si tres Iudices in diuersa vota tres differentes pœnas intulerint, decisum mitiorem pœnam exequi debere, *Mastrill. in decis.* 183. Sed in Senatu vbi stat Præses, est dicendum, quod illa sententia tenet, data paritate votorū, qua cum Præses concurrit, *Thess in decis.* 1. Amplia secundo in aggregatione Nobiliū Sedili facta, quia præfertur quod fit à maiori parte, licet minor contradicat, vt in casu *de Franch. in decis.* 2. Limita primò, in confirmatione Officialis facta per vniuersitatem, quia vno reluctante, non tenet, pulchre *de Franch. in decis.* 609. *& Viu. in decis.* 129. quod no. pro ornatu *Text. in Auth. de defenso. Ciui. §. fin.* vbi pulcher Text. Sublimita, illo reluctante post confirmationem, nam contradictio est facienda in tempore cōfirmationis, *Ann. alleg.* 15. dicens decisum in causa Marchionis Sancti Lucidi. Limita secundo, & declara istam materiam, quod aut electio facienda spectat ad singulos, vt vniuersos, exemplum in Collegio, Vniuersitate, & Capitulo &c. & tunc maior pars intelligitur, respectu totius Collegij, Capituli, &c. & non respectu minorum partium, aut vero ad singulos, vt singulos, & tunc maior pars intelligitur respectu minorum partium, pulchre *Boer. in decis.* 111. *Mar. in decis. 602. part. 1. Gratian. in decis.* 183. quam distinctionem no. quia poteris concordare multa iura.

Collect. 317.

Ad Prag. 5. de Baro.

OFficia baronalia debēt esse annalia. Amplia primo, proce-

dere etiam in Judice secundarum causarum, ita vt, qui prius fuerit Capitaneus in aliqua Terra, postea non possit ibidem esse Judex secūdarum causarum, *de Franch. in decis.* 479. Amplia secūdò, vt Capitaneus non possit etiam de ipsius, & Baronis consensu ab officio tradere pro illo anno, contradicente vniuersitate, *idem in dec.* 409. Amplia tertio, vt fideiussor datus ab Officiali pro primo anno, non teneatur pro anno sequenti, si is fuerit confirmatus, *Viu. in decis.* 129. Nunc declara, vt is, qui primo anno fuerit Syndicus, possit in sequenti creari à Barone Ærarius *de Franch. in decis.* 210. *in fin.* Declara secundo, dato consensu ipsius Officialis, & sumus in eò officio, quod cum sumptu exercetur, tunc enim potest esse pro sequenti anno, hæc viderut vera conclusio, vide *de Franch. in decis.* 264. Declara tertiò, quando Officialis fuerit absolutus per Syndicatores *Mastrill. in decis.* 188.

Collect. 318.

In l. cùm non facile, ff. si cui plus quàm per l. Fal

VOlo breuiter tangere in hac l. vbi admittenda, vel non curatoria cautio. Et primo admittitur in matre tutrice nō inueniente fideiussorem, *Thessau. Fil. in decis* 21 Secundò in dissequestratione, *Mynsing. cent.* 2. *obseru.* 11. Tertiò, in vsufructuario inope non inueniēte fideiussores, *Guid. Pap. in decis.* 250 *Osasch. decis.* 153. *Surd. decis.* 141. & *Gayll. lib.* 1. *obseruat.* 47. ex *decis.* autē *de Franc. in decis* 497 apparet aliter prouisum. Quartò, in materia Authen. *qua supplicatio. C. de prec. Imp. offeren. Guid. Pap. in dec.* 189. Quintò, in probando impedimento, vbi sufficit iuratoria cautio, *Ioseph. Ludou. in decis. Perus.* 36. Nunc non habet locum, vbi tertius veniens pro suo interesse vult admitti ad impediendam suam exequutionem, *Pute decis.* 117. Secundò, vbi maritus donat vxori pro doctio quędam bona, eius vita durante, quatenetur satisdare cum fideiussoribus, *Guid. Pap. dec.* 248. & 49. Licèt videatur sentire contrarium *Mar. in decis.* 876. *par.* 1. Tertiò, vbi persona esset suspecta, *Guid. Pap. in decis.* 250. Quartò, in causa dotis, *Viu. decis.* 137. Quintò, in cautione de non offendendo, *Viu. in decis.* 341.

Collect. 319.

Super clem. si de procur.

PEr obitum Rectoris reuocatur procurator ab eo pro Ecclesia constitutus etiam, quoad iam cœpta. Quod amplia etiam per mortem ciuilem, *Cassad. in decis.* 2. *de appell.* Sed contrà *Guid. Pap. in decis* 547. Amplia secundo hanc dispositionem etiam in procuratore Abbatis transferri ad aliud Monasterium, *Rot. in decis.* 37. *hoc tit. in nou.* & in Prælato renunciante decidit *Ann. alleg* 92.

Collect. 320.

In l. fi. ff de vsufr. leg.

VSufructuarius omnium bonorum tenetur ad debita, & ita *Guid. Pap. in decis.* 541. Item ad expensas funerum sicut in casu *Mastr. in dec.* 4. Item ad onus legatorum secūdùm ea, quæ dicit *de Franch. in decis.* 483. Item ad collectas, *Viu. in decis.* 535. quam not. ad *l. quaro. ff. eod. in tit.* Item vsufructuarius nominabit in iudicio authorem proprietarium, si actio

actio contra ipsum intentetur, *Gam. in decis.* 265. Item vsufructuarius habet ius argenti fodiendi, *Coler. Rot. German. in decis.* 97. Et vsufructuario, non autem proprietario debetur adiutorium per Vassallum *Capyc. in decis.* 183. Et vsufructuario etiam debetur laudemium, *Guid. Pap. in decis.* 477. *Anton. Faber. in decis.* 6. *de vsufruct.* Et de legato vsusfructus omnium bonorum non detrahitur falcidia, *Gratian. in decis.* 48. Et vsufructuarius potest agere reiuendicatione, *Faber in decis.* 5. *vbi suprà* Et num vsufructuarius dicatur legitimus contradictor in materia *l fin. C. de edict. Diu. Adrian.* decisum negatiuè, *Anton. Faber. in decis.* 10. *de hæred. instit.*

COLLECT. 321.

Ad Bar. in l. post legatum § his vero, num. 1. ff. de his, quibus vt indig.

Refert *Bart. hic ex Iac. de Bel. quod testes non citati non probant*; Ex quo infertur quòd testis voluntarius velóxque nimis ad deponendum minimè probat *Viu. in decis.* 171. Sed hoc dictum limita, quando ageretur de peccato vitando, quia in tali casu testi etiam sine citatione, & sic semet offerenti erit credendum, *Mynsinger. centur.* 4. *obseru.* 2. Limita secundò, si testes adessent in præsentia partis, tunc enim non requiritur citatio *Rot. in decis.* 21. *de testib. in antiquit.* Amplia regulam, vt, quemadmodum testis minus citatus non probat contra, ita & pro, *Achill. de Graff. in decis.* 1. *de testib.* Quæro quid operetur testium citatorum productio? respon. vt producés compellatur eos examinari facere, *Capyc. in decis.* 39. Num testis citatus in termino, eo lapso, receptus probet, affirmatiuè, *Viu. in decis.* 170. Et quid si citatus vltima die termini, iuratus, & examinatus fuerit die sequenti? respon. quòd probet, *idem Viu. in decis.* 127.

COLLECT. 322.

In l. 1. & 2. ff. de iudic.

Prorogationis iurisdictionis materia hîc propriè sedere videtur, vltra *Text. in l. de qua re, § 1. infr. eod. & supra de iurisdict. omn. Iudi. l. si per errorem*, & apud Canonistas, *Text. celebris in cap. P. & G. extra de offic. deleg.* Vnde breuiter not. in quibus casibus cessat prorogatio iurisdictionis. Et quidem primò, in Clericis qui nequeunt prorogare iurisdictionem Iudicis secularis, *Viu. in decis.* 125. Secundò si consensus Iudicis prorogati minus accesserit, *idem in decis.* 126. Tertiò, vbi iurisdictio est taxata, & sic vbi est certus Iudex, *Gratia. in decis.* 78. Quartò in Vassallo in præiudicium Baronis, pulchrè, *Capyc. in decis.* 9. Quintò in Castellanorum iurisdictione, quæ prorogari non potest, nisi de consensu litigantium, *Anton. Fab. in decis.* 46. *de iurisdict. omn. iud.* Sextò, non potest prorogari iurisdictio à procuratore sine speciali mandato, *Guid. Pap. in decis.* 462. Septimò, in causa appellationis, *Mar. in decis.* 119. *par.* 1. Octauò, aduersus eum (vt quidam inquiunt) qui habet iurisdictionem cum clausula abdicatiua etiam tacitè, puta delinquendo coram alio Iudice. Sed num Iudex ordinarius, cuius iurisdictio sit prorogata, dicere possit de nullitate sententiæ? affirmatiuè, *Guid. Pap. in decis* 462. Num iurisdictio sit prorogabilis ad personas non expressas

in rescripto, decidit *Afflict. in decis.* 227. Ad materiam *Guid. Pap. in decision.* 77.

COLLECT. 322.

In l. 1. ff de mino.

NOt. in hoc loco aliqua priuilegia minorum, Et primum, quia minor non potest foriudicari, *Mastri. in decis.* 161. Secundum, quia debet mitiùs puniri, *Thessau. in decis.* 61. Tertium quia confessus in iudicio delictum per ipsum commissum sine curatore, sibi non præiudicat, *Afflict. in decis.* 208. Quartum, quia non soluens canonem non cadit à iure suo, *Gramm. in decis.* 52. quod no. ad limitationem *l. fin. C. de iur. emph.* Quintum, quia sententia lata contra eum indefensum est ipso iure nulla, *Viu. in decis.* 86. Sextum, quia ipsius fauore mora contrahitur re ipsa, & sic irregularis, *de Franch. in decis.* 16. quam not. ad *Text. in l. minorum, Cod. in quibus caus. in integrum restit. non est necess.* Limita in minore succedente maiori, *Marilian. in decis.* 24. *& Afflict. in decis.* 211. Septimum priuilegium est circa Bullam Pij Quarti, de minori 14. annis *Caroc. in decis.* 39. Octauum, quia processus non debet declarari nullus ad instantiam partis contradicente minore, *Viui. in decis.* 336. Nonum, quia minor vigintiquinque annis potest dari tutor in testamento, *idem Viu. in decis.* 489. Decimum, quia mater minoris non priuatur successione filij ob id, quòd tutorem infra annum non petiit, *Gratian. in decis.* 177. Non priuilegiatur tamen, si committat crimen patricidij, *de Franch. in decis.* 250.

COLLECT. 324.

Super clemen. quia contingit de relig. domi.

AD materiam Hospitalis, de qua in hac clement. not. has paucas decisiones, Et primò num Hospitalarij spoliati ab ordinariis possint petere se restitui, decisum affirmatiuè, *Ro. in decis.* 6. *de restitu spoliat. in antiqu. & eod. tit. Bisignet. in decis.* 3. Num Hospitale succedat expositis morientibus ab intestato, affirmatiue *de Franch. in decis.* 198. Num onus alimentandi expositos spectet ad Hospitale? decisum affirmatiuè, *Thess. in decis.* 118. vbi ponit quandam modificationem.

COLLECT. 325.

In l. 1. Cod. si con. ius, vel vtil. pub. & in cap. super literis, de rescriptis.

ISte Text. est celebris apud Ciuilistas in materia subreptionis, & apud Canonistas, *cap. super literis de rescript.* Vnde habes notare, quando rescriptum dicatur, vel non subreptitium, Et primò quidem dicitur subreptitium ob non expressionem veri valoris, *Crescent. in decis.* 18. *de rescript.* Secundò per expressionem falsæ ætatis, nam tunc dispensationis gratia vitiatur, *Mohed. in dec.* 8. *eo. tit.* Tertiò Collatio ordinarij non faciens mentionem de iure patronatus est subreptitia, *Verall. decis.* 224 *par.* 3. Quartò, vbi quis non fecerit mentionem de qualitate præbendæ, scilicet, quia sit sacerdotalis, vel electiua, nam tunc gratia dicitur subreptitia, *Rot. in dec.* 41. *de rescrip.* Quintò, not. generaliter, quod vbi subreptio,

ſeptio habet locum vitiat ipſo iure, *Verall.deciſ.225.part.3.* Modò non dicitur ſupteptitia commiſſio, in qua non fuit facta mentio, quòd cauſa fuerat inſtructa, ſi tamen in ea adeſt clauſula (cuius ſtatum,&c.) *Achill. de Graſſ.in deciſ.9.de reſcript.* Secundò clauſula motus proptij tollit vitium ſubreptionis, *Anton Fab.deciſ.1. hoc tit.* Tertiò, clauſula (amoto) tollit ſubreptionem taciturnitatis detentionis beneficij alterius *Rot. deciſ.37.de reſcript.in antiq.* Sic & quatto clauſula (quod de ſubreptione dici non poteſt) tollit vitium ſubreptionis, *Verall.deciſ.218.part.3.* Quintò, non dicitur gratia ſubreptitia, quando in reſcripto omittitur conſuetum apponi, & Papa præſumitur de eo habere notitiam, *Creſcent. deciſ. 14. de praben.* Sextò, licèt non fuerit facta mentio de iure quæſito, vt in caſu *Mohed. deciſ. 34 de prabend.* Septimò, licèt non fuerit facta mentio de intruſione, *Verall deciſ.218.part.3.* Octaùò, ſi taceatur ea, quæ ius non mandat exprimi, pulchrè *Mohed. deciſ. 8. de reſcript.* & ideò, licèt quis non expreſſerit, quòd eſſet filius delati de hæreſi in impetratione diſpenſationis beneficij gratia non vitiatur. Nonò, licèt qualitates beneficij non expreſſerit, ſufficit enim ipſum exprimere beneficium, *Rot. deciſ. 10. de reſcript. in non.* Decimò, data etiam taciturnitate penſionis, quod tamen intellige in clerico paupere impetrante in forma communi, *Rot diuerſ. deciſ. 39. de reſcript. in antiq.* Sic data taciturnitate otiginis impetrantis, *eadem Rot.deciſ.76. ibid.* Sic ſi Canonicus præbendatus in impetratione expreſſerit præbendam, & non canonicatum, *ibid.in deciſ.72.& Biſignet. deciſ.11. de prab.* Sic quamuis reperiatur fructuum excedere quantitatem, *Biſignet. deciſ. 6. de prab.* Et idem, licèt in reſcripto fuerit omiſſum id, quod, ſi eſſet expreſſum, Papa, vel non conceſſiſſet, vel minus facilè, probatur tamen Papam ſciuiſſe, pulchrè *Verall deciſ.221.part.3.* Et idem, quando qualitates æquipollētes ſint expreſſæ, *idem deciſ.221.* Et idem ſi nō fiat mentio de qualitate à Iure minus conſiderata, *idem in dec.224.* Item prouiſio Nuncij, in qua eſt facta mentio præſentationis dicitur noua prouiſio, & non eſt ſubreptitia, licèt non fuerit expreſſum de noua prouiſione, *Mohed.deciſ.31. de praben.* Item non dicitur gratia ſubreptitia, ſi quis impetrauerit beneficium tanquam curatum, ſi poſtea reperiatur ſimplex, *Rot.deciſ. 73. de reſcript. in antiq.* Item impetratio pro alieno in abſentia, ſi ſubreptitia in aliqua parte reperiatur, non nocebit abſenti, *Rot. deciſ. 74. eod.* Sed regulariter gratia pro abſente ſubiacet ſubreptioni, *Creſcent. deciſ. 10.de prab.* Quis autem dicatur plus delinquere obrepens, vel ſubrepens, decidit *Biſignet. deciſ. 11.de reſcript.*

COLLECT. 326.

In l.1. in fin.ff. quod quis in.

PRobatur hîc, quòd non punitur affectus, niſi ſequatur effectus. Amplia primò, etiam in crimine veneni, *Gram.deciſ.2. Vin.deciſ 487.* Licèt quòd puniatur pœna extraotdinaria. Amplia ſecūdò, in crimine ſodomię, in quo non punitur ſolus conatus, puta ſi membrum non impoſuiſſet, *Peguer.deciſ.75* Sed limita in falſificatione monetę, puta, quia nil aliud teſtabat fieri, niſi imprimi formam, nā

tunc pœna mortis locum habebit, *Gramm.decis.*74.Licèt ipse dicat contrà.Limita secundò, in crimine læsæ Maiestatis in quo quis de sola scientia punitur,*Trau.dec.*51.Limita tertiò, quando deuentum esset ad actum proximum & (vt aiunt) immediatū, *Ant.Fab.dec.*21.*de pœn.* Limita quartò, in conante attentare aliquid contra pacem publicam,*Gayl.lib.*1.*obseru.*14. Limita quintò,in casibus, in quibus Lex punit solum conatum, exemplū in *l. si quis non dicam rapere*, & in illis potest Iudex ex potestate sibi à l.tradita mitigare pœnam, pulchrè *Mynsing.centur.*3.*obseru.* 9.

COLLECT. 327.

In l.testium,vbi glo.in ver.praesto.C. de test.

QVòd testes de auditu non probēt,probatur tam hîc,quàm in *c.tam literis extra eo.tit.*tu verò Limita in probanda vnione beneficiorum, quę bene per testes de auditu probatur,*Caputaq.decis.*344.*p.*3. Limita secundò,quoties tractaretur de affinitate probanda,pulchrè *Mynsing.cent.* 6.*obseru.*58.Limita tertiò,in possessorio in quo testis de auditu probat,intellige in casu *Rot.in decis.* 10. *de testib. in antiq.* Addidit ad hanc regulam quartam limitatiouem, videns hæc me scribere Dominus Franciscus de Vecchio I.V.D. Neapolitanus olim Auditor in partibus Apuliæ, in quo quidem officio multum rectè,&sanctè se gessit,& limitatio est, quoties agitur de probando aliquo vetustissimo negotio, & allegauit bonum *Tax.in l.si arbiter ff de proba.* Sed tu vide in hoc *Ant.Fab.decis.*41.*de testib* vbi decidit per testes de auditu posse probari immemorabilem. Cæterùm plures alias limitationes reperies per DD. & præsertim ***in d. l. testium. & c. tam literis.***

COLLECT. 328.

In l.Imperatores.§.fi.ff.de appell.

CVm timetur ab aduersario, qui in causa victus fuit, & appellauit,de dilapidatione fructuum,pendente appellatione debent ij sequestrari penes tertiū, hoc dicit. Limita primo,vt hoc non habeat locum,nisi in re mobili, nam in inmobili loco sequestri conceditur inhibitio, *Verall dec.*197.Limita secundo si minus constet de dilapidatione, *idem in decis.*158.*p.*2. debet enim ante omnia summariè probari, quòd sit minor dilapidationis, & barattationis fructuum, aut, quòd possessor non sit soluendo, *Borgni. decis.*23.*p.*1. Limita tertio,pendēte causa principali,quia tunc, licèt sit timor, lex nostra non procedit,quæ tantùm habet locum in causa appellationis,vt dixi in summario,& vide *Cappell.Thol.in dec.*477. Limita quarto, si opponeretur exceptio nullitatis sententiæ subsistentis, & militantis,nam tunc credo, quòd sequestrum non haberet locum, & allego *Gratian.*à contrario sensu *in decis.*65.Et tamen aduertendum,quòd in causa hypothecaria,vel exequutiua semper potest fieri sequestrum,etiam quòd quis sit soluendo, nihilq; timoris sit de dilapidatione,ita,vt satisdatione relaxandum non veniat, *Cauals.decis.*23.*p.*1.

COLLECT. 329.

Super Auth sed cum testator,cum duab. sequen.C.ad l.Falcid.

HÆc iura ponunt tres casus, in quib.cessat Falcidia. Et primò, cùm

cùm testator illam detrahere prohibuerit, vt in *d. Authen. sed cum testator.* Secundò in re prohibita alienari, vt in ea re, vbi *Bald.* dicit quòd Aduocati, & Doctores communiter non aduertunt ad hunc casum sic notabilem, & quotidianum, & in hoc tu vide *de Amat. dec.* 18. Tertiò in relictis ad pias causas, vt in *Authen. similiter,* & vide *Guid. Pap. in decis.* 188. vbi etiam id extendit ad Trebellianicam, vt scilicet ea minus detrahatur de his ita relictis. Cessat & Trebellianica in hærede non conficiente inuentariũ, *Guid Pap. in decis.* 53. Limita in liberis primi gradus, vt ibi, & vide *Ant. Fab. decis.* 5. *ad Trebell. & Osasch. decis.* 147. Item in hærede instituto in particulari, eandémque restituere grauato, *Guid Pap. in decis.* 466 Item quoties in restitutione sunt adiecta verba (pleno iure, &c.) *idem decis.* 437. Item cessat in vna re, contradicente fideicõmissario, *idem decis.* 607. Cæterùm grauis dubitatio est apud DD. an Trebellianica possit prohiberi liberis primi gradus, nam in affirmatiuam pluries Romæ fuisse decisum refert *Crescent. decis.* 1. *& Cassad. decis.* 4 *de test.* pro qua decidit etiam *Viu. decis.* 3 *de Franc dec.* 11. & inter cæteras rationes pro hac parte illa videtur satis vrgere, nam si testator, relicta tantùm filio legitima, potest de reliquis bonis suis ad libitum suum disponere, qua de causa non potest in illis Trebellianicam, omnémque detractionẽ prohibere? Nihilominus Florentiæ pars negatiua est canonizata, vt refert *Magon. in decis. illius Rotæ* 35 *in* 1 *dub.* Sicut in Curia Delphinatus testatur, *Guid. Pap in dec.* 51. An autem prohibitio Trebellianicæ facta in primo gradu substitutionis censeatur facta, & repetita in sequentibus gradibus, vide *Guid. Pap. in decis.* vbi dicit quod sic.

Collect. 330.

Super Auth. de nup. § disponat.

Disponat testator, & fiat lex, solet dici per hunc Tex. celebrẽ, quem Amplia primò, vt testator possit disponere, quòd filij restituant fructus perceptos vltra quantitatem legitimæ, *Surd. decis.* 21. Amplia secundò, vt possit prohibere detractionem Trebellianicæ in hærede primi gradus, secũdùm vnam opinionem, quam in Collect. superiori retulimus. Amplia tertiò, vt valeat in quacunque parte testamenti facere hæredis institutionem, *Viu. dec.* 351. Amplia quartò, vt possit disponere quòd hæredes permaneant in communione rerum, quamuis posteà peti possit diuisio, altero dilapidante. *Viu. decis.* 294. Amplia quintò, vt possit tutori remittere inuentarij confectionem, *Guid Pap. in decis.* 352. Amplia sexto, vt in fundatione iurispatronatus possit disponere, quòd post mortem vnius Rectoris alter, quem ipse intendit, sit Rector, *de Amat. decis.* 4. Item in legatis præstandis mens testatoris, quæ verbis inhæret, potissimum est attendenda, *Viui decis.* 466. Item licèt spes substitutionis non transeat ad hæredem, secus tamen est, si de coniecturata mente testatoris contrarium appareat. *Viui. decis.* 468. Item testamentum imperfectum ratione voluntatis ipsius testatoris, nec inter liberos, nec ad pias causas valet, *Mynsing. centur.* 3. *obseru.* 28. Nihilominus limita supradictum Text. Et primò in educatione filiorum, quia facilè receditur à voluntate testatoris, quippe cum

educatio ipsa sit arbitraria, *Viu. decis.* 16. *Gramm.* 55. *& de Franch. decis.* 350. Limita secundò, in conditionibus illicitis, & contra bonos mores, nam in iis receditur similiter à voluntate testatoris, vt ipsemet Tex. se declarat, & vide *Viu. in decis.* 480. quod no. ad limitationem *l. in conditionibus. ff. de cond. & demonst.*

COLLECT. 331.

In l. nunquam. §. thesaurus. ff. de acquir. rer. domi.

IN hoc Text. ponitur diffinitio thesauri: nam dicit Iurisconsultus, quòd thesaurus est vetus quædam depositio pecuniæ, cuius memoria non extat, ita, vt iam dominum non habeat. Ad cuius sanè materiam notes decisiones, & primò *decis. Coler.* 100. vbi tradit *thesaurum inuentum in loco publico de iure Saxonico spectare ad Fiscum*, iure autem communi sunt intra vulgaria vnam medietatem spectare inuenienti fortuitò, alteram domino soli, vt *inf. tit. nostro, l. si is, qui § quòd si creditor. cum concord.* & hinc infertur, quod thesauri inuenti in bonis Ecclesiæ vna medietas spectat ad inuentorem, altera ad ipsam eiusve Rectorem, nec Fiscus secularis habet quid in hoc prætendere, cum Ecclesia, post ipsi factam donationem à Constantino dicatur habere propria bona, & nequaquam subiecta iurisdictioni Imperatoris, & ita decidit *Caualcan. decis.* 15 *part.* 2. Tertiò, & vltimo not. *decision. Rot. Lucan. diuers.* 23. vbi thesaurus inuentus in re communi, & pro indiuiso; debet æqualiter diuidi, & ibi an simplex inuentio sufficiat ad eius dominium acquirendum, vel etiam requiratur, & occupatio, &c.

COLLECT. 331.

In l. in multis. ff. de sta. hom.

IN multis (inquit Iurisconsultus) nostri iuris articulis deterior est conditio fœminarum quàm masculorum, & ibi Accurs. enumerat aliquos casus. Tu vide hos decisos, & primo, quia appellatione filiorum non veniunt fœminæ stante statuto exclusiuo, *Carroc decis.* 105. Secundò, quia fideicommisso facto personis de familia non continetur fœmina *Viu. decis.* 10. Tertiò, quia non succedunt in feudo, *Guid. Pap. in decis.* 59. Quarto, quia nō potest esse testis in testamento, vel in Codicillis, quamuis hoc limitetur inter liberos, *Guid. Pap. in dec.* 538. Quintò, quia vigore statuti ipsarum contractus non valet sine consensu duorū consanguineorū. Limita, si essent vtiles, *Mynsin cent.* 2. *obseru.* 34. Sed an possit pro anima cōtrahere sine præfata solemnitate; affirm. *Carro. in decis* 95 *Gratian. decis.* 5. quia in iudicio personaliter comparere non debent, & si contingat eas iurare, hoc facere debent in domo priuata Magistratus. *Th. ff dec.* 210 Sextò, quia nō possunt testari stante statuto de lucro dotis, *Th. ff dec.* 107. Septimò, quia mulieres non possunt inducere consuetudinem, *Iaffred. dec.* 117. Octauò, quia mulier acquirens præsumitur acquisiuisse ex bonis mariti *Auditor. Perus. in decis.* 28. vbi ampliat, & limitat. Nonò, quia filij masculi descendentes ex fœmina non veniunt appellatione masculorum, quando testator habuit respectum ad agnationem. *Rot. diuersor. decis.*

cis. 6 part. 1. Priuilegiantur tamen primo, quia filiabus fœminis debetur aliquid ex feudis nouis, Thoming. decis. Lipsien. 2. Secundò, quia mulieres non incarcerantur etiam in causa criminali, quando pœna est pecuniaria, Iass. ed. decis. 393. Priuilegiatur tertio mulier, quia si vnam rem celauit in inuentario, non tenetur aliqua pœna, sicut alius hæres, pulchrè Gam. decis. 122. Quartò, quia potest accusare mariti interfectores, Boer. decis. 233. Quartò priuilegiantur, quia propter iuris ignorantiam, excusantur à multis, Mynsing. centur. 3. obseru. 47.

COLLECT. 333.

In §. posteriore. Inst. quib. mo. testam. infirm. siue in l. sancimus. 2. respon. C. de testamen.

PRimum testamentum reuocatur per secundum. Limita primò, si primum testamentum esset perfectum, & secundum imperfectum, quia primum non reuocatur, vt dicunt hæc iura, & vide Vru. in decis. 13. Sublimita, vt per Guid. Pap. in decis. 200. Limita secundò, si primum testamentum esset conditum inter liberos, nisi fiat specialis mentio primi, etiam de clausula in eo inserta, vt dicit Authen hoc inter liberos. C. hoc tit. & Vru. decis. 292 Limita tertiò, si primum testamentum haberet clausulam derogatoriam, quia per secundum non tollitur, nisi fiat specialis mentio clausulæ prædictæ, Ant Fab. decis. 9. hoc tit. Sublimita circa specialem mentionem faciendam, vt per Guid. Pap. decis. 117. Limita quarto, si primum esset iuratum, Fab. decis. 11. eod. Limita quintò, si secundum esset factum in fauorem eius, cuius odio fuerat in primo inserta clausula derogatoria, idem decis. 13. eod.

COLLECT. 334.

In l. casus C. de testam.

HIc tractant DD. materiam testamenti tempore pestis, nam propter pestem non requiruntur tot testes aliàs requisiti in testamento, sufficit enim minor numerus septem testium, vt dicit Thess. in decis 180. Sed num valeat, si minor numerus duorum testium adhibitus sit, negatiuè, Anton. Fab. in decis. 5. hoc tit. Num istud testamentum censeatur priuilegiatum, vt fœminæ impuberes ad testificandum adhiberi valeant, decisum negat. imò in legitima debet relinqui titulo institutionis, idem Fab. decis. 6. eod. Num clausula codicillaris subintelligatur in hoc testamento, negatiuè, idem decis. 7. eod.

COLLECT. 335.

In l. cum auus. ff. de cond. & demon.

DIcebat Papinianus, quod quando quis est grauatus de restituendo post eius mortem, intelligitur, si sine liberis decesserit, & sic filij grauati excludunt substitutum, tu amplia etiam in filiis natis ex matrimonio putatiuo, Hieronym. de Laurent. decis. 70. Num huiusmodi filij succedant, affirmatiuè, de Franch. decis. 130. Amplia secundo, etiam in filiabus, Surd decis. 66. Amplia tertio, etiam in filiis legitimatis per subsequens matrimonium, Thessau. decis. 196. Amplia quartò, si grauatus ingrediatur Monasterium, quia Mo-

nasterium habetur loco filij, & intellige, vt per *de Franc. decis.* 29. vide *Osasch. decis.* 126. & nouissimè *Maynar. lib.* 5. *decis.* 75. Quomodo procedat, quòd Monasterium succedat loco filij, *Valasc. decis.* 24. *& Grat. decis.* 7. Et quando Monasterium excludatur à substituto. *Mastrill. decis.* 65. Amplia quinto, etiam in nepte testatoris, quæ pariter excludit substitutum iuxta ea, quæ dicit *Thess. in decis.* 188. Amplia sextò, etiam si filij nati mox decesserint, *Maynar. decis.* 74. *lib.* 5. Et sic in his casibus substitutus venit excludendus. Non ita tamen si grauatus decesserit, cum filio monacho, quippe qui non excludit substitutũ, *Thess. decis.* 166. Item si decesserit cum filiis naturalibus, *Maynar. decis.* 79. *lib.* 5. Item si perfectè viui nati non fuerint filij, tunc enim non excludunt substitutum, *idem Maynar. eodem libr. decis.* 77.

COLLECT. 336.

Ad rub. nil inno. appll pend.

AD materiam attentatorũ quære num in reuocandis attentatis requiratur probatio tituli, decisum negatiuè, *Rot. decis.* 14. *de restit. spol. in no.* nec requiritur probatio possessionis, *Rota decis.* 56. *de cau. poss. & proprieta. in antiq.* Licèt requiratur probatio detentationis, & status, in quo quis erat tempore attentationis, *Bellam. decis.* 101. *& Gratian. decis.* 91. Num causa attentatorum sit priuilegiata, vt supra in ea non sint seruandi termini seruandi in causis ordinariis, negatiuè, *Gratian. decis.* 70. vide *Rot. decis.* 78. *de appell. in antiq.* Num in reuocatione attentatorum sit pars citanda, affirmatiuè *Rot. decis.* 28. *de appellat. in antiq.* Et huic reuocationi quando obstet exceptio possessionis nullæ decidit *Gratian. in decis.* 50. Quæ concurrere debent, quò dicatur attentatum, *Valasc. decis.* 91. Attentata an dicatur sententia, quæ post appellationem interpositam, ante tamen præsentatas literas inhibitoriales lata fuit, *Thessau. decis.* 49. Num causa attentatorum impediat, quominus procedatur in causa principali, negatiuè, *Afflict. in decis.* 131. Num in causa attentatorum habeat locum repulsa testium, negatiuè, *idem Afflict in decis.* 351. Num post conclusum in causa possint attentata reuocari, affirmatiuè, *idem in decis.* 352. Num continuans possessionem lite pendente, dicatur attentare, negatiuè, *Capyc. decis.* 72. Et num dicatur attentare is, qui exequitur contra appellantem cui ius commune resistit, negatiuè, *Rot. decis.* 234. *de appellat. in no. Verall decis.* 25. *p.* 1. Num impetrans monitorium in beneficialibus, negatiuè, *Achill. de Graff. decis.* 24. *de appellat.* Num dicantur attentata post citationem ad dicendum, affirmatiuè, *idem in decis.* 27. *& 29. eod.* dicit de stylo Rotæ omnia esse attentata facta post inhibitionem, Item non dicitur attentare in diuersis, *Verall in decis.* 59. *part.* 1. Nec in cassatione Bullæ facta de mandato expeditorum de registro, *idem dec.* 55 *part.* 1. Attentata an purgata censentur per cessionem in iudicio factam, affirmatiuè, *Achil. de Graff. decis.* 23. *de appell* Num attentata reuocantur instante eo, qui non habet titulũ coloratum, affirmatiuè, *idem decis.* 25. *eod.* Attentata esse reuocanda an sit interloquutoria, affirmatiuè, *idem Achil. de Graff. decis.* 31. *eod. Rot. in decision.* 80. *de appell. in antiq.* Num attentans lite

lite pendente debet condemnari in fructibus, affirmatiuè, *Rot. decis.* 34. *de sent. & re iudic. in antiq.* Num attentata probentur per remissionem ad partes, negatiuè, *Rot decis. 7. de prob. in antiq.*

COLLECT. 337.

In l. cum apud. ff. iudi. sol.

HIc no. in quibus casibus fideiussor censeatur liberatus, & hoc dicit ista lex, quòd fideiussor de iudicato soluendo acceptus in prima instantia, non tenetur in causa appellationis, sed hoc ita, si ille fideiussisset de soluendo, quicquid fuerit iudicatum per illum Iudicem primæ instantiæ nominando eum nomine proprio, alioqui si simpliciter esset acceptus teneretur *Bellam. decis.* 353. *de Franch. decis.* 320. *Boer. decis.* 315. Quicquid dicat *Marc. decis.* 357. *part. 2. & de veritate Thessa. decis.* 202. vide *eundem de Franch. decis.* 208. Item fideiussor acceptus in M. C. tenetur in S. C. quia illud Tribunal est subordinatũ ad istud *de Franch. decis.* 344. Liberatur autem fideiussor primò prorogato termino credito, & intellige de fideiussore ad certum tempus *Mynsing. centur. 6. obseru.* 53. *& Cappell Thol. decis.* 181. Item fideiussor datus de soluendo iudicatum ab arbitris, non tenetur de eo, quod est iudicatum à Iudicibus *Anton. Fab. decis. 5 de fideiuss.* Item qui fideiusserit reum sistere, si semel fecit reum sistere, liberatur *idem Fab. decis. 24. eod.* Et talis fideiussor liberatur etiam si principalis captus ex Curia ex illa causa postea fugiat, quia per istam incarcerationem liberatur, vt per *Afflict. decis* 230. Item si fuerit acceptus in id, quod à Titio deberi constabit, liberatur si mortuo Titio liquidatum sit debitum *idem decis.* 34. Item liberatur fideiussor, si debitor principalis de nouo iurauerit *Camer. Imper. in ver. fideiussor.*

COLLECT. 338.

In l. fi. C. de pact. conuen.

INter alia dicit hæc l. quòd maritus tenetur vsuras rerum paraphernalium in promiscuos vsus conuertere, reseruata mulieri sorte principali: Sed quæritur an lucretur fructus, sicut vsuras, sunt diuersæ opiniones, tu distingue, vt per *Guid. Pap. decis.* 468. Et an lucretur fructus rerum, quę obuenerunt mulieri, de cuius voluntate non apparet, constante matrimonio *Rot. Auenio.* inclinabat in negatiuam, vt per *Hieronym. de Lauren. decis.* 18. sed *Afflict.* contra *in decis. 44. in primo dubio.* Et quod vxor in bonis paraphernalibus habeat vsumfructum, vt hac l. est etiam specialiter prouisum de iure Saxonico *teste Coler. decis.* 18. Num statutum de fructibus paraphernalium, includat fructus rerum dotalium, decisum negatiuè, *Surd. decis.* 192. Num maritus agens pro bonis paraphernalibus opus sit, vt habeat speciale mandatum ab vxore, negatiuè, vt innuit hæc lex, & ita decidit *Mynsing. centur. 3. obseru.* 53.

COLLECT. 339.

Super cap. 1. § . contrahentes. de fo. comp. in 6.

RAtione solius contractus quis inuitus conueniri non potest apud Iudicem loci contractus, nisi ibidem inueniatur, hoc dicit; Am-

plia primò, etiam si contrahens submisit se omni foro, & loco, *Gratian. decis.* 180. Amplia secundò, etiam in eo, qui promisit facere solutionem in certo loco destinato, in quo quidem inuitus conueniri non potest, & multò minus eius hæres, si ibi non reperiatur, *Triuisa. decis.* 48. *part.*1. Dixi in summario ratione solius contractus, quia si in illo loco tempore contractus habebat domicilium, quod postea mutauit, vel aliquas mercantias faciendo ibi residentiam per aliquod tempus, bene potest cõueniri, & hæc potest esse prima limitatio, *Fab. decis.* 4. *vbi conuen.* & vide *Cappell. Tholos.* à contrario sensu in *decis.* 103. Limita secundò, si debitor certo loco sistere promisit, ibi enim facienda est solutio, *Mynsing. centur.* 2. *obseru.* 5. Limita tertiò, nam dixi in secunda ampliatione, quod non potest conueniri inuitus, nisi ibi repetiatur, ergo secus volens, nam bene potest conueniri deducto eo, quod sua interest in loco destinato nõ soluere *Cresc. decis.* 2. *de solut.* Limita quartò, si esset renunciatum priuilegio fori, quo casu non procedit iste §. *Balb. decis.* 5.

Collect. 340.

Super ca. cum dilecti. & cap. cum causa extra de emp. & vend.

QVando feci *Collectan. super l.* 2. *C. de rescind. vend.* de qua supra num. 8. Non adhuc prodierant in lucem isti duo decisionarij infrà citandi, cúmque nonnulla tractent ad illam materiam, quæ & minùs dicta ibi fuère, ideò ea super his aliis iuribus loco appendicis colligere proposui; Disponunt autem hæc iura idem quod *d. l.* 2. scilicet venditorem deceptum vltra dimidiam iusti pretij posse agere contra emptorem, vel ad supplementum pretij, vel vt res tradita sibi restituatur; vnde Amplia primò, vt istud beneficium competat etiam in venditione facta sub hasta, vt ibi diximus, & nunc vide *Ant. n. Fab. decis.* 4. *de rescindend. vend.* Amplia secundò, etiam si in venditione adiecta sit clausula donationis *Maynard decis. Tholos.* 60 *lib.* 3. Amplia tertiò, vt locum habeat etiam in cessione iurium, *Fab. decis.* 11. *vbi suprà.* Amplia quartò, vt hoc beneficio vti valeant etiam creditores læsi vltra dimidiam *Maynard. decis.* 70. *lib.* 3. Amplia quintò, vt geminatio contractus minimè excludat hoc beneficium *Fab. decis.* 24. Nunc limita, & primò, vt locum non habeat in permutatione *Maynard decis.* 59. *eod. lib.* Limita secũdò, in locationibus temporalibus fructuum *Maynard. decis.* 61. *ibidem.* Limita tertiò, in contractu emphyteotico, *idem decis.* 62. *eodem.* Limita quartò, si venditor esset læsus vsque ad dimidiam iusti pretij, & non vltra, vt dicunt prædicta iura, & vide *Maynard. decis.* 65. *d. lib.* 3.

Collect. 341.

Super cap. 1. de sent. & re iudi.

SEntentia lata contra leges, vel canones non tenet ipso iure, nec ab ea opus est appellare, hoc dicit. Et sic habes vnum casum, in quo sententia redditur nulla, tu adde alios decisos; Primò sententia lata contra defunctum, etiam si is viuere putatetur *Polid. Rip. obseru.* 23. Imò lata etiam in eius fauorem *Vtall. decis.* 140. *p.* 3. Secundò si lata fuerit, penden-

dente articulo *Mastrill. in decis.* 186. Tertiò lata pendente declinatoria fori, *idem Mastrill. in decis.* 127 Quartò lata contra absentes dolo aduersarij per falsos testes, vel instrumenta *Cappel. Tholos. in dec.* 282. Quintò lata præcipitanter, *Affled. in decis.* 358. Sextò lata cõtra infirmum, vel impeditum Judice sciente, *idem Affled. in decis.* 16. Septimò lata ad formam consilij, *idem in decis.* 1. Octauò lata per falsas allegationes, *Rot. in decis.* 27. *hoc tit. in antiq.* Nonò lata contra minus legitimè citatum, *Rot. in decis.* 22. *ibid.* Decimò lata contra minorem curatorem non habentem, *Guid. Pap. in decis.* 494. Lata autem contra minorem, tutori cuius fuit terminus impertitus, quando sit nulla decidit *Mastrill in decis* 110. Vndecimò lata de nocte *Balb. in decis.* 412. Duodecimò lata contra statutum loci redactum in volumine statutorum, *idem Balb. in decis.* 166. *& Verall. in decis.* 136. *p.* 3. Decimo tertiò lata sub conditione *Osasch. in decis.* 146. Decimoquartò lata per Judicem recusatum post appellationem per recusantem interpositam, *Achill. de Graff in decis.* 3. *hoc tit.* Decimo quintò lata contra contumacem ante relationem nuncij, *Mynsinger. cent.* 1 *obseru.* 8 Decimosextò lata die feriato, *Gratia dec.* 144. Decimoseptimò lata contra sententiam in iudicatum transactam, *idem Gratian. dec.* 129. Decimo octauò lata in fauorem minoris obtenta ab actore constituto à tutore *Crescen. in decis.* 8. *hoc tit.* facit *Afflict. in dec.* 162. Decimononò lata ante habitum consilium sapientis, si id petitum sit, & causa dubia fuerit, *Cam. Imper. in ver. sententia.* Vigesimo lata contra communitatem indefensam, *Crescen. decis.* 9. *hoc tit.* Vigesimo primò, & vltimo lata contra Fiscum, absente Aduocato Fiscali, & hoc nedum in causa status, sed etiam in aliis, *Balb. in decis.* 267. Quid autem latam perempta instantia? decisum esse validam, *Vincen. de Franc. in decis.* 643. Sic latam minus publicatis dictis testium, *Guid. Pap. in decis.* 586. Sic latam in fauorem minoris indefensi, *Verall. in decis.* 47. *par.* 3. Sic latam omissa conclusione in causa, *Mynsing cent.* 3. *obseru.* 17. Sic latam contra regulas cancellariæ, *Achill. de Graff in decis.* 1. *hoc tit.* Nam in his casibus sententia non est nulla. Processus autem factus in partibus, lite pendente in curia dicitur nullus, *Mohed. in decis. hoc titul.*

COLLECT. 342.

Super cap. Reg. conuentus.

CONuentus iudicio possessorio, vel petitorio, si post litem contestatam, vel quasi possessionem, vel rem in alium quouis modo transferat, in personam eiusdem alienantis iudicium finitur, executio autem fiet contra vltimum possessorem, & si possessio per multas manus ambulauerit, hoc dicit, Nota *duas decisiones de Franch. vnam* scilicet 545. *par.* 4. Vbi an hæc exequutio possit fieri contra clericum, in quem lite pendente possessio peruenit, decisum negat. sed ad suum Judicem Ecclesiasticum competentem remittenda est, *alteram* 464. Vbi an istud cap. procedat in actione hypothecariæ, & decisum fuit quod sic, & multo magis si ageretur assistentia.

COLLECT. 343.

In l. vt fundus, ff. com. diuid.

QVotidie Text. iste allegatur ad hoc, quòd sententia debet esse conformis libello. Tu limita primò in summariis, in quibus sententia ferri potest etiam iuxta non petita *Veral. in decis.126.par.3.* Limita secundò, in Principe, qui etiam potest ferre sententiam non conformem libello, & vltra petita, *Mar. in decis 13. par.1.* Limita tertiò, quando in libello plura venirent consideranda, & sic non esset reus simpliciter condemnandus, *Cam. Imper. in ver. sententia*; Limita quartò, in sententia præstandæ rationis, quæ extenditur ad reliqua, quamuis in libello non fuerint mentionata, *Afflict. in decis.257.* Limita quintò, in sententia qua debitor condemnatur ad soluendum, quia & creditor potest eadem condemnari ad restituendem piguus, licèt de hoc non fuerit actum: semper enim Judex potest pronunciare super successiuo eius, quod principaliter petitur *idem Afflict. in decis. 32.* Limita sextò, in sententia qua conuenti condemnantur vti hæredes patris, nam possunt nihilominus condemnari tanquam hæredes matris, quæ simul cum patre contraxerat debitum, licèt ad hoc non fuerit actum, si appareat eos non esse hæredes patris, sed matris, *idem in decis.372.* Limita vltimò in causis criminalibus, quia in iis potest Judex non sequi petitionem agentis, *Mynsing. cent.4. obseruat. 81.*

COLLECT. 344.

In l.licet. ff de iudi.

RAtificatio subsequens validi dat actum inualidũ præcedentem, hoc dicit. Ex quo ego infero, quòd appellatio facta à tertio nomine meo per ratificationem infra decem dies validatur, *Guid. Pap. in decis. 13. & 436. Camer. Imper. in ver. ratificatio*; Infero secundò, quòd acta falsi procuratoris validantur per ratificationem domini, vt probatur hac *l. cum concord.* & decidit *Mynsing. cent.1. obseru.43. & Cappel. Tholos. in decis.171.* Infero tertiò, quòd ratificatio subsequens validat alienationem feudi absque assensu domini, *idem Mynsing. cent.4. obseru.87.* Non tamen ista ratificatio, seu assensus trahitur retro in præiudicium tertij, *Afflict. in decis. 286. & de Fran h. in decis. 86.* Infero quartò, quòd ratificatio operatur validitatem processus nulli, *idem centur.4. obseru 61.* Infero quintò, quod ratificatio patris subsequens operatur validitatem actorum factorum à filio sine eius consensu, *Afflict. in decis. 180.* quod no. *pro declaratione l. fi. §. necessitate, C. de bon qua liber.* Infero sexto, quod ratificatio maioris post quinquennium inducit validitatem contractus, *Verall. in decis.1. par.2.* Infero septimò, quod ratificatio validat actum, in quo non interuenerunt sollemnitates statuti, *Surd. in decis.245.* Infero octauò, quod ratificatio domini conualidat gesta per procuratorem substitutum à Monacho simplici procuratore constituto *Cappel. Tholos. in decision. 125.* Quæritur, num ratificatio tacita sit sufficiens? affirmatiuè, *Thess. in decis.7.* An gesta per falsum procuratorem possint ratificari post conclusum in causa, vel etiam post sententiam, *Rot. in decis.1. & 10. de procur. in antiq.* tenuit quod sic in præiudicium ipsius domini, non aliàs, *Guid. Pap.* contrà *in decis. 320.* dicens de stylo curiæ ita seruari, scilicet indistinctè posse ratificari, quod

quod receptum quoque fuit in *Camer. Imper.* vt testatur *Gayll. lib. 1. obseruat. 47.* Non potest autem ratificari sententia nulla, puta quia lata tempore feriato, *Iaffred. in decision. 253.* Nec operatur ratificatio, quando non fit intra tempus actus gerendi, *idem Iaffred. in decis. 116.* vel re non integra, *Polid. Rip. obseruat. 124.* Vel quando mandatum desideratur pro forma *idem Rip. in obseruat. 123.*

COLLECT. 345.

In l. magis puto §. non passim, ff de reb. eo.

INter alia requisita (de quibus per *Afflict. in decis. 249.*) quæ interuenire debent in alienatione rei stabilis minorum, præsertim impuberum, est, vt requiratur de forma Iudicis decretum, vt in hoc *Text. cum concord.* In tantum quòd habes ampliare etiam si alienatio fieret pro debito defuncti, *Surd. in decis. 77.* Secundò etiam, vbi ageretur de exequutione contractus cum parte minoris celebrati, *Gratian in decision. 131.* Tertiò etiam in muliere minore, quippe quæ non potest dare immobilia in dotem sine decreto, *Surd. in decis. 278.* Quarto, etiam si alienatio redundet in vtilitatem minoris, *Afflict. in decis. 87.* Amplia quinto, vt si pupillus alienauerit sine causæ cognitione, & Iudicis decreto, possit deinde vendicare rem vnà cum fructibus, restituto tamen potissimum pretio per eum in eius vtilitatem verso, vt dicit decisum *Vin. decis. 22.* Nihilominus debes declarare, vt hoc decretum possit præcedere, & subsequi venditionem, *de Franch. in decis. 242.* Et secundo limitare in patre, qui quidem iure patrio (non tamen vt tutor) potest sine decreto, tanquam legitimus administrator alienare bona aduentitia filij minoris, quando sumus in casu, quo possunt alienari, vtpote vrgente æris alieni causa, *Afflict. in decis 393.* Et ideò ibi fuit decisum contrà, quia defecit sollemnitas, & cessauit huiusmodi causa, & per alias rationes, vt ibi. Tertiò potes limitare, quando proponeretur adesse cõsuetudo loci, quod actus alienationis fiat in continenti vnà cum decreto, & talis consuetudo probaretur, quia tunc præsumeretur causæ cognitio, licèt regulariter secus etiam si Notarius attestetur eam interuenisse, *Achill. de Graff. in decis. 3. de præsumpt.* Quæritur præsupposito, quod sumus extra causam æris alieni, an possit fieri alienatio rei stabilis minoris, si tendat in eius vtilitatem? *Afflict.* (vt vidisti *in 4. Amplia.*) *in d. decision. 87.* præsupponit posse fieri, verùm non sine decreto, & ideò, quia in casu suo non interuenit decretum, cessio illa fuit declarata nulla, &c. Ego autem essem contrariæ opinionis, & dico, quòd huiusmodi alienatio non potest fieri etiam cum decreto, & si consideres, huic opinioni adhæret magis mens legum de hoc loquentium; & idem S. C. bis deinde iudicauit in proprijs terminis, vt Addentes ad *d. decisio.* & refert *Capyc. in decis. 113.* vbi S. C. noluit interponere decretum per Aduocatos minoris interponi peritum in tali alienatione, & sic non esse faciendam alienationem illius castri, &c. vt ibid.

COLLECT. 346.

In l. si quaramus, ff de testam.

DIcit Caius hîc, quòd in primis inspiciendum erit, an is, qui testatus sit, testamenti factionem habuerit, Glos. magistralis ibi enumerat duodecim personas, quæ testari prohibentur. Adde quòd, & condemnatus de crimine læsæ Maiestatis, *Anton. Fab. in decis. 21. de testament.* Secundò fatuus, cui non plus iudicij est quàm puero 10. vel 12. annor. *Thes. in decis. 91.* Tertiò furiosus, quod limitat *Magon. in decis. 71.* Limita secundò si furiosus faceret ea, quæ quilibet sapiens faceret, *Auditor Perus. in decis. 1.* Quartò Bizochæ, *Carroc. in decis. 76.* Quintò clericus, qui curam animatum habeat, rerúmve ecclesiasticarum administrationem, *Guid. Pap. in decis. 119.* Sextò existens sub potestate Aui, *de Amat. in decis. 71.* Septimò vsurarius manifestus, *Peguer. in dec. 31.* Et ibi si eius testamentum fuerit conditum sine satisdatione, an reconualescat, ea præstita. Octauò Mulier iure Longobardorum viuens, sine Mundualdo, *Viu. in decis. 245.* Nonò Sodomita *Mar. in dec. 891. par. 2.* Decimò Bannitus *Farinac. in decis. 55.* Vndecimò Feudatarius de feudo, *Ann. alleg 45.* Duodecimò, condemnatus ad triremes in perpetuum, qui etiam amittit testamenti factionem passiuam, *Mastrill. in decis. 167. par. 2.* Sed an possit testari excommunicatus? affirmatiuè, *Viu. in decis. 96. & Ann. alleg. in dec. 25.* Num testamentum clerici commorantis in terris Principum secularium valeat, si probetur factum iuxta statum à iure canonico, affirmatiuè, *Valas. in decis. 74.*

COLLECT. 347.

In l. si quis maior, C. de transact.

VEniens contra transactionem iuratam, & sic periurus patitur pœnas hîc insertas; Limita primò, in hærede, cui non obstat periurium defuncti, *Ann alleg. in decis. 28.* Limita secundò, si absit dolus, quia cessit huius l. dispositio *Magon. in decis. 96.* Limita tertiò, stante læsione in transactione, qui petendo rescindi coram iudice non incurrit in pœnas huius l. *Ann. alleg. in decis. 9.* Limita quartò, vt sola supplicationis oblatio non faciat incidere in periurium in materia istius l. *Ann. alleg. in decis. 83.* Limita quinto, in casu *Polid. Rip. obseru. 26.* Ad materiam *Gram. in decis. 66.* Amplia illam l. vt regulariter procedat, & locum habeat in omni contractu, & præcipuè in emphyteusi, *Polid. Rip. obseru. 27.*

COLLECT. 348.

Super Authen. quas actiones, Cod. de Sacros. Eccles.

COlligitur per DD. conclusio ex hoc Text. quod priuilegiatus non potest vti priuilegio suo contra pariter priuilegiatum, Vnde infertur, quod miserabilis persona non potest vti priuilegio l. vni. contra aliam miserabilem, *de Franch. in decis. 186.* Secundò infertur, quod pia causa hæres instituta non detrahit Falcidiam contra Ecclesiam, *Magon. in decis. 130.* Infertur tertio, quod filiusfam. non potest vti Macedoniano contra alium filiumfamil. *Anton. Fab. in decis. 12. C. ad Macedon.*

COLLECT.

COLLECT. 349.

In l.1. & l.cum ex pluribus, cum concor.ff de solu.

DEbitor ex pluribus causis soluens simpliciter, censetur soluisse in duriorem causam, circa hoc no.quinque decisiones: Et quæritur quæ sit durior causa? certè prima potest esse, vt censeatur potius soluisse in computum vsurarum, quàm sortis principalis vt l.1. *Cod. eod.tit. & alibi.* Hoc dictum tu limita, quando vsuræ, seu interesse non esset liquidatum, quia tunc solutio cedit potius in causam sortis, *Ann.alleg.in decis.*54. *Anton. Faber. in decis.*31.*hoc tit.* Limita secundò, quando sors principalis nosceretur esse durior causa, quàm vsurarum, idque potest contingere hoc modo; nam forsan illa debetur sub pignoribus, & hypothecis, vel etiam sub fideiussoribus, hę verò minimè, vt probatur *in d.l.cùm ex pluribus*, & ponit *Polid. Rip. obseruat.* 60. Limita tertiò, quando facta liquidatione interesse, seu tertiarum, creditor petiisset exequutionem sententiæ pro debito principali, quia tunc facta simpliciter solutione, debitor præsumitur potius soluisse in eā causam, ex qua magis vrgebatur, ita *idem Faber. d. decis.*31. Secunda autem causa durior potest esse, quæ continet fideiussores, *Rot. in decis.* 113. *par.*1. *in nouiss.* & ibi habes casum, quod si tu debes mille, & ego fideiussi in medietatem summæ, & pro altera medietate promisisti dare alium fideiussorem, quem postea non dedisti, vtpote quia nec petitus fuerat à creditore, si soluas simpliciter ego censeor liberatus, veluti causa grauior. Tertia causa durior potest esse, vtputa, quia vnum debitum esset instrumentale, aliud non, vel vnum iuratum, aliud minus, vel vnum esset antiquius altero, *Surd.in decis.*186.Vbi illud principaliter no. quòd vbi tractatur de compensatione, tūc non habet locum titulus de solu & sic talis præsumptio, & ideò cautela est pro debitore ex pluribus causis, vt, quando facit pagham, siue solutionem, faciat se declarari creditorem sui creditoris pro illis partitis, nam hoc modo postea poterit compensare suum creditum cum debito, quod magis sibi placeat extingui, quod sanè est notandum.

COLLECT. 350.

In l.Comparationes, Cod.de fide instrumentor.

IN hac *l.cum sua Authen.*ponuntur quinque genera scripturarum, ex quibus literarum comparatio fieri potest. Et primò tractat de scriptura priuata, quę debet esse trino teste notata, ad hoc, vt ex ea fieri valeat comparatio, hoc dictum. Limita quando aliunde constat illam esse scriptam manu negantis, *Thessaur. Fil. in decis.* 24. Num comparatio aliquid operetur, quando in contrarium habet dicta testium, dic quod sic *Magon. in decis. Lucan* 17. Num habeat locum in famoso libello, dic, quòd non *Thom. Triuisa. in decis Venet.*52.*part.*2. Quæ requisita interuenire debeant in ipsa comparatione facienda tradit *Auditor Perus.in decis.*7.vbi vide, & vide omninò *Thessau Fil. in d.decis.*24 qui solemniter, & altiori stylo hanc materiam pertractat. De recognitione autem scripturæ, quæ est diuersa à comparatione, require suprà *in Collect.*19.

N

Collect. 351.

In l. nulla, C. de procur. & cap. 1. §. eod. tit. in 6.

AD materiam substitutionis procuratorum. Quære primò, an quemadmodum procurator constitutus, qui litem sit contestatus, ideóque quasi dominus litis effectus, potest alium substituere, vt in his iuribus, cum concord. ita & possit substituere substitutus, affirmatiuè, *Rot. in decis. 122. & 146. hoc tit. in ro.* Amplia, & in criminalibus, *Triuisa. in decis. 6. part. 2.* Num substituens teneatur de facto substituti, decisum negatiuè, quando substituit virtute potestatis sibi traditæ ab homine, cíque aliqua culpa imputari non possit, *de Franch in decis. 212 & Ann. alleg. 107.* Num per mortem substituentis expiret potestas substituti, decisum negatiuè, si substitutio facta fuerit ex facultate, quam habuit substituendi, quasi quòd fuerit à domino substitutus, *Bellam. in decis. 9.* Num per secundam substitutionem censeatur prima reuocata, affirmatiuè, *Rot. in decis. 4.* vbi suprà. Num possit ante acceptationem mandati substituere, negatiuè, *Rot. in decis. 7. eod.* Num substitutus in prima instantia possit per collegam substitutum procuratorem in secunda reuocare, negatiuè, *Rot. in decis. 21. eo.* Substituens an procedendo postea in causa censeatur reuocare substitutum, affirmatiuè, *Rot. in decis. 30.* Num procurator Iudæi nomine Christiani possit procuratorem substituere, vide *Mynsing. in cent. 1. obseru. 13.* Num per clausulam releuatiuam ab onere satisdandi censeatur tributa facultas substituendi, negat. *Rot. in decis. 33 hoc tit. in antiq.* Num processus factus cum substituto, de cuius solutione non constet, sit nullus, affirmatiuè, *Bisignet. in decis. 6. hoc tit. & Mohed. in decis. 5. eod.*

Collect. 352.

Super cap. 1. extra de aposta.

DIcitur in cap. isto, quòd clerici, qui habitum clericalem, & tonsuram dimittunt, & in apostasia tanquam laici conuersantur, si in criminibus deprehensi teneantur, præcipit Papa per censuram Ecclesiasticam eos non liberari, qui Tex. frequentissimè allegatur in materia, quando, & ex quibus causis clericus clericale priuilegium amittat, vnde quæ ad hoc requirantur, ponit nonnulla *Capyc. in decis. 161.* Et quòd regularis apostata, perdat priuilegium fori, licèt Iudex Ecclesiasticus, eapropter non perdat in eum iurisdictionem suam, ita, vt sit locus præuentioni, vide *Triuisa. in decis. 48. par. 2.* Num illud amittat per delationem armorum, negat licet possit excommunicari, *Vint. in decis. 26.* Num comparens in foro seculari, affirmat. quia illud non potest declinare, *Viu. decis. 387.* Sic deprehensus in habitu laicali *Fab decis. 9. de epis. & cler.* Sic & per militiam, quia tunc perdit, & priuilegium clericale, & beneficium ipso iure, *idem Fab in decis 25 eo.* Quòd in patrimonialibus illud non habeat vide *Vin. in dec. 27.* Et quòd illi non possit clericus renunciare, vide *eundem in decis. 512.* De clerico discolo, & male morigerato vide *Fab in decis. 16. vbi supra.* De clerico in minoribus, quando gaudeat priuilegio fori, vide *Mansyll. in decis. 113.*

COLLECT. 353.

Super Authen. statuimus, C. de Episcop. & Cleric.

CLericus conueniri non potest coram Judice seculari sub pœna hîc inserta, hoc dicit vltra ea, quæ recollegimus supra *in Collect.* 308. vide quoque hæc. Et primò amplia, vt nec ad expensas quidem possit condemnari à Judice laico, si coram eo succubuit, *Bellam. decis.* 26. Amplia secundò, etiam in crimine læsæ Maiest. *Anton Fab. in decis.* 31. *de iurisd. omn. iud.* Amplia tertiò, etiam in clerico deponente falsum coram Iudice laico *Affl. decis.* 130 *Fab. dec.* 26. *eo.* Amplia quartò, vt nec ad inquirendum quidem contra ipsum possit procedi à Judice laico *Fab. in decis.* 42. Amplia quintò, etiam in actione reali, *idem Fab. in decis.* 29. *eo.* Amplia sextò, etiam si sit hæres laici, quia eius forum nō sequitur *Fab. decis.* 12. *de iud.* Modò limita, & primò, quando tractaretur de recognitione chirographi, *Fab decis.* 7. *de iurisd. omn. iud.* Limita secundò, si à suo Judice condemnatus parere nolit, censuras negligens ecclesiasticas, *Fab decis* 8. *eo.* Limita tertiò, vt possit agi cōtra clericum coram Judice laico, quò declaret an transactioni stare velit, *Fab. in decis.* 9. *eo.* Limita quartò, in causa reconuentionis, *idem Fab. decis.* 12. *eo* Limita quintò, si fuerit repertus in habitu secularis militiæ, *Fab. decis.* 14. *eo.* Limita sextò, si turbauerit sequestrum factum à Judice laico, *Fab. in decis.* 16. *eo.* Limita septimò in actione ad exhibendum, in qua Judex laicus potest cognoscere in clericum *idem Fab. in decis.* 37. *eod.* Limita octauò, in possessorio, *idem Fab. in dec.* 18. *de iud.* Limita nonò, si calumniator fuerit coram Iudice laico, quia ab eo condemnari potest, *idem Fab. in decis.* 6. *eo. tit. de Iud.* Limita decimò, vt clericus non habeat priuilegium fori, si vocetur ad Judicem laicum, vt alienæ liti interueniat, *idem Fab. in dec.* 29. *de iurisd. omn. iud.* & hæc collect. sit facta gratia eorum, qui forte non habent istas decisiones Fabri, &c.

COLLECT. 354.

In l. neque enim, ff. de testam. mil.

HIc sedet materia priuilegiorum militis, & iam iste Tex. quinque priuilegia ponit, quæ vide ibi. Adde infrascripta decisa, Et primò, quia duo testes sufficiunt in eius testamento, *Maynard. in decis. Thol.* 93. *li:* 5. Secundò, quia priuilegiatur circa litis expensas, *Surd in decis.* 274. Tertiò, quia conueniri non potest, nisi coram Magistro militum, *de Franc. in decis* 88. Quartò, quia milites gaudēt exceptione hostica, & sic illa non extendatur ad eorum vxores, *Capyc. in decis.* 72. Quintò, quia excusantur à pœna non conficientis inuentarium *Ann. Rober. decis.* 90. Sexto, quia excusantur à tutela, *Mastrill. in dec.* 76. Septimo, quia eorum priuilegiis gaudent etiam vigiles, *Viu. in decis.* 254. dicit tamen *idem Viu. in decis.* 291. quod in eorum testam. bene detrahitur Falcidia, *iux. l. in testam. C. ad l. Falcid.*

COLLECT. 355.

Super cap. susceptum, de rescrip. in 6.

IMpetrans beneficium secundùm vnum modū vacationis, non comprehendit aliū, vt hîc, verùm, vt omnem vacandi modum comprehēdat solet apponi clausula illa (siue alio quouis modo) quā quidē clausulam,

Amplia primò, vt comprehendat etiam vacationem apud Sedem Apostolicam, *Garz. in decis* 45. Secundò etiam vacationem per resignationem *Mohed. decis.* 2. *de off deleg.* hoc dictum limita nō probata resignatione, quia tunc dicta clausula nil operatur *Pute. decis.* 168 *lib.* 3 Limita secundò, vt hęc clausula nil operetur si beneficium vacet ex alterius persona, tunc enim oportet addi illam aliam clausulam, scilicet (vel ex alterius cuiuscumque persona) *Ant. Fab. in dec.* 1. *de sacros. Eccles.* Limita tertiò, vt non operetur, quando expressus sit omninò falsus vacandi modus, *idem Fab. dec.* 4. *eod. tit.*

Collect. 356.

Super cap. quanquam, de vsu in 6.

TV habes ex isto cap. quòd vsurarius manifestius testari non potest, nisi præstita cautione. Nunquid tamen dispositio illius Tex. locum habeat in donatione causa mortis? dicas negatiuè, *Garz. in dec.* 81. Et nunquid, si præstetur cautio post conditum testamentum, reconualescat? affirmatiuè *idem Garz. in dec.* 69.

Collect. 357.

Super cap. redintegranda, 3. q. 1.

TExt. iste celebris tribuit remedium spoliatis, scilicet quod eisdem omnia sint corporaliter restituenda in eo loco, vbi fuerint eis ablata, siue per dolum, siue per violentiam, vel quacunq; alia iniusta causa. Tū amplia, vt hoc remedium trāseat etiam in singularem successorem, *Pute. in dec.* 176. *lib.* 2 Amplia secundò, vt detur etiam contra titulo possidentem, *Thessaur. in decis.* 29. vide *Afflict. in decis.* 361. Amplia tertiò, vt detur contra bonæ fidei possessorem, *Osasc. decis.* 93. Amplia quartò, vt detur absque declaratione temporis, *Afflict. in decis.* 250. Amplia quintò, vt veniant etiam fructus post litem contestatam percepti, *Thess. in decis.* 29. Limita, vt non habeat locum huiusmodi remedium lapsu decennio, quia decem annis ei præscribitur *Cassado. in dec.* 15. & *Pute. decis.* 114 *lib.* 2.

Collect. 358.

Super cap. cum in cunctis, §. cum verò, extra de elect.

BEneficia Electi in Episcopum vacant per confirmationem, adeptionem possessionis, & consecrationem sequutam, vel per lapsum trium mensium post confirmationem ad petendam consecrationem præfixorum, hoc dicit. Et sic habes vnū modum, ex quo beneficia Ecclesiastica vacare dicuntur, scilicet per promotionem alicuius ad Episcopatū, vide *Verall. in dec.* 313. *par.* 2. & intellige per adeptionē pacificæ possessionis dicti Episcopatus, *Achil. de Graff decis.* 2. *hoc tit. Verall. decis.* 194. *par.* 2. Limita in officiis Ecclesiasticis puta Prothonotariatus, quia non vacāt per istam promotionem ad Episcopatum, *Achil. de Graff. in decis.* 1. *eod.* Adde nunc alios modos vacandi, & primo per matrimonium *Rot. in decis.* 1 *eod. tit. de sponsa. in antiq. Bisignet. decis.* 1. *eod. tit. de sponsal. Cappel Tholos. in decis.* 361. & intellige, interueniente copula. Secundò, vacant per simoniam, cum collatio per simoniam fit nulla, *Cappel. Tholos. in decis.* 438. Tertiò, quando collatio fit facta notoriè indigno, *Cappel. Tholos. in decis.* 478. Quartò, dicitur

tur vacare beneficium ex eo, quòd quis potest eo priuari, si per annum perstiterit in excommunicatione, *Cappell. Tholos. decis.* 366. Quando autem quis per intrusionem beneficij priuari possit altero beneficio, vide *Farin decis.* 66. Non priuatur quis beneficio ob non promotionem ad sacros ordines, *Farin. decis.* 112. Sed num priuatus beneficio per sententiam contumacialem possit illa cedere per regressum, negatiuè, *idem Farin. decis.* 3. Not. quod non vacat, si permutatur beneficium iurispatronatus, irrequisito patrono, *Cappell. Tholos. decis.* 107. Beneficium autem vnitū nunquam vacare dicitur, nisi vacet & illud, cui est vnitum, *Anton. Fab. decis.* 64. *de sacros. eccles.*

COLLECT. 359.

In l. hæredes mei, §. cum ita. ff. ad Trebell.

Videtur in hoc text. bene probari (iudicio meo) conclusio illa, scilicet fideicommissum conditionale non transmitti ad hæredes, imò nec ad descendentes quidem ante conditionis euentum, & de hoc solet recitari gloss. illa celebris, *in l. vnic. C. de his qui an. aper. tab.* quicquid aliter senserit alia *gloss. in l. si cui. ff. de actio. & obligat.* communiter à DD. reprobata, & secundùm hanc conclusionem, vide *Peguer. decis.* 100. vbi plenè ad materiam, verumtamen, licet hoc verum sit, est nihilominus receptissimum apud omnes locum non habere, cùm aliud appareret ex voluntate testatoris, quæ etiam prouenire ex coniecturis, coniecturas autem nonnullas reperies reuoluendo DD. scripta: Sed illa præcipua, atque tutior videtur, si appareat aliquo modo voluisse testatorem bona conseruari in familia, quia tunc fideicommissum conditionale bene transmittitur, *Verall. decis.* 21. *part.* 2. Secunda est, quando ad fideicommissum essent inuitati à testatore quidam minus dilecti, quàm qui illud ad se transmissum voluit, exemplum inter nepotes ex filia, & nepotes ex filio, qui vltimi præsumuntur magis dilecti, nam si essent inuitati illi, multò magis & isti præsumuntur inuitati, quibuscunq; etiam concurrit, & illa alia coniectura, scilicet conseruationis bonorum in familia, ita *Anton. Fab. decis.* 14. *de fideicomm.* Tertia est, si testator vni ex hæredibus substituisset superstitem, eiúsque liberos, quia tunc est coniectura vehemens, vt fideicommissum transmittatur, ergo secus si nulla sit facta mentio liberorum, vt probatur in text. nostro, & vide *eundem Fab. in dec.* 34. *eod. tit.* Sed quæritur an quemadmodum ad descendentes, ita & ad collaterales transmittatur ex coniecturis fideicommissum conditionale? hoc non caruit iis, qui tenuêre partem negatiuam, verùm contrariam, scilicet quod transmittitur, alij communiter tuiti sunt, & ita decidit *Auditor Perus. in decis.* 102. *& Vin. decis.* 398. & ibi vide coniecturas.

COLLECT. 360.

In l. Lucius, la 2. ff. de hæred. instit.

Filij positi in conditione censentur vocati ab intestato, subdit gloss. ex testamento enim non, nisi, secundùm magis communem, & approbatam opinionem, vltra conditionem in qua nominantur, appareat ex aliis coniecturis, & adminiculis

de voluntate ipsius testantis quod voluerit eos succedere, & ita solitum iudicari in Regno Cathaloniæ testatur *Peguer. decis.* 100. *sub num.* 7. & ibi subdit aliquas coniecturas, & *Maynard. in decis. Tholos.* 66. *lib.* 5. & vnam ponit *Guid. Pap. in decis.* 184. scilicet si testator in conditione ipsa apposuerit verbum, masculorum, ad quod vide etiam *Maynar. decis.* 68. *lib.* 5. Alteram *Ant. Fab. in decis.* 43. *de fideicom.* scilicet si liberi in conditione positi patruo substituti proponerentur. Tertiam, *idem Fab. decis.* 2. *eod.* Nempe si voluntas testatoris exitum aliàs sortiri nequeat. Modo amplia, vt filij censeantur vocati etiam in legatis, & fideicommissis particularib. *Coler. decis.* 90. *Carroc. decis.* 48. Amplia secundò, etiam in contractibus, *Maynard. decis.* 67. *lib.* 5. Amplia tertiò, etiam si essent positi in dispositione quò ad partem, quia censentur instituti, *Maynard. decis.* 69. *eod. lib.* Amplia quartò, vt intelligantur vocati non solum in portione patris verùm etiam patrui, *Viu. decis.* 392 Nunc limita è contra, si ex coniecturis contrarium appareret, scilicet, quod testator voluerit eos succedere, *Thessaur. in decis* 96 Quod amplia etiam si liberi liberorum essent in conditione positi, *Fab. decis.* 2. *de fideicommiss.*

Collect. 361.

Super Pragm. 2. *de fid. instrum.*

Mortuis Notario, Iudice, & testibus, & constito de ipsorum integritate, alij subrogentur in reassumptione instrumenti, hoc dicit, in qua quidem reassumptione vltra loca ordinaria de iure communi, vtluti *in cap. cum P. tabellio, cum capite sequenti, extra de fid. instrum.* Not. primò, quæ requirantur, & iam octo tradit requisita *Afflict. in decisione sexta.* Num in reassumptione instrumenti concedantur beneficia, decisum affirmatiuè, *Ann. singul.* 255. *& allegat.* 84. *numero* 12. vbi dicit decisum, Num rasura instrumenti, de cuius reassumptione tractatur, impediat ipsam, negatiuè, quia de veritate ipsius rasuræ cognoscetur post reassumptionem in iudicio ordinario, *de Franch. in decis.* 495. Notarij duo simul, & semel rogati, si ambo decesserint, an vnus tantùm subrogatus possit reassumere, vide *Thessaur. decis.* 145. An instrumentum reassumi possit, in quo vnus dumtaxat testis superuiuebat, decisum affirmatiuè, *Minad. decis.* 12. Si instrumentum non reperiatur in prothocollo, sed in fasciculis Notarij mortui an possit reassumi, affirmatiuè, *Gramm. decis* 106. Num instrumentum possit reassumi per alium Notarium, Notario existente mente capto, affirmatiuè, *de Franch. in decis.* 300. Num Iudex ordinarius possit committere alteri Notario vt reassumat, si Notarius, qui confecerit instrumentum aufugerit, vel aliter sit impeditus, affirmatiuè, *Afflict. decis.* 6. Num instrumentum dotale possit in publicam formam reassumi à prothocollo Notarij, ipso, testibus, & Iudice mortuis, affirmatiuè, *Capyc. decis.* 171. Limita si non constaret de veritate prothocolli, *Afflict. decisione quadragesima octaua.* An Notarius succedens alteri Notario, possit reassumere instrumentum sine Iudicis mandato, vide *Guid. Pap. in decis.* 118 Num si dicatur instrumentum falsum possit Iudex prohibere Notario, quòd non reassumat, donec aliter fuerit proui-

prouisum, affirmatiuè, *Afflict. decis.* 113.

COLLECT. 362.

Ad Gloss. in l. generali, C. de tabul. lib. 10.

REquisita, vt valeat instrumentum, ponit hæc gloss. Vnde collige breuiter per viam decisionum aliquos casus, ex quibus reddatur inualidum, ita, vt non sit in forma probante, Et primò quidem, quando non habet locum loci, *Rot. decis.* 738. *in antiq.* hoc tamen non procedit in Hispania, teste *Verall. decis.* 98. *part.* 2. Secundò, quando non habet Notarij subscriptionem, & rogitum, *Verall. decis.* 104. *part.* 2. Tertiò, non probat instrumētum productum parte non citata, *Rot. decision.* 2. *de rescript. in nou.* Quartò non probat si non fuerit recognitum, *Caputaq. decis.* 99. *part.* 2. Quintò instrumentum vitio Notarij si sit aliqua in parte falsum, totum reputatur falsum, *Rot. decis.* 3. *de fid. instrum.* Sextò instrumentum impugnans non potest eo amplius vti in sui fauorem, *Viu decis.* 370. Septimò instrumentum substitutionis procuratoris, in quo non apparet, quòd sit confectum apud acta, non probat *Caputaquens. decis.* 103. *part.* 2.

COLLECT. 363.

Super c. statutum, de rescript. in 6.

CAusæ ab Apostolica Sede, eiúsve legato committi debent dignitatem obtinentibus, vel canonicatum Ecclesiæ Cathedralis. Sed num possint committi Priori Monasterij vel Monacho habitanti administrationem? affirmatiuè, *Rot. decis.* 8. *de rescript. in antiq.* quod not. ad ornatum *clem. & si principalis, eod. tit.* Sed cum text. dicat, quod causę committi debent in dignitate constitutis, subdens postea, quod & canonicis cathedralis Ecclesiæ possunt delegari, opportunè quæritur an tales canonici dicantur habere dignitatem, & *Verall. decis.* 84. & 257. *part.* 1. dicit quòd sic, sub larga significatione. Restringe modò dispositionem huius text. locum nō habere in compulsore, quem non est opus fore in dignitate constitutum, *Achill. de Graff. in decis.* 3. *de offic. delegat.* Limita secundò, in meris exequutoribus gratiarum, *Rot. decis.* 31. *de rescript. in antiq.* Sublimita, nisi exequutores dati essent cum clausula (vocatis vocandis) quia operatur, vt sint veri Judices, *Rot. decis.* 52. *eod. tit. in antiq.* Limita tertiò, in casu *Put. decis.* 190. *lib.* 3. Limita quartò, si ille, cui facta sit delegatio, desierit esse in dignitate, *Bello. decis.* 8.

COLLECT. 364.

In l. etiam, §. 1. *de minor. & l. si alieni nummi, ff. de solut.*

RAtione connexitatis multa cōceduntur, quæ aliàs minimè, Vnde infertur primò, quod valet sententia lata à pluribus Judicibus quorum alter erat inhabilis, & minus competens, *Mastrill. decis.* 27. Verùm in testibus non est ita, quia inhabilis non suppletur ex habilitate alterius, *Minard. decis. Tholos.* 68. *lib.* 4. dicit tamen *Ann. Robert. decis.* 21. quod infamis admittitur ad testificādum cum homine bonæ famæ, & secundùm hoc potest esse secunda illatio; Infertur tertiò, quòd processus factus per Judicem recusatum, simul cum non

recusato valet, *Achill. de Graff. decis. 2. de except.* Infertur quartò, quòd plures rei diuersi fori coguntur apud eundem Iudicem litigare in causis connexis, *Capyc. in decis.* 122. Infertur quintò, quod in causis connexis indiuiduis clericus simul cum laico coram laico conuenitur, *Capyc. decis.* 173 Infertur sextò, quod restitutio in integrum, quæ datur minori, extenditur etiam ad maiores litis consortes, *Afflict. in decis.* 113. Infertur septimò, quòd gabellam frangens amittit nedum res proprias, verùm alienas mixtas, *Thesaur. Fil. decis.* 52. Infertur octauò, quòd testamentum imperfectum inter liberos extraneo admixto non valet, *Boer. decis.* 240. Nonò potest inferri, quòd Iudex absoluit à iuramento ad finem rescindendi, quia non sunt connexa, *Benintend. decis. Bonon.* 14.

Collect. 365.

Super c. quia extra de priuil.

Dispositio de præsenti extenditur etiam ad futura, & hoc maximè obtinet in beneficiis, & priuilegiis, in quibus est facienda plenissima interpretatio, vt hîc cum concord. adductis per Gloss. nam dicit notabiliter iste text. quod Episcopus remittens alicui Ecclesiæ decimas Episcopales simpliciter, & indefinitè, non tantùm præterita, sed & futura remisisse videtur, Ex quo infertur, quòd immunitas concessa pro bonis præsentibus extenditur etiam ad futura, *Anton. Fab. decis.* 19 *de dignitat. & Osasc. decis.* 136. Infertur secūdò, quòd procurator simpliciter constitutus censetur etiam ad causas futuras, *Rot. decis.* 413. *in nou. & Verall. decis.* 393. *par.* 2. Infertur tertiò, quòd Syndicus ab vniuersitate, seu à capitulo constitutus ad singulas, & omnes causas ad futuras quoq; censetur constitutus, *Thess. decis.* 59. Infertur quartò, quòd publicatio bonorum comprehendit etiam futura, *Balb. decis.* 90. Infertur quintò, quòd priuilegium exemptionis pedagij à Principe simpliciter concessum, censetur etiam concessum quoad villas futuras postea quæsitas, *Guid. Pap. in decis.* 489. Verumenimverò dilatio quinquennalis concessa debitoribus nequaquam extenditur ad creditores futuros, dico quod non operetur contra eos, vide suprà in *Collectan.* 8. Item legato vsufructu bonorum, non veniunt bona futura, *Thessaur. decis.* 168. quam not. ad ornatum *l. si ita, ff. de aur. & arg. legat.* vbi assignatur ratio, quia in huiusmodi legatis testamenti tempus attenditur, quod dictum limita quādo contrarium colligeretur ex mente testatoris, vt in eadem l. dicitur, ibi (si aliud comprehensum non esset.) Item quando legatum esset factum coniunctæ personæ, & hoc ratione coniunctionis. Item quando non esset gratuitum, sed in recompensationem, nam in his casibus non attenditur tempus testamenti, quas limitationes not. ad *d. l. si ita*, & vide *Ioseph. Ludou. decis. Perus.* 61.

Collect. 366.

In l. 2. cum sua concord. C. de iurisd. omn. iudic.

Istam regulam, quòd actor sequitur forum rei, vt in prædictis iuribus, quæ quidem procedit etiam si ambo essent priuilegiati, vt per *Vin. in decis.* 49. Limita primò, in miserabilibus personis, *de Amat. in decis.* 105. Quæ

Quæ autem dicantur personæ miserabiles, *Afflict. in decis. 257.* Limita secundò, in Neapolitanis, qui trahunt, & non trahuntur, *de Franch. decision. 416.* & ibi dubitatur quid in muliere Neapolitana origine, quæ virum duxit exterum, & fuit traducta ad domicilium mariti: Limita tertiò, in cõtinentia causæ, *Mynsing. centur. 1. obseru. 4.* vide *de Franch. decis. 426.* Limita quartò, quando essemus in iudicio iuris congrui, quia actor potest conuenire reum in loco rei sitæ, *de Franc. in decis. 389.* Quia hæc actio est in rem scripta, quæ quoad forum æquiparatur reali, & sic not. *dict. decis.* ad ornatum, & ampliationem text. *in l. fin. C. vbi in rem actio.* Limita quintò, cùm essemus in causa reconuentionis, nam si clericus agit coram laico, laicus potest recõuenire ipsum coram eodem Judice, & non tenetur ire ad Judicem Ecclesiasticum sicut aliàs, quod amplia, etiam si clericus posteà vellet renunciare conuentioni per se factæ, *Affl. d. decis. 173. & de Franch. decis. 193* Ex qua decisione potes sublimitare hoc dictum, scilicet quando clericus compelleretur ad agendum coram laico, puta ex causa furti, vel iniuriæ sibi illatæ, & similium ad finem, vt posteà potuisset reconueniri coram laico, nam tunc debet reconueniri coram Ecclesiastico suo Judice competenti. Sextò, an possis dictam regulam limitare in authore laudato, vide *Capyc. in decis. 197. & Thess. decis. 213.* Vbi loquuntur quando Fiscus est author laudatus: Item *Gramm. decis. 21. & Ann sing. 45.* Vbi quando clericus, & Neapolitani. Septimò limita, cùm essent plures rei, & diuersi fori, quia tunc non esset conueniens, vt actor sequeretur forum singulorum reorum, cõtra quos agit pro eadem causa, & ad eundem finem, omnes enim possunt conueniri coram vno, eodémque Judice ipsorum omnium mediato superiore, *Mynsing. centur. 1. obseru. 4.* Octauò limita, cùm ageretur super aliqua exceptione, vt quia reus originarius, antequam conueniatur, vult super exceptione agere, exemplum in casu *l. diffamari, C. de ingen. & manum.* quia hoc casu poterit agere coram Judice suo, & non actoris futuri, *Cap. decis. 18.* Vbi ampliatur etiam contra clericum diffamantem, qui eo casu potest à laico diffamato conueniri coram Judice laico, *Affl.* contrà *in decis. 268.* Sed prima opinio magis obtinuit, vt referunt vtrobique Addentes, & pro claue huius rei, vide *Offasc.* virum doctissimum *in decis. 151.* vbi probat Affl. Et obiter not. in terminis *dict. l. diffamari*, quòd ad hoc, vt possit imponi perpetuum silentium diffamanti, debet præcedere bina monitio, *Afflict. in decis. 274. Mynsing. cent. 3. obseru. 86.* & vide suprà *in Collect. 69.*

Collect. 367.

Super cap. Reg. ex præsumptuosa.

DEcedente feudatario sine prole legitima, quæ ad successionem aperto iure, claróque vocetur, feudum sequestratur infra annum à die obitus computãdum penes Fiscum, & interim de possessione summariè, & de plano, post annum verò de proprietate iuris ordine seruato cognoscetur, Fisco illud in alium quocunque titulo transferre nequeunte, hoc dicit: Limita, & declara hanc dispositionem, quando clarè apparet de legitimo iure succedere prætendentis, quia tunc non debet fieri sequestrum, & si fiat reuocari debet,

Afflict. in decis. 195. vbi decedente feudatario, relicto solum filio suo bastardo, qui specificè erat legitimatus ad feuda, fuit disputatum ad partes, quòd sequestrum factum per Fiscum debebat reuocari, non obstante, &c. vt ibid. Limita secundò, quãdo quis tempore mortis non esset feudatarius, hoc potest contingere, puta si per prius vendidisset feudum alij, tradendo possessionem, &c. & idcò in simili casu fuit quoddam sequestrum reuocatũ, ac restituta emptori possessio, vnà cum fructibus, saluis iuribus Fisco in petitorio, vt testatur *Ann. allegat.* 1. ex hoc enim sequitur quod & in multis verba c. non conueniunt, nimirum si cesset & eius dispositio, vt latè *in dict. alleg.* hoc tamen limita, si in dicta venditione non interuenisset Regius assensus, nam ex quo fuerit ipso iure nulla, bene potest fieri sequestrum, *Afflict. in decis.* 197. Sublimita hanc *Afflict. decis.* non procedere, quando pars allegat se habere Regium assensum, sed dicit se non teneri ad illum exhibendum, vt quia vult producere in petitorio, nam tunc non est faciendum sequestrum, & si fiat, impediri non potest, quin reuocari debeat, & hoc modo Regia Camera Summariæ voluit procedere *Afflict. decis.* vt per *Ann. vbi supra.* Declara tertiò, vt non possit agi ad reuocationem sequestri per Fiscum facti vigore huius c. nisi infra annum, post namque illum de proprietate tantùm, & non de possessorio quæstio terminetur, *Affl. in decis.* 196.

COLLECT. 368.

In l. nulli, C. de iudic.

Continentia causæ non debet diuidi. Amplia, vt hæc exceptio opponi possit etiam post litem contestatam, *Afflict. in decis.* 354. vbi latè ad materiam huius l. & præcipuè an exceptio litis pendentię differat ab ista, ne continentia causæ diuidatur. Limita hanc legem, & sic hanc exceptionem non militare, neque locum habere in criminalibus, *Vincent. de Franch. d. cis.* 416. & 582. *part.* 4. contra tamen est in M. R. C. Panhorm. ex cuius præeminentia, & obseruantia hæc exceptio militat etiam in criminalibus, vt testatur *Capyc in decis.* 122. Quæritur, an pendente causa criminali ad instantiam vnius coram vno Judice, possit per eundem coram alio intentari ciuiliter? negatiuè, & hoc fuit bis decisum, primò per *Put. decis.* 275. *lib.* 1. deinde per *Viu. decis.* 136. vbi vide ad materiam. Item num ista exceptio, ne continentia causæ, &c. censeatur tacitè opposita, si pars opposuerit exceptionem litis pendentiæ coram alio Judice, subdens, & quamlibet aliam ex præmissis resultantem, affirmatiuè, *Afflict. in d. dec.* 354. quia opponenti sufficit simpliciter narrare factum, taliter, quòd resultet exceptio, licèt ea specificè non opponatur, & per alias rationes, vt ibi, vbi quoque habetur quot modis dicatur continentia causæ, præsertim *num.* 5. & 13. ad quod vide etiam *Gayl. lib.* 5. *obseru.* 32. vbi quadruplicem speciem constituit.

COLLECT. 369.

In l. sancimus, C. de fideiussor.

Ad materiam fideiussoris de iudicio sisti, quære num talis fideiussor possit purgare moram, affirmatiuè, vt hîc, & *Gramm decis.* 95. & *Osasch. decis.* 48. Num teneatur ad

pœnam,

pœnam, & intereſſe, quod eſt vltra pœnam, affirmatiuè, *Affliƈt. in deciſ.* 234. Num liberetur, ſi reus principalis fuerit captus à Curia, & poſteà aufugit, affirmatiuè, *Affl.ƈt. in deciſ.* 130. Limita hoc, niſi obligatio noua interuenerit eiuſdem rei *Antonius Fab. deciſ.* 24. *hoc tit.* Num ſententia lata contra principalem poſſit mandari exequutioni contra talem fideiuſſorem ſine noua citatione, affirmatiuè, *Fab. deciſ.* 8 *eod.* Num Fiſcus poſſit eſſe fideiuſſor de iudicio ſiſti, negatiuè, quia non eſt habilis ad conueniendum *Affl.ƈt. in deciſ.* 88. & propterea non ab re olim, cùm Rex Neapolis non eſſet ita potens, vt hodie, emanauit quidam Ritus M.Cur. quo cauebatur Nobiles Sedilis Nidi, & Capuanæ non poſſe in fideiuſſores recipi, quia non poterant facilè conueniri, quæ quidem ratio ſimul cum ritus diſpoſitione hodie corruit: Ex eadem ratione ſcilicet propter difficultatem conueniendi videtur dici, & Doƈtor non poteſt eſſe fideiuſſor, quandoquidem in ciuilibus lex non permittit eum inuitum ad iudicium deduci, non capi perſonaliter, non excuti, non perquiri etiam de armis à Iudicis familia, vt in illa *l. medicos, cum ibi not. C. de profeſſ. & med. lib.* 10. id quod & *Alexand. Rauden* affirmauit *in deciſ.* 15. *num.* 172. Sed & hoc hodie ex generali conſuetudine deletum eſt, ſicut & multis aliis eorum priuilegiis derogatum, veluti ei, ne teneantur hoſpitari, idque merito, quia eſt tanta copioſitas, & multitudo Doƈtorum, vt non mirum ſi eorum ſtatus quodammodo ad vilipendium redaƈtus ſit.

COLLECT. 370.

Super Ritu M.C. 181.

CIrca materiam præambuli iſte ritus melius, quàm alij de hoc loquentes, ponit propriè modum, & praƈticam, quomodo in eo procedatur, & quoniam omnes ritus traƈtantes de præambulo, ſemper loquuntur in perſona hæredis, ideò limita, vt non extendantur ad eum, qui ſcriptus eſt hæres in codicillis, in quibus vt regula diƈtat, non poteſt hæreditas dari, neque adimi, ideoque eo caſu legis præſumptione iudicatur fideicommiſſarius vniuerſalis, qui per conſequens non poteſt mediante præambulo ſe facere declarari hæredem *Vint. de Franch. in deciſ.* 104. Sic & nec ille (& eſt ſecunda limitatio) qui eſt hæres ex teſtamento nullo *Ann. alleg.* 19. Tertiò, non poteſt fieri præambulum, lite pendente *Minad. deciſ.* 8. Num quando appellatur à præambulo poſſint Iudices M.C. votare in cauſa appellationis? negatiuè, *Ann. alleg.* 18.

COLLECT. 371.

Super Clem. appellanti, de appell.

APpellanti ab interloquutoria, vel grauamine, non licet proſequi cauſas in appellatione minùs expreſſas. Sic & proceſſus primi Iudicis iuſtificari, vel impugnari coram ſecundo Iudice non poteſt, niſi ex aƈtis coram primo produƈtis, hoc dicit. Cuius Clem. diſpoſitionem amplia, vt procedat, etiam ſi Iudex ad quem ſubrogetur in locum Iudicis à quo *B. llam. in deciſ.* 150. Sed limita, quando ſumus in ſententia lata ſuper articulo attentatorum, quia hæc habet vim diffinitiuæ, & per cõſequens non habet locum hæc Clement. & ſic appellans à tali ſententia poteſt proſequi cauſas etiam non-

expressas in appellatione, **Rot. in decis. 11. hoc tit. in nou. Bellam. decis.** 148. Vnde potes limitare secundò, vt locum nõ habeat in appellatione ab interloquutoria habente vim diffinitiuæ, *idem Bellam. in decis.* 417. Quæ autem dicantur interloquutoriæ vim habentes diffinitiuæ, diximus suprà in **Collect.** 193. Limita tertiò, in sententia lata super articulo restitutionis ad appellandum, quia postmodum in tali appellatione potest prosequi causas etiam non expressas, *Maynar. decis. Tholos.* 92. *lib.* 3. *& Bellam. decis.* 325.

Collect. 372.

Super Pragm. 1. de vsu.

Circa sceleratissimum crimen vsurarum, quarum vt plurimum miseri pauperes grauantur, & corroduntur propter illorum paupertatem, quære primo, & vide quot modis vsura committatur in mutuo, & de hoc decidit **Ludou. à Pegue. in decis.** 32. Et quando contractus præsumatur factus in fraudem vsurarum decidit **Afflict. in decis.** 65. **& Capyc. decis.** 175. de hoc puncto diximus suprà in **Collect.** 194. vbi adduximus alias decisiones, vide ibid. Sed num dicatur contractus vsurarius continens pecuniam debitam ex mutuo, & ex venditione alicuius rei, decisum affirmatiuè, **Capyc. in decis.** 49. Num in eiuscemodi crimine possit procedi ad instantiam Fisci, desistente parte, affirmatiuè, **Minad. decis.** 39. quæ decisio confert ad **Pragm.** 4. **eod. tit.** Num inquisitus de hoc crimine possit sub fideiussoribus relaxari, affirmatiuè, **Hieron. de Lauren. in decis.** 48. Qui autem possint sub fideiussoribus relaxari, nos adnotauimus aliquos casus suprà in **Collectan.** 144. Num Princeps possit permittere Iudæis vsuram facere, negatiuè, **Thesaur. decis.** 57. Num decisio dubitationis consistentis in iure, an contractus sit vsurarius necne, sit remittenda Iudici Ecclesiastico, affirmatiuè, **Gram. in decis.** 194. vide **Pegue. in decis.** 30. ibi enim habes an hoc crimen vsurarum sit merè Ecclesiasticum, vel mixti fori. Num consuetudo fœnerandi per vsuratiam prauitatem, excuset à pœna temporali, negatiuè, **Peguer. in decis.** 34. Quibus autem pœnis subiiciantur vsurarij, decidit *idem Peguer. in decis.* 31. & ibi etiam habes, quòd Principes seculares in suis Regnis possunt arbitrariè imponere pœnas contra vsurarios.

Collect. 373.

In l. acceptam, C. de vsur.

Ad materiam oblationis, de qua hîc, vide cui sit facienda oblatio **Osasch. decis.** 175. Num impediat Saluianum interdictum, **Gratian. dec.** 208. An habeat vim satisfactionis, quando habet requisita, **Cornaz. dec.** 25. Et excusat à pœna, **idem Cornaz. dec.** 119. Et à pœna caducitatis, **Verall. dec.** 271. Et à mora, modò sit integra, & pura, **idem in decis.** 268. Et quod inducat purgationem moræ dummodo sit realis, vide **Anton. Fab. decis.** 53. **de solut.** Imo, & verbalis sufficit ad inducendam pignoratitiam iuxta casum eiusdem **Fab. decis.** 2. **de pign. act.** Non tamen permittitur propria authoritate capere, **idem Fab. decis.** 6. **eod.** Quæ autem obligatio non sit acceptanda, decidit **Verall. in decis.** 269.

Collect. 374.

Super cap. in nomine Domini, extra de testib.

Non

NOn tenet receptio testium facta contra non citatum Sed an ex hoc reddatur sententia nulla, vide *Afflict. in decis.* 28. Et an in crimine assassinij isti testes sic recepti probent dicit negatiuè, *Crescent decis. 2. hoc tit.* verùm no. vnam limitationem ad hunc Text. quòd testis examinatus, non citata parte, bene probat quando timetur de eius festinatione discessus, *Cam. Imper. in ver. testes.*

COLLECT. 375.

Ad doctri. Bald. in l. cùm virum, num. 21. C. de fideicommi.

COmmuniter in materia feudi hæreditarij sequuntur *Bald.* in hoc loco, scilicet feudum dici hæreditarium, quando est concessum pro te, & hæredibus quibuscumque. Sed quid si concedatur tibi, & tuis hæredibus ex tuo corpore legitimè descendentibus, si in persona descendentium sit hæreditarium, decisum affirmatiuè, *Afflict. in decis.* 140 Et quid si sit concessum pro te, & liberis, cum clausula apposita in fine priuilegij (mandantes, vt respondeant tibi, liberis, & hæredibus) decisum non esse hæreditarium, sed ex pacto, & prouidentia *de Franc. in decis* 4 Sed num, vt quis in eo succedere valeat, necesse sit, vt sit hæres primi acquirentis, vel vltimi decedentis, decisum in feudo antiquo sufficere primi acquirentis, *Mohed. in decis.* 4. & 7. *in tit. de feud.* quod amplia siue sit hæres primi inuestiti mediatè vel immediatè, *Pute. in decis.* 179. *lib.* 2. Et num in feudo hæreditario antiquis probetur aditio hæreditatis inuestitutis, & possessio feudi successiua, affirmat. *Crescen. decis. vni. tit. de feu.* Num alienatio feudi hæreditarij, & antiqui noceat agnatis, negatiuè, *Mohed. decis.* 4. *eod. tit.* In feudo hæreditario num possit quis feudum retinere, & hæreditarium repudiare, negatiuè, quod dicit secus de iure Saxonico, *Matth. Coler. decis.* 79. Num hæres vniuersalis succedat in instantia in feudalibus, quando non est hæres ex corpore vide *de Franch. in decis.* 593 Et num in feudo hæreditario hęres teneatur ad solutionem legatorum pro concurrenti valore feudi, etiam quòd alius sit hæres institutus à testatore, affirmatiuè, *de Franc. in decis.* 1. Num hæres in feudo hæreditario possit cogi ad instantiam creditorum vendere feudum, affirmatiuè, *idem in decis.* 504. Num primus acquisitor feudi possit mutare formam, decidit *Mastrill. in decis.* 56. Num in dubio feudum præsumatur ex pacto, & prouidentia, vel hæreditarium, decidit *Osasch. in dec.* 162. Differentias autem inter hæc duo genera feudorum ponit *Myrsinger. cent. 4. obseru.* 2. Et filius quando creditoribus patris ex bonis feudalibus teneatur satisfacere, decidit *Capyc. in decis.* 199.

COLLECT. 376.

In l. de quibus, cum sequen. ff. de legi.

IN istis iuribus ponuntur effectus Consuetudinis, quia solet dici, quod Consuetudo habet vim legis. Item quia est optima legum interpres, & eadem ò tu no. aliquos hic à me repertatos. Et primò quia excusat à pœna, *Carrocc. in decis.* 111. Secundò, potest inducere, vt testes audiantur etiam post didicita testificata, *Anton. Fab. in decis.* 5. *qua sit lon. consue.* Tertiò, potest tollere præscriptionem

idem Fab. in decis. 1. eod. Quartò, potest inducere, vt ab interloquutoria viuę vocis appelletur, *Cam. Imper. in ver. consuetudo.* Quintò, vt vxor succedat viro etiam liberis extantibus, *Rot. dec. 1. de consuet. in nou.* Sextò, vt appellatio, omisso medio, valeat, *Mynsinger. cent. 1. obser. 66.* Septimò, quia potest in parte tollere ius naturale, *Rot. dec. 7. de consuet. in antiq.* Octauò, quia in iudicio obseruari debet *Vtu. dec. 197.* Nonò, quia venit obseruanda, etiam vero legis intellectu non obstante, *idem Vtu. decis. 66.* Decimò, quia in solutione quotæ decimæ ipsa prius inspici debet, *Anton. Fab. in decis. 3. quæ sit lon. consuet.* Vndecimò, potest inducere, vt antiquior partiarius optet Canonicatum, quod procedit etiam si ille esset Archidiaconus, *Achill. de Graff. decis. vnic. de consuet.* Duodecimò, quia potest inducere, vt possessio defuncti transeat ad hæredes etiam sine apprehensione, *Mar. in decis. 65. par. 1.* quod est notandum pro limitatione *Tex. in l. cum hæredes, ff. de acquir. poss.* Decimotertiò, vt possit Prælatus testari pro anima, & ad pias causas de fructibus, & rebus mobilibus Ecclesiæ, licet regulariter secus, *idem Mar. in dec. 446. par. 1.* Decimoquartò, vt possit procedi inter religiosos sine scriptis, comburiq; processus, idque ne eorum delicta fiant manifesta, *Put. decis. 283. lib. 1.* Decimoquintò, & vltimo. Consuetudo immemorabilis habet vim priuilegij, quando non est iuri contraria, *idem Put. dec. 46. lib. 2.*

Collect. 377.

Ad statutum Italiæ.

Stat statutum per totam fere Italiam, vt est cantilena scribẽtium, quod mulier, vel minor non potest vllo modo contrahere sine consensu, & interuentu duorum ex consanguineis proximiorum. Amplia, quod nec quasi contrahere, & sic de per se esse in iudicio, vel procuratorem ad lites constituere, *Gratian. in dec. 45.* Amplia secũdò, vt non valeat contractus etiam si mulier contraxerit cum interuentu duorum consanguineorum, asserens cum iuramento, quod non erant alij proximiores, nam constito de his postea, potest dicere de nullitate contractus, *Gratian. in decis. 254.* Sed in hoc aduerte, quia quando mulier vult dicere de nullitate, habet necesse probare primo, quod sint proximiores, secundò, quod fuerint habiles ad consentiendum, quòdque de facili potuerint consentire, tertiò, quod erant ciues, seu habebant ibi domicilium, vel incolatum, ex his enim oritur præsumptio, quod ij erant, & stabant in Ciuitate, quartò, quod fuerint, & erant (si hoc requirat statutum) bonæ famæ, & opinionis; quia hæc qualitas requisita à statuto debet necessario probari, ita *Gratian. in decis. 58.* vbi, quia mulier hæc non probauit, merito succubuit, Refert tamen *Achill. de Graff. in decis. 4. de præsumpt.* per Rotam tantum, quod si in eiusmodi contractu fuerit interpositum decretum, facit ita præsumi eos proximiores fore, qui interuenerunt, vel si minus, non adesse, vt qui velit dicere contrarium, debeat probare alios proximiores fuisse præsentes, ac habiles, sed non adhibitos esse. Amplia tertio, quod si stet statutum, quod huiusmodi sollemnitas, scilicet interuentus, & præsentia duorum proximiorum interueniat & in testamentis, extendatur etiam ad testamentum

tum inter liberos *Gratian. in decision.* 106. vbi limitat in eo, quod fit ad pias causas, quia ad hoc non extenditur statutum, ratio, quia nulla adest potestas statuentiũ respectu piæ causæ. Amplia quartò, vt hæc, & similia statuta extendantur etiam extra territorium statuentium, maximè cùm posset colligi fraus, alioquin vnusquisque, ne contraheret cum præfatis sollemnitatibus, se reciperet ad Ciuitatem, vbi non requiruntur sollemnitates, & ibi contraheret, vel donaret, sicque Constitutio redderetur elusoria, quod esse non debet *Gratian. in decis.* 162. quæ quidem conclusio potest etiam desumi ex iis, quæ ponit *Vincent. de Franch. in decis.* 71. Limita modò, vt hoc statutum non extendatur ad cõtrahentes cum patre ipsorum, cessat enim inter patrem, & filium ratio fraudis, quæ aliàs fuit à statuto considerata, *de Amat. in decis.* 46. Limita secundò, vt non extendatur ad causam dotis; nam mulier potest pro aliqua promittere dotem, & sic se obligare sine præfatâ sollemnitate, quoties enim dotis causa reperitur specialiter priuilegiata, vt hoc casu, per illam *l. si v.* & *l. si dotare, Cod. ad Velle.* nunquàm comprehenditur sub statuto quantumcunque generaliter loquente, *Pute. in decis.* 163. *lib.* 3. & *Surd. in decis.* 164. præsertim *num* 3. Sublimita, si mulier, quæ promittit, esset minor, quia tunc ligaretur statuto loquente per verba prægnantia, *de Amat in decis.* 34. vide etiam ad prædicta *Gratian. in decis.* 95. qui tamen videtur sentire contra illas duas limitationes. Sublimita secundò, vt statutum extendatur ad augmentum dotis, vt tradit prædictus *de Amat. d. in decis.* 34. & sic hæ sublimitationes possunt esse quinta, & sexta ampliatio ad dispositionem statuti sæpius memorati.

COLLECT. 378.

In l. si qua per calumniam, C. de Episcop. & Cler.

Occasione huius l. disponentis in fine ipsius quòd clerici discedentes ab eorum Diœcesi procurent à suis Episcopis obtinere literas dimissorias, siue testimoniales, aliàs non habebuntur pro clericis, no. breuiter quibus modis probetur clericatus. Et primò ex attestatione Ordinarij (vt hic) qui clericum promouit, *Farinac. in decis.* 67. Secundò, potest probari per testes, si bulla primæ tonsuræ deperdita fuerit, *Guid. Pap. in decis.* 464. Tertiò, probatur ex possessione beneficij; *Rot. in decis.* 13. *in principio de prob. in antiquis.* Quartò, cùm de sola beneficij possessione apud Judicem laicum agitur, sufficit probare solam quasi possessionem clericatus, *Anton Faber. in decision.* 11 *de probat.* Quintò probatur, prout in casu *Gramm. in decision.* 81.

COLLECT. 379.

In l. non omnes, § à barbaris, ff. de re milit.

Solet allegari ad hoc iste Text. famosus, quod quando de aliqua re non potest liquidò constare, tunc ad argumenta, & coniecturas recurrendum est, Quamobrem volui hîc subnectere aliqua decisa, quippe quæ per coiecturas probari possunt, Et primò dolus, *Matth. Coler. in decis.* 97. Secundò simulatio, Tertiò Si-

monia, *Farinac. in decision.29. & 9.* & ibi ponit coniecturas. Limita si indicia non essent manifesta, *Anton Fab. in decis.51. de proba.* Quartò, falsitas *Farinac. in decis.132.* An autem in crimine falsi suspicio habeatur pro veritate, controuertitur grauiter apud DD. circa quod tamen pro nunc tu vide *Gramm. in decis.30. Viu. in decis.81.* vbi loquitur in ciuilibus, *Thess. Fil. in decis. 47.* Quintò, probatur ex coniecturis, quòd filius non sit natus ex marito *Crescent. in decis 1. qui fil. sint legit. & Mohedan. in decis. 1. & 2. sub eodem tit. qui fil &c.* Sextò, confidentia in beneficialibus potest per coniecturas probari *Anton. Fab. in decis.12. de prob.* Sed num ex iis, quæ resignans fecit in beneficio, resignatario ignorante, probetur confidentia? negatiuè, *idem Anton. Fab. in decis.13. eod. tit.* Septimò, per coniecturas probatur, quod filij positi in conditione censentur vocati, *Viu. in decis.262.* Octauò, delicta commissa de nocte; vnde testes deponentes se cognouisse delinquentem ad vocem, faciunt indicium ad torturam *Viu. in decis.168.* Nono, filiatio etiam probatur per coniecturas, *Triuis. in decis.60.* quam not. ad ornatum *l. Lucius. ff de cond. & demonst.* Decimò, assassinium *Maynard. in decis.90. lib.3.* Hæc & alia passim reperies per DD.

Collect. 380.

In l. in bonæ fidei, C. de rebus cred.

PRopter defectũ, & inopiam probationum est inductũ iuramentum suppletorium, nam vbi est semiplenè probatum, potest causa cognita, deferri tale iuramentum, vide *Viu. in decis.108.* Amplia, vt deferri possit etiam in criminalibus, si pœna futura erit puniaria *Anton. Faber. in decis.44. hoc tit.* Amplia secundo, vt possit deferri ei, qui per vnicum testem probauit promissionem de reddendo instrumento super solutione, *Fab. decis.30. eodem.* Amplia tertio, vt possit deferri vniuersitati, *Anton. Fab. in decis. 40. eo.* Amplia quarto, vt possit deferri etiam post conclusum in causa, *Thess. in dec.93. Boer. in dec. 96.* Quintò, etiam post didicita testificata, *Anton. Fab. in decis.27. vbi supr.* Amplia sextò, vt concedi possit in causa appellationis licèt in principali fuerit minus petitum, *Gratian in decision.36* Modo limita, & primo, vt non deferatur, existente vnico teste consanguineo iurantis *Viu. in decis.381.* Limita secundò, quando præsumptio est contra iurantem, *Ant. Faber. in decis.18. hoc tit.* Limita tertiò, in infame, cui non defertur, *Anton. Fab. in dec.17. eod* Limita quartò, in summa notabilissima, *Afflict. in decis.375.* Limita quintò, vt nõ deferatur, vbi plures testes in eorum dictis singulares fuerint, *Polid Rip. obseru.266.* Limita sextò, si actor probauit suam intentionem plenè, reus verò suam intentionem semiplene, & probatio, & exceptio sunt inter se incompatibilia, nam tunc non defertur iuramentum, exemplum vide in *Cappel. Tholos. in decision.406.*

Collect. 381.

Ad Bart. in l. si conuenerit ff. de re iudic.

AD materiam consilij sapientis tactam per Bar. hîc, quære primo cuiusnam sumptib. sit causa committenda consilio sapientis, decisum communibus, *Auditor Perus. in decis. 74.*

74. Si consultor dicat in consilio aliquem fore condemnandum, vel absoluendum, & Iudex in sententia dicat, pronuncio, secundùm consilium non valet *Bald. dec.* 1. & spetni potest in re primâ facie in facto dubia, certa verò in iure *Polid. Rip. in obseruat.* 146. Num consilium Sapientis locum sibi vendicet in relictis ad pias causas, negatiuè, *Polid. Rip. in obseru* 147.

COLLECT. 382.

In l. emptor fundi. C. de euict.

LEx nostra ponit tres casus, in quibus cessat euictio: Primus est quando emptor non denunciat venditori litem motam, & ita *Cappel. Tholos. in decis.* 407. Secundus, quãdo res euincitur per iniuriam, & imprudentiam Judicis, & in hoc vide *Verall. in decis.* 317. Tertius si emptoris culpa res euincatur, & sic decidit *Viu. in decis.* 155. Tu adde quartum, si venditor fecit pactum, quòd non teneatur de euictione quamuis in hoc casu teneatur ad pretij restitutionem *Viu. in dec.* 151. Adde quintum, si vniuersitas vendiderit bona cõfiscata, nam non tenebitur, restituto posteà eo, cuius bona, &c. *Verall. in decis.* 318 *par.* 1. Adde sextum, si quis scienter rem alteri obligatam emerit *Carroc. in decis.* 99. & est *Text. in l. si fundum sciens, Cod. hoc eodem titul.* Septimum, si euictio sequuta fuerit ex natura rei, *Mastril. in decis.* 61. Octauum, si fuerit promissa pro reditibus dotatis, quia non extenditur ad alios reditus in locum primorum *Mastrill in decis.* 36. Nonum, si fuerit euictioni renunciatum *Cappel. Tholos. in decis.* 360. Adde decimum, quòd cesset in venditione sub hasta *Anton. Fab. in decis.* 4. *credi. cui pig. non tene.* Adde vndecimum, si res euincatur per violentiam, *Mynsing. cent.* 1. *obseru.* 54. Adde duodecimum, quando creditor vendit iure pignoris *Anton. Fab. in decis.* 1. *vbi supra.*

COLLECT. 383.

In l. si arbiter. ff. de prob.

HIc habes vnum effectum diuturnitatis temporis, seu antiquitatis, nempe, quod licèt aliàs testis de auditu non probet, vt diximus suprà *in Collect.* 327. & ibi limitationes ad hanc regulam, nihilominus quando sumus in antiquis bene probat, ad quod vide decis. quas *in d. Collect.* adduximus. Adde modò, nõnullos alios effectus antiquitatis, Et primò, quia, licèt mandatum non præsumatur, tamẽ bene in antiquis, *Cassador. in decis.* 3. *de procur. Garz. in decis.* 26. intellige in iudicialibus, & quando sollemnitas extrinseca est enunciata in instrumento *Verall. in decis.* 194 *par.* 2. Secundò, quia temporis diuturnitate minuitur pœna *Thessau. in decis.* 76. quam decisionem no. *ad l. si diutino. ff. de pœn.* Tertiò, quia verba enunciatiua in antiquis probant *Anton. Fab. in decis.* 6. *de probat.* Quartò, quia filiatio in antiquis probatur per verba enunciatiua *Fab. in decis.* 28. *eodem tit.* Quintò, quia quasi possessio antiqua facit præsumi quem promotum *Rot. in decis.* 44. *hoc tit.* Sextò, quia in antiquis præsumitur, quòd sententia sit ritè, & rectè lata *Grattan. in decis.* 97. Septimò, quia in antiquis exemplum probat. *Mynsinger cent.* 6. *obseru.* 74. *cum sequent.* Octauò, quia in antiquis libri reperti in Archiuijs Monasteriorum probant etiam

contra tertium, *Ant. Fab. in decis. 61. hoc tit.* Nonò, quia scriptura in lapide monumenti facit fidem in antiquis *Polid. Rip. obseru. 68.* Decimò, quia in antiquis sufficit quē haberi pro Notario, *Matth. Coler. in decis. 99.* Vndecimò, quia antiquitas temporis facit præsumi possessionem iustam, *Fab. in dec. 44. vbi suprà* Duodecimò, quia facit præsumi assensum Apostolicum interuenisse in alienatione rei ecclesiasticæ, & sufficit, quòd sint elapsi triginta anni; cum continua possessione, & canonis satisfactione, *Rot. in dec f. 197. vol. 2.* Sed quando sollemnitas non præsumatur ex antiquitate temporis, vide *Osasch. in decis. 173.* Et quando dicatur tempus antiquum, vide *Polid. Rip. obser. 69.* vbi dicit centum annis.

COLLECT. 384.

In l. etiam, C. de iur. dot.

Augmentum naturam sequitur principalis, hoc dicit, Ex quo infertur, & primò, quòd quemadmodum mulier pro dote se obligās non gaudet Velleiano, ita & pro antephato, quod est eius augmentum, *de Franch. in decis. 182.* Infertur secundò, quòd priuilegium alicui concessum extenditur ad augmentum, *Gratian. in decis. 213.* Infertur tertiò, quòd sicut res restitutioni subiecta potest alienari pro dote, ita etiam pro eius augmento, *Maynard. in decis. 26. lib. 5.* quod no. ad ampliationem *Authent. rés qua*, de qua *suprà in Collectan. 2.* Infertur quartò, quòd ad emptorem spectat alluuionis augmentum, *Thessau. in dec. 140.* Infertur quintò, quòd vsufructu bonorum legato, veniunt etiam bona post testamentum augmentata, *Thess. in decis. 168.* Infertur quinto, quòd augmentum pecuniæ in gabellis debetur venditori, ad quē res pertinet principalis, *idem Thess. in decis. 214.* Infertur sexto, quòd creditor anterior in sorte principali, est etiam anterior in vsuris, quę sunt sortis augmentum, & accessoriæ, vt est *Tex. in l. Lucius. ff qui pot.* quem Tex. ad totum contrarium allegauit *Afflict. in decis. 186.* Dicens per hanc l. quod secundus creditor præfertur anteriori in vsuris, quod non est verum, bene tamē procedit decisio sua, quod creditor agens assistentia cōtra tertium, non potest obtinere respectu pœnæ, & intellige de mera pœna, secus enim si ea peteretur loco interesse, & sic potest esse limitatio ad propositionem supra firmatam, sicut etiam dicimus in augmento dotis, in quo mulier prælationem non habet, sicut in dote, *Maynard. in decis. 26. lib. 3.*

COLLECT. 385.

In l. filiusfam. §. diui. il 2. ff de leg. 2.

Res prohibita alienari facta cum causa, certè alienari non potest. Limita primò, quod possit ex causa necessaria, puta si creditoribus detur in solutum pro debito defuncti, vt in Text. Limita secundò, in alienationis prohibitione facta ad tempus, quia post illud videtur alienari permissa, *Verall in decis. 309 part. 1.* Limita tertiò, in prohibitione alienationis de re hæredis per testatorem facta, nam non per hoc impeditur dominij translatio, *de Franch. in decis. 298.* Limita quartò, in alienatione, quæ fit in vltima voluntate, *Surd. in decis 123.* Limita quintò, quod possit alienari ex causa dotis, & in aliis, de quibus *Viu. in decis. 18.* Limita sextò, vt hæc

vt hæc prohibitio non extendatur vltra quartum gradum *Mynsinger.centur.6.obseru.64*. Limita vltimò, vt per hoc non impediatur, quominus veniat sub generali obligatione bonorum præsentium, & futurorum *Maynard.in decis.19*. Queritur, an hæc prohibitio censenda sit realis, vel personalis? Respon. pro primo casu *Capyc. in decis.108.& Surd.decis.126*. Quæritur an fieri possit etiam in rebus donatis? affirmatiuè, *Viu. in decis.516*.

COLLECT. 386.

In l à diuo Pio, §.in venditione, ff. de re iudic.

EXequutio fieri non potest in rebus immobilibus, existentibus mobilibus (facta tamen non est nulla, sed iniusta *Put.decis.318.lib.2*. licet videatur dicere contrà *Afflict.in decis.358*.) nec in nominibus debitorum stantibus stabilibus, h.d. Adde quod non potest etiam fieri in bonis hæreditariis in præiudicium vsufructuarij, lata sententia cōtra hæredes, *Mar. in decis.827.p.1* Secundò nec in bonis dotalibus pro debito vxoris post dotis constitutionem contracto, *Anton. Faber.in decis.1.ne vxor pro mari. & Capyc.in decis.128*. in hoc enim casu fieri debet in bonis paraphernalibus, & extra dotē si quæ habeat, sin minus, tenebitur vxor cauere de soluendo, soluto matrimonio, sed & si cauere non valeat, sufficiet iuratoria cautio, *Guid.Pap.in decis.447* Et quando fieri possit exequutio contra virum in bonis dotalibus pro debito per vxorem contracto, decidit *de Franch. in decis. 636. par.4*. No. tamen quod in fructibus dotis fieri potest pro debito viri *Gam. in decis.200*. Sicut etiam idem dicimus in fructib. feudi *Afflict.in decis.26*. Tertiò, non potest fieri exequutio in distributionibus quotidianis Canonicorum *Maynard. in decis.17.lib.1*. Quartò in armis militum (licet contra in equo) & libris scholarium *de Amat.in dec.76*. Quintò, pro pensione in bonis alienis depositis penes conductorem *Afflict. in decis.184*. Sextò, in bonis patris, filio condemnato, non enim cogi potest pater, vt pœnam pecuniariam soluat pro filio, *Anton.Fab. in decis.2.ne Filius pro Patre*. Septimò, in bonis filii, lata sententia contra defunctum Patrem *Fab.in decis.30.de exequ.rei iudi*. Octauò, in bonis ipsius tutoris, tutorio, vel procuratorio nomine obligati, posteàque conuenti, & condemnati, *idem Fab.in decis.52.eod*. Nonò, in bonis emphyteoticis in præiudicium proprietarij reluctantis, *Afflict. in decis.380*. Decimò in bonis aduentitiis filij, in quibus quæritur vsusfructus Patri *Gratian.in decis.76.prope finem*.

COLLECT. 387.

Super cap.cum causam, de prob.

FInes Diœcesum probantur per libros antiquos, adminicula, testes, & famam, hoc dicit. Num fines probentur per libros antiquos, vide *Mynsing. cent.6. obseru.26. & in obseru.praceden.* ponit quib. modis probentur, ad quod vide etiam *Mar. in decis.334.p.2. & idem Mynsing. in obser. subseq.* ponit qualiter sit pronunciandum in controuersiis finium. Num appellatio admittatur à sentētia pronunciantis mittendos confines, decisum affirmatiuè, *Gratian. in decis.92*. Cuiusnam sit proprietas limitis, decidit *Mar.dec.336*. Num vēditor con-

fines ostendere teneatur, decisum affirmatiuè, *Mar in decis.*337. Num confines probentur per verba enunciatiua instrumenti, affirmat. *Mar. in dec.* 335. Num confines præscribi possint, negat. *Mynsing. cent. 6. obseru.* 28. quod no. ad ornatum *l. fin. C. eo. tit.* Et quænam sit differentia inter fines, confines, & terminos, decidit idem *Mar. in decis.*338.

Collect. 388.

In l. ff. de his, ff. de transact.

AD istam l. no. duas decisiones, & primò quòd licet non possit transigi super controuersiis emergentibus ex testamento, nisi inspectis, cognitisque verbis testamẽti, vt hîc, tamen valebit transactio, si contrahentes probentur sciuisse, quamuis tempore transactionis verba testamenti lecta, visaque non fuerint, *Ant. Fab. in dec.* 1. *hoc tit.* Secundo an huic l. possit renunciari etiam cum iuramento, & an extendatur ad testamentum nuncupatiuum, & alia, vide omnino *Osasch. in decis.*112.

Collect. 389.

In l. à caligato. C. de nupt.

IN hac l ponitur virtus duarum dictionum, nempe dictionis, à, & dictionis, vsque, Præpositio autem, à, quandoque stat inclusiuè, vt hic, quandoque vero exclusiuè, secundum subiectã materiam, vt probatur in *l. datio, in fi. ff. de actio. emp.* & ita declarat *Polid. Rip. in obser.*376. quod vero dictio, vsque, stet inclusiuè, vt hîc, tradit etiam *Mar. in decis.*339. Vbi etiã dicit, quod dictio, citra, non est inclusiuè: Dictio, alius, est relatiua præcedentis qualitatis, *Viu. in dec.*193. Dictio autem, post, quid importet, decidit *Thess. in decis.*30. quid dictio, extra *Pol. Rip. obseru.*356. Et quid itidem dictio, circa *Guid. Pap. in decis.*290. & *Balb. in decis.*507. Vbi testis deponens per dictionem, circa, seu, plus, minimè probat.

Collect. 390.

In l. fin. C. de fid. instrum.

AD materiam quando quis vult redarguere instrumentum de falso, de qua in hac vulg. l. no. quod licèt regulariter, quando quis velit instrumentum præsentatũ redarguere de falso, possit, qui produxerit, cogi ad exhibendum prothocollum, in tantum quod hoc procedit, etiam si produxerit instrumentum sollemniter publicatum, vt per *Capyc. in decis.* 40. Nihilominus limita primo in casu *de Franc. in dec.*94. Vbi cogitur Notarius ad exhibẽdum prothocollum, & non pars. Limita secundo, quando quis produxerit instrumentũ in nulla sui parte suspectum, *Ant. Fab. in dec.* 6. *de fid. instrum.* Limita tertio, stante amissione instrumenti, vt in hac l. & vide *Minad. in decis.*40. Limita quartò, vt non teneatur ad exhibitionem prothocolli ante inscriptionem institutam falsi accusationem, *Fab. in dec.* 16. *vbi suprà.*

Collect. 391.

In l. 1. C. de Salui. interd.

QVando competat Saluianum interdictum, vide *Viu. in decis.* 39. Num competat cuilibet creditori agenti contra tertios possessores ex alia causa, quàm locationis, vide *Thess. in decis.*176. Num alicui competens tollatur excipiendo de crimine ho-

homicidij authoris agentis iam mortui ante condemnationem, negatiuè, *Verall in decis.* 105. *part.* 2. Quanto tempore præscribatur Saluiano interdicto, decisum decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes, secus tamen est in hærede debitoris, qui tanto tempore non præscribit: Limita si cum hypotheca concurrat precarium, quia huiusmodi tempus non sufficit, *Afflict. in decis.* 139. *Gratia. in decis.* 15. In quo sit pinguius hypothecaria, vide *Thess. in decis.* 75. Num in Saluiano interdicto detur appellatio, negatiuè, *Verall. decis.* 106. *part.* 2. ad quod adde *Gratian. in decis.* 52.

COLLECT. 392.

In l. 1. C. de offic. præf. vrb.

NOt. in hac l. quòd iurisdictio censetur in dubio concessa cumulatiuè, nō autem priuatiuè, prout etiam decidit *Grammat. in decis.* 30. Quod limita, quando est concessa in certum genus personarum ad vniuersitatem causarum, *Capyc. in decis.* 9. Quia tunc censetur concessa priuatiuè, non cumulatiuè, exemplum in Almo collegio Neapolitano in Doctores *Afflict. in decis.* 41. Et in Magno Admirato in viuentes ex arte Maris, *Afflict. in decis* 56. Et in Regio Castellano Castri noui Neapolis in seruientes dicti Castri *de Franch. in decis.* 458. Vbi fuit decisum, quòd in tantum iste Castellanus habet iurisdictionem priuatiuè ad M.C. in omnibus, & quibuscumque causis, tam ciuilibus quàm criminalibus & mixtis omnium seruientium, sociorum, & accordatorum familiarium, & agentium, quòd etiam si aliquis ex his delinquat extra castrum, debeat nihilominus remitti. Limita secundò, quando iurisdictio est concessa, non circumscripto territorio, quia tunc etiam priuatiuè concessa censetur, *Minad. decis.* 18. Not. modò breuiter effectus clausulæ abdicatiuæ. Et primò, quia quādo cum ista clausula Barones habent iurisdictionem in Vasallos, nequeunt in præiudicium vnius ex his tali priuilegio renunciare, *de Franch. decis.* 541. Et econtrà Vasalli in præiudicium Baronis, *idem decis.* 417. *&* 531. Vbi habes quòd quando appellatur à grauamine non possunt partes prorogare iurisdictionem circa causam principalem in præiudicium Baronis, ad quod bene facit *decis. Gratian.* 145. In qua quia Rota habet iurisdictionem priuatiuè quoad alios Judices Prouinciæ Marchiæ in tertia instantia, meritò fuit dictum, quòd nulliter fuit processum coram Judice à quo in illa tertia instantia, etiam quod ille Judex processerit de ambarum partium voluntate.

COLLECT. 393.

In l. fin. C. qui bon. ced. poss.

HIc etiam sedere potest materia dilationis quinquennalis, & vltra ea, quæ diximus in *Collect.* 8. not. hic aliqua. Et primò amplia, vt concedi possit etiam vniuersitati, *Anton. Fab. in decis.* 18. *de prec. Imp. offer.* Amplia secundò, vt concedatur etiam aduersus instrumentum guarētigiatum, *Fab. decis* 5. *eod.* Amplia tertiò, vt impediat sententiæ exequutionem *in decis* 3. Amplia quartò, vt impediat etiam cursum vsurarum pendente ipsa dilatione *in dec.* 8. Amplia quintò, vt hæc dilatio prosit etiam

fideiussoribus *in decis.*14. & ita obseruatur in M.C. Sed Bononiæ fuit decisum contrarium *in d. Collect.* Nunc limita, & primò in dote *Fab.decis.*20. Limita secundò, vltra quinquēnium *in decis.*17. Limita tertiò, vt non extendatur contra creditores futuros *in decis.*16. Limita quartò, vt non possit concedi emptori contra petitionem pretij, *in decis.*11. Limita quintò, contra sententiam *in decis.*4. Limita sextò, vt non nisi semel concedi valeat, *in decis.*1. Declara septimò, vt hæ literæ currant à die datæ, *idem in decis.* 3. *eod* Multi sunt qui non habent istas decisiones Fabri, præsertim Doctores pauperes, quorum hodie magna est copia, ideò ij fruantur hoc Collectan.

Collect. 394.

Super cap. si super gratia, de offic. deleg. in sexto.

NOn capitur potestas exequutoris dati super gratia à Pontifice facta, etiam si, re integra, Pontifex moriatur, & dat nobis rationem iste text. quia sicut ipsa gratia iam facta minimè expirat morte concedentis, ita & consentaneum erit, vt ne ipsa quidē exequutoris potestas, veluti accessoria ad gratiam expiraret. Et idem dicendum econtrà, vt scilicet nequaquam expiret per mortem eius, cui fit commissio: nam mādatum Apostolicum Episcopo sub nomine dignitatis directum, eo mortuo, transit ad successorem, *Rot. decis.* 17. *de offic. deleg.* Modò limita istum text. in exequutore dato ad prouidendum cum clausula (si ita inueneris) quia tunc eius potestas expirat, mortuo Pontifice, *Rot. in decis.* 12. *de offic. delegat.* Limita secundò, in exequutore dato à legato de certæ personæ certo beneficio prouidendo, quia expirat, mortuo legato ante exequutionem expletam, *Bellam. decis.* 543. Limita tertiò, in conseruatore, quippe cuius expirat potestas, mortuo Papa, *Guid. Pap. in decis.* 347. Limita quartò, in gratia facta, quod res Ecclesiæ alienari valeat cum decreto commissarij Apostolici, qui debet adhibere cognitionem an dicta alienatio tendat in euidentem vtilitatem, quia expirat, mortuo Pontifice, antequam adhibita sit causæ cognitio, *Pegue. in decis.* 128. Limita quintò, nam regulariter commissio semper expirat morte committentis, re integra, *Guid. Pap. in decis.* 492.

Collect. 395.

In l. si quis in principio, ff. de legat. 3.

SI prima voluntas est derogatoria vltimæ, prima præualet, nisi per vltimam specialiter reuocetur, hoc dicit, & est text. principalissimus, & vulgatissimus in materia clausulæ derogatoriæ, & secundùm hanc l. decidit *Anton. Fab. in decis.* 9. *in tit. de testament.* vbi dicit, quòd hæc clausula impedit validitatem posterioris testamenti, nisi specialis eius clausulæ mentio facta sit in posteriore, & ibi habes qualiter facienda sit ista specialis mentio; Amplia etiam primam huius text. sui dicti partem procedere tanto fortius, si posterius testamentum testator faciat in fauorem eius maximè in eiusdem domo, cuius odio expressim prius condiderat, tunc enim illud posterius non aliter valere potest, quàm si apertissimè probetur prioris mutuatæ voluntatis causa, *Faber decis.* 13. *eodem titul. de testament.*

testament. Amplia secundò, vt potiùs prior voluntas subsistat, cùm essemus in aliquo conflictu hinc inde probationum, ita, vt orta sit ambiguitas iuris, & voluntatis defuncti, tunc etiam præferendus est qui priore testamento scriptus est hæres, *Fab. eod. decis.* 14. Ad materiam huius clausulæ not. Quod in testamento ad pias causas tacitè subintelligitur, *Maynar. in decis.* 21. *lib.* 5. Sic & in testamento inter liberos, *Maynard decis.* 95. *lib.* 5. Quod amplia etiam si liberi in posteriore testamento instituantur, *idem Maynard decis.* 20. *eodem lib.* Sed num iuramentum habeat vim clausulæ derogatoriæ? affirmatiuè, *Guid. Pap. in decis.* 128. Item quæritur in priore testamento instituisti plures hæredes cum clausula derogatoria, in posteriore specialiter reuocasti illud, sicut dictat nostra lex, vnius tamen ex illis hæredibus fecisti mentionem, an censeatur reuocatum etiam respectu aliorum non nominatorum? respond. sic *Anto Fab. decis.* 16. *d. tit. de testament. & in decis. praeced.* refert quendam tenorem insolitum cuiusdam testamenti condiri per vnum adolescẽtem Sebusianum cum clausula derogatoria concepta his verbis, *Te Deum laudamus, te Dominum confitemur*, & hoc prius testamentum volebat adeò valere, vt & si postea voluntatem mutasset, adiectáque essent in posteriore testamento illa verba, *te Deum laudamus, &c.* Adhuc inquam illud prius ratum esset: vnde fuit in illo Senatu dubitatum, an talis clausula valeret? & fuit decisum quòd clausula derogatoria, quæ respicit, & facultatem testandi, & voluntatem, valeat quatenus respicit voluntatem, sed minimè quantùm ad facultatem, & potentiam testandi, quia nemo potest eam sibi dicere legem, vt non possit recedere à priore voluntate, vt in text. nostro ibi (nemo, &c.)

COLLECT. 396.

In l. Diuus, de seru. rustic. pred.

NOn licet aucupibus aucupari in fundo alieno contra domini voluntatem, h.d. & sic nec etiam in alieno columbario, vt dicit *Guid. Pap. in decis.* 218. Sed num Baro possit prohibere suis vassallis venationem? negatiuè, sed cautela est quòd faciat talem prohibitionem per banna, & proclamata pœnalia, quia si dicti Vassalli se abstineant à venando, & sic tacitè consentiunt, & non contradicunt, ipse Baro videtur constitutus in quasi possessione prohibendi vt per *Gramm. in decis.* 167. *in* 3. *dub.* Vbi tradit aliam cautelam subditis, vt scilicet contradicant, & reclament à d. banno, & ad hoc vide *de Franch. in decis.* 158. Et num Baro possit prohibere piscationem in fluminibus? negatiuè, *Guid. Pap. in decis.* 393. quod not. ad ornatum text. *in l. riparum, ff. de rer. diuis.* Et num venatio sit in fructu, ita vt pertineat ad vsufructuarium, affirmatiuè, *Maynard. decis.* 39. *lib.* 2. quam not. *ad l. venationem, ff. de vsu.*

COLLECT. 397.

Ad Rubr. & l. fin. C. si quis ali. test. prohib.

VT dispositio huius rubr. procedat, quæ cõcurrere debeant, vide *Carrocc. in decis.* 15. vbi quatuor ponit. Et num hæc l. fin. quæ vult institutionem blando sermone factam valere, procedat præcedentibus mi-

nis mariti contra vxorem? negatiuè, *de Franch.in decis.*180. Quænam minæ sufficiant, vide *Afflict. in decis.*69. Et num minæ famuli instituti illatæ disponenti obsint ipsi instituto, quominus valeat institutio? negatiuè, cùm fuerit ignorans minarum, *Ant. Fab.decis.*2.*hoc tit.*

Collect. 398.

In l.adeò, ff.pro soc.

Adeò morte socij (inquit Jurisconsultus) soluitur societas, vt nec ab initio pacisci possumus, vt hæres succedat societati, tu limita quatuor modis hanc regulam, scilicèt, quòd societas morte finitur, Et primò in societate vectigalium, vt semetipsum text. declarat, & ibi Accursius tradit in hoc quatuor requisita. Primum est, vt aliqui publica conducant vectigalia. Secundum, vt sic conduxerint, vt hæredes succedant in societate. Tertium, vt persona succedens idonea sit. Quartum & vltimum est, vt ipsi socij non tantùm cum locatore vectigalium, sed etiam inter se paciscantur, quod hæredes in societate succedant, de hac limitatione tu pleniùs potes videre per *Valasc. in decis.*63. Limita secundò, in societate circa conductionem alicuius prædij, quia emolumenta ante, & post mortem veniunt communicanda, *Thessaur.decis.*242. Limita tertiò, in casu *Cacher.in decis.*150. Vbi testator iussit hæredibus, quòd post eius mortem starent per aliquot annos in societate, vide ibi latiùs: Limita, seu declara quartò, vt licèt societas morte finiatur, tamen quando hæredes faciunt eadem, quæ socius defunctus facere solebat, videtur tacito consensu repetita, vide *Antonium Fabrum in decisione quarta, sub hoc titulo nostro.* Quintò an possis limitare hanc regulam, quando est appositum iuramentum, vide *Capyc. in decisione centesima septuagesima quarta, in 2.dub.*

Collect. 399.

*In l.talis scriptura, ff.de legat.*1.

Not. super hoc text. quòd clausula in fine posita refertur ad omnia, quod limita, vt per *Capyc. in decis.*108. Et ad materiam clausularum, quæ potest hîc sedere, not. vim, & efficaciam aliquarum. Et primò, clausula sola veritate inspecta, non operatur, vt dicictis testificatis examinari valeat, *Carrocciol.decisione trigesima quinta.* Clausula, renunciauit omni legis auxilio, quòd faciat cessare beneficium purgationis moræ, *Viu.decis.* 511. *& Afflict. decis.*174. de eius vi, *Capyc.in decis.*87. Clausula, omni meliori modo, operatur etiam vltra expressa, quando apponitur cum copula, &, aliàs secus, *Verall. in decis.*124.*part.*1. Et duodecim effectus ponit *Auditor Perus. in decis.* 117. Quid importet clausula, sine præiudicio iurium ei competentium, *Verall.in decis.*109. *part.*1. Clausula constituti non operatur in venditione rei incertæ, *Gramm.decis.*56. Clausula, quorum tenores, non operatur expressam, & indiuiduam mentionem, *Verall decisione* 121. *parte prima.* Clausula, cum potestate expediendi literas, etiam in forma gratiosæ subrogationis, operatur mandatum de subrogando, *Verall decisione* 125.*parte prima.* Clausula, habitis pro productis quid operetur, *Carroc. decis.*49.

De

De clausula, non obstantibus constitutionibus, *Verall. in decisione* 122. *parte prima*. Clausula de communicandis acquisitis constante matrimonio, non comprehendit bona filiæ ex legitima matris obuenta, *Gramm. decis.* 358. Clausula, vnica solutione contentus, quid operetur *de Franch. decis.* 305. Clausula, ex certa scientia, habet vim clausulæ derogatoriæ, *Camer. Imper. in verb. clausula*. Item clausula, quòd specialis hypotheca non deroget generali, & è contra, tollit beneficium *l.* 2. *C. de pignor. de Franch. decis.* 5. Clausula, super quibus omnibus, & singulis petit sibi ius, & iustitiam ministrari, operatur, vt omnis actio censeatur intentata, *Camer. Imper. verb. clausula*. De clausula in literis Cambij *à chi la presente presenterà, Triuis decision.* 41. *part.* 1. Clausula, si idoneus existat, quid importet, *Marc. in decis.* 276. *part.* 2. Clausula apposita in sententiis per Judices, reducendo ipsas ad formam statuti, vel legis nil operatur, *Vtu. decis.* 124. De clausula ex nunc, pro tunc, sequuta morte, *de Franch. decis.* 213. Clausula, summariè, simpliciter, & de plano, operatur, vt possit procedi, neglecto iuris ordine, *Mynsing. centur.* 2. *obseru.* 70 quam not. ad ornatum *clement. sæpe, de verbor. significatione*. Clausula generalis in donatione pro meritis, &c. non sufficit, quia merita sunt specificè exprimenda, *Mynsing. centur.* 4. *obseru.* 75. Clausula in legitimatione apposita, sine præiudicio venientium ab intestato, operatur, vt legitimatus nedum ex testamento, si instituatur, verùm & ab intestato succedat, exclusis venientibus aliàs ab intestato, vide *Capyc. in decis.* 22. Clausula, si preces veritate nitantur, quippe quæ tacitè intelligitur in rescriptis, operatur, vt pœnam subreptionis suspendat, donec de veritate narratorum doceatur, *Mynsing. centur.* 4. *obseru.* 8. Clausula, citra onus superfluæ probationis, in articulis posita, operatur, vt si plura proponantur in libello, quorum vnum sufficeret probare, non astringitur ad omnia, *Guid. Pap. in decis.* 365. Et de vi clausulæ, ex nunc, prout ex tunc, *idem Guid. Pap in decis.* 588. Clausula in commissione apposita, si tibi constiterit de præmissis, &c. operatur, vt antequam commissio exequatur, debeant vocari partes, quia aliter non potest constare de assertis in rescripto, nisi vocatis partibus, *Guid. Pap. in decision.* 70. Et sic commissarius Apostolicus in alienatione rei Ecclesiæ deputatus cum hac clausula, adhibendo causæ cognitionem, debet vocare, & citare partes, *Crescent. decis.* 12. *de priuileg*. Clausula, saluo iure impertinentium, operatur ex parte respondentis, vt non habeatur pro confesso, si positio, cui semel responsum est, impertinens repetatur, *Mynsing. centur.* 2. *obseru.* 56 Et ibi quid operetur ex parte Judicis, ad quod *de Franch. decis.* 220. *& Balb. decis.* 163. De clausula, vbique locorum, vide *Gratian. decis.* 180. Clausula, si, & in quantum iuris sit, non operatur dispositionem conditionalem, *Iaffred. decis.* 221 & de clausula, ex mero officio, *idem decis.* 261.

COLLECT. 400.

Super cap. si motu proprio, de prebend. in sexto.

CLausula (motu proprio) in rescriptis apponi consueta habet multas decisiones, & ideo iure meruit sola, & de per se collocari in vno

alio, & diuerso Collectan. à præcedenti, vbi tactum est de multarum aliarum vi, & efficacia clausularum. Primus igitur eius effectus est, vt in hoc text. quia licèt aliàs obstet taciturnitas obtenti beneficij quantumcumque modici, secus tamen est, quando in collatione sit apposita hæc clausula, tunc enim non nocet non expressisse quod impetrans habebat aliud beneficium. Secundus est, quia suos operatur effectus, licet in rescripto fiat mentio de supplicatione partis, *Iaffred. decis.* 121. Tertius, quia tollit omnes qualitates extrinsecas, licet non intrinsecas, *Rot. decis.* 6. *de probat. in antiq.* Quartus, quia tollit omne vitium obreptionis, & subreptionis, vt vidisti in text. & vide *Anton. Fab. decis.* 1. *de diuers. rescript. & Mynsing. centur.* 3. *obseruat.* 4. Non habet tamen effectum, vt tollat ius alteri quæsitum, *Maynard decis.* 1. *lib.* 3. Nec habet effectum ampliandi gratiam, nec dispensationem irregularitatis, aut illegitimitatis, vel alterius defectus, aut retentionem plurium beneficiorum incompatibilium, vt not. in hoc text. & vide *Rot. decis.* 71. *de rescript. in antiq.* Nec tollit ea, per quæ potest reddi gratia nulla, quæque non veniunt ex dolo, vel culpa impetrantis, sed potius ex inuerisimilitudine mentis ipsius concedentis, *Bellam. in decis.* 392.

COLLECT. 401.

Ad gloss. in l. si quidem, C. solut. matrim.

NOt. hanc gloss. ad hoc, quomodo probetur mors alicuius, probatur igitur primò, per communem famam, vt in casu *Boer. decis.* 288. Et quòd probetur per testes deponentes de fama, quando sumus in probanda beneficij vacatione, ponit *Mohedan. in decis.* 1. *de probat. & Put. decis.* 510. *lib.* 1. Limita, vt per *eundem in decis.* 131. *cum seq. lib.* 3. Secundò, probatur per productionem testamenti, concurrente Judicis mandato, & coniecturis, de quibus *Auditor Perus. in decis.* 49. istud, quòd probetur per coniecturas, & indicia; Limita in casibus præiudicialibus, quia in his exactissima igitur probatio, *Anton. Fab. decis.* 2. *de probat.* Tertiò, probatur per librum Rectoris Ecclesiæ, in quo describitur mors sepultorum in dicta Ecclesia, *Audit. Perus. in decis.* 2. Quartò probatur, quod quis visus fuerit ingredi bellum, & non exire, *idem Perus. decis.* 50. *& Magon. in decis.* 44. *Rot. Lucen.* Quintò probatur, vt in casu *Cappell. Tholos. in decis.* 312. Sextò, vt in casu *Osasch. decis.* 108. Septimò censetur probata, si duo testes deponant de anno, & non de mense, & è contra duo de mense, & non de anno *Crescent. decis.* 3 *de probat.* Octauò, probatur naturali ratione, exemplũ in matre, quæ præsumitur superuixisse filio impuberi, quando vnico ictu fuerunt interempti, vel combusti, *de Franch. in decis.* 454. Et ad illud, quod in probanda morte solet haberi ratio, an sit magnum, vel leue præiudicium, vide *Rot. diuers. decis.* 451. *part.* 1.

COLLECT. 402.

Ad Gloss. in l. prolatam, C. de sent. & interlocut.

MVlta ponuntur per hanc gloss. famosam pro substantia, & ordine iudicij, sed certè non omnia

sunt

sunt de necessitate, sed bene inter alia litis contestatio, nihilominus hoc habes limitare in multis. Et primò in causa appellationis parte absente, *Rot.decis.3.de lit.contest.in antiq.* Limita secundò, in possessorio causæ beneficialis, *Rot.decis.4.eod.tit.* Limita tertiò, in restitutione ad appellandum, quia non exigitur litis contestationem, nec aliquem ordinem iudiciarium fieri, *Rot.decis.6.eodem.* Limita quartò, in interloquutoria, *Camer.Imper.in verb.litis contestatio,in fine.* Limita quintò, cùm de nullitate processus, vel sententiæ agitur, *Rot.decis.5.de lit.contest.in nou.* Limita sextò, in iudiciis summariis, *Marc.decis.718.part.1.* quam not. ad text. *in clem sæpè, de verbor.significat.* Limita septimò, cùm agitur ad declarandum quem incidisse in canonem latæ sententiæ per iniectionem manuum in clericum, *Rot.decis.3.vbi supra,in nou.* Limita octauò, de stylo Rotæ, vbi si est lis contestata instantia non est necesse, vt contestetur in secunda *Rot.decis.5.eod.tit.in antiq.* Limita nonò, de stylo curiæ Parlamenti Delphin. vbi non est necessaria litis contestatio, nec obseruatur ista gloss. vide *Guid Pap. in decis.58.* & de stylo eiusdem curiæ, quòd non sit necessaria in appellatione ab interloquutoria, testatur *Marc.in decis.579.part.1.* Limita vndecimò, quantum ad processus nullitatem, quia omissio litis contestationis non reddit processum nullum in causa prophana, secus in spirituali, *Rot.decis.8.& 10. de lit.contest.in antiq.* Limita duodecimò, vt fieri non debeat litis contestatio, si pars neget narrata in libello, prout narrantur vera esse, & petita, prout petuntur, *Rot.decis.2.eod.in nou.* Limita vltimò, generaliter quòd vbi non opus est libello, ibi nec litis contestatio exigitur, *Cam.Imper.in verb.litis contestatio.* In hoc autem Regno habemus Ritum M.C. 288. quod voluit causas esse summarias, & propterea non curauit de ista solemnitate iudiciaria, sicut (vt prædiximus) obseruatur in curia Delphin. & vide *Pragmat.* quæ incipit *Dispendia litium.*

COLLECT. 403.

In l.1.C.de lit.contest.

Videndum est nunc quando litis contestatio inducta censeatur. Et primò quidem, censetur inducta (vt dicit text.) ex narratione negotij principalis cum contradictione. Secundò, per responsionem in libello, confitendo partem, & aliam negando, *Rot.in decis.6.de lit.contest.in nou.* Tertiò, per negationem conceptorum in libello, etiam si non dicatur animo litem contestandi, *Rot.decis.12.eod.tit.in antiq.* Quartò, inducitur si partes super articulis concludentibus iurent de calumnia, ac dicant se hoc facere animo litem contestandi, *Bellam.decis.42.* Illud autem generaliter no. quòd litis contestatio inducitur, siue negetur ius, siue factum, *Balb.decis.301.* Sed an inducta censeatur, si petita sint centum à Titio, & Titius confitetur sub conditione? negatiuè, *Cappell.Tholos. in decis.286.* Et num per exceptionem peremptoriam, negatiuè, quod not. *ad cap.fin.de lit.contest in sexto.* Limita, si super tali exceptione probatio offeratur, *Lassred.in decis.195.*

COLLECT. 404.

In l.vnic. C.de ex delict.defunct.

POst hæc videamus breuiter de effectibus litis contestationis, Et Primus effectus est, vt hic, vbi post litem contestatam actiones ex delicto transeunt ad hæredes. Secundus, quia ipsa constituit quem malæ fidei possessorem, & per consequens facit teneri ad omnes fructus *Beuintend. decis.* 20. quam not. ad text. *in l. sed etsi lege, § si ante, ff. de petit. hæredit. & l. certum cum concord. Cod. de rer. vendit.* Tertius effectus, quia eius omissio vitiat processum redditque sententiam inde sequutam nullam *Mynsing. centur. 1. obseru. 1. & centur. 3. obseru.* 74. vbi limitat in causis summariis, de quo vide supra in collect. ante huic prox. Quartus effectus, quia lite non contestata non potest procedi in principali causa ad sententiam diffinitiuam, licèt secus in causa appellationis, *Mynsinger. centur 4. obseruat. 66.* Quintus effectus, quia illi renunciari non potest, cum sit exordium, & substantiale iudicij, & (vt quidam aiunt) lapis angularis totius iudicij, *Rot. decis. 4. de lit. contest. in not.* Sextus effectus, quia non exigit mandatum speciale, *Mynsing. centur. 4. obseru. 99.* Septimus, quia impedit purgationem moræ, *Polid. Rip. obser.* 171. Octauus effectus, quia operatur, vt procurator etiam in criminalibus valeat substituere, *Triuis. decis. 6. part. 2.* Nonus, quia exceptio merita causæ respiciens ad probandum non admittitur, nisi lite contestata *Mynsinger. centur. 1. obseru.* 24 Decimus, quia procurator etiam valens post litem contestatam reuocari non potest contradicente aduersario, *Cappell. Tholos. decis.* 176 Undecimus, & vltimus effectus est, quia lite contestata in hypothecaria, non potest intentari remedium *l. fin. C. de acquir. poss. Anton. Fab. decis. 2.* Illud autem generaliter pro istorum coronide not. quòd omnes effectus, quos producit litis contestatio, durant etiam, perempta instantia, *Anton. Fab. decis. 2. de lit. contest.*

COLLECT. 405.

In l. si quando, C. vnde vi.

PRobata violentia per testes, res amissæ probantur iuramento, h. d. quē text. amplia procedere etiam in vi turbatiua, & compulsiua, *Iaffred. decis.* 292. Amplia secundò, vt Iudex possit taxare quantitatem iuxta iuramentum absque partis citatione *Rot. decis. fin. de eo quod met. caus.* Nunc limita, & primò si damnum passus aliàs falsò iurasse probetur *Garz. in decis.* 63. Limita secundò, vt non extendatur vltra damnum passum, *Mastrill. decis.* 60. Limita tertiò, vt locum non habeat in hærede spoliari, nam ei non defertur tale iuramentum, pulchrè *Mynsing. centur. 4. obseru.* 12.

COLLECT. 406.

In l. fin. C. de acquir. possess.

REmedium huius l. quod datur ad recuperādam possessionem rei interuersam, quam quis alieno nomine se constituit possidere. Amplia primò, vt illud intentanti non possit opponi exceptio excussionis, *Iaffred. decis.* 84. & *Thesaur. decis.* 215. Amplia secundò, vt sola clausula precarij sufficiat, quò quis remedium huius l. valeat intentare *Antonius Fab. decis. 15 hoc tit.* Amplia tertiò, vt agenti hoc remedio non possit referri quæstio dominij, seu exceptiones, quæ concernunt petitorium *Fab. de-*

cisio

cisio 11. *eod.* Amplia quartò, vt licèt creditori obstet exceptio longi temporis, nempe annorum 10. inter præsentes, & 20. inter absentes agenti hypothecaria aduersus tertium cum titulo, & bona fide possidentem, tamen si cum hypotheca cōcurrat precarium, minimè obstat, nam adhuc erit facultas, eo tempore elapso non obstante, agere remedio huius *l. Afflict. in decis.* 139. quam bene no. pro limitatione, & declaratione *l.* 1. *C. si aduer cred. præscrip. oppo.* quamuis *Ant. Fab. in decis.* 40. *hoc tit. de acquir. poss.* & *decis.* 5. *d. titu. si aduers. cred.* voluerit hoc procedere solùm cōtra tertium possessorem non bona fide possidentem. Amplia quintò, vt creditor hoc remedio vti possit vsque ad trigesimum annum, etiam si sciuerit eius possessionem fuisse interuersam, & illud itidem transire ad hæredes *Thessau. in decis.* 105. & 215. & *Fab. d. decis* 5. *si aduers. cred.* & *in decis.* 34. *hoc tit. nostro*, vbi istud de hæredibus limitat, elapso decennio, tunc enim eo amplius vti non possunt. Amplius sextò, vt hoc remedio vti possit etiam is, in quem constitutarius ius suum transtulerit *Thess. d. decis.* 215. *in fine*, vbi dicit decisum, ac paucos ad hunc punctum animaduertere. Amplia septimò, vt agens remedio huius l. nequeat reconueniri, *Anton. Fab. in decis.* 26. *sub titu. nostro.* Amplia octauò, vt etiam, intentata priùs hypothecaria, possit postea vsque ad litis contestationem variare, & agere condictione ex hac l. contra tertium, secus autem post litem contestatam, & sic est prima limitatio, sed & hoc sublimita, nisi agens paratus sit resarcire expensas per possessorem factas vsque ad illum diem *Anton. Faber in decis.* 2. *sub tit. nostro.* Limita, & declara secundò, vt remedium huius l. debeat expressim, ac specifice implorari, non enim intelligitur imploratum sub illa clausula (petēs sibi ius, & iustitiam ministrari) *Thess. in decis.* 5. *num.* 5. vbi dicit decisum, & ita etiam *Fab. in decis.* 12. *sub hoc tit. de acquiren. poss.* Limita tertiò, vt huic l. præscribatur spatio triginta annorum, vt per *Afflict. d. decis.* 139. *Thess. in decis.* 105. & *Fab. in dec.* 39. *hoc tit.* & *in decis.* 5. *si aduer. cred.* Limita quartò, vt hoc remedium non detur, elapso decennio, aduersum eum, qui sub hasta, & authore Prætore comparauit *Fab. in decis.* 9. vbi supra proximè. Vltimo nota, tu scis, quod clausula constituti transfert possessionem etiam naturalē penes constitutarium, clausula vero precarij ciuilem tantùm, & sic sunt inter se incompatibiles, modo ambæ reperiuntur appositæ in instrumento, sicut hodie communiter fit per Notarios propter eorum imperitiam circa iuris terminos, an propterea cessabit hoc remedium, vel sin minus, quæ clausula præualere debeat? dic quod clausula constituti, & sic potest esse nona ampliatio ad hanc l. *Fab. in decis.* 16. *hoc tit.*

COLLECT. 407.

In l. Lucius, ff de euict.

Hic de potestate Principis agitur; nam ad hoc allegatur iste Tex: quod valeat Princeps iura alterius tollere, quod tamen quomodo intelligatur, vide *Capyc. in decis.* 51. *in fine*, & 121. *col.* 1. Potest igitur Princeps etiam dispensare, vt impubes queat contra ll. sanctionem testari, sed hoc intellige sano modo,

nempe cum sit pubertati proximus, nullúmque præiudicium venientibus ab intestato generetur, *Thessau.in decis.*87. Potest secūdò petitorij causam ante spolij cognitionem, & possessorij cognoscendam committere, *Thes.in decis.*15. Potest, & tertiò super iuramento dispensare, *Guid.Pap.in decis.*194.quod no. ad ornatum *glos. in l.adigere*, §.*fin. ff.de iur.patron.* Potest quartò, quid exigere à vassallis pro inferendo bello, *Guid.Pap.in decis.*551. Potest quintò, gabellam imponere in Mare, *Ofasc.in decis.*153. Potest sextò, ratificare processum nullum ratione ordinis omissi, *Mynsing.cent.*4.*obseruat.*62. Potest septimò, proferre sententiam sine citatione, *Mynsing. cent.*3.*obseru.*71. Potest octauò, quo quis in emptione præferatur, & cogere ad retrouendendam iam rem emptam, *Thessaur.in decis.*91. Potest nonò, aggratiare delinquentem absque partis offensæ remissione, & intelligas secundùm *Thess in decis.* 21. Potest decimò causam in alio iudicio pendentem ad se indecisam auocare, *Guid.Pap.in decision.*540. Potest vndecimò, solùm Princeps causam committere cum illa clausula (summariè simpliciter, & de plano, &c.) *Cacher.in decis.*1. Potest duodecimò, statuere contra ius positiuum, *Mynsing. cent.*1.*obseru.*97. Potest decimotertiò facere reductionem beneficij vacantis ad manus suas, donec per Pontificem fuerit prouisum, *Thessau. in decis* 131. Potest decimoquartò, rescribere Judici Ecclesiastico, vt informationes, quibus contra clericum procedere intendat, edoceat casu, quo clericus ad ipsum Principem recurrat, timens ne à suo Judice opprimatur, *Ofasch. in decision.* 180. quod ego nullo pacto sequor, cùm sit contra canones. Potest decimoquintò, defensionem promittendo, defendere tam iustè, quàm violenter, nam sic intelligitur defensionem promittendo, *Mynsinger.cent.*2.*obser.*19. Potest decimosextò, solùm Princeps alicuius bona confiscare, *Anton.Fab.in decis* 1. *sub tit. ne sine iussu Princip.* Potest decimoseptimo, suo Fisco applicare pœnā in præiudicium vassalli, *Mar.in decis.*2.*p.*1.Item quia eius literis creditur *Guid. Pap. in decis.* 481. Sic & eius verbis enunciatiuis, quod intellige, quādo non tractatur de præiudicio tertij, *Ofasch.in dec.*122. Item, quia in consistorio Principis instantia non perit triennio, *Mynsing. cent.*2.*obseru.*48. Item quia dispositio. *Text.in l.quoties C.de rei vend.* cessat in Principe vendente, *Anton.Fab.in decis.* 11.*d.tit.de rei vend.* Non potest autem Princeps committere causam, recusatione remota, *Mynsing.cent.*3.*obseru.*63.Nec potest monachalem præbendam laico concedere, *Anton. Fab. in decis.*2. *C.si con.ins.* Nec facit Judicem ordinarium delegatum, aliquid ei mandando *Iaffred. in decis.*49. Item tenetur obseruare contractum initum cum subditis, idem *Iaffred.in dec.* 311. Et reuocans, quod seruatum oportuit, præsumitur deceptus, *Mynsinger. cent.*3. *obseru.*61. Item non præsumitur in Principe iusta causa statuente aliquid contra ius, *Mynsing. cent.* 4.*obseru.*8.

Collect. 408.

In l.item quæritur, §.qui impleto. ff. loca.

Conductor prædij Rustici, qui finito tempore, remansit in conductione tacēte locatore, censetur reconduxisse per alterū annum, condu-

conductor vero prædij vrbani solùm quatenus postea habitauerit, hoc dicit. Amplia, vt hæc dispositio procedat etiam in hærede conductoris, in cuius persona finita erat locatio, *Afflict. in decis* 365. Amplia secundò, vt hæc tacita reconductio inducatur ex patientia mulieris etiam nuptæ, siue de bonis dotalibus agatur, siue de paraphernalibus, *Anton. Fab. in decis.* 37. *de loca.* Amplia tertio, vt reconductio cẽseatur facta etiam in totidem annis, sicut prima, quando fructus perciperentur semel in illo tempore, *Ant. Fab. in decis.* 45. *eod.* quod & *Accur. not. in fine legis nostræ.* Limita nunc, vt non censeatur facta reconductio, si contractus locationis esset in scriptis celebratus, non dico ad effectũ probandi locationem, sed ad effectum, vt ita, & non aliter fieret talis contractus iuxta dispositionem tex. *in l. contractus, C. de fid. instrument.* quia tunc non operatur tacitus consensus, sed opus erit scriptura, *Anton. Fab. in decis.* 48. *de loca.* Limita secundò, quando contractus non fit per modum locationis, sed per modum emptionis fructuum, *Gratian. in decis.* 119 Limita tertiò, quando, finito tempore locationis, esset elapsum modicum tempus, puta tres, vel quatuor dies, quia tunc cessat reconductio, vt dicit, *Afflict. in decis.* 365. ex qua plures alias limitationes potes accommodare ad hanc legem, vide ibi.

COLLECT. 409.

In l. fin. C. de ord. iudi.

QVando causa ciuilis, & criminalis sunt ambæ principaliter motę, tũc supersedetur in ciuili, & terminatur causa criminalis, veluti maior, & quæ magis importat, h. d. ista l. & hoc modo (inquit Accursius, & approbatur per DD.) soluitur cõtrarium l. superioris proximæ, nã quando se habent inter se tanquam principalis, & incidens, puta, quia ciuili incidit criminalis, vel criminali ciuilis, tunc vtraque causa vna, eadẽmq; sententia simul determinabitur, vt ibi. Quæro quid dicendum, quando ciuili causæ incidit crimen falsi, puta quia reus accusat de falso testes examinatos, & partem respond. quòd si ius totius causæ consistit in illis testibus accusatis, tunc supersedetur in ciuili, & terminatur causa criminalis, ita transeunt cõmuniter DD & concordant decisionarij, vide *Afflict. in decis.* 229. Licet non dixerit ita *in dec.* 103. & *ita Capyc. in decis.* 35 Sic *Rot. Auenion. in decis.* 10. & nouissimè *Anton. Fab. in decis.* 1. *quand. ciu. act. crim. praeiud.* vbi ampliat etiam si sit conclusum in causa ciuili. In Regno tamen hodie est prouisum in hoc puncto per *Reg. Pragm.* 2. *de fal. quæ incipit, cum frequentius, &c* per quam dispositum fuit, quod super vtraque causa procedatur, & expeditio ipsius causæ principalis etiam per sententiam diffinitiuam nõ ret[illegible]etur, & tunc eius exequutio fieri debet cum cautione de restituendo, &c. vt ibi etiam se limitat Pragm. quando falsitas appareret ex eisdem actis, & secundùm hanc Pragm. adest decisio *Gram.* 60. Item scias, quòd vbi criminalis esset exercenda contra tertium, & non contra collitigatorem, ita, vt non faceret præiudicium ciuili, tunc ciuilis non impeditur, exemplum vide per *Anton. Fab. in decis.* 3. *d. situ. quan. ciu. act.* Sicut etiam non impediretur, quando vtraque causa posset de per se stare, & secum pati, vt dixit *Rot.*

Auenion. in decis. 10. & hoc modo limitatur, vt locum non habeat ista *l. fin.* Item vbi accusatio de termino moto incidat, pendente iudicio communi diuidundo, ante omnia debet determinari, & interim silebit ciuile iudicium, *Ant. Fab. in decis. 2. quand. ciu. act.* & ibi tradit casum in quo non potest agi termino moto, nisi ciuiliter. Quæro an actio iniuriarum ciuilis faciat cessare criminalem, affirmatiuè, *Th ssau. in decis.* 18. & ibi ponit ad hoc fallentias, & inter cæteras, quando iniuria afferret damnum extrinsecum, vt debilitatio, quia tunc ciuilis non præiudicat criminali, vt dicit decisum. Nos Regnicolæ habemus constit. quæ incipit (si ciuiliter agens) per quam fuerunt sublata omnia præiudicialia, & in specie correcta ista lex fin.

Collect. 410.

In l. vel vniuersorum, ff. de pignor. act.

Agitur hic de potestate procuratoris, nam dicit Tex. qui continuatur *cum §. fin. l. praced.* quod si procurator habeat generale mandatum, potest omnia illa facere, quæ solitus est facere dominus, videamus igitur breuiter, quæ facere possit procurator, & certe constitutus ad locandum, potest exigere pretium, *de Franch. in decis.* 699. Item constitutus ad omnes causas generali mandato, deinde ad vnam solam per speciale mandatum potest in secunda instantia comparere *Thessaur. in decis.* 107. Item potest contrahere cũ principali *Anton. Fab. in decis. 3. de procur.* Item potest, sicut dominus, iurare de calumnia *Cappel. Tholos. in decis.* 132. hoc limita in procuratore Fisci, quia cum repræsentet Fiscum, Fiscus autem non iurat, ergo nec ipse procurator *Surd. in decis.* 18. Item potest procurator declarare domini voluntatem, & sic aliquem incidisse in commissum *Ioseph. Ludou. in decis. Lucen.* 43. cùm autem dixerimus, quod procurator repræsentat personam domini, vt probatur in hac l. & in mille locis, potest recte inferri, quòd non potest præsentare patronum, à quo fuerit ad præsentandum constitutus *Verall. in decis.* 397. Item potest inferri, quòd dominus potest agere ex contractu procuratoris absque cessione eiusdem *Cappel. Tholos. in decis.* 152. Item potest inferri, quòd sententia potest ferri in personam procuratoris in causis iniuriarum, *Mynsing. centur. 6. obseruat.* 11. Item potest inferri, quòd procurator citari valeat *Iaffred in decis.* 43. Item quod possit cogi ad deponendum, vt principalis ad instantiam conuenti, siue fuerit specialiter constitutus ad illam litem, siue ad alias generice, *Afflict. in decis.* 92. Item potest inferri, quòd confessio procuratoris in positionibus obest domino. *Cam. Imper. in ver. procurator.* No. tamen quòd procurator non potest appellationi in præiudicium domini renunciare *de Franch. in decis.* 579. Sicut nec prorogare iurisdictionem *Guid. Pap. in decis.* 462. Nec ipsius contumacia potest obesse domino *Osasch. in decis.* 9. Sicut nec potest facere vt dominus cadat in pœnam, nisi speciale mandatum habeat *Beninten. in decis.* 94. Dominus enim non præsumitur scire gesta à procuratore, ne alioqui incurrat in pœnam *l. si quis maior. C. de transact. Crescent. in decis. 5. de præsumpt.* Item procurator constitutus ad vendendum non

non potest habere fidem de pretio, *Valasc. in dec.* 21.

COLLECT. 411.

In l. 4. § hoc autem iudicium, ff. de damn. infect.

HIc traditur illa regula, quòd Iudex non impartitur officium suum, nisi parte petente, hoc dicit, quam tu Limita in multis, Et primò in crimine vsurarum, in quo Judex ex officio procedere potest, *Vinad. in decis.* 39. & est dispositum per *Reg. Pragm.* 4. *sub tit. de vsura.* Limita secundò, in crimine adulterij, in quo etiam, marito accusante desistente, Judex ex officio procedere potest, *Gramm. in decis.* 31. Limita tertiò, in cõdemnatione fructuum, & interesse, quæ fieri potest per Judicem, etiã parte non petente, *Guid. Pap. in decis.* 405. Limita quartò, quia Judex ex officio potest condẽnare ad prçstandum cautionem de non offendendo *de Franch. in decis.* 359. Limita quintò, quia potest ex officio iubere declarari libellum, vel exceptionem generalem, quæ non concludit in qualibet specie, *Valas. decis.* 97. Sextò, quia potest ex officio mandare supersederi in iudicio particulari propter vniuersale, *Valas. decis.* 90. Septimò, quia potest ex officio supplere ad fauorẽ eius, quia minus appellauit, *Rot. in decis.* 366. Octauò, quia ex officio potest statuere terminũ ad prosequendum appellationem, *Gratian. in dec.* 2. Limita nonò, quia Judex ex officio potest compellere procuratorem ad exhibendum mandatum, etiam parte non opponente, *Gratian. decis.* 106. Decimò vide *Surd. in decis.* 143. alias limitationes vide ex te per DD.

COLLECT. 412.

In l. 1. § item in bello, ff. de acqui. possess.

CApta ab hostibus efficiuntur capientium, hoc dicit. Amplia vt fiant etiam eius, qui causam capturæ præstiterit, licèt ipse non ceperit, sed alius, *Mastrill in decis.* 180. vbi per hanc rationem, & alias, refert, cum Generalis triremium Serenissimi magni Ducis Hetruriæ ex Turcis alios cepisset, alios fugasset, qui postea fuerunt capti à Gubernatore Ciuitatis Panhormi in insula Lustricæ, se votasse, dictos captos à Gubernatore debere spectare ad ipsum Generalem, vtpotè qui causam huiusmodi capturæ præstiterat, & per multas alias pulchras rationes, de quibus vide ibi. Ex eadem ratione videtur ad hoc conferre *decis. Gram.* 71. vbi dicit captiuos fieri eorum, qui priùs illos posuerunt in quasi obsidione, non etiam eorum, qui postea ceperunt. Hanc autem regulam, capta ab hostibus effici capientium, Limita non procedere, si quę capiuntur in bello, forent amicorum, quia non afficiuntur capientium, sed ipsis dominis restituenda sunt, *Gam. in decis.* 383. *& de Franch. in decis.* 368. Limita secundò, dictam regulam non procedere, nisi in iis, quæ capiuntur in conflictu, non autem in discursu territorij, *Surd. in decision. Arago.* 24. Limita tertiò in captis in bello inter Principes Christianos (à quorum discordia, & disunione semper liberet nos Deus) tunc enim capti non efficiuntur serui capientium, licèt teneantur ad pretium eorum redemptionis, *Valasc. in decis.* 30.

Collect. 413.

Super c. licèt extrà. de offic. Ordi.

PRinceps, qui simpliciter mandat aliquid Iudici ordinario, non facit ipsum Iudicem delegatum, hoc dicit, tu Limita, quando in rescripto esset dictum (authoritate nostra procedas) *Boer. in decis.* 155. Secundò limita, quando Princeps vsus esset verbo delegamus, vel committimus, *Gratian. in decis.* 44. Limita tertiò, quando in rescripto essent verba alterantia, augentia, vel minuentia iurisdictionem ordinariam, *Barz. decis. Bonon.* 150. *Iaffred. in decis.* 49. *& Achill. de Graff decis. 2. de rescript.*

Collect. 414.

In l. fin §. necessitate, C. de bon. quæ libe.

FIliusfam. non potest esse in iudicio absque patris consensu. Tu limita, & primò corā arbitris, *Maynard. decis.* 37. *lib.* 2. Limita secundo, in casibus, in quibus patri non quæritur vsusfructus, in his enim potest esse in iudicio sine consensu patris, *Cappel. Tholos. in decision.* 306. Limita tertiò, vt filius possit esse in iudicio ad constituendum procuratorē ad lites in his. eisdem casibus, in quibus (vt dictum est) non quæritur vsusfructus patri, *Cappel. Thol. in decis* 175. Limita quartò, in iudicio criminali, *Iaffred. dec.* 99. Limita quartò, vt *in decis. Perus* 15. Limita sextò, vt consensus patris possit subsequi, & hoc modo validat iudicium cum filio agitatum sine consensu, *Afflict. in decis.* 180. hoc sublimita in casibus; in quibus patri quæritur vsusfructus, nam in his ratificatio eius subsequens non validat iudicium retrò, & ab initio nullum, *Cappel. Tholos. in dec.* 306. Limita septimò, in curia Delphinatus, in qua non curatur de licentia paterna, *Guid. Pap. in decis.* 54. & pro alia limitatione de stylo eiusdem Curiæ, vide *eundem Guid. Pap. in des* 410. Limita vltimò, si agatur contra filium, patre absente, quia talis processus valet, licèt patris consensus minus interuenerit, *Capp. Tholos. in decis...* De hac materia facilè reperies DD. qui de ea tractent.

Collect. 415.

Super c. præterea extra de offi. deleg.

HIc Text ponit quosdam casus, in quib. se habeat potestas Iudicis delegati, potest namque (inquit Tex.) per simplicem commissionem causæ citare, & ita *Gratian in dec.* 108. contumacem punire, & de hoc vide *Maynard. in decis.* 92. *lib.* 1. ac reliqua omnia facere, quę spectant ad causam, tu adde quod potest, & mulctare, *Cappel. Tholos. in decis.* 174. Intellige tamē de modica mulcta. Secundò, potest vnum articulum causæ committere, videlicet audire testes, & eorum iuraméta recipere, & similia, *Cappell. Tholos. in decis.* 12. Licèt subdelegatus non sit de nominatis, *in cap. statutum de rescrip. lib. 6.* Tertiò, potest citare authorem laudatum minus in rescripto nominatum, *Afflict. in decis.* 127. Quartò, quia Iudices delegati, seu baiuli, qui de minimis causis cognoscunt, possunt facere cōcludi in causa, *Viu. in dec.* 36. Non tamē delegatus potest suam interpretari sententiam, *Iaffred. in dec.* 131 An delegatus teneatur mittere citato originalem commissionem, *Mynsinger. cent. 3. obseru.* 1. dicit

dicit quòd sic, aliàs nihil agit, etiam si deinde originale exhibeat, *Guid. Pap. in decis.286. & Ann. alleg.24.* & nos alibi diximus.

COLLECT. 416.

In l.præses, C.de ser. & aqua.

PAssim vulgò dici solet (prima charitas incipit à se ipso) incipit ab ego,(inquit vulgus) quod & probatur in hac l. facti celebri propter hoc, ex quo quidem dicto ego volo inferre ad quatuor, vel quinque substantialia. Et primò, quòd licèt mater teneatur alere filium per triennium, tamen hoc fallit, quãdo ipsa est pauper, ita vt habeat necesse lactare alienum filium pro victu sibi quęrendo, quia charitas, &c. *Valasc.decis 92.* Infero secundò, quòd licèt filius virtute Consuet. Neapol. si nequeat, nolitve stare cum patre, habere debeat alimenta de fructibus bonorum paternorum, & maternorum extra domum, nihilominus, quando fructus præfatorum bonorum minus sufficerent pro patre, secus erit, *Vincent. de Franch. in decis.336.* Infero tertiò quòd licèt quando duæ vniuersitates soleant adinuicem se affidare pro earum animalibus in ipsarum territorio, possit præscribi istud ius affidandi per vsum longissimi temporis, tamen quando alterius territorium non sufficeret pro pascuis ambabus vniuersitatibus, tunc illa non tenetur affidare per hanc rationem, vt dicit *Afflict. in decis. 290. in secundo dub.* Infero quartò, quod licet quis sit grauatus præstare alimenta, tamen debet prius ipsi sibi prouidere, & de residuo præstabit, cui debeat, exemplum in vxore relicta à viro domina, massaria, & vsufructuaria, quæ existentibus filiis, debet eo casu habere solùm alimenta secundùm Consuetudinem Bulgari, tunc enim filius hæres deducet alimenta prius pro se, & posteà de residuo alet matrem, *Audito Perus.in dec.47.in 3.dub.* Infero quintò, quod vicinus incendio orto in domo sui vicini, potest destruere domum ipsius vicini proximioris, si quod incendium ad eius domum deueniret, *Viu. in decis.150.* Vnde dixit bene ille (Ædibus occurre tuis, cùm proximus ardet) Solum autem Christum reperimus hunc ordinem peruertisse, quippe qui numquam plus semetipsum dilexit, & fecit proprie ad instar candelæ, quæ se ipsam consumit, vt alios illuminet, vt dicitur in illo *Can fin.15.q.fin.*

COLLECT. 417.

In l.omnium, §.cum hoc ipsum, C. de testam.

PLuritas non pręsumitur, nisi probetur, & sic præsumitur identitas, sed quid in rebus num in dubio præsumatur identitas, negatiuè, *Viu. in decis.203* Limita, si ex coniecturis contrarium appareret, *Afflict. in decis. 23.* Sed num identitas nominis, & cognominis probet identitatem personæ, de qua agitur, dicas quod sic incidenter, secus principaliter, *An. on. Fab. in decis.35.de prob* identitas autem dominij quomodo probetur, decidit *idem Fab. decis.69. eod.*

COLLECT. 418.

In l.fin.ff pro suo.

ISte est locus in quo DD. tractant materiam exceptionis impedientis

litis ingressum, multæ sunt, & inter alias quæ exceptio nullitatis impedit litis ingressum, *Rot. in decis. 2. de lis. contest. in antiq.* Item exceptio solutionis, *Cappel. Tholos. in decis. 335.* vide tamen in hoc *Rot. in decis. 1. d. tit. de lit. contest.* Item exceptio vsuraria, quæ litem, & instrumenti exequutionem impedit. *Carroc. in decis. 133.* Item exceptio cessionis litis, & causæ medio iuramento factæ, *Verad. in dec. 320. part. 1* Item exceptio implementi non sequuti, *Anton. Fab. in decis. 43. de except.* Item exceptio pacti de non petendo, *Maynard. in dec. 199. lib. 2.* Item exceptio excommunicationis, quia repellit actorem ab agendo, *Cappel Tholos. in decis. 30.* Quid autem de exceptione rei non traditæ, vide *Surd. in decis. 253.*

Collect. 419.

In l. generaliter, ff. de in ius vocan.

Filius non potest patrem in ius vocare sine venia aliàs, &c. Limita in ea citatione, quæ per solam libelli oblationem fit, *Anton. Fab. in decis. 13. hoc tit.* Limita secundò, in nouerca, quæ à vitrico sine venia in ius vocari potest, *Osasch in decis. 30.*

Collect. 420.

In l. qui accusare, C. de eden.

Reus non tenetur edere actori, hoc dicit. Limita primò, vt teneatur reus edere instrumenta, & iura in precibus enunciata, & quæ in actis causæ ad exceptionem fundandam producuntur, *Thess. Fil. in decis. 76.* vbi ponit de hoc sublimitationem. Limita secundò, in vniuersitate rea, quæ habet in suo Archiuio, *Caputaquens. in decis. 294. par. 1.* Limita tertiò, in reconueniente, qui à primo conueniente potest petere editionem instrumenti. *Anton. Fab. in decis. 6. de eden.* Limita quartò, quia quandoquidem editio instrumenti facienda est hæredi, *Anton. Faber. in decis. 6. eod. tit.* Regulariter autem quis edere non tenetur instrumenta ad fundandam intentionem aduersarij, maximè super delicto, *Verall. in decis. 293. par. 1.*

Collect. 421.

In l. fin. C. de iure emphyt.

Hic agitur materia laudemiorum, de qua tamen scio me dixisse suprà *in Collect. 30.* Sed modò oportet addere ista, quæ dicunt infrascripti decisionarij, qui tūc temporis veluti Authores moderni non adhuc peruenerant ad manus meas. Amplia igitur, vt debeatur laudemium etiam ex adiectione iudiciali, *Maynard. in dec. 42. lib. 4.* Secundò, etiam ex feudis nobilium, *Maynard. in decis. 53. eod. lib.* Amplia tertiò, etiam ex alienatione iudiciali post decreti exequutionem, *idem Maynard. in decis. 51. eod.* Amplia quartò, vt debeatur etiam ex alienatione subfeudi domino, *Ant. Faber. in decis. 6. eodem tit. de iur. emphyt.* Amplia quintò, etiam ex donatione, vbi viget consuetudo, *Anton. Fab. in dec. 29. eod.* Amplia sextò, etiam in venditione facta sub hasta, *idem Fab. in decis. 23. eod.* Nunc limita, & primò, vt non debeatur ex permutatione, *Maynard. decis. 37. lib. 4.* Limita secundò, vt non debeatur ex contractu nullo, *Anton. Fab. in decis. 18. vbi supra.* Limita tertiò, vt non debeatur ex alienatione necessaria, *Maynard. in decis. 43 lib. 4.*

Limita quartò, vt debeatur ex contractu pignoratitio, *Anton. Fab. in dec. 67. eodem*. Limita quintò, in donatione inter patrem & filium, *Ant. Faber. in decis. 21. eodem*. Limita sextò, in venditione pensionis annuæ super fundo emphyteutico, *Anton. Fab. in decis. 71. eodem*. Limita septimo, vt non debeatur pro dote, *Anton. Fab. in decis. 55. hoc tit.*

COLLECT. 422.

Super Allegatione Lapi 89.

QVàm sit frequens in foro disputatio circa hanc allegationem nemo est qui nesciat, per eam enim causæ beneficiales sæpe in Rota definiuntur, ideò non erit inutile illam explicare, hoc igitur vult Lapus in summa, quòd impetrans beneficiũ ad iustificationem sui tituli non teneatur docere de titulo sui prædecessoris, per cuius mortem illud impetrauit, sed sufficit probare, quòd prædecessor longo tempore beneficium possederit, & ita in simili tenuit *Rota in decis. 10. de rerum permutatione in antiquis & in decision. 4. eo. in nouis, Bellam. in decis. 593. & 644. Cassador. in decis. 2. de caus. poss. & propriet. & in decis. 3. eodem titul.* & idem fuit etiam tentum per *Rotam, in vna Pampilonen Parochialis 21. Iunij 1604. coram Coccino*, & aliàs sæpe, & per *Buer. in decis. 42.* Ratio huius conclusionis est, quia non est pronunciandum super Iure prædecessoris, & ideò nõ requiritur plena eius probatio; *Bellam. in decis. 593. & Cassador. in decis. 2. citata*. Neque enim sola possessio absque communi reputatione sufficit, & è contra, *Crescent. in decis. 21. de proba.* Hodie tamen sufficit probare solam triennalem possessionem Auctoris iuxta stylum Rotæ, de qua *Cassador. decis. 7. de caus. poss. & propriet. Mohed. dec. 120.* & ratio est secundùm *Achill. de Graff. decis. 14. de probat.* quia triennalis possessor per regulam aduersus omnes est tutus titulo suo: Amplia nunc Lapi allegationem: Et primò, vt procedat non solùm quando beneficium vacat per mortem naturalem prædecessoris, verum etiam per mortem ciuilem, veluti si fuit permutatum, vel resignatum, *Caputaquens. in decis. 25. p. 1. Cassador. cit. at. in decis. 2. Verall. decis. 96. lib. 1.* & tenuit Rota in vna Placentina Canonicatus primo Julij 1551. coram Romano. Amplia secundò etiam si probaretur prædecessorem habuisse titulum inualidũ ab initio, & ratio est, quia potuit validus superuenire, *Cassad. decis. 4. & in dec. 3. de cau. poss. Put. dec. 356. li. 1. Crescen. cit. dec. 21. de probat. & idem Put. dec. 240. li. 3.* Amplia tertiò, vt locum habeat, quamuis datetur concursus titularis veri, & putatiui, *Cassador. cit. decis. 3.* Amplia quartò, vt procedat non solùm vbi agitur de præsumendo titulum iustum & validum, sed etiam quando agitur de præsumenda dispensatione, veluti in promotis ad Episcopatum, in quibus dispensatio præsumitur ad retinenda beneficia incompatibilia, & in antecessore illegitimo, cum quo secundùm hanc allegationem præsumitur fuisse dispensatum, *Chisan. decis. 14. Sarnen. dec. 21. Achill. de Graff. in decis. 2. de pet. Peregrin. in dec. 108. lib. 2.* Amplia quintò, vt procedat in quibusuis beneficiis etiam exemptis, *Achill. de Graff. in decis. 20. de probat.* ac etiam affectis seu reseruatis, *Cassad. in decis. 4. de causa poss.* Amplia sextò etiam contra habentem regressum, *idem Cassad. in*

dec.5 cit.titul. Amplia septimò, vt locum habeat etiam in renunciatione, quam successor allegare potest in fauorem prædecessoris, *Mohedan.in dec.* 241 *Cassad. in decis.2.3. & 4. tit de cau. p ss.ss.Puteus in dec.2.lib.3. Caputaquens. in decis.25 par.1.* Amplia octauò, etiam si possessio fuerit capta à prædecessore litteris nō expeditis, vt tenuit *Rot. in vna Vicentina præpositura*, vt tenuit *Verall in dec.98 li 1.* Amplia nonò, vt hac allegatione iuuetur non solùm immediatus successor, sed etiam secundus, vel tertius *Mohedan.in dec.15. de cau.poss ss. & prop. Rot. diuers.in decis. 779 par.3* Amplia decimo, vt procedat, quamuis non probetur possessio Auctoris de tempore obitus, quia sufficit probare triennalem possessionem pacificam, *Rota in decis.4. de probat. in nou. & in decisione 80.p.2. diuersorum:* Amplia vndecimò, etiam si Ordinarius non visitauerit, *Rota.dec. 779.par.3.diuers.* Et fuit decisum in *vna Valuen.prioratus 20.Maij 1580.coram Mantica:* Amplia duodecimo, vt procedat etiam in spolio, vbi tamen spolians spoliauit suum spoliatorem, *Peregrinus in decis 13.lib.2. in manusc. ripis;* Amplia decimotertiò, etiam si habilitates auctoris, exactè non probentur, nam sufficit illas probare per publicam vocem, & famam, *Puteus in decis.77.lib 3. Achill.de Graff dec. vn.de habilit.Bellam.in decis.112.& 645.* Amplia decimoquartò, vt procedat, quamuis non probetur possessio triennalis pacifica ipsius auctoris, dummodo ex aduerso nō doceatur de titulo in personam alterius. Nunc limita præfatam allegationem, Et primò vbi agitur in petitorio, quia tunc requiritur vera tituli probatio, *Bellam in decis.611. Rot. in dec.15.de prabend.in nou.* Limita secundò, vbi contrarium probaretur concludenter, *Caputaquens. in decis.26. part.1.* & tenuit Rota in vna parochiali Toletana coram Seraphino. Limita tertiò, vt successor teneatur iustificare titulum resignantis adhuc viuentis, de quo constabat in actis, sed non erat in forma probanti, *Puteus in decis. 7. in titu. de allegat.* Limita quartò, vt non procedat ad fauorem illius, qui non est successor, *Caputaquen.in decis. 27.part.1.* Limita quintò, vt locum non habeat in successore qui titulum sui prædecessoris impugnauit, *Guid Pap. in decis.181.* Limita sextò, quotiescumque possessio prædecessoris fuerit spoliatiua, *Gam. in decis. 11. Cassad. in decis.5. de restit. spoliat. & in decis.6.de preben. Rota diuers. in decis. 190. part. 2.* & fuit decisum in vna *Abulen. Canonicatus 16. Iunij 1589. coram Gypsio.*

COLLECT. 423.

Super §.affinitatis.Inst de nupt.

AD materiam affinitatis, quære num affinitas dissoluatur per mortem alterius coniugum, decisum affirmatiuè præterquam ad impediendum matrimonium ratione publicæ honestatis, *Viu.in decis 181.* Et num veniæ petendę priuilegium affinitatis intuitu introductum, soluta affinitate cesset, affirmat. *Viu.in dec. 376.* Num soluta affinitate cesset Iudicis suspecti recusatio, collige ex decis. *Vincent.de Franch.in d.c.719 par.4.* Et hæc recusatio ratione affinitatis potest fieri vsque ad quartum gradum, *Maynard.in decis.98.lib.1.* Num affines admittantur in testes in causa matrimonij, decisum affirmatiuè, *Triusa. in decis.10. part. 1.* An autem

tem affinitas contrahatur per illicitum coitum, quod sic *Cappel. Tholos. in decis.96.*

Collect. 424.

In l. venditor, ff de iudiciis.

QVi venit ad alium defendendum, non potest allegare priuilegium sui iudicis, hoc dicit. Limita primò, in Neapolitanis, qui si sunt laudati in auctores in curiis extra Neapolim non tenentur ibi litigare, sed remittuntur ad Tribunalia Neapolitana, *Ann. qui dicit decisum in singul.45.* Limita secundò, in clericis, qui etiam remittuntur eorum Iudicibus, *Capyc. in decis.197.* Limita tertiò, in colono nominante dominum in iudicio, *Ann. Rober. rerum indicatarum, lib.3. in decis.10.* Limita quartò, in Fisco dum de eius agitur interesse, cuius causa remittenda est ad Regiam Cameram, *Ann. alleg.121.* licèt contra in propriis terminis *l. nostra Thess. in decis.213.*

Collect. 425.

In c. quamuis, de praeben. in 6.

BEneficij appellatione non venit pensio, & ideo mandatum de prouidendo in beneficialibus vsque ad certam summam, pensio non debetur. Limita, vt beneficij appellatione veniat pensio quantum ad hoc vt per promotionem alicuius ad Episcopatum, vacent, quemadmodum & beneficia, *Verall. in decis.313. part.2.* Limita secundò, quantum ad hoc, quia dispositio *cap. de beneficium, de regularibus in 6.* quo cauetur, quod per professionem in religionem vacent beneficia ita & pensiones, *Verall. in decis.314. part.2.* Limita tertiò, vt in impetratione beneficij facienda est mentio de pensione, quemadmodum & de beneficio, *Cassad. in decis.3. & 4. de pensionibus.* Limita quartò, vt veniat pensio appellatione beneficij in mat. pœnali, & verba essent geminata, ipsaque esset concessa in titulum, *Crescent. in decis.14. de sent. & re iudicat.* Limita quintò, quantum ad hoc vt quemadmodum executio in beneficialibus non habet exercitium iurisdictionis ante expeditionem, & præsentationem literarum, ita & in pensione, & per consequens non valet pensionis translatio ante literarum præsentationem, *Crescent. in decis.13. de praebend.* Limita sextò, quantum ad hoc, quod sicut lepra superueniens non priuat clericum beneficio, ita & pensione, *Fab. in decision.53. de Episcopis & clericis.* Limita septimò, quantum ad hoc quod sicut Monachus ex dispensatione potest retinere beneficium ita & pensionem, *Verall. in decis.223. part.2.* Limita octauò, quantum ad hoc, quòd pensionis taciturnitas reddit gratiam pauperis subreptitiam, quod intellige in pensione perpetua iure beneficij constituta, ita *Rot. in decis.59. de rescriptis in antiquis.* Limita nonò, quantum ad hoc, vt quandoquidem pensionarius vti beneficiatus teneatur contribuere pro rata pensionis ad solutionem oneris impositi super fructibus beneficij, super quibus est reseruata pensio, *Rot. diuers. in decision.161.* Nota tamen nunc differentias, & prima, quia pensio per promotionem cathedralem extinguitur de stylo curiæ, sed beneficia non vacant nisi per consecrationem, *Rot. diuers.*

*in decis.*233.*par.*1. Secunda, quia mat. beneficialis est fauorabilis, pensionis verò odiosa, & ad huius differentiæ vtilitatem vide *Rot. in decis.*454.*par.*1. Tertia, quia pro beneficio nulla actio competit, pro pensione verò actio personalis, quia beneficiatus acceptans beneficium pensione grauatum videtur quasi contrahere, & obligare se ad onera posita in illo beneficio, *Verall. in decis.*311.*par.*2.

COLLECT. 426.

In l. vsucapionem ff. de vsucap.

Res quę non sunt in commercio nostro non possunt vsucapi, vel præscribi, h.d. ex quo text habes vnum casum, ex quo præscriptio prohibetur, nota alios decisos. Et primò procuratio, quæ ratione visitationis debetur, *Cappel. Tholos. in decis.*332. Secundò, communio inter duas vniuersitates absq. Regio assensu, *Afflict. in decis.*254. Tertiò, contra pupillum, *Cappell. Tholos. in decis* 92. Quartò, cessat præscriptio existente iuramento, *Cappel. Tholos. in decis.*200. Sed an intelligatur sublata per verba semper, & quandocũque, negat. *Surd. in decis.* 15. Quintò cessat de iure Canonico in creditore confitente se debitum recepisse, *Cappell. Tholos. in decis.*418. Sextò, cessat existente mala fide, *Mynsinger. cent.*4.*obseru.*16. Septimò, cessat contra fiscum in casu *Guid. Pap. in decis.* 416. quod not. ad ornatum *Tex in* § *res fisci de vsucapionib.* Octauò cessat, stante Principis prohibitione, *Anton. Fab. in dec.*5. *Cod. de præscript.*30. *annor.* Nonò cessat in decima, licèt quota eius præscribi possit tam ratione petitorij, quàm possessorij, *idem Fab. in decis.*14. C. *eod.* Decimò, cessat in hærede, qui præscribere nequit, post qualem debiti agnitionem *idem Fab. in dec.*21. *eod. tit.* Vndecimò, cessat in collectis, & quæ ad illarum præscriptionem requiruntur *Ioseph. Ludou. in decis. Perus.*3.

COLLECT. 427.

In l. cùm notissimi. § *immo, C. de præscript.* 30 *ann.*

Hic propriè sedet materia interruptionis præscriptionis, in qua primò quære num per citationẽ interrumpatur præscriptio, decisum affirmatiuè, *Peguer. in decis.*157. Intellige primo si nuntius retulerit se citasse, & in actis causæ constat, *Ann. Robert. in decision.*5 *lib.*3. Intellige secundò, quando actor in termino citationis comparuit, aliàs actore, vel reo citato non comparẽtibus, citatio circunducitur, & sic non operatur effectum interruptionis pręscriptionis, *Maynard. in dec.*27. *lib.*1. Sed præscriptio in criminalibus, per quæ interrumpatur decisum per solam libelli oblationem, aut inquisitionis à iudice formationẽ, *Iaffred. in dec.*252. Sed num in hoc casu sit citatio necessaria, decisum negatiuè, *Anton. Fab. in decis. fin. C. de rei vendicatione.* Num autem interrumpatur per citationem minùs legitime, aut nulliter factam, negat. *Iaffred. in dec.*191. Ex quibus autem actibus pręscriptio interrumpatur, decidit *Surd. in decis.*5 Sed num præscriptionis interruptio, quæ proponitur in *l. fin. C. de duobus reis* procedat facta petitione partis debiti contra vnum ex reis debendi, decisum negatiuè, *Thessau in decis* 203. Et quomodo per citationem interrumpatur, vide *Mar. in decis.*326.*p.*2.

COLLECT.

COLLECT. 428.

Super l. contrà, Cod. de inofficioso testamento.

TEmpus à quo die currat hîc tractatur, Sed à quo die currat tempus præsentandi, decisum à tempore scientiæ, *Rot. in decis. 13 de iure patronat. in antiq.* Sed à quo die currat tempus quod datur Episcopo ad cōferendum à tempore renunciationis, *Bisignet. in dec. 11. de electione* Sed à quo tempus decem dierum, quod datur ad interponendum appellationem, decisum à tempore prolatæ sententiæ, *Mynsing. cent. 2. obseru. 2* quod not. ad ornatum Authent. *hodie.* Sed à quo tempus datum ad probandum decisum à tempore admissionis positionis, *Iaffred. in decis. 185* Sed à quo tempus datum ad redimendum pignus, decisum à die liberationis in vltimo incantu, *Guid. Pap. in decis. 22.* Sed à quo tempus conficiendi inuentarium, decisum à die aditæ hæreditatis, *idem Guid. Pap. in decis. 571.* Sed à quo tempus termini, decisum à die post terminum in termino, *Guid. Pap. in decis 270.* Sed à quo tempus ad reuocandum feudum alienatum, decisum à die scientiæ, *Cather. in decis 176.* Sed à quo tempus deliberandi, quod hæredi conceditur, *Mar. in decis. 25. part. 1.* Sed à quo tempus instantiæ, decisum à die litis contestatæ, *Mar. in decis. 418. parte 1.* quod not. ad ornatum *l. properandum, Cod. de iudiciis.* Sed à quo tempus petendi compromissum inter coniunctos, *Carroc. in decis. 98.* Sed à quo tempus quinquennij datum marito ad accusandum vxorem de adulterio, decisum à die scientiæ, *Thomin. in decis. 39.* Sed à quo tempus prosequendæ appellationis, decisum à die interpositæ appellationis, *Pute. in decis. 151. p. 2.* quod nota ad ornatum *Tex. in Clemen. sicut de appellat.* Sed à quo tempus petendæ restitutionis in integrum, decisum à die læsionis, *Anton. Fab. in decis. 1. Cod. de in integrum restitutione.*

COLLECT. 429.

Super c. Apostolica, de Clerico excommunicato.

EXcommunicatus ignoranter celebrando nulla indiget dispensatione respectu irregularitatis, hoc dicit, & sic vt vides ex hoc Text. ponitur vnus effectus ignorantiæ, tu adde alios decisos Et primò, quia restitutio in integrum datur aduersus præscriptionem in capite ignorantiæ lapso etiam quadriennio, *Thess. in decis. 151.* Secundus effectus, quia ignorantia domini circa gesta per eius procuratorem operatur, vt Dominus non incurrat in pœnam *l. si quis maior, Cod. de transact. Crescent. in decis. 5 de præsump.* Tertius, quia ignorantia iuris excusat, vbi dolus requiritur, pulchrè *Vta. in decis. 253.* quod not. *ad limit. c. ignorantia.* Quartus effectus, quia emens ignoranter rem restitutioni subiectam meliorationes in ea re factas recuperat, quod secus esset si scienter emisset, *Peguer. in dec. 150.* Quintus, quia testamentum in quo posthumus fuit ignoranter præteritus sustinetur vi ttme clausulæ codicillaris, *Peguer. in decis. 108.* Sextus effectus, quia operarij excusantur quando aliquid faciunt de mandato conducentis in domo aliena ignoranter, *Ioseph Ludou. in decis. Perus. 103.* Septimus, quia tempus

ad reuocandum feudum alienatum non currit ignoranti, *Cacher. in decis.* 175. Octauus, quia tempus quod datur patrono ad præsentãdum non currit ignoranti, sed à die scientiæ vacationis, *Rot. in dec.* 3. *de iure patr. in an. iqua* Nonus, quia ædificans scienter in loco alieno præsumitur iactare suum, & opera domino soli acquiruntur, secus si ignoranter ædificasset, *Peguer. in decis.* 7.

COLLECT. 430.

Super l. 2. *C. vbi in rem actio.*

QVi possidet alieno nomine potest reali actione conuentus dominum in iudicio nominare, & datur ei dilatio ad denunciandum Domino, hoc dicit. Sed an talis conuentus dominum nominãdo euitet iudicium, vide pulchrã decisionem *Mynsing cẽt.* 2. *obser.* 58. Vbi tres distinguit casus, sed an talis nominatus possit declinare forũ si sit persona priuilegiata putà Clericus, decis neg. quia tenetur defendere conuentum in foro illius *idem Mynsing. cent.* 5. *obseru.* 14. Intellige tamẽ si Clericus ad causam veniat defensor voluntarius, & non necessarius, putà, quia non principaliter contra ipsum, sed contra possidentem agitur, *idem Mynsing. cent.* 6. *obseru.* 33. Sed quando locum habet nominatio in terminis l. nostræ decisum quando agitur actione reali non tamen actione personali, *Rot. in decis.* 4. *de iudicus in antiq.* Sed an cõuentus possessorio recuperãdæ possit dominum in iudicio nominare, decis. neg. *Afflict. in dec.* 117. Sed an si conuentus non nominet dominum præiudicet domino, decisum negatiuè, *Maynard. in dec.* 23. *lib.* 2. Nec nominatio locum habet si semel conuentus asseruit se nomine proprio possidere, pulchrè *Afflict. in decis.* 126. Quænam autem differentia sit inter laudare in authorem, & dominum in iudicio nominare, ponit *Affl. in dec.* 96.

COLLECT. 431.

Super l. 1. *C. si secundo nupserit mulier.*

HIc de pœna mulierum infra annum nubentium agitur; Amplia primò, vt pœnæ istæ hodie minimè sublatæ censeantur, pulchrè *Afflict. in decis.* 85. *in* 2. *dub.* Amplia secundò, vt locum sibi vendicent etiam in sponsis per verba de præsenti intra annum luctus nubẽtibus, *Maynard. in decis.* 96. *lib.* 3. Amplia tertiò, vt mulier intra annum luctus nubens amittat facultatem eligendi inter libertos prioris matrimonij à marito concessam, *idem Maynard. in decis.* 100. *lib.* 3. Amplia quartò, vt ipso iure amittat suorum filiorum tutelam, *Vin. in dec.* 460. Amplia quintò, vt maritus has pœnas remittere nequeat, *Maynard. in decis.* 95. *lib.* 3. Amplia sexto, vt legatum iam præstitum, à muliere intra annum luctus nubẽte repeti possit, *idem Maynard. in decis.* 94. *lib.* 3. Amplia septimò, vt mater per transitum ad secunda vota intra annum luctus priuetur successione filij in pupillari ætate decedentis, *Vin. in decis.* 432. Amplia octauò, vt minor ætas minimè excuset à præfatis pœnis, *Maynard. in decis.* 91. *lib.* 3. Amplia nonò, vt amittat etiam augmentum dotis consuetudine Tholosæ introductum, *idem Maynard. in decis. eiusdem Rota* 90. *lib.* 3. Amplia decimò, vt mulier intra luctum nubens priuetur vsufructu bonorum ei in to-

in testamento mariti relicto, *Maynar. in decision.88 lib.3.* Amplia vndecimò, in Curia Tholosana, quæ pœnas in odium intra annum luctus nubentium, strictè adhuc obseruat, *idem Maynard. in decis.92. eod lib.* Amplia duodecimò, vt excepta infamia reliquæ pœnæ, quas ius in earum odium introduxit sublatæ non sint, *idem Maynard. in decis.93. eod. tit.*

COLLECT. 432.

Super l. si ita scriptum ff. de legatis secundo.

MAsculinum concipit fœmininum, hoc dicit. Amplia procedere etiam in priuilegiis, *Viu. in decis.414.* Limita in fideicommissis, *Surd. in decis.84.* Limita secundò, in statutis, *Thessau. in decis.269.*

COLLECT. 433.

Super Ritu M.C.29.

DE delictis Officialium sola M.C. cognoscit, hoc dicit. Amplia Ritum procedere tam actiue, quàm passiue, & sic quemadmodum de excessibus Officialium sola M.C. cognoscit, ita etiam quando excessus contra eos committuntur, *de Franch. in decis.274.* Limita primò, vt locum minime habeat præfata conclusio in Officiali non habente iurisdictionem, *de Franch. in decision.407. num.5.* quod fuit declaratum per Pragmaticam Comitis Olibares, ex quo fuit dubitatum an Actuarij comprehendantur sub hoc titu, de quo *idem de Franc. in d. decis.407.* Licet in illa causa articulus non fuerit decisus. Limita secundò, quando Baro habet in priuilegio clausulam quod possit cognoscere de omnibus, etiam de quibus sola M.C. cognoscit, quia tunc virtute huius clausulæ videtur communicata hęc præeminentia, *de Franc. d. decis.274.* Limita tertiò, quando Officialis delinqueret extra officiū, ex quo inferri potest, quod si capitaneus iurisdictionis ciuilis delinqueret, posset puniri à capitaneo iurisdictionis criminalis, non obstante regula quod par in parem non habet imperium, quæ non intelligitur, quando iurisdictiones sunt distinctæ, *Capyc. in decis.25.*

COLLECT. 434.

Ad. Rub. de Iudæis.

AD materiam Judęorum, quære primo, nū Judæis deferri possit iuramentum suppletorium, affirmat. *Mynsing. cent.5. obseru.6.* Sed quomodo iurare debeant, decisum, non per Christum, nec per sacra Euangelia, sed per legem Mosaïcam, *Idem Mynsinger. cent.6. obseru.20.* Sed num Judæus testificans contra Christianum faciat fidem, decisum negat. *Afflict. in decis. 211.* Et num Judæorum filij baptizari possint, eorum parentibus inuitis, negatiuè, *Afflict. in dec.* Et num Judæi sint habiles ad publica officia, decisum negatiuè, *Cam. Imp. in verbo Iudæus*, quod not. *ad text. in cap. cūm sit, de Iudæis.* Judæi autem delinquendo, circa fidem, scilicet ipsam contendēdo, num sint ab inquisito puniendi, decisum affirmatiuè, *Triumf. in decis. 67.* Et de Judæo qui minatus est cōcionatori, decidit *Laffred. in decis. 91.* Et num Princeps possit in eius dominio, Judęis concedere, vsuras exercēdi; neg. *Thes. in dec 57.* Et Judæus blasphemans, à quo Iudice veniat pu-

niendus, decisum ab vtroque scilicet ecclesiastico, & seculari, verùm inter eos locus est præuentioni, *Thessau. in decis.* 290.

COLLECT. 435.

In l. iubemus, C. ad Trebellianum.

INter cætera priuilegia liberorum, primi gradus, illud præcipuè videtur, quia fructus per eos perceptos, in quartam Trebellianicam minimè computare teneantur, vt dicit hic *Text.* & ita decisum refert *Fab. in decis.* 4. *C. ad Trebellianum.* Quod Amplia primò, procedere etiam si filij essent grauati de restituendo hæreditatem extraneis, pulchrè *Viu. in decis.* 402. Amplia secundò, vt nec in eorum legitimam computare teneantur, *de Franc. in decis.* 522. Secundum priuilegium, quia in literis primi gradus, non potest prohiberi Trebellianica, *Guid. Pap in decision.* 51. *& de Franch. in decis.* 11. Tertium priuilegium, quia liberi primi gradus, possunt duas detrahere quartas, quoties sub conditione de restituendo grauati essent secundùm communem DD. opinionem, licèt contra *Guid. Pap. in decis.* 524. Quartum priuilegium, quia liberi primi gradus non perdunt Trebellianicam per omissionem inuentarij, *Anton. Fab. in decis.* 5. *C. ad Trebell. Guid. Pap. in decis.* 53.

COLLECT. 436.

Super l. quamuis, C. de fideicommissis.

MAteria ex quibus inductum cêseatur fideicommissum hîc sedet. Sed an inducatur ex alienationis prohibitione, decisum affirmat, fauore illorum, qui sunt de familia, *Anton. Faber. in decis.* 6. *Cod. de fideicommissis.* Secundò inducitur quoties quid relinquitur hac conditione, vt bona conseruentur in familia, & ad tale fideicommissum non admittitur Monachus, *idem Fab. in decis.* 25. *C. de fideicommissis*, sicut nec Eques Hierosolymitanus, *Idem Faber. in decis.* 33. *eodem tit.* quia & ipsi in numero religiosorum sunt, *Maynard. in decis.* 17. *lib.* 1. nec etiam admittuntur fœminæ, *Coler. in decis.* 973. Tertiò inducitur fideicommissum reale, & etiam reciprocum quoties testator habuit respectum ad defectum liberorum, *Anton. Fab. in decis.* 36. *eod. tit.* Quartò ex vulgari substitutione, interdum flectitur in fideicommissariam si adsit prohibitio alienationis, *Anton Fab. in decis.* 49. *de fideicommissis.* Quintò dubitari potest an inducantur ex generali clausula restricta ad substitutos, *Surd. in decis.* 58. Sextò inducitur fideicommissum simplex ex prohibitione alienationis iûcta rei qualitate, *Surd. in decis.* 238. Septimò inducitur etiam in personas masculorum excludendo filias, *Guid. Pap. in decis.* 184. Octauò per illa verba tacitus & contentus, ita quòd nihil amplius petere possit, *idem Guid. Pap. in decis.* 93. Et de nonnullis aliis verbis, ex quibus fideicommissum inducatur, vide plenam *Guid. Pap. dec.* 469.

COLLECT. 437.

Super l. vnica. C. de plus petitionibus.

AD ornatum huius l. Vide primò *Capyc. in decis.* 49. vbi ponit quatuor, quæ concurrere debent, vt petens plus debito debitum amittat. Primò quòd cautio de qua agitur, sit

sit exorta de maiori summa. Secundò, quòd sit dolosè. Tertiò, quòd reus sit vocatus in iudicium, & lis contestata. Quartò, quòd in probationib. liqueat de dolo actoris. Num autem dispositio huius l. locum obtineat in petente totum indebitè, decisum negatiuè, *Surd. pulchrè in decis.* 65 Et num petens plus debito veniat à iudice in expensis condemnandus vltra pœnam amissionis suorum iurium, affirmatiuè decisum, *Viu. in decis.* 427.

Collect. 438.

Super cap. 1. quibus modis feudum amittatur.

IN præsenti Tex. cum aliis sequentibus ponũtur casus in quibus vassallus veniat feudo priuandus, tu adde alios decisos. Et primò ob non petitam inuestituram infra annum, & diem, *Viu. in decis.* 428. In Regno vero feudum non perdit, sed duplicatum soluit releuium, *de Franc. in decis.* 425. Quod amplia etiam fuissent Minores, *Sess. Rot. Aragon. in decis.* 18. Amplia secundò, vt nec possit aliqua excusatione iuuari, *Surd. in decis.* 18. Amplia tertiò, vt sufficiat vassallo inuestituram petere ad euitandum commissum, etiam si non offerat fidelitatem, *Guid. Pap. in decis.* 167. Limita vt vassallus non petendo inuestituram infra tempus debitum possit moram purgare, *idem Guid. Pap. in decis.* 166. Secundò venit etiam vassallus feudo priuandus, quando insolita, & indebita seruitia à vassallis exigit, *Viu. in decis.* 447. Tertiò vbicunque subditos intolerabiliter, & iniquè tractat, *Gramm. in decis.* 104. Quartò propter delictum, & num ius opponendi transeat ad hæredes, affirmat. *Guid. Pap. in dec.* 157. Quintò, si feudum sine domini consensu alienauerit, *idem Guid. Pap. in decision.* 162. Limita si in alienatione apposuerit clausulam, saluo iure domini non aliàs, nec alio modo, *idem Guid. Pap. in decis.* 163. Limita secundò si post alienationem statim rem recuperauerit, *Faber in decis.* 31. *C. de Episc. & cler.* Sextò, si feudalis res vti burgensis alienaretur, *Afflict. in decis.* 255. Septimò, si feudum transiuerit in personam clerici, licèt tunc concedatur tempus ad deliberãdum, *Ann. alleg.* 98. Octauò, propter feloniam, vel crimen læsæ Maiestatis, *Cappell. Tholos. in decis.* 395. Nonnullos autem casus, ex quibus vassallus venit feudo priuandus, vide per te in *Afflict. in decis.* 265. Num autem feudum veniat in confiscatione bonorum, negatiuè decisum *Thessau. in decis.* 167 & ad mat. vide plenum sing. *Ann.* 209.

Collect. 439.

Super l. quoties, C. de rei vendicat.

ISta l. potest tripliciter limitari, Primò vt non procedat in Principe vendente, *Anton. Fab. in decis.* 11. *Cod. de probat.* Secundò in locatione, *Rot. in decis.* 2. *in tit. de locato.* Tertiò in spiritualibus, *Ann. Robert. in decis.* 5. *lib.* 3. alias limitationes vide per DD. *in d. l. quoties*, præsertim *Ias.*

Collect. 440.

Super l. fin. C. de instit. & subftit.

TAcita pupillaris non admittitur contra matrem, hoc dicit. Amplia primò præfatam conclusionem.

vt procedat in vtraque auia tam paterea, quàm materna, quia & ipsæ quoque minimè per pupillarem tacitam excluduntur, pulchrè *Anton. Fab. in decis.3. C de impuberum, & aliis substitutionibus.* Amplia secundò, vt licèt per expressam pupillarē excludatur mater, non tamen à legitima, *Afflict.in decis.*38. Nunc limita, & primò existentibus in contrarium coniecturis, *Fab.in decis.*1.*C.de impuberum, & aliis substitutionibus.* Coniecturæ autem nonnullæ sunt, Et prima cùm apparet de cōtraria testatoris voluntate, quia hoc casu etiam à legitima per tacitam pupillarem mater excluditur, *Faber.decis.*4.*C.eod.tit.* Secunda coniectura est si quid à testatore Matri fuerit relictum, quod non à pupillo eiúsve tutore, sed à pupillari substituto præstari voluit, tunc enim apertissimum est eam fuisse testatoris voluntatem vt Matri substitutus prę-ferretur, *idem Fab. in decis.*16. *eod. tit.* Tertia si legatur matri pro omni iure legitimæ, quia tunc excluditur etiam à legitima in fauorem eius, qui compendiosè substitutus fuit. Limita secundo, vt tacitæ pupillaris pœna admittatur contra matrem, quando non est cohæres filio data, præsertim si conuolet ad secunda vota, & in eum casum sit ademptum legatum, quod fuerat ei datum *Ant.Fab.in decis.* 23. *eod.tit.*

Collect. 441.

In l.exigere, ff.de iudiciis.

IN contractu dotis inspicitur locus vbi vir habet domicilium, nō autem locus cōtractus, hoc dicit, ex quo inferri potest quòd si aliquod statutum viget in foro vxoris, attenditur statutum fori mariti, *Coler. in decis.*90. Limita hanc l. in taxando valore monetæ dotis solutæ, pulchrè *Surd. in decis.*227. & ad huius l. ornatum, vide optimam *Afflict. in dec.*226.

Collect. 442.

Super cap.fin.de emptione, & venditione.

DEnunciatio litis motæ necessaria est, vt venditor de euictione teneatur, hoc dicit. Amplia primò, procedere etiam si emptor sciuerit litem esse motam, *Cappel.Tholos.in decis.* 406. Amplia secundò, etiam si in contractu addita fuerit Clausula, quomodocumque res euincatur, *Gam.in decis.*79. Amplia tertiò, vt vltra denunciationem teneatur venditor acta molestiæ emptori exhibere, *Thess. in decis.*218. Nunc limita, & primò in casibus coaceruatis per *Mynsinger.cent.*1.*obseru.*56. Limita secundò, vt minimè pignorum possessoribus denunciandum sit, *Anton.Fab. in decis.*25.*C.de euictionibus*; Ad mat vide *Capyc.in decis.*106.

Collect. 443.

Super c.cum cessante, de appellat.

ETsi ex præsenti Text. vulgaris colligitur Regula, scilicet cessante causa cessat effectus, substantiales tamen sunt Correlarij, qui ex ea inferuntur, Primo igitur ego infero, quòd cessante causa priuilegij, cessat & priuilegium, *Maynard. in decision.*29.*lib.*3. Secundò infero, quòd Neapolitana nupta extero, non trahit vti reliquæ Neapolitanæ, quia cessat causa trahendi, *de Franch. in*

decision. 416. Tertiò infero, quòd venditori non est denunciandum litem esse motam hoc ipso sciente, quod intellige quando denunciatio ad finem sciẽtiæ fieret, *Cappell. Tholos. in decis* 407. Infero quartò, quòd minori maiori succedenti post conclusum in causa non conceditur beneficium, ratio quia cessat læsio quæ est beneficij causa, *Afflict. in decis.* 212. Infero quintò, quòd beneficium denegatur minori qui factus est maior lite pendente, intellige in casu *Afflict. in decis.* 200. Infero sextò, quòd compromissum, quod vigore const. Regni fit inter affines cessat affinitate extincta, vt colligitur ex *Capyc. in decis.* 7. Infero septimò, quòd donatio ob ingressum Monasterij reuocatur causa non sequuta, *Gratian. Rot. March. in decision.* 42. Infero octauò, quòd donatio facta ab eunte in bellum reuocatur eo reuerso, *Cach. in decis.* 102. *cum sequent.* Infero nonò, quòd assensus limitatus ad tempus non extenditur vltra tempus, *Surd. in decis.* 189. Infero decimò, quod licentia concessa ad tempus similiter vltra illud minimè extenditur, *idem Surd in decis.* 203. Limita nunc principalem conclusionem, Et primo, vt minimè procedat in immunitate quæ alicui conceditur ob numerum duodecim liberorum, quia etiam ipsis mortuis frui potest, pulchrè *Surd. in decis.* 123. quod not. ad ampliationem *l. si quis decurio. Cod. de decurionibus, lib.* 10. Limita secundo, in legato alicui sub conditione ingressus, relicto, quia debetur etiam non facta professione, intellige in casu *Gratian. Rot. March. in decision.* 35. ad quod etiam vide pulchram decisionem *Surd. decis.* 123.

COLLECT. 444.

Super l. qui in potestate, ff. de testamentis.

Filiusfamilias testamentum condere non potest, hoc dicit. Amplia primo, procedere etiam si de patris consensu testaretur, *de Amat. Rot. March. in decis.* 42. quod not. ad *Text. in l. testium. C. eod tit.* Amplia secundò, in Aui potestate existenti, *Faber in dec.* 21. *C. de testamen.* Amplia tertio, etiam in filiafamilias nupta, *Maynard. in decis.* 2. *lib.* 5. Limita in donatione causa mortis, quæ per filium patre authore fieri potest, *Idem Maynard. in decis.* 3. *lib.* 5.

COLLECT. 445.

Super c. postremò, de appellat.

Ad hunc Tex. qui vnam causam recusandi iudicem suspectum ponit, adde alias. Et prima si alterius partis compater sit, pulchrè *Maynar. in decis* 89. Secunda ob graues inimicitias, *idem Maynard. in decis.* 92. Limita in inimicitia ex facto partis prouenienté, *Mar. in decis.* 291. *par.* 2 Limita secundò, in inimico reconciliato, *Iaffred in decis.* 33. Tertia causa propter affinitatem, *Cappell. Tholos. in decis.* 47. quod not. ad *Text. in cap. accedens lo* 2. *vt lite non contest.* Amplia etiam affinitate dissoluta, *Milanens. Rot. Sicil. in decis.* 15. *de Franch. in decis.* 719 Quarta causa est, si iudex alterius partis esset amicus, *Maynard in decis* 93 quod nota ad ornatum *l lata culpa*, §. *amicos ff de verb. signif* Quinta causa recusandi iudicem est, si votum suum litigatoribus intempestiuè reuelauit, *Maynard. in decis.* 94. Sexta causa in-

iudice, cuius filius in causa patrocinium præstat, *idem Maynard. in decis. 91. lib. 1.* Septima est si allegaretur suspectus Gubernator, quia cæteri eius Audirores atque Officiales suspecti quoque recusari possunt, *Ioseph. Lud. in decis. Perus. 108.* Octaua esse potest in Referente qui facilè recusari potest, *Maynard. in decis. 90. lib. 1.* Nunc generaliter limita, vt recusatio iudicum ad lites futuras dirigi nequeat, *idem Maynar. in decis 99. eod. lib.* Limita secundò, vt recusatio consanguinitatis ratione vsq; ad quartum gradum fieri possit, & non vltrà, *idem Maynar. in dec. 98. eod. lib.* Limita tertio, vt non nisi duo iudices recusari possint, *Maynar. in dec. 100. eod. lib* Limita quarto, vt recusari non possit iudex post contestatam litem, *idem Maynard. in decis. 95.*

Collect. 446.

Super cap. licet de præbendis.

ABsens causa studij fructus suæ præbendæ percipit, non autem distributiones quotidianas, hoc dicit, intellige tamen si capituli consensu discessit, *Maynard. in decis. 8. lib. 1.* Amplia hunc tex. procedere etiam, si eum abesse contigerit ratione litium Capituli, *idem Maynard in decis. 16. eod. lib.* Amplia secundò, in personis Ecclesiasticis in Principis consilio existentibus, quia etiam fructus suarum præbendarum in absentia percipiunt, *idem Maynard. in decis. 60. eod. lib.*

Collect. 447.

Super l. 2. C. de priuileg. Fisci.

FIscus, & Mulier pari passu ambulant, h. d. & sic connumeratur inter priuilegiatas personas. Priuilegiatur primò, quia quod indigno relinquitur, ei acquiritur, limita si palàm reliquerit, relictus fuit, *Polid. Rep. obserua. 112.* Priuilegiatur secundò, quia releuatur ab onere cauendi si vsusfructus ei relictus fuit, *Polid. Rep. d. obseru. 112.* Sed num fisco applicentur ea, quæ vidua luxuriosè viuente auferuntur, negat. *Maynard. in decis. 99. lib. 3.* Priuilegiatur tertiò, quia habet hypothecam in bonis delinquentis, *Auenion. in dec. 121.* Priuilegiatur quartò, quia cùm ipsius bona subhastantur ad extinctum candelæ plus offerenti sunt tradenda, *Mar. in decis. 28. par. 2.* Priuilegiatur quintò, quia fisco restitutionis in integrum beneficium competit, *Guid. Pap. in decis. 311.* Limita, vt ei minimè competat ad iterum citandum, *Afflict. in decis. 340.* Priuilegiatur sextò, fiscus, vt non alium quàm Præsidem Prouinciæ iudicem habere possit, siue agat, siue conueniatur, *Anton. Fab. in decis. 2. C. eo.* Priuilegiatur septimò, quia potest vendere rem cõmunem inuito socio, *idem Fab. in decis. 5. C. de rebus alienis.* Priuilegiatur octauò, quia succedit nato ex damnato coitu, in cuius successione excludit fratres vterinos pulchre *Mynsing. cent. 3. obseru. 92.* Priuilegiatur nonò, quia cogere potest veteres conductores fiscalia prædia reconducere, *idem Mynsing. cent. 4. obseruat. 23.* quod nota ad *tex. in l. locatio, §. qui maximos, ff. de publicanis.*

Collect. 448.

Super cap. non satis, de simonia.

HIc propriè sedet mat. Simoniæ, & est locus, qui quotidie allegatur, & hoc dicit, simoniacum est pretium

pretium recipere pro ingressu religionis, & ita decisum *Capp. Tholos. in decis.* 31. Limita, si aliquid à monasterio reciperetur pro alimentis, *Maynard. in decis.* 90. *lib.* 2. Sed num sit simonia, si ob Missam, vel aliud seruitium diuinum pretium aut salarium exigetur, affirmat. *idem Maynard in decis.* 1. *lib.* 1 Sed num committatur per venditionem præbendæ temporalis, decisum negatiuè, *Caputaqu. in decis.* 217. Quod intellige quãdo præbenda non est alicui spiritualitati annexa, *Cassad. in dec.* 2. *de simonia.* Sed num inducatur per collationem factam per operam alicui cum onere legendi sacram Scripturam, decisum affirmatiuè, quia collatio debet esse libera, & non debet continere modum conditionalem, *Caputaq. in decis.* 211. Item per abusum in rebus spiritualibus, & tunc tẽporis diuturnitate non confirmantur, *Maynard. in dec.* 3. *lib.* 1. Item simoniç vitium inducunt actus reciproci in beneficialibus, pulchrè *Caputaq. in decis.* 240. *lib.* 3. exemplum de actibus correspectiuis ponit *Crescent. in decis.* 1. *de simonia*, puta si eodem die & loco, & coram eodem Notario, & testibus reperirentur plura mandata, vnum ad resignandum, alterum resignatarij ad retrocedendum, ad quod etiam vide *Mohed. in decision.* 3. *de simon.* & de nonnullis actibus correspectiuis simoniam inducentibus, vide pulchrè per *Put. in decis.* 440. *lib.* 1. & *in dec.* 171. & 490. *lib.* 2. & 214. *lib.* 3. Item simonia inducitur etiam per pensionis extinctionem propria auctoritate factam, *Gratia. Ro. March. in decis.* 159. Item contrahitur etiam quando quis recipit beneficium in confidentiam, *Mohed. in decis.* 2. *eodem tit.* Sed grauis est controuersia si præfata simonia facit quem incapacem ad obtinendum alia beneficia in futurũ, *Verall. enim in decis.* 238. asserit Rotam decidisse in partem affirmatiuam, & iterum eandem sententiam tenuisse tursus Ro. pulchrè refert *Card. Put. in decis.* 80. *li.* 2. & iterum per Ro. tentum refert *Crescent. in pulchra decis.* 3. *de simonia*, contrariam autem sententiam per eandem Rot. tentam, scribit *Cassad. in decis.* 5. *de constitutionibus.* pro cuius contrarietatis conciliatione vide *Verall. in decision.* 238. *part.* 3. Nunc de simoniæ effectibus videamus. Et primus est, quia collatio beneficij per simoniacam prauitatem facta est nulla, *Cappel. Tholos. in decision.* 438 Secundus, quia simoniacus non potest restitui, *Cassad. in decis.* 1. *de simon.* & *Caputaquens. in decis.* 262. *part.* 3. Item contrahitur per beneficij resignationem ad fauorem in manibus Ordinarij, *Ant. Fab. in dec.* 3. *Cod. de sacrosanct. Eccles.* Limita si fieret in manibus summi Pontificis, *idem Faber in decis.* 57. *Cod. eodem.* Num autem simonia probetur per testes socios criminis, decisum negatiuè, *Verall. in decis.* 244. quod tibi deseruiet ad limitationem, *c.* 1. *de testib. in* 6. Num autem probetur per confessionem factam in iudicio criminali, de cuius exemplo vide *eundem Verall. in dec.* 242. *lib.* 3. qui *idem in decis.* 239. decidit extrauagantem Bonifacij Octaui, & Pauli secundi, quod intelligitur de vera & propria simonia, non autem de ficta, & si dispositio l. *querelam*, *C. de fals.* locum habeat in simoniæ crimine, pulchrè decidit in affirmatiuam *Triuis. in decis.* 5. *part.* 2. Item pacta illicita ante renunciationem apposita, renunciationem ipsam illicitam, simoniámque constituunt, *Mohed. in decis.* 1. *eodem.* I-

Q

tem pactum factum in ipsa resignatione, vel post breue tempus inducit simoniam, *idem Mobed. in decis. 4. de simonia.* Item conuentio in resignatione constituenda respectu promissionis factæ de fructibus soluendis dicitur simoniaca, *Mobed. in decis. 5. eod. tit.*

COLLECT. 449.

Super l. interdum ff. de acquirenda possess.

LIcèt non ignorem me alibi de clausula constituti scripsisse, attamen cùm nonnullarum decisionum authoritates omisissem, eas hìc collocare libuit. Limita igitur primò effectus præfatæ clausulæ, vt nihil operetur post decennium ab eo tempore, *Fab. in decis. 10. Cod. de acq. possess.* Limita secundo in tutore, per quem non potest transferri possessio per hanc clausulam, *Maynard. in decis. 11. lib. 2.* Limita tertiò, vt idem sit in curatore, *Fab. in decis. 17. Cod. de acquir. possess.* Limita quartò, vt præfata Clausula nil operetur quantum ad iura, & actiones, quia non possidentur, *idem Faber in decis. 19. C. eod. tit.* Limita quintò, vt non operetur quoad bona futura, quod intellige si de iis specialiter actum non sit, *idem Fab. in decis. 20. C. eod.* Limita sextò, quando haberet conditionem expressam, vel tacitam, quia non operatur nisi ex die conditionis existentis, *Fab. in decis. 27. eod.* Limita septimò, vt hæc clausula apposita in fauorem negotiorum gestoris transferat possessionem in eum, cuius negotia geruntur non in eum, qui gessit, *idem Fab. in decis. 33. 40.*

COLLECT. 450.

Ad mat. derogat. iuris pat.

AD quam vide *Crescent. in dec. 8.* de iure patronatus, vbi quærit si derogatio iuris patronatus etiam Regum sit necessaria super beneficio litigioso, & decidit in partem negatiuam; ad quod vide etiam *Cassad. in decis. 3.* vt lite pendente derogatio iuris patronatus (quatenus litigiosum existat in totum) posita in gratia quomodo intelligatur, decisum intelligi debere de lite inter quamcunque personam, & quandocumque beneficium sit litigiosum, *Verall. in decis. 127. par. 2.* Et cùm Papa derogat iuri patronatus laicorum pro medietate, vide *Fab. in decis. 6. & seq. eodem tit. de iure patronatus.*

COLLECT. 451.

Super c. licet de foro compet.

REgulariter Iudex Ecclesiasticus in personas laicales nullam habet iurisdictionem. Limita primò in casu nostri tex. vbi laicus laicum super re ciuili potest coram Iudice Ecclesiastico conuenire in defectum iustitiæ secularis iuxta tamen declarationes hic à Doctoribus traditas, quod tamen nunquam scio in actu practico obseruatum. Limita secundò, in laico clericum iniuriante, qui etiam ab Ecclesiastico puniri potest secundum *Guid. Pap. in decis. 562.* Limita tertio, in laico falsum deponente coram Ecclesiastico, *Aufrer. qu'ibrè in decis. 119. Cappell. Tholos. in decis. 321.* Limita quartò, in laicorum confraternitatibus, quæ ab Episcopis visitari possunt, ac illorum administratores compelli ad reddendum computa

puta Gratian. Rot. March. in decis. 188. Limita quintò, in laicis testamentorum executoribus, qui pariter ab Episcopo compelli poterunt testamenta exequi etiam si ipsa legata pia non continerent, Cappel. Tholos. in decis. 112. Limita sextò, quoties inter laicos de fœdere matrimonij ageretur, quia tunc Iudicis Ecclesiastici est iurisdictio, Maynard. in decis. 27. lib. 1. Limita septimò, in laico studente in quem similiter ecclesiasticus habet iurisdictionem, pulchrè Capp. Tholos. in decis. 169. quod not. ad ornatum tex. in Au. h. habita, Cod. ne filius pro patre; Limita octauò, in omnibus laicorum actibus piis tam scilicet viuentium, quàm morientium eadem Cappel. Tholos. in decis. 135. Limita nonò, contra laicum crimen poligamiæ committentem, de Franch. in decis. 36. Limita decimò, contra laicum sacrilegum, quod verum intelligas si ecclesiasticus præueniat, alioquin secus, Anton. Fab. in decis. 1. Cod. de sacrileg. Limita vndecimò, in emphyteoticario qui quamuis laicus poterit ab ecclesiastico compelli ad reficiendum rem emphyteoticam, pulchrè Cappel. Tholos. in decis. 353. Limita duodecimò, contra laicum infra iurisdictionem spiritualem delinquentem, Cappell. Tholos. in decis. 378. Num autem iudex Ecclesiasticus cognoscat contra laicum vsurarium? vide Peguer. in decis. 30. Num contra stuprantem puellam? vide Mar. in decis. 3. lib. 2. Cognitio de validitate, aut inualiditate pensionum beneficiis Ecclesiasticis impositarum ad iudicem Ecclesiasticum pertinet, Maynard. in decision. 44. lib. 1. & Anton. Faber. in decis. 30. Cod. de iurisdict. omn. iudic.

COLLECT. 452.

Super materia obligationis in form. Camer.

QVæ nonnulla priuilegia habet, Et primum quia dispositio l. 2. Cod. de pignoribus minimè locum habet in obligatione camerali, Surd. in decis. 64. Secundum, quia absolutio à iuramento ad effectum agendi, & excipiendi non tollit effectum executiuum obligationis in forma Cameræ, Mohed. in decis. 6. de except. quemadmodum, & executionem obligationis penes acta curiæ, Afflict. in decis. 31. & idem decidit Mohedan. in decis. 2. de except. Tertium priuilegium, quia hæc obligatio executionem habet paratam, Thessaur. in decis. 26. Quartum priuilegium, quia eius executio minimè impeditur per exceptionem non numeratæ pecuniæ stante amplissima facultate Auditori Cameræ concessa, Mohedan. in decis. 3. de except. & in decis. 1. eodem tit. asserit, quod excipiens de non numerata pecunia contra obligationem in forma Cameræ tenetur id probare quando in obligatione adest confessio omnia, & singula esse vera, idem Mohedan. in decision. 1. de exceptionibus. Quintum habet priuilegium, quia contra eam non objicitur compensatio, Sess. Rot. Aragon. in decis. 90. Vnum tamen non omitto, vt perpetuò notes quod licèt præfata obligatio executionem habeat paratam, vt supra diximus, impeditur tamen eius executio per exceptionem falsitatis, ita pulchrè Verall. in decision. 274. par. 2.

COLLECT. 453.

Super l. 3. ff. de testibus.

TExt. hic ponit vnum effectum inimicitię, scilicet vt inimicus à testificando repellatur, quod intellige in capitali tantùm vt refert decisum *Maya in dec. 83. lib. 3.* Limita si inimicitia esset procurata, quia tunc nō repelleretur. *Cresc. in decis. de testib.* Limita secundò, stante reconciliatione *Fab. in decis. 22. eo. tit.* Secundus effectus, est quia repellit iudicem à iudicando, *Iass. in dec. 95.* Tertius, quia vidua post annum luctus nubens inimico mariti legatis, aliisq; similibus non priuatur, *Maynard. in decis. 85 lib. 4.* Num autem ex salutatione præsimatur inter inimicos reconciliatio, decidit in negatiuam, *Maynard. in dec. 98 lib. 3.* Qui etiam *in decis 81.* decidit inimicitiam affectatam nullum producere affectum, signa autem reconciliationis ponit *Vm. in decis. 330.*

COLLECT. 454.

Ad Concilium Trident. sess. 25. c. 16.

DIsponit hic S.C. quod nulla obligatio, seu renunciatio etiā cum iuramento; vel in fauorem piæ causæ, valeat cum licentia Episcopi, vel Vicarij intra duos menses proximos ante professionem, & non alids intelligatur effectum sortiri nisi sequuta professione. Num autem hæc sacra dispositio comprehēdat Equites Hierosolymitanos, decisum affirmat. cū sint verè, & propriè religiosi, *Maynard. in decis 17. lib. 1.* Sed quid in eo qui habuit animum ingrediendi religionem, & adhuc in seculo existit, sed tamen acceptatus, licèt habitum non suscepit, donauit bona sua matri non adhibitis solemnitatibus hoc capitulo requisitis, decisum, hunc minimè sub hac sacra dispositione comprehensum fuisse, ita pulchrè *Gratian. Rot. Marcb. in decis. 37.* Vbi quoque refert, ita sacram Illustrissimorum Cardinalium Congregationem declarasse. Sed num comprehendat Reuerendos Patres Iesuitas affirmatiuè, *Ioseph. Ludou. in decis. Perus. 77.*

COLLECT. 455.

Super l. si disceptetur, ff. vbi pupillus educari debet.

VBi pupillus educari debeat iudicis arbitrio remittitur, hoc dicit. Potest primò iudex arbitrari, vt pupillus educetur penes vitricum; intellige si agnatis, cognatisve ita videatur, nec quicquam causæ sit cur eorum voluntatem iudex sequi non debet, *Fab. in decis 1. vbi pupillus, &c.* Secundò, vt apud substitutum, *Vm. in decis. 19.* Vbi etiam dicit, quod potest iudex à testato. is voluntate recedere. Tertiò, potest arbitrari, vt alatur penes matrem etiam si ad secunda connolauerit vota, intellige tamen matrimonio per matrem cōtracto secundùm morem nobilium huius ciuitatis secundùm quem mater nunquam succedit filiis quandocumque ab intestato decedentibus, & ipsa, & Vitricus honestæ essent vitæ, *de Franch. in decis. 350.* Quarto potest iudex arbitrari educationem esse faciendam in Monasterio, & ita esse decisum in *Sac. Cons. Anc. a in singul. 395 in causa Comitissæ Montellæ.* Quintò potest arbitrari, vt penes Auiam maternam educetur

etiam

etiam testatore aliter disponente, pulchrè *Gramm.in decis.55.* Sextò, potest etiam arbitrari, vt alatur pupillus in domo alterius consanguinei, & ita decisum refert *Ann.consil.33.*

COLLECT. 456.

Super §.cum filius de hæreditatibus quæ ab intestato deferuntur.

HIc de subingressionis, seu repræsentationis mat.agitur, & hoc dicit, filius patris repræsentat personam. Quod amplia primò procedere etiā in filio primogeniti mortui, qui in feudi successione præfertur patruo, *Gram.in decis.1.* & pulchrè *Mohedan* qui dicit pluries *Rot.* ita decidisse *in decis.1. de feudis.* Et quando patruus præferatur nepoti in iure primogenituræ, vide pulchrā *Rot.diuers. decis.912.lib.3.* Et quid dicendum de filio primogeniti mortui viuēte puero, vide *Cappel.Tholos.in decis.433.* Vbi pulchra ponit ad hāc materiam pertinentia. Amplia secundò, vt filius subintret locum patris etiam in fideicommissi successione, *de Benint. Rot. Bonon.in decis.88.* Limita primò, hanc ampliationem non procedere vltra fratrum liberos in fideicommisso relicto sub nomine collectiuo, quia nō admittuntur per ius repræsentationis illi, qui ab intestato non possent admitti, *Anton.Fab in decis.10 C.eod.tit.* Hæc autem successio non defertur in stirpes, sed in capita, nisi cum succeditur iure repræsentationis, *idem in decis.11.eod.tit.* Amplia tertiò, vt filius subintret locū matris etiam quando agitur de hæreditate auunculi, aut materteræ iuxta terminos Auth. *cessante.* pulchrè *de Benint.in decis.51.Rot. Bonon.* Nunc limita principalem conclusionem, vt subingressio minimè procedat in filiis fratris tertij gradus, cum vltra filios fratrum consobrinorum subingressio non debetur, pulchrè *de Franch.in decis.14* & ad materiam vide *eundem de Franc.in dec.149.*

COLLECT. 457.

Super cap.ad decimas, de restit.spoliat. in sexto.

HIc de titulo colorato agitur, Sed num titulum coloratum inducat gratia si neutri ad effectum obtinendi restitutionem in spolio? negatiuè, *Caputaq in decis.311.par.3* Et titulum coloratum habere debet agens ad spolium decimarum, *Guid. Pap.in decis.85. Rot.in decis.157. Bellam. in decis.49.* Nec præsumitur titulus coloratus ex decennali possessione in fauorem possessoris cui ius resistit *Verall.in decis.300.part.3.* Nec supplicatio resignationis beneficij probat tituli colorem in spolio, *idem in decis. 308.part.3.* Nec noua prouisio Nuntij Apostolici, cuius facultas ad conferendum beneficia erat reuocata, probat titulum coloratum, *idem in decis.307.* Oritur tamen titulus coloratus ex collatione facta per Vicariū Episcopi, quando collatio est adminiculata cū aliquali probatione potestatis ipsius Vicarij, *Bellam.in dec.50. & Verall in decis 39.part.3.* Item inducitur titulus coloratus ex expectatiua reuocata, *Verall in decis.12.p.3.* Limita in casu eiusdem, *in decis.513 part.3.*

COLLECT. 458.

In l.fin.ff finium regundorum.

AD ornatum huius l.vide *Viu.in decis.243.* Vbi decidit quòd arbores debēt distare ab aliis per quindecim pedes, & viginti ab aquæductibus *Thess.in decis.119.*

Anton. Fab. in decis. 5. *C. de praescript. trig. ann.* Tertiò, exceptio descendens ex defectu competētiæ iudicis, *Mynsing. cent.* 6. *obseru.* 5. Vbi nonnullos quoq; casus huic similes adducit. Quartò, exceptio nullitatis, pulchrè *Vru decis.* 220. Quintò, omnis exceptio opposita per debitorem, *idem Vru. decis.* 175. Sextò, exceptio iudicis suspecti, *Iaffred decis.* 29. Quod notat ad intellectum *gloss. in cap. ad hæc. de rescript.* quo loco latè disputatur; Si Princeps possit causam committere cum clausula, remota suspicione. Septimò, exceptio proueniens ex defectu citationis, cum citatio sit de iure naturæ, vt colligitur ex *Affl. &. decis.* 281.

COLLECT. 465.

Super cap. si cui, de prabend. in 6.

HOc dicit habens potestatem Apostolicam personę idoneæ de beneficio prouidendi, aliàs beneficiato sufficienter prouidere non poterit, nisi in literis hoc exprimatur, & tunc vnicum simplex, quę dispositio sicut locum habet in curatis, ita in duobus beneficiis simplicibus, similibus sub eodem tecto, *Verall in decis.* 68. *p.* 2. Sed num locum habeat in eo, qui prius habebat beneficium insufficiens, & tenue? decisum negatiuè, *idem Verall. in decis.* 79. *part.* 2.

COLLECT. 467.

Super l. infanti, C de rebus alienis non alienandis.

PRohibita alienatione censetur prohibitus omnis actus, per quē transfertur dominium, h. d. Infero primò, quòd censetur etiam prohibita impositio census, *Verall in dec.* 17. Vbi fuit dictum, quòd si à testatore fuit prohibita aliqua domus alienari, censetur etiam prohibitum in ea imponi census. Infero secundò, quod transactio quoque prohibita censetur, quia per ipsam similiter dominiū transfertur, *Anton. Fab. in decis.* 2. *C. de reb. alienis.* Infero tertiò, quòd censetur etiam prohibita locatio vltra triennium, intellige in rebus ecclesiasticis, quæ inconsulto Romano Pontifice alienari non possunt *Gram. in decis. fin.* Infero quartò, quòd censetur etiam prohibita permutatio, *Affl. in decis.* 17. Quod tibi deseruiet ad ornatum text. *in cap. nonnulli, de reb. eccles. non alien.* Infero quintò, quòd censetur etiam prohibita repudiatio, alienatione prohibita: nam prelatus non potest legatum ecclesiæ delatum repudiare, *Pegue. in decis.* 136 Infero sextò, quod prohibita quoque censetur datio in emphyteosim. *Anton. Fab. in decis.* 6. *C. de reb. alien.* Infero septimò, quod similiter censetur prohibita serui manumissio, *Thomin in decis.* 49. Infero octauò, quod censetur prohibita hæredis institutio, ac in feudalibus dispositio, *Gramm. decis.* 50. Infero nonò, quod censetur etiam prohibita renunciatio, *Fab. decis.* 3. *de rebus alienis.* Duo tamen nolo, vt hîc prætermittas. Primò, Nunquid negligens acquirere censetur alienare? Responde negatiuè, per text. *in l. qui autem, ff. de his quæ in fraudem.* ad cuius ornatum vide optimam decisionem *de Franch.* 101. Secundò, quòd prohibitus res suas alienare ante certum tempus interim tutor esse potest, *Anton. Fab. in decis.* 4. *de rebus alienis non alienandis.*

COLLECT. 467.

Ad Doctrinam Soccini in l. 2. *ff. solut. matrim.*

Socci-

SOccinus hîc tãgit vnum verbum in materia donationis cõtemplatione matrimonij, cuius occasione placuit mihi, aliquas decisiones ad hanc pertinentem materiam referre. Et primò, quòd hæc donatio habet nonnulla priuilegia, quia ipsa reuocari non potest per ingratitudinem, *Anton.Fab. decis.1. C.de reuocand.donat.* quod tibi deseruiet ad limitationem *l.fin de donat.* Secundum habet priuilegium, quia donatio facta contemplatione proprij matrimonij, non reuocatur ob superuenientiam liberorum, *idem Fab.in dec.2.C.eod.tit.* Quod similiter tibi deseruit ad limitationem, *l.si vnquam, C.de reuocand.donat.* Tertium habet priuilegium, quia est irreuocabilis quoad filios eiusdem matrimonij, *Viu.in decis.157.* Quartum priuilegium, quia præfata donatio est similiter irreuocabilis in præiudicium omnium qui in ipso contractu interuenerunt, *Guid.Pap.decis.145.* Quintum priuilegium, quia non possunt hi quibus facta est donatio contemplatione matrimonij in præiudicium filiorum nasciturorum patri donanti retrocedere, pulchrè *de Franch.in decis.205.*

COLLECT. 468.

Super Reg.Canc.de public resignat.

HOdie in materia publicationis resignationis beneficij attenditur Constitutio Gregor. XIII. circa modum, & formam, & hoc dicit, vltra alia, omnes resignationes, & iurium cessiones publicari debent intra sex menses, si beneficia sint citra montes, si verò vltra, intra nouem. Amplia primò procedere etiam in beneficiis permutatis, *Cappell Tholos. cum add.in decis.439.* Amplia secundò in casu *Cassad.in decis.9.de concess preb.* Amplia tertiò, vt vltra publicationem exigatur etiam missio in possess. *Anton.Fab.in decis.59 C.de sacros.Eccles.* Et nunc limita primò, vt præfata regula locum non habeat nisi tribus concurrentibus, videlicet, quod resignatio nõ fuerit publicata, possessio non peritæ & quod resignans decesserit in possessione, ita *Cardin.Pute.in dec.250.li.2.* Limita secundò, vt locũ sibi non vendicet in secundo resignatario pulchrè, *Anton.Fab. in decis. 61.C.de sacrosanct.Eccles.* Amplia quarto, vt tempus Regulæ currat etiam contra minorem ignorantem, *Card. Put.in decis.453.* Limita tertiò, in casu *Anton.Fab.in decis 60.C.de sacros.eccles.* Limita quartò, vt locum non habeat nisi plenè probetur resignantem decessisse in possess.beneficij resignati, *Verall.in decis.43 p.3.* Limita quintò, in secundo resignante videlicet si cedens retrocessit in fauorem alterius *Cassad.in decis.27.super Reg.Cancell.* & *Caputaq.in decis.44 p.3.* Amplia quintò, vt hęc regula habeat locum etiam in beneficiis de iure patronatus resignatis in manibus Papæ de consensu patronorum, *Verall.in decis.45.part.3.* Limita sextò, in resignatione facta tempore vnius Papæ, quia si moritur resignans tempore alterius, non est locus *Reg* pulchrè *Crescent.in decis.3.de except.*

COLLECT. 469.

In l.cum à matre, C.de rei vendicat.

HÆres non potest venire contra factum defuncti, hoc dicit. Ex quo infertur, quod successor vniuersalis tenetur stare colono, *Guid. Pap in decis.480.* & *Viu in decis.56.* Et ex hoc subinfero, quòd cùm hæres

COLLECT. 459.

Super l. qui accusare, C. de edend.

ACtore non probante reus absoluitur, hoc dicit; Amplia primò, etiam si constaret reum nullum ius habere, *Rot. decis.* 120. *in nouis, &* 460. *in antiq.* ratio est, quia solum ius actoris consideratur, *Rot. in decis.* 160. *in nou.* & reus quoad effectum absolutionis obtinendæ potest dare obiectus, tam in personam, quàm in gratiam, *ead. Rot. in decis.* 160. Amplia secundò, etiam si actor aliquid probauerit verùm obscure, & inconcludens, *Verall. in decis.* 11. *p.* 1. Amplia tertiò, etiam si reus nihil probauerit, *Crescen. in decis.* 6. *in tit. de donat.* Amplia quartò, reg. procedere etiam in beneficialibus causis pulchrè, *Verall. in decis.* 47. *par.* 2. Vbi fuit decisum quod duæ gratiæ eadem die factæ duobus, si de vnius anterioritate nõ appareat actore qui probare tenetur succumbente reus venit absoluendus. Amplia quintò, vt actor cum pari probatione cum reo succũbat cum in pari probatione iudicandum sit pro eo, *Vtu. in decis.* 238. *nu.* 4. Vbi dicit ita decisum, quod nota ad ornatum text. *in cap. licet, de probat.* Amplia sextò, vt absoluendus sit reus quãdo duæ supplicationes sunt diuersæ, sed pares in data, & ratio est quia Actor qui tenebatur probare gratiam suam esse efficaciorem, & meliorem, hoc nõ probante reus venit absoluendus, *Verall. in decis.* 136. *part.* 3. Unum tamen hîc nolo præmittere, quòd actor, & reus æquiparantur, & ad impatia vllo modo iudicari debet, prout ita in causa assistentiæ atq; possessorij iudicatum extitit in S.C. teste *de Franc. in dec.* 136. Ex quo infertur quòd sententia lata super possessorio ad fauorẽ actoris, & executa in prima instantia, si postmodum eadem sentẽtia retractatur, & altera in secunda instantia profertur pro reo, tunc debet illa similiter exequi, quemadmodum & prima in fauorem actoris, *Franch. in d. dec.* 136 *in* 2. *dub. in fin.* Infertur secundò, quòd licet actori regulariter non detur dilatio, quia debet venire instructus, tamen quando actor commisit causam contra reum super vno iure, & reus producit pendente lite ius nouum, tunc dilatio est danda ratione æqualitatis, ita *Caputaq. in decis.* 15. *p.* 1. vide etiam *Cassad. in decis.* 1. *de dilat.*

COLLECT. 460.

Ad pragm. malitiis hominum.

PRæuentio facta per debitorem ad impediendum eius carcetationem, & liquidationẽ instrumenti, admitti debet vbi præueniens re ipsa præstaret fideiussionem in primis, & ante omnia de se præsentando, & comparendo personaliter tempore publicationis faciẽdæ in causa ipsius præuentionis, & de soluendo debitum, & pœnam vnciarum decem casu quo succumberet in prçuentionis causa, hoc dicit. Sed num ex qualibet iusta causa præuentio fieri possit, decisum affirmatiuè, præsertim ex causa compensationis, etiam creditoribus contradicentibus, *Vtu. in decis.* 204. Sed num si eodem die fieret præuentio per debitorem quo citatio super tenore instrumenti ad instãtiam creditoris impediat instrumẽti liquidationem? decis. affirm. *Affl. in decis.* 387. Et num habilitatio à iuramento in contractu in quo est renũciatum exceptioni præuẽtionis impediat similiter instrumenti liquidationem, decisum negat. *de Franch. in decis.* 670.

COLLECT. 461.

Super cap. erit autem lex 4. dist.

HIc requisita ad l. validitatem enumerantur, inter quæ tu adde quod vt lex valeat, ac obliget, necesse est vt sit vsu recepta, & non dicitur talis quando probatur illam ratificatam fuisse à minori parte populi *Verall. in decis. 192. p. 3.* Et vsus non probatur, si probetur per paucas vices vsu fuisse receptum, quoniam paucas vices probare est probare exéplo *idem Verall. in decis. 203.* Amplia præfatam conclus. vt lex nunquam ligat, nisi quando est vsu recepta, & fundans se in statuto, vel constitutione debet probare esse in vsu *Ioseph. Lud. in decis. Perus. 98.* Amplia secundò, vt allegás extrauagantem Pauli super alienatione bonorum tenetur probare, ꝙ sit moribus vtentium recepta, ita pulchrè *Mohed. in decis. 1. de constitutionib.* licèt faciet ius cõmune *Cæsar de Graff. in dec. 133.* Et præsumitur in viridi obseruantia propter Bullam Pauli IV. confirmatoriam illius extrauag. ita iudicatum testatur *Borg. in decis. 43. nu. 21. p. 1.* Et quando ei non sit locus, decidit *idem in decis. 19. part. 2.* Adde secundò inter legis requisita, vt scilicet sit publicata, quoniam legum non publicatarum datur probabilis ignorantia, ita pulchrè decidit *Card. Put. in decis. 281. part. 1.* Quod nota pro ornatu text. *in § 1. in Authent. vt factæ nouæ constit.* & est probabilis ignorantia extrauagantis, non notæ *Cassador. in decis. 12. super reg. cancell.*

COLLECT. 462.

In l. si infanti, C. de iure deliber.

AD hunc text. vide *Cardin. Put. in decis. 378. p. 3.* Vbi decidit præfatæ l. dispositionem minimè correctam esse per *Authent. defuncto, Cod. ad Tertull. Thessaur. in decis. 88.* Vbi quærit si transmissio, quæ fit ex potentia suitatis iuxta huius terminos locum habeat in matre, ita vt superstite auo paterno ipsa hæreditatem infantis obtineat, & decidit in fauorem aui contra matrem.

COLLECT. 463.

In l. fin. § donec, C. de iure deliber.

INtra tempus datum ad confectionem inuentarij non potest hæres à creditoribus, vel legatariis conueniri, h. d. Limita primò, vt non procedat in actione reali *de Franch.* pulchrè *in decis. 352.* Limita secundò, fauore piæ causæ, *Maynar. in decis. 52. lib. 3.* Limita tertiò ex parte hæredis, vt scilic. non impediatur quominus inchoatas contra defunctum lites interim excipiat *Anto. Fab. in decis. 8. C. de iur. deliber.* Limita quartò, vt intra tempora conficiendi inuentarij potest pignus lui ab hereditario debitore. *Idem Fab. in decis. 35. eod. tit.* Tempus autem inuentarij conficiendi currit ab adita hæreditate, nisi aditio dilata sit dolo malo hæredis, *idem in decis. 9.* Vbi etiam *in decis. 10.* hoc sublimitat.

COLLECT. 464.

Ad Bart. in l. 1. § parui. ff. quando vi, aut clam.

ESt locus valdè magistralis, & in eo sedet materia statuti prohibentis exceptiones apponere. Sed nũ existente statuto præfato, possit opponi exceptio simulationis? decisum affirmatiuè, *Rober. lib. 1. rer. iudicat. decis. 16.* Secundò poterit opponi etiam exceptio præscriptionis centenariæ,

Anton. Fab. in decis. 5. C. de praescript. trig. ann. Tertiò, exceptio descendens ex defectu competētiæ iudicis, *Mynsing. cent. 6. obseru. 5.* Vbi nonnullos quoq; casus huic similes adducit. Quartò, exceptio nullitatis, pulchrè *Vin decis. 220.* Quintò, omnis exceptio opposita per debitorem, *idem Vin. decis. 175.* Sextò, exceptio iudicis suspecti, *Iasfred decis. 29.* Quod notat ad intellectum *gloss. in cap. ad hac. de rescript.* quo loco latè disputatur; Si Princeps possit causam committere cum clausula, remota suspicione. Septimò, exceptio proueniens ex defectu citationis, cum citatio sit de iure naturæ, vt colligitur ex *Affl. Ct. decis. 281.*

COLLECT. 465.

Super cap. si cui, de praebend. in 6.

HOc dicit habens potestatem Apostolicam personę idoneæ de beneficio prouidendi, aliàs beneficiato sufficienter prouidere nōn poterit, nisi in literis hoc exprimatur, & tunc vnicum simplex, quę dispositio sicut locum habet in curatis, ita in duobus beneficiis simplicibus, similibus sub eodem tecto, *Verall in decis. 68. p. 1.* Sed num locum habeat in eo, qui prius habebat beneficium insufficiens, & tenue? decisum negatiuè, *idem Verall. in decis. 79. part. 1.*

COLLECT. 467.

Super l. infanti, C de rebus alienis non alienandis.

PRohibita alienatione censetur prohibitus omnis actus, per quē transfertur dominium, h. d. Infero primò, quòd censetur etiam prohibita impositio census, *Verall in decis. 17.* Vbi fuit dictum, quòd si à testatore fuit prohibita aliqua domus alienari, censetur etiam prohibitum in ea imponi census. Infero secundò, quod transactio quoque prohibita censetur, quia per ipsam similiter dominiū transfertur, *Anton. Fab. in decis. 2. C. de reb. alienis.* Infero tertiò, quòd censetur etiam prohibita locatio vltra triennium, intellige in rebus ecclesiasticis, quæ inconsulto Romano Pontifice alienari non possunt *Gram. in. in decis. fin.* Infero quartò, quòd censetur etiam prohibita permutatio, *Affl. in decis. 17.* Quod tibi deseruiet ad ornatum text. *in cap. nonnulli, de reb. eccles. non alien.* Infero quintò, quòd censetur etiam prohibita repudiatio, alienatione prohibita: nam prælatus non potest legatum ecclesiæ delatum repudiare, *Pegue. in decis. 136* Infero sextò, quod prohibita quoque censetur datio in emphyteosim *Anton. Fab. in decis. 6. C. de reb. alien.* Infero septimò, quod similiter censetur prohibita serui manumissio, *Thomin. in decis. 49.* Infero octauò, quod censetur prohibita hæredis institutio, ac in feudalibus dispositio, *Gramm. decis. 50.* Infero nonò, quod censetur etiam prohibita renunciatio, *Fab. decis. 3. de rebus alienis.* Duo tamen nolo, vt hîc prætermittas. Primò, Nunquid negligens acquirere censetur alienare? Responde negatiuè, per text. *in l. qui autem, ff. de his qua in fraudem.* ad cuius ornatum vide optimam decisionem *de Franch. 101.* Secundò, quòd prohibitus res suas alienare ante certum tempus interim tutor esse potest, *Anton. Fab. in decis. 4. de rebus alienis non alienandis.*

COLLECT. 467.

Ad Doctrinam Soccini in l. 1. ff. solut. matrim.

Socci-

SOccinus hîc tâgit vnum verbum in materia donationis cótemplatione matrimonij, cuius occasione placuit mihi, aliquas decisiones ad hanc pertinentem materiam referre. Et primò, quòd hæc donatio habet nonnulla priuilegia, quia ipsa reuocari non potest per ingratitudinem, *Anton. Fab. decis. 1. C. de reuocand. donat.* quod tibi deseruiet ad limitationem *c fin de donat.* Secundum habet priuilegium, quia donatio facta contemplatione proprij matrimonij, non reuocatur ob superuenientiam liberorum, *idem Fab. in dec. 2. C. eod. tit.* Quod similiter tibi deseruit ad limitationem, *l. si vnquam, C. de reuocand. donat.* Tertium habet priuilegium, quia est irreuocabilis quoad filios eiusdem matrimonij, *Viu. in decis. 1157.* Quartum priuilegium, quia præfata donatio est similiter irreuocabilis in præiudicium omnium qui in ipso contractu interuenerunt, *Guid. Pap. decis. 145.* Quintum priuilegium, quia non possunt hi quibus facta est donatio contemplatione matrimonij in præiudicium filiorum nasciturorum patri donanti retrocedere, pulchrè *de Franch. in decis. 205.*

COLLECT. 468.

Super Reg. Canc. de public resignat.

HOdie in materia publicationis resignationis beneficij attenditur Constitutio Gregor. XIII. circa modum, & formam, & hoc dicit, vltra alia, omnes resignationes, & iurium cessiones publicari debent intra sex menses, si beneficia sint citra montes, si verò vltra, intra nouem. Amplia primò procedere etiam in beneficiis permutatis, *Cappell Tholos. cum add. in decis. 439.* Amplia secundò in casu *Cassad. in decis. 9. de concess prab.* Amplia tertiò, vt vltra publicationem exigatur etiam missio in possess. *Anton. Fab. in decis. 59. C. de sacros. Eccles.* Et nunc limita primò, vt præfata regula locum non habeat nisi tribus concurrentibus, videlicet, quod resignatio nō fuerit publicata, possessio non petita & quod resignans decesserit in possessione, ita *Cardin. Pute. in dec. 250. li. 1.* Limita secundò, vt locū sibi non vendicet in secundo resignatario pulchrè, *Anton. Fab. in decis. 61. C. de sacrosanct. Eccles.* Amplia quarto, vt tempus Regulæ currat etiam contra minorem ignorantem, *Card. Put. in decis. 453.* Limita tertiò, in casu *Anton. Fab. in decis 60. C. de sacros. eccles.* Limita quartò, vt locum non habeat nisi plenè probetur resignantem decessisse in possess. beneficij resignati, *Verall. in decis. 43 p. 3.* Limita quintò, in secundo resignante videlicet si cedens retrocessit in fauorem alterius *Cassad. in decis. 27. super Reg. Cancell.* & *Caputaq. in decis. 44 p. 3.* Amplia quintò, vt hęc regula habeat locum etiam in beneficiis de iure patronatus resignatis in manibus Papæ de consensu patronorum, *Verall in decis. 45 part. 3.* Limita sextò, in resignatione facta tempore vnius Papæ, quia si moritur resignans tempore alterius, non est locus *Reg* pulchrè *Crescent. in decis. 3. de except.*

COLLECT. 469.

In l. cum à matre, C. de rei vendicat.

HÆres non potest venire contra factum defuncti, hoc dicit. Ex quo infertur, quod successor vniuersalis tenetur stare colono, *Guid. Pap in decis. 480.* & *Viu in decis. 56.* Et ex hoc subinfero, quòd cùm hæres

hæredis testatoris sit hæres, eius inquam factum reprobare nequit, *idem Viu. in decis.* 20. Limita text. non procedere in casibus congestis per *Gram. in decis.* 93. Limita secundò, confecto inuentario per hæredem, *Barz. Rot. Bonon. in decis.* 63.

Collect. 470.

Super cap. statuimus, de maior. & obed.

AD mat. præcedentiæ, de qua alibi me scripsisse memini, hîc tamen infrascriptas nota decisiones. Et prima num Balij Baronum in parlamento generali præcedant, & sedeant vbi præcedunt ipsorum principales, decisum negatiuè *de Pont. in decis.* 15. Et num septem Officia Regni præcedant Electos ciuitatis, decisum affirmatiuè, *de Franch. in decis.* 548. Item DD. legum præcedunt Medicos, *Anton. Fab. in decis.* 10. *C. de dignitat.* item S.T.D. præcedunt I.V.D. *Iaffre. in decis.* 31. Item existens in quasi possessione præcedentiæ, seu vt dicunt habens vltimum statum, *Am. allegat.* 131. Item Episcopus Melitens. præcedit Priorem, seu magnam crucem habentem, *Verall. in decis.* 358. *p.* 2. Et ratio est, quia præeminentia post Magnum Magistrum debetur eiusdem ciuitatis Episcopo in Conciliis, & aliis locis religionis militum, *idem Verall. in decis.* 357. *part.* 2. Quod etiam procedit absente Magno Magistro, quia debet eum præcedere, qui vt Caput præsidet, *Verall. in decis.* 307. *p.* 1. Ad mat. præcedentiæ vide *de Pont. in decis.* 8.

Collect. 471.

In l. si ita quis, §. ea lege, ff. de verb. oblig.

PActum de non alienando non impedit translationem dominij, hoc dicit. Amplia primò procedere etiam si adiecta esset clausula quod in casu contrauentionis alienatio sit nulla, ita pulchrè *de Franch. in decis.* 356. Amplia secundò, vt minimè impedit translationem in fiscum, *Surd. in decis.* 154. Quod reportes ad ornatum doctrinæ *Bart. in l. Imperator, ff. de manumiss.* Amplia tertiò, vt non impediat quominus res alienari prohibita comprehendatur sub obligatione omnium bonorum præsentium, & futurorum, *Minad. in decis.* 19. Limita nunc casu quo Minor esset prohibitus alienare à testatore, quia non valet alienatio, nec dominium transfertur, tametsi iuramentum adiicitur, *Anton. Fab. in decis.* 1. *C. de reb. alien. non alienand.* Limita secundò, in casu eiusdem *in decis. fin. eod. tit.* Ad mat. vide pulchram *Maynard. decis.* 9. *lib.* 1. An autem in causa dotis bona alienari prohibita alienentur, affirmat. *Viu. in decis.* 18.

Collect. 472.

Super cap. Regni post commissum.

ABsentia non admittitur quando inquisitus fuit visus in die delicti, vel per diem ante. Limita vt huius cap. dispositio non procedat cessante præsumptione calumniæ, *de Franch. in decis.* 589. Et num si admittatur non absentia possit appellari, affirmatiuè, *idem in decis.* 327.

Finis secundæ Partis.

COL-

COLLECTANEA
DECISIONVM

OMNES FERE CASVS IN TRIBVNALIBVS Italiæ, præsertim Cur. Archiep. Neap. Hispaniæ, Galliæ, Germaniæ, & Poloniæ decisos, ac controuersos complectens.

IN QVA SVB DIVERSIS VTRIVSQVE IVRIS SEDIBVS locis S. Concil. Trident. Bullis Pontificiis, Regulis Cancellariæ Apostolicæ, Constitutionibus, Pragmaticis, Consuetudinibus, Capitulisq; Regni Neap. breuiter collocantur.

Opus Iudicibus, Causarum Patronis, ac omnibus in foro tam Eccles. quàm Secul. versantibus, maximè necessarium.

AVTHORE

IO. ALOYSIO RICCIO, VIRO PATRITIO Neap. ac eiusdem Vrbis Eccles. Canonico.

Pars Tertia.



Ad Illustriss. & Reuerendiss. Dominum

D. DECIVM CARAFAM S. R. E. CARDINALEM, ET ARCHIEPISCOPVM Neapolitanum.



VVM ad moderandas huius spiritualis, ac proinde nobilioris regiminis, habenas, Cardinalis amplissime, magni consilij Angelus te omnium totius Ciuitatis ordinum plausu, ac circumfusa lætitia cælitus demittere dignatus sit, vt quod perierat requireres, & quod abiectum erat reduceres, & quod confractum fuerat alligares, & quod infirmum fuerat consolidares, & quod pingue, & forte custodires, quæ sunt boni Præsulis artes, id minimè præstare potes, nisi optimi illius Pastoris, qui animam suam posuit pro ouibus suis, documenta sequens, tuas crediti tibi Gregis cognoscas oues, & vocem tuam audiant, & cognoscant te tuæ. Cúmque Deo propitio, actum sit, vt præclara virtutum tuarum præconia iam vndique personent, ac pium tuum erga animarum salutem zelum omnis lingua extollat, atque ad audiendam vocem sermonum tuorum aures erexerit grex iste tuus, paratus ad obtemperandum, accinctus ad tua iussa capessendum, gestiátque venerari coràm, & cupiat habere præsentem, vt virga directionis, virga regni tui ad vberrima, & pinguia pascua ducatur, & in montibus excelsis Israel requiescat. Superest, vt tu vniuscuiusque mores, studia, & exercitationes cognoscas, vt quod suprà tactum est perfici queat. vnde ego tanquam ouicula tui dilecti gregis non ab re existimaui, occasione oblata has tibi dicandi lucubrationes, mei instituti, & consuetudinis tibi rationem reddere. Agit enim annus iam vigesimus tertius, quo legali scientiæ operam dedi, atque exercendi causa ingenium, ne otio torpesceret, quicquid fere inter Iurisconsultorum Decisiones disceptatur corpus in vnum, in duos nihilominus diuisum tomos, vt inde, tanquam ex abdita sacratissimarum legum penu, probabiliorem sententiam promt tem-

pus in dies postulauerit, depromere facilè potuissem, non sine studij diuturnitate, & laboris difficultate, collegi, quod licèt prælo dignum haud duxerim, tamen ne vitam silentio transegisse, ac frustrà à me teri videretur tempus, quod socordiæ, & ignauiæ maximè adscribendum foret, in homine præsertim adscito Iuris prudentum consessui huius Ecclesiastici fori, quamuis sim omnium minimus, quibus in causis decidendis suffragium ferendi Ius est, ac in Canonicorum numerum eiusdem Metropolitanæ Ecclesiæ relato, in lucem prodire curaui, delegiq; volumen hoc alterum, nam primum prædecessori tuo iam nuncupatum reperitur, sub tuo Illustrissimo nomine typis tradere, vt vel splendore tuo illustratum, vel dignitate decoratum, aut suffultum auctoritate pérque manus pérque ora hominum tutè versari, ac humaniter suscipi posset: Non secus, ac vilioris metalli numismata magni alicuius viri effigie exculpta argento, & aurò pretiosiora certum est haberi: tanta est impressæ imaginis vis atque præstantia. Quæ verò scripta, etsi tenuitatis ingenij mei specimen legentibus afferent, è tenebris tamen illa tui nominis claritas vindicabit. Quamobrem, Cardinalis amplissime, præsidium & dulce decus nostrum, monimenta hæc meæ in te obseruantiæ & venerationis ergò tibi dicata, pro sua erga omnes humanitate, ac animi beneficentia fouere, ac patrocinio tuo munire ne dedigneris. Deus optimus maximus te diutissimè seruet incolumem, ac perpetuam largiatur fœlicitatem. Vale. Neapol. 13. Kal. Maij. M. DC. XIII.

Illustriss. & Reuerendiss. amplitudinis tuæ

Humillimus Seruus

ALOYSIVS RICCIVS

IO. ALOY-



IO. ALOYSII RICCII VIRI PATRICII Neapolitani

COLLECTANEA, SEV Reportata Vtriusque Iuris decisionum.

PARS TERTIA.

COLLECT. 473.

Super cap. qui prior, de regul. iuris in sexto.



Ic, & pluribus in locis habetur illud Iuris axioma, Creditorem anteriorem in tempore posteriori, præferri: Quod amplia primò, adeo procedere, vt liceat creditori anteriori pecuniam posteriori solutam auocare, *Afflict. in decis.* 188. *& Gramm. in quæst.* 2 post suas decisiones, *Gaspar. Thessau. in decis.* 1. Subamplia etiã si posterior, illam bona fide consumpsisset, *Mart. in decis. Pisan.* 42. Amplia secundò etiam in bonis post vtriusque obligationem quæsitis, *Rapin. in decis.* 90. quod ad ornatum *l. Titius. ff. qui potiores in pignor.* tibi deseruiet. Amplia tertiò, vt anterior in sorte, posterior in vsuris sit pariter præferendus, *Afflict. in decis.* 187. *Mastril. in decis. Sicil.* 10 & sic habes decisam *text. in l. Lucius, ff. qui potior. in pignor.* Quod subamplia etiam, si anterioritatem ex tempore non habuisset, sed ex causa priuilegiata, puta si ex eius pecunia res empta fuisset, pulchrè *de Ponte in decis.* 34. quod ad ampliationem *text. in l licet, C. qui potior in pign.* tibi deseruiet. Amplia quartò, vt anterior creditor præferatur etiam venditori in ipsamet re vendita, nisi in contractu adesset specialis hypotheca, vel generalis cum iuramẽto, quæ vim specialis obtinet, *Polid. Rip. obseru.* 134. *Thess. F. l. in decis.* 74. Amplia quintò, vt locãs domum ad habitãdum, non autem ad merces conseruandas, non præferatur creditoribus anterioribus conductoris, *Ioseph Ludou. in decis. Perus.* 84. & sic habes decisam distinctionem *Bart. in l. Interdũm, ff. qui pot. in pign.* Amplia sextò, vt locator in fructibus rei locatæ non sit anteriori preferendus, licèt in eis tacitam habeat hypothecam, *Gaspar Thessau. in decis.* 29. Nunc verò limita, & primò in creditore ex causa

funeris, qui licèt sit posterior, omnib. tamen anterioribus, expressam etiam habentibus hypothecam præfertur secũdùm *Surd. in decis.* 112. A qua opinione Sacrum Neapolitanum consilium recessit, *teste de Franch. in decis.* 51. nullam vim faciendo in verbis *tex. in l. impensa, ff. de relig. & sumpt. fun.* ibi enim omne æs alienum solet præcedere. Limita secundò, in creditore ex causa depositi, qui pariter anterioribus præfertur, pulchrè *Peguer. in decis.* 37. & sic habes decisum *text. in l. si ventri, § in bonis. ff. de privi. credit.* Sublimita in Bancheriis nostri temporis, qui cùm non dicantur verè depositarij, in eis cessat prælationis priuilegium, de qua *in d. l. si ventri.* pulchrè *de Ponte in consil.* 56. Sublimita secundò, vt creditor ex causa depositi, creditori ex causa funerum non præferatur, *Mart. in decis. Pisan.* 83. Limita tertiò in muliere agente pro sua dote, quæ quamuis posterior sit, omnibus tamen anterioribus iam expressam habentibus hypothecam præbet, &c. *Cappell. Tholos. in decis.* 217. *Mynsing. cent.* 3. *obseru.* 13. Amplia etiam pro eiusdem dotis augmento, *Faber in dec.* 16. *C. qui potio. in pign.* Limita quartò in creditore, ex cuius pecunia res fuit refecta, *Mynsinger. cent.* 1. *obseru.* 60. & sic habes decisum *tex. in l. creditor. ff. si cert. pet.* Limita quintò, in creditore commendatarij qui prælationem super commendæ fructib. non habet, nisi in subsidium, *Mart. Rot. Pisan. in decis.* 16. Limita sextò, si primi creditoris anterioritas esset vnius horæ tantùm, quia tunc ambo concurrunt per æs, & libram pro rata, *Mart. in decis. Pisan* 95. Limita septimò, vbi quantitas anteriori debita, non esset liquida, posterioris vero secus, *Fab. in decis.* 12. *C. qui potio. in pig.* Limita octauò, existente clausula constituti, quia operatur, vt posterior sit anteriore potior, *idem Fab. in decis.* 13. *eo. tit.* Limita nonò, in casu eiusdem *in decis.* 18. *eo* Limita decimò, vt posterior veniat anteriori præferendus, cùm ius anterioris per delegationem esset extinctum, *idem Fab. in decis.* 19. *C qui pot. in pign.* Tandem animaduertas, quòd idem creditor & anterior, & posterior, pro debitorum diuersitate esse potest.

COLLECT. 475.

Super cap. de multa. de præbendis.

Beneficiorum pluralitas, tam ex Iure communi, quàm ex nouissima dispositione *Sacr. Concil. Trid. sess.* 7. *can.* 4. prohibetur, Ex quo infertur, quòd per assecurationem secũdi beneficij, primum vacat. h. d. Quam regulam limita primo, vt Episcopus ex causa possit dispensare, vt quis duas dignitates, vel personatus in eadem Ecclesia retinere valeat, *Rot. in decis.* 2. *de præbend. in antiq.* Limita secundò, vt primum beneficium curatum, per assecutionem simplicis requirentis cõtinuam residentiam, non vacet ipso iure, *Eadem Rot. in decis.* 37. *de præb. in antiqu.* Limita tertiò, quando quis plura beneficia retinet, vnum in titulum, aliud verò in commẽdam. *Sayr. in decis.* 32. *eod. tit.* Limita quartò in promotum ad Episcopatum titularem, eius enim beneficia tunc non vacant, *Achill. de Graff. in dec.* 1. *de electione.* Limita quintò in officiis Ecclesiasticis, quæ per secundi beneficij adoptionem non vacant, *idem Achill. de Graff. in dec.* 1 *eodem tit.* Limita sextò in habente vnũ beneficium insufficiẽs ad victũ, ei enim plura beneficia

vsque

vsque ad congruam sustentationem conferri possunt, *Caualcan. in decis.* 18. *part.* 2.

Collect. 475.

In l. 2. *de generali abolitione.*

Generalis abolitio præsentes processus, non autem futuros concernit, h.d. Item in generali indultu non comprehenditur receptans inquisitum de crimine læsæ Maiestatis, *de Ponte in decis.* 22. Item falsarius *Iaffred. in decis.* 229. Item non comprehenduntur crimina futura, *de Franch. in decis.* 435. & in simili decidit *Mart. Rot. Pisan. in decis.* 143. vbi fuit dictum, quod indultus, delinquentibus latronem extirpantibus concessus. De delinquentibus ante, non autem post concessum indultum intelligitur, & ad quem indultandi facultas spectet decidit *idem Mart. in decis.* 155. Sed num interficiens clericum bannitum, gaudeat indulto concesso à iudice seculari occidentibus contumaces, decisum affirmatiuè, *idem de Franch. in decis.* 463. Item sacrilegium committens in personam clerici, gaudet indultu, licèt in ipso indultu, crimen sacrilegij intus Ecclesiam commissum sit exceptuatum, *de Franch in decis* 499. Item proditorium delictum committens, indultu non gaudet, quamuis vt proditorium dicatur, vt contra amicum, sub amicitiæ colore, atque simulatione committatur, necesse sit, *idem in decis.* 713. Item gaudet occidens Sacerdotem bannitum *Mastrill. in decision. Rot. Sicil.* 39. Item bannitum, proditoriè occidens, ei vestes auferendo, *idem Mastrill. in decis.* 104.

Collect. 476.

Super cap. cùm te, & cap. constituto, de rescript.

In gratiosis tempus datæ attenditur, h.d. Ex quo primò infertur quòd tempus dilationis quinquennalis à die datæ, non autem à die præsentationis currere incipit, *Guid Pap. in decis.* 109. Ita per curiam Tholos. quotidie seruari dicens: Limita, nisi Princeps aliud expressè voluerit, *Anton. Fab. in decis.* 3. *C. de precib. Imper. offer.* Infertur secundò, quod in priuilegiis pariter tempus datæ attendi debet, *de Franch. in decis.* 61. vbi fuit decisum, quod duobus creatis Marchionibus, verum vnquam prior altero, licèt posterius creatus, prius litera, exequutoriales pro sui priuilegij possessione obtinuisset. Non tamen veniebat præferendus primo creato, licèt posterior fuisset in possessione, & non alia quidem ratione, quia in priuilegiis (vt dixi) attenditur tempus datæ. Nunc verò limita præfatam nostri text. conclusionem primò non procedere in casu *de Franch. in decis.* 316. Limita secundò non procedere etiam in casu eiusdē, *de Franch. in decis.* 509. quos casus, breuitatis causa, non refero, ad materiam vero vide *Afflict. in decis.* 1.

Collect. 477.

Ad Bart. in l. libertus, §. in quæstionibus, ff ad municipal.

Accusatus de crimine commisso extra officium, pendente accusatione retinet officium, & administrationem, accusatus vero de crimine commisso in officio, tunc ei interdicitur administratio, h.d. Sed hic tex. limitatur primo, quādo capta in-

formatione non constaret aliquod substantiale contra Officialem; *de Franch. in decis.* 8. & de pœna Officialium in officio delinquentium, vide pulchram *decis. de Ponte* 16. Sed dubitatur num Officialis ab officio suspendatur, & demum, si fructus medij temporis recuperet, ad illud restituatur, decisum affirmatiuè, *de Ponte in decis.* 25. vbi etiam hoc limitat. De delictis verò extra officium commissis ab Officialibus lite pendente, interdicenda minimè administratio, vt suprà, pulchrè *Cappell. Tholos. in decis.* 370. vbi bona additio.

Collect. 478.

Super l. 2. ff. de administr. rer. ad ciuit. pertin.

HIc locus in materia casuum fortuitorum valde quidem allegabilis est, h. d. Casus fortuitus est ille, cui nullo hominum consilio prouideri potest, sed quomodo probetur, vide *Mynsing. centur. 6. obser.* 88. Et infra quod tempus probari debeat, decidit *Cappell. Tholos. in decis.* 448. Et casus fortuitus dicitur ille, qui cõmuni opinione, nunquam fuit visus, *Verall. in decis. 46. part. 1.* Et ille, qui suscipit in se casum fortuitum, tenetur etiam de insoluto, præsertim si de incogitatis quoque casibus tractatum sit, *Anton. Fab. in decis. 2. de locat.* Et num conductor teneatur de casu fortuito, negatiuè, *de Ponte in dec.* 17. Et num conductor teneatur de casibus fortuitis, decidit negatiuè, *Marc. in decis. 208. part. 2.* Limita, quando quis conducit rem casibus subiectam, sciens, *Boer. in decis. 249. Ludou. in decis. Perus.* Limita secundò, quando quis expresè suscepit in se casus fortuitos, *Carrocc. in decis.* 78. Et de conductore, qui conducit à suo risigo, & fortuna, decidit *Gaspar. Thess. in decis.* 47. & vide *Puteum in decis. 19. part. 3.*

Collect. 479.

Super gloss. in l. vbi adhuc, C. de iure dot.

NImis controuertitur gloss. hæc in verb. qui non potiora, in quæstione illa, Num mulieri agenti pro sua dote contra tertios possessores obstet exceptio discussionis? in affirmatiuam Sacrum Neap. Cons. decidisse testatur *de Franch. in decis.* 270. eandémque opinionem sequuta fuit *Rot. March.* (vt scribit *Gratian.*) *in decis.* 61. Amplia, vt pariter obstet habenti super re specialem hypothecam, *de Franch. in decis.* 587. pulchrè *Thess. decis.* 51. Amplia secundò, etiam si ageretur summariè, & sola facti veritate inspecta, *Osasch in dec. 2. & Thess. in decis.* 52. Limita primo nunc in casu *Mastril. in decis. Rot. Siciliana* 10. Limita secundò, quando mulier ageret Saluiano interdicto vtili, contra possessores pro suis dotibus, *Mart. in decis. Rot. Pisan.* 19 In Saluiano vero interdicto excussio non requiritur, *Thess. in decis.* 175. *Grat. Rot. March. decis.* 16. Ad materiam autem vide *Ioseph. Lud. in decis. Perus.* 45.

Collect. 480.

Super l. Papinianus, § quoniam autem quarta ff. de inoffic. testam.

QVi non admittitur ad partem, facit partem in liquidatione legitimæ, h. d. Quamuis Senatus Pedemontanus varie iudicauerit, vt refert *Thess. in decis.* 159. Quomodo autem in casu præfato sit facienda legitimæ liqui-

liquidatio vide pulchram *Capycij decis.*158. Ex quo infertur, quòd filiusfamilias, qui quietauit bona paterna cum iuramẽto, quamuis ad partem non admittatur, facit tamen partem, *Guid. Pap. in decis.*295. Infertur secundò, ad filium emancipatum, qui facit similiter partem, *idem Guid. Pap. in decis.*599. Infertur tertio, ad filiam per renunciationem exclusam à successione, quia computatur in liberorum numero quoad augendam legitimam; *Maynard. in decis.*24. *lib.*4. Infertur quartò ad filiam à statuto exclusam, quæ licèt non admittatur ad partem, facit tamen partem, *de Franc. in decis.*544. qui etiam disputat an sit habenda ratio dotis. Nunc limita, & primo in filio Monacho, qui quamuis ad partem non admittatur, similiter tamen partem non facit, *Faber in decis.*8. *C. de sacrosanct. eccles.* Limita secundo in exclusa à successione ipso iure, quæ partem non facit *Maynard. in decis.*15. *lib.*4. Limita tertiò in filio exhæredato, eius enim legitimæ portionem hæredi, non autem fratribus accrescere testatur *Mart. Rot. Pisan. in decis.*69.

COLLECT. 481.

Super l. fin. C si quis aliquem testari prohib.

COlligo ex hoc text. quòd licet ab aliquo quid blandis verbis obtinere. Ex quo infero ad institutionem hæredis blandis verbis marito factã, *de Franch. in decis.*180. quamuis *Mart.* dicat, contrarium Senatum Pisanum decidisse *in decis.*89. Limita nunc principalem regulam, & primo, si blanditiæ essent illorum, quibus debetur maxima reuerentia, illæ enim metui æquiparantur, pulchrè *Cacher. in decis.*179. Limita secundò in blanditiis valde excessiuis, tũc enim dolosæ censentur, *Afflict. in decis.*69. Limita tertiò vbi blanditiæ mendacium, falsasque continerent causas, pulchrè *Carrocc. in decis.*15.

COLLECT. 482.

Super l. creditoris arbit. ff. de distract. pignor.

POtest creditor ex rebus sibi obligatis vnam eligere, vt vendatur, hoc dicit. Sed limita, vt non procedat creditoris arbitrium in aliorum creditorum præiudicium, *Mart. Rot. Pisan. in decis.*130. & sic quando non est consultum alteri creditori, hæc lex limitatur, secundùm *Ann. in alleg.*141. Hinc *Minad. in decis.*13. asserit, fuisse decisum per *sacr. Cons. Neapolitan.* hanc legem limitari, quando creditor posset aliunde sibi satisfacere.

COLLECT. 483.

Super gloss. in l. in restituenda, C. de pet. hæredit.

GLossa hæc communiter allegatur in illa iuris conclusione, creditorem ex causa expensarum factarum in infirmitatibus, omnibus anterioribus præferri. Quod amplia primò, vt eodem priuilegio gaudeant creditores pro vestibus lugubribus, *Mart. in decis. Pisan.*83. Inter funeris enim expensas computantur vestes lugubres, *Capyc. in decis.*84. *Surd.* pulchrè *in decis.*255. Et quando præfatæ vestes debeantur, decidit *de Franch. in decis.*414. Amplia secundò, etiam pro expensis seruientium in-

firmo, *Mastrill. in decis.* 10. *part.* 1. Amplia tertiò, vt eodem pariter priuilegio fruantur Medici, vt pro sui salarij recuperatione omnibus defuncti creditoribus præferantur, *Maynard. in decis.* 47 *part.* 2. Limita nunc, vt pharmacopœus quoad illa tantùm medicamenta præferatur, quæ in infirmitate, in qua debitor decessit, adhibita fuerunt, ita pulchrè *idem Maynard. in decis.* 48 *part.* 2. & *Caualc. decis.* 34. *part.* 2.

COLLECT. 484.

Ad Rubr. de iure patronatus.

EDictum de præsentando quibusdam personis prohibitum, quibusdam vero concessum reperitur, Prohibetur enim primo præsentare excommunicatus, *Rot. in decis.* 2. *de iurepatronatus.* Secundò, pupillus infans, *ead. Rot. in decis.* 6 *eod. tit. in antiq.* Tertiò prohibetur, quando beneficium vacat de iure, sed non de facto, *Rot in decis.* 9. *eod tit.* Quartò, infamis, *Robert. rer iudicatar. lib.* 1. *decis.* 7. Quintò, prohibetur præsentans alij, quàm superiori, illa enim potius nominatio, quàm præsentatio dici potest, *A. b ll de G aff in decis.* 12 *eod. tit.* & (vt tradit *Crescent. decis.* 6. *eod. tit.*) nominatus ante præsentationē nullum ius in beneficio habet. Sextò, priuatur potestate præsentandi patronus laicus præsentans criminosum, vel aliàs indignum, & priuatur pro ea vice tantum, *Crescent. in decis* 11. *eod. tit* eáque potestate ad superiorem deuoluitur, *Verall decis.* 19 *part.* 2. Septimò prohibetur patronus post præsentationem vnius ante litem, post litem non poterit præsentare collitigantem, alias voces patronorum non habentem, *idem Crescent. in decis.* 10 *eod tit.* Octauò, prohibetur creditor, *Maynard. in decis.* 90. *part.* 3. Personæ vero, quibus facultas præsentandi concessa est, hæ sunt, Et primo, potest præsentare sequester. *Maynard. decis.* 41. *lib.* 2. Secundò, conductor, *Ann alleg.* 109. Tertiò, meretrix, *Vtu. in decis.* 134. Quartò, existens in quasi possessione præsentandi, *Rot. diuers. decis.* 167 *part.* 2. qui etiam vero patrono præfertur, *Rot. decis.* 14. *eod. tit. in antiq.* & quasi possessio vnius, prodest aliis patronis, *Caputaquens. in decis.* 191. *part.* 1. In iure vero patronatus vltimus status quasi possessionis attenditur, *Triuis. in decis. Rot. Venet. part.* 2.

COLLECT. 485.

Super cap. nobis, de iurepatronatus.

EX Ecclesiæ constructione iuspatronatus acquiritur, h. d. Quòd amplia primo, procedere etiam per eius refectionem, *Robert. rer. iudic. lib.* 1. *decis.* 2. & sic decisa est *gloss. in cap.* 3. *de iurepatronatus*; Amplia secundò, vt in dubio, potius ex constructione, quam ex vsurpatione præsumatur, *Verall. in decis.* 128. Amplia tertiò, etiā si domus, vel fundus pro Ecclesiæ constructione assignaretur, *Caputaq. in decis.* 133. Amplia quartò, vt debeat præsumi etiam ex fundatione per probationem possessionis immemorabilis, *Mohed. in decis.* 3 *eod. tit.* Num autem ex solo dotis relicto, probetur iuspatronatus, decidit pulchrè *Rot. diuers. in decis.* 167.

COLLECT. 486.

Super l. sancimus, C. de fideiussorib.

ISta l. est propriè sedes materiæ fideiussionis de repræsentando. Super

pter ea enim fuit primo dubitatum num fideiussor de præsentando debitorem in carceribus post octauam Paschatis, sub pœna teneatur immediatè die nona præsentare, decisum affirmat. *Mart. Rot. Pisan. in decis.* 155. Fideiussor autem de repræsentando reum, non tenetur toties, quoties facta repræsentatione à carceribus aufugerit, *Afflict. in decis.* 130. Et num ad constituendum ipsum, in mora sit necessaria interpellatio, decisum negat. *Cacher. in decis.* 48. Potest autem moram hâc purgare, *Gram. in dec.* 97.

COLLECT. 487.

In cap. clerici, de excessibus Prælatorum.

QVamuis apud Ciuilistas sodomiæ materia sedeat *in l. cùm vir. C. de adult.* hîc tamen secundùm Canonistas optimè sedere potest, & licèt in prima Parte meorum Collect. *collect.* 185. nonnulla ad hanc materiam pertinentia reportauerimus, potest tamen insuper hîc quæri, Et primò, num crimen passus, veniat (licèt fuerit minor) aliqua pœna plectendus, affirmatiuè, *Rub. in decis. Rot. Lipsia* 65. Sed num dictum huius minoris attestantis se de hoc crimine attentatum fuisse, indicium faciat contra attentatorem, negat. *Ro. Pisa.* (*teste Marta in dec.* 138. & hoc pariter in dicto pueri stuprati, *Triuis. in decis. Ro. Venet.* 14. *par.* 2.

COLLECT. 488.

Super c. cum te, de iure patronatus.

IN præsenti text. differentia inter iuspatronatus laicale, & ecclesiasticum ponitur; Ideò quæ ecclesiastica, & quæ laicalia dicantur, hîc reportare operæpretium duxi, vt faciliùs eorum differentiæ dignosci possint. Et primò de iure patronatus erecto à clerico, qui voluit præsentationem fieri à suis hæredibus laicis, quod *A. bill. de Graff. in decis.* 1 *de iure patronatus laicorum* esse decisum asserit; Secundò, dicitur etiam ius patronatus laicale, quando est fundatum per Beneficiatum, etiam bona patrimonialia habentem, si laici sint in quasi possessione præsentandi, *Crescent. in decis.* 9. *eod. tit.* Tertiò, dicitur etiam laicale iuspatronatus fundatum à laicis, & relictum quatuor laicis, & vni clerico, *idem Crescent. in decision* 3. *eod. tit.* Quarto, dicitur etiam laicale iuspatronatus fundatum à clerico beneficiato de bonis propriis, *Mohed in decis.* 9 *eo. tit.* Quintò, dicitur etiam laicale iuspatronatus confraternitatibus relictum, licèt sit sub nomine alicuius Sancti, *Rot. diuers. in decis.* 547. *par.* 1. Ius verò patronatus clerico competens ex fundatione, & dotatione an sit laicale, vel ecclesiasticum, decidit pulchrè *Put. in decis.* 228. *lib.* 2. & nonnulla pulchrè notanda ponit *in decis.* 90. *lib.* 3.

Ius verò patronatus Beguinarum, ecclesiasticum censetur, *DD. de Rot. in dec.* 8. *de iure patronatus in antiq* & idem ius patronatus conceditur laicis ex gratia, vt inuitentur ad dotandas, & construendas ecclesias, *Verall. in decis.* 250. *par.* 1. Et quomodo distet iuspatronatus laicale ab ecclesiastico quoad derogationem, vide pulchram decisio. *Put.* 57 *lib.* 3.

COLLECT. 489.

Super c. 1. de clerico ægrotante.

PRopter infirmitatem, atque senectutem datur Prælato Coadiutor, h.d. Quod amplia etiam propter populi numerositatem, *Achill de Graff. in dec. 1. de parochiis*. Impeditus autem propter infirmitatem debet intelligi de illa infirmitate, quæ per se aggrauat corpus sine spe futuræ prosperitatis, *Veral. in dec. 140. p. 1.* Sed animaduertere debes, quòd si datur coadiutor ex causa senectutis, verificanda est ætas ab impetrate, *Caputaq. in decis. 128.* Quæ autem ætas sit verificanda, distinguas, quòd si conceditur propter ingrauescentem ætatem, verificanda est ætas sexaginta annorum: si verò propter senectutem, debet verificari ætas septuaginta annorum, *Caputaq. in decis. 129. p. 1.* Verùm si concedatur propter ingrauescentem ætatem, & morbum, tunc probanda est ætas quinquaginta annorum, *idem Veral. in decision. 130. ea.* Et num hæc ætas probetur per testes, affirmatiuè, *idem Caputaquens. in decis. 131. ea* Num autem coadiutor debeat esse eiusdem ordinis, cuius est ille, cui datur, negatiuè, *Caputaqu. in decis. 127. p. 1.*

COLLECT. 490.

Super l. lex vectigalis, ff. de pignoribus.

REsoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris, h.d. Ex quo primo infertur, quòd, mortuo Papa, potestas data conseruatoribus expirat, *Guid. Pap in decis. 247.* Infertur secundò, quod per mortem principalis, expirat mandatum procuratoris, *idem Guid Pap. in decis. 119.* Infertur tertiò, quòd hypotheca imposita, pēdente pacto de retrouendendo, resoluitur, licèt contrarium teneat *Carroc. in dec. 117.* Infertur quartò, ad emphyteoticarium, qui obligauit rem in emphyteosim acceptam, quia, illa finita extinguitur oblatio, *Guid. Pap. in decis. 575.* Infertur quintò similiter ad emphyteutam, qui imposuit seruitutem, quia extinguitur, finita emphyteosi, *Capp. Tholos. in decis 461.* Infertur sextò, ob hanc rationem, quòd nouus dominus non tenetur stare colono, *Gasp. Thess in dec. 16. p. 2.* Infertur septimò in redimente, vigore termini ad redimendum, qui non tenetur stare colono. *Mastril. Rot. Sicil. in dec. 5 p. 1.*

COLLECT. 491.

Super cap. præsenti, de præbendis.

BEneficiorum Sed. Apost. reseruatorum, materia hîc quidem peroptimè sedet, cùm dicat, quòd Beneficia vacantia in Curia affecta sunt. Tu verò adde, & alia, ex quibus beneficij reseruatio inducitur, Et primò, commenda Papæ, siue de vacante, siue de obtento in titulum, inducit reseruationem, *Crescent. in decis. 4. de præb. Put. in decis. 168. lib. 1.* Quod amplia, etsi commenda esset præsumpta, *idem Crescent. in decis. 6. de præb.* quamuis per coniecturas, atque præsumptiones beneficiorum reseruatio induci nō debeat, *Bellam. in dec. 611.* Amplia secundo, etiam commenda cessante, *Mohedan. in decis. 9. de præb.* Tertio, beneficia collectorum & Subcollectorum sunt similiter reseruata, *Rot. in decis. 15. de præb. in antiq.* Quod amplia primo, licèt desināt esse Collectores, *Rot. in decis. 14. eod. tit. in antiq.* quia beneficia semel affecta, semper durant affecta, *eadem Rot. in decis. 12.* Amplia secundo, etiam si in locum Subcollectoris obtinen-

tis

tis beneficium, alius subrogatur, *Rot. in dec.11. de praebend. in antiqu.* Amplia tertiò, in beneficiis Subcollectorum etiam antequam subcollectariæ officiorum acceptauerint, *eadem Rot. in decis.12. de praebend. in nou.* Limita tamen, vt Subcollectorum exercentium tantum beneficia reseruata censeantur, *Crescen. in decis.16. de praebend.* Amplia quartò, etiam nondum præstito iuramento de fideliter exercendo, *Verall. in decis.76. par.3.* Amplia quinto, vt etiam beneficia Cardinalium, *idem Verall. in decis.75. par.3.* Inducitur pariter & sextò beneficiorum reseruatio per specialem Papæ reseruationem, *Rot. in decis.28. de praeben. in antiq.* Clausula verò ac si nulla reseruatio facta foret, includit omnẽ reseruationem generalem, *Eadem Rot. in decis.25. eod. tit. in antiq.* Hæc autem Summi Pontificis reseruatio expirat per solam collationem, etiam possessione non subsequuta, *Rot. in decis. 24. eo. tit. in antiq.* Et falsa causa vitiat huiusmodi reseruationem, *Rot. in decision.29. eo.* Quomodo autem reseruatio probetur, decidit *Veral. in decis.77. part.3.* Et num probetur ex narratiua Breuis de capiendo possessionem? decidit *idem Verall. in decis. 79. par.3.* Num autem possit Legatus à latere beneficia reseruare, in præiudicium Ordinarij? decisum affirmatiuè, *idem Verall. in decis.74. p.3.* Et num beneficium reseruatum possit in manibus Ordinarij resignari, in affirmatiuam decidit pariter *Verall. in decis.78. p.3.* Et num beneficium dicatur vacare in Curia, si vacat per priuationis sententiam in Curia, & contra præsentem, affirmat. *Verall. in decis.64. p.1.* & vide nonnulla ad hanc materiam pertinentia per *Rot. in dec.3. & seq.*

COLLECT. 492.

Super c.1. de aedificandis Ecclesiis.

QVi in aliqua Ecclesia beneficium obtinet, ad illius reparationem tenetur, h. d. Quod amplia primò, vt pariter teneatur ad onera imposita per fundationem, *Sayr. in decis.1. de iurepatronatus*, licèt Episcopus pro vna vice tantùm possit recedere à fundatoris voluntate, pulchrè *Cres. in decis.7. de iurepatronat.* Amplia secundò, vt idem teneantur facere obtinentes pensionem super beneficio: pro rata enim ad Ecclesiæ reparationem tenentur, *Sayr. in dec.1. de Eccl. aedificandis.* Amplia tertiò, vt beneficiati vltrà ad Ecclesiæ reparationem, patronum inopem alimentare teneantur, etiam si alteri iuspatronatus donauerint, *Mart. Rot. Pis. in decis.41.* Amplia quartò quòd in defectum teneatur populus, *Valas. in dec.79.* Limita tamen vbi reditus Ecclesiæ essent ita tenues, quòd non sufficerent ad alimenta Rectoris, pulchrè *Cappell. Tholos. in decis.499.*

COLLECT. 493.

Super l. liberorum, ff. de verb. signif.

APpellatione filiorum non veniunt naturales, h. d. Ex quo infertur primò, quòd filij bastardi, seu naturales non possunt vti insignibus seu (vt vulgò dicitur) armis, quibus illi de familia vtuntur, *Gaspar. Th. ff in decis.45.* Infertur secundò, quòd filij naturales non retinent generis nobilitatem, vt cæteri filij, *Guid. Pap. in decis.580.* Infertur tertiò quòd non valet donatio facta à patre filio naturali in præmium emancipationis, *idem Guid. Pap. in decis.631.* Infertur

quartò, quòd filius naturalis non connumeratur ad constituendum numerum filiorum, vt patrem à muneribus excusent, *Garz. in dec.* 3. Infertur quintò, quod nõ est paternæ successionis capax, nisi quoad duas vncias tantum, *Gasp. Thess. in decis.* 83. Infertur sextò, quod filio naturali non debetur à fratre vita militia, *Mastrill. in decis.* 83. Infertur septimò, quod non sunt in potestate patris, vt cæteri filij *Cappel. Tholos. in decis.* 97. Infertur octauo, quod non excludit substitutum, quod secus est in legitimato, pulchrè *Mart. Rot. Pisan. in decis.* 94. Infertur nonò, quod filius naturalis non potest petere legatum & alimenta, pulchrè *Surd. in decis.* 224. Infertur decimo, quod dispositio *l. quisquis, C. ad leg. Iul. Maiest.* non locum sibi vendicat in filiis naturalibus, licèt secus in filiabus, *Mart. Rot. Pisan. in decis.* 17.

COLLECT. 494.

Super glos. in clem. 2. de prabend.

HÆc glos. communiter à DD. recepta est in quæstione illa, quod Papa in dubio nõ censetur, ac præsumitur præiudicare iuripatronatus, Quæ glos. declaratur primo, vt intelligatur de iurepatronatus laicorum, non autem clericorum, *Cassado. in d. c. s.* 4. Declaratur secundo, vt derogatio iurispatronatus nobilium nõ comprehendat; quod est de iurepatronatus Regio, *Crescent. in decis.* 8 pro qua extat *regula Cancellaria* 41. ex qua statuitur iuspatronatus ad aliquem Regem pertinens non censeri derogatum, nisi specialis de illo mentio fiat. Declaratur tertio, vt pariter glo. debeat intelligi de iurepatronatus quorumcunque Principum superiorem non recognoscẽtium, quoniam illorum iuripatronatus non censetur derogari per Papam, nisi expresse de illis mentio habeatur, vt pulchrè decidit *Mart. in decis. Rot. Pisan.* 193.

COLLECT. 495.

Super l. eleganter, ff. de pignoratitia actione.

RE hypothecata insolidum data cuicta non agitur primitiua actione hypothecaria, sed ex empto; hoc dicit. Quod limitatur primo in re in solutum data per Iudicis sententiam, quæ si euincatur, poterit creditor priorem exercere hypothecam, ita pulchrè *Afflict. in dec.* 8. Limita secundo in creditore, qui rem sibi obligatam emit, *idem Affl. ct. in decis.* 16. Limita tertio, quando creditor reuocabiliter dominium rei sibi hypothecatæ acquisierit, hoc enim casu hypotheca non extinguitur, & per consequens, euictione subsequuta poterit agere primæua actione, *Rober. rer. iudicat. lib.* 5. *in decis* 7. & sic est decisus *tex in l. ex testante,* § *Latinus, ff. de exceptione rei iudicata.* Limita quartò in re creditori assignata per subhastationes, etsi contrarium decidat, *Surd. in decis.* 166. Limita quintò fauore dotis, *Iaffred. in decision.* 219. *cent.* 1. quæ decisio tibi deseruiet ad ornatum pulcherrimi *text in l. qui res ff de soluto.* Limita sextò, quando species pro specie soluitur, *Ann cons.* 9. quod not. pro intellectu *l si quis alium, ff de solutionibus.*

COLLECT. 496.

Super c. illud de iure patronatus.

Iuris-

Iurispatronatus donatio non valet, nisi in ea Episcopi adhibeatur authoritas, h.d. Quod amplia primo procedere in filio, cui pater absque Episcopi consensu, iuspatronatus donare non potest, pulchrè *Verall. in decis.* 13. Amplia secundò, siue præcedat, siue subsequatur Episcopi consensus, *Ioseph. Ludou. in decis.* 42. Sed limita primò, vt valeat donatio facta compatrono, *Achill. de Graff. in decis.* 19. *de iurepatron.* Limita secundò, quando donatio fieret loco religioso: in hoc enim casu Episcopi consensus non est necessarius, ita pulchrè *Garz. in decis.* 90. quod diligenter nota ad ornatum *c.1. de iurepatron. lib.* 6.

COLLECT. 497.

Super l. Gracchus, C. de adulteriis.

Licet marito mulierem in adulterio deprehensam occidere, hoc dicit. Quæ lex conformis *Constitutioni Regni*, quæ incipit, *si maritus*. Quã l. amplia primo, vt pariter eidem liceat eam accusare, licèt accusatio vxori facta à marito prohibeatur, *Peguer. in dec* 94. Quod nota ad *text. in l.1. Cod. eod. tit.* Amplia secundò, vt etiam marito liceat aliis demandare, vt illam occidant, *Garz. in decis.* 27. Limita tamen, vt non liceat viro ducere secum plures socios ad occidendum vxorem in adulterio repertam *Triuis. in decis.* 21. *par.* 2. Sed num maritus occidendo vxorem adulteram, lucretur dotem? decidit negat. *de Franc. in decis.* 678. Num autem maritus teneatur ad antefati solutionem, si illam sub colore simulati adulterij occiderit? in affirmatiuam decidit *de Pont. in decis.* 34.

COLLECT. 498.

Super l.1. C. communia de legatis.

Pro legato consequendo, vltra alia legatario hypothecaria actio competit, h.d. Quod amplia, vt pariter fideicommissario competat, *Surd. in decis.* 76. Subamplia, vt illam habeat etiam aduersus tertios possessores, pulchrè *Gasp. Thessau in decis.* 83. Sed nunc limita primo, vt illam non habeat pro annuo legato, *Surd. in decis.* 28. Limita secundò, pro fructibus rei legatæ, *idem Surd. in decis.* 271. Limita tertiò, vt illa non extendatur ad bona alteri legata, *Fab. in decis.* 6. *Cod. communia de legatis.* Limita quartò, vt hoc procedat in rebus testatoris tantùm, non autem hæredis, *Viu. in decis.* 606. Limita quintò, vt non dicatur indiuidua, *Faber. in decis.* 1. *C. commu. de legatis.*

COLLECT. 499.

Super Conc. Trid. sess. 23 can. 1.

Hic noua matrimonij cõtrahendi forma constituitur, vt s. coram Parocho, & duobus testibus celebretur. Quod amplia primo, vt hodie cessent matrimonia præsumpta in vim c. *is, qui fidem, de sponsalib.* eò quia nõ dicitur verè matrimonium, nec realiter absque Parochi, & duorum testium præsentia esse potest, ita pulchrè *Triuis. in dec.* 20. *p.* 1. Amplia secundò, quod adeò est nullum matrimonium sine proprij Parochi præsentia, vt contrahentes propria authoritate, ac sine vlla iudicis sentẽtia resilire poterint, *Sayrus in decis.* 1 *de spons.* Amplia tertiò, etiam si proprius

Parochus esset schismaticus, sed non adhuc esset iure suo priuatus *idē Sayr. in dec.13. de spons.* Amplia quartò, vt in antiquis sufficiat probatio huius sollemnitatis ex libro Parochi, *Rot. diuer. in decision.240. p.2.* Amplia quintò, vt forma (de qua hic text.) non possit adimpleri per æquipollens, pulchrè *Rot diuers. in decis.657. p.1.* vbi pariter decidit quid sit istud æquipollens. Amplia sexto, etiam si Parochus, ac testes non essent specialiter ad hoc rogati, non enim necesse est, vt Parachus, vel testes sciant ad quid rogentur, sed sufficit tātùm, vt adsint ad id, quod agitur, *Sayr. in decis.24. de sponsa.* Amplia septimò, vt sufficiat cuiuscumque Sacerdotis præsentia de proprij Parochi licentia assistentis, *idem Sayr in decis.59. eod. tit. Rot. diu. dec.642. p.1.* Amplia octauò, vt non sufficiat Parochi Ruralis præsentia, pulchrè *Rot. diuer. in dec 656. par.1.* quæ decisio tibi deseruiet ad ornatum *tex. in c fin. de sepult. in 6.* Verùm limita, si Romæ aliquod contraxerit domicilium, *Rot. diuers.* à contrario ponderata *in dec.643. par.1.*

Collect. 500.

Super c. inter corporalia, de translatione Episcop.

MAtrimonium carnale æquiparatur spirituali, h.d. vltra alia. Ex quo infertur primò, quod statutum excludens à successione maritatam dotatam, procedit etiam in Moniali, pulchrè *Gaspar Thessau. in decis.3. p.1.* Infertur secūdò, quòd paraginm, quod debetur Monialibus, est vniforme cum illo maritandarū, *Afflict. in decis.348.* quicquid (iudicio meo) teneat *de Franch. in decis.44.* Infertur tertiò, quòd cognoscens Monialem, dicitur cōmittere adulterium, quemadmodum cognoscens maritatam, pulchrè *Cacher. in decis.103.* Infertur quartò, quod Monialis prodest patri ad se excusandum à tutela, vt maritata *de Franch. in decis.532.* Infertur quintò, quòd legatū pro maritagio, debetur etiam pro monachatu, pulchrè *Mastr. Ro. Sic. in dec.153.* Infertur sextò, quod dispositio Auth. *res quæ, C. communia de legatis*, vendicat sibi locum in vtroque matrimonio, & carnali, & spirituali, *Maynard. in decis.9. lib.3.* Infertur septimò, quòd ob hanc rationem Monasterium succedit loco filij, *Gratian. in dec.7.* Verùm limita in casu *de Franch. in decis. 29.*

Collect. 501.

Super l. fin autem, C. de edicto diui Adr.

IN legitimi contradictoris materia, de qua in præsenti §. est primo animaduertendum hæredem vsufructuarij dici legitimum contradictorem, pulchrè *Gasp. Thess. in decis.96.* Secundò, neque in obseruatore transactionis, *Verall. in decis.341. p.1.* Tertiò neque substitutus, *Capp. Tholos. in decis.422.* Quartò, neque habens titulum inualidum, *Caputaq. in decis.347.* Sextò, neque fideicommissarius, *Ant. Fab. in decis.2. C. eo. tit. de edict. diu. Adr.* Sed num agentes huius l. beneficio, teneantur ad fructuum restitutionem? decidit *idem Fab. in decis. fin. Cod. eod.* Vbi quoque ponit differentiam inter beneficium huius l. & petitionem hæreditatis.

Collect. 502.

in l. Lucius ff. qui potiores in pignore.

Prior

Prior in forte, etiã in vsuris prior censetur, h.d. Quod amplia primò in casu *Afflict. in decis.* 187. Ampl a secundò id obtinere locum nedum in expressa, verumetiam in tacita hypotheca, *Mynsing cent.1.obser.59.* Amplia tertiò, etiam in anterioritate non quidem ex tẽpore, sed ex causa, iuxta terminos *l. priuilegia ff. de priuileg. cred.* pulchrè *de Ponte in decis.* 34. Amplia quartò tam in hypotheca conditionali, quàm pura, etsi noua sit sua obligatio cum pignorum repetitione, *Afflict. in dec. 93. lib. 2. Mynsing. d. c. citata.*

Collect. 503.

Super Conc. Trid. sess. 6. can. 3.

Hic à sancta synodo quidam enumeratur casus, in quo Regularis ab Ordinario loci puniri potest, nempe si extra Monasterij tecta deliquerit: Amplia primò, hanc sacram dispositionem locum sibi vendicare etiam in Equitibus Sancti Joannis Hierosolymitani, qui (vt etiam dixi in prima parte meorum collectaneorum *collect. 216.*) sunt verè Religiosi, vt etiam tradit *Sayr. ex Nauarro in decis. 26. de Regularibus.* Cæterum tu adde alios casus decisos, in quibus iurisdictioni Ordinarij subjiciuntur, Et primò in eo Regulari, qui fuit testamenti executor, hic enim ab Ordinario ad rationes reddendas cogi potest, *Mart. Rot. Pisa. in decis. 3.* & sic est decisus *text. ex clem. 1. de testamentis.* Secundus casus est in Nuntio Venetiarum, qui est Judex Ordinarius Regularium, *Triuis. in decis. 36.* Tertius casus est ex decreto *S. C. Trid. sess. 7 can. 14.* Vbi habetur, quòd Ordinarij tanquam Apostolicæ Sedis Delegati in causis mercedum, & miserabillum personarum possint cogere Regulares debitores, & ita decidit etiam *Kopm in dec. 361 part. 2.* Quartò, in casu hæresis Regulares exempti subsunt Iurisdictioni Ordinarij, *Maynard in decis. 25 lib. 1. & Triui. decis. cit.* Quintus casus est in Regularibus exemptis, qui possunt compelli per Episcopum ad Processiones accedere, pulchrè *Grat. Rot Marc. in dec. 232.* Verùm hoc limito non procedere in illis Regularibus, qui sub strictiori disciplina viuunt, vt habetur per *Conc. Trid. sess. 25. can. 13. in fine.* Qui casus etiam est decisus (teste *Maynar. in decis. 13. lib. 4.*) Limita secundò, si abessent à ciuitate per dimidium miliare. Hoc enim casu non tenentur ad processiones accedere, vt Sacra Congregatio censuit, & est decis. *Grat. 232.* & ad mat. vide *Rot. Collect. à Farinac. dec. 166.*

Collect. 504.

Ad Bart. in Consil. 180.

Concludit quòd ecclesia non tenetur soluere collectas pro bonis à laicis acquisitis, & cum eius opinione transiuit Senatus Pedemonta. vt refert *Thesaur. in decis. 234. per text. apertum in cap 1. de immunit. eccles.* & iterum idem Senat decidit vt refert *Gaspar Filius in additione ad Patrem in cit. dec. 234.* Limitatur primò, vt ecclesia pro bonis acquisitis, & donatis non teneatur, vt non procedat quando adesset consuetudo quod omnia onera distribuantur per extimum ad æs, & libram, & propterea bona essent allibrata, & registrata in publicis catastris, quia tunc ad ecclesiam transirent cum illo onere, *Franch. March. in decision.*

223. Sublimita hanc limitationem locum non habere in oneribus, & collectis variabilibus, & incertis, *Guid. Pap. in decis.* 381. Quam opinionem secutus fuit idem Senatus Pedemon. scribit *Osasc. in decis.* 136. & faciūt scripta per *Guid Pap. in decis.* 784. Limita secundò, quando collecta esset imposita ante acquisitionem factam ab ecclesia, quia tunc bona iam sunt pro collectis impositis hypothecata, & transeunt cum illo onere, Ego *in decis. Curiæ Archiepisc Neap.* 119. quam nota ad *cons. Angeli* 24. Limita tertiò, quando onera imponuntur ex causa belli, & alterius necessitatis, & tanto magis quando hoc bellum esset aduersus hæreticos, nam tunc iustum est, vt ecclesiastici cum secularibus concurrant, *Osasch. in decis.* 98. Limita quartò, quando quis castrauit bona sua submittendo illa oneribus, quæ soluere promisit pro se, & hæredibus, si enim ista bona alienentur in Ecclesiam transeunt cum suo onere propter submissionem, & iuxta hanc limitationem censuit *Senat. Pedem. in causa Villæ Franciæ* 15. *Februarij* 1590. refert idem *Thesaur. in citata decis.* 234.

COLLECT. 505.

Super Regul. de triennali.

AMpliatur primo hæc regula, vt tueatur possessorem, qui non expressit verum valorem, *Mohed. in decis.* 5. *de cau. poss. & propriet.* Amplia secundò, vt controuersia fructuum non impediat huius regulæ beneficium, *Rot. diuers. in decis.* 1235. *part.* 3. Amplia tertio, vt etiam excipiens aliquos casus, in non exceptuatis locum habeat; *Verall. in decision.* 44 *p.* 3. Amplia quartò, vt quoque locum sibi vendicet in commenda, *Mohed in dec.* 16. *de cau. poss & propriet.* Verum limita primò huius regulæ dispositionem, vt non habeat locum in beneficio vacante in Curia *Verall. in decis.* 48 *par.* 2. Quãdo autem beneficium in Curia vacare dicatur, pulchrè decidit *Rot. in decis.* 86. *de prabend. in antiq.* Limita secundò, vt minimè suffragetur ei, qui infra terminum causam commisit, verum neminem citauerit *Crescent. in decis.* 1. *hoc tit. Cassad. in decis.* 6. *super Regul. de triennalibus.* Limita tertio in triennali possessione non quidem pacifica, Regula enim triennalem possessorem pacificum tuetur *Crescen. in dec.* 11. *de causa poss ss.* Limita quartò in possessore, cui deest titulus, & in hoc distat à regula de Annali, quæ non requirit titulum, pulchrè *Crescent. in decis.* 4. *eod. tit.* Sed amplia existente titulo verum discolorato, pulchrè, *Verall. in dec.* 45. *par.* 3. Limita quintò, si appareat aduersarium citatum fuisse, quod quidem sufficit apparere ex verbis eiusdem *Crescent. in decis.* 6. *de caus. posess & propriet.* Limita sexto, vt locum non habeat in hospitali, quia non dicitur beneficium, licet habeat Ecclesiam, atque campanam, & ibi Missa celebretur *Mohed. in decis.* 18. *eod. tit.* quæ decisio tibi deseruiet ad limitationem *Clement. per literas de prabend.* Limita septimò in subrogato in ius alterius, qui huius regulæ beneficio vti minime potest, quoniam est exceptio personalis *Mohed. in decis.* 2. *eodem tit.* Limita octauò in eo, qui fuit exclusus propter regulam, quia licet acquisiuerit ius tertij, cui regula non obstat, non potest vtrumque ius cumulare, *idem Mohed in dec.* 4. *de causa poss. & propriet.*

COLLECT.

COLLECT. 506.

Super cap. licet, de præbend. in 5.

CÆterum, quia in regula de triẽnali sæpè, sæpiùs de pacifico possessore fit mentio, hic aliqua ad hanc materiam pertinentia reportare, operæpretium duxi. Sed primò dubitari posset, quis nam dicatur pacificus possessor, & resignatarius in materia *Regul de triennali*, dicitur pacificus possessor, *Mohedan. in decis. 3. de caus. poss.* non autem dicitur ille, qui non vult parere *Put. in decis. 311. lib. 2.* Neque ille, qui commisit vnam causam, tanquam intrusus, licet errauerit in nomine *Rot. diuers. in decis. 89. part. 3.* Sed num ex solo temporis cursu demonstretur pacificus possessor, decidit *Verall in decis. 246. part. 3.*

COLLECT. 507.

Super l. pecunia, C. de priuileg fisci.

FIscus pecuniam posteriori creditori solutam auocare potest, h. d. Quod amplia primò in Fabrica Diui Petri de Vrbe, quæ pecuniam posteriori solutam auocat, pulchrè *Mart. Rot. Pisan. decis. 42.* Amplia secundò, etsi pecunia esset per posteriorem bona fide consumpta, *Afflict. in decis. 190.* Amplia tertiò, vt auocatoria competat creditori aduersus posteriorem etiam si pecunia per Iudicis sententiam esset adiudicata, pulchrè ac notabiliter *Gasp. Thessaur. decis. 16.* Amplia quartò hunc nostrum text. vendicare sibi locum in quolibet priuilegiato creditore, *Capyc. in decis. 78.* Amplia quintò, etsi pecunia esset soluta ab hærede creditori prius venienti, quia si sciebat adesse anteriores non vtique liberaretur *Mynad. in decis. 9.* Verùm limita primò, si pecuniæ solutio fieret creditori posteriori coram primo creditore *Gasp Thess in decis. 6. in 9 casu*, ita Senatum decidisse asserens. Limita secundò in casu *Gramm. in quæst. 1.* post suas decisiones. Ad huius tandem legis ornatum videas pulchram decisionem, *Ioseph. Ludou. 45.*

COLLECT. 508.

Super l. cum manu sata, §. fin ff. de contrahenda emptione.

POtest venditor sibi dominium reseruare, quousq; pretium fuerit sibi integraliter solutum, h. d. & quod valeat, decidit *Magon. Rot. Florent. in decis. 31.* Sed num huiusmodi pactum operetur iuris congrui exclusionem, quasi quod res non dicatur verè, ac propriè vendita, decidit negatiuè *Afflict. in decis. 338.* Habet tamen hunc effectum, vt constituat venditorem in concursu creditorum emptoribus potiorem omnibus, pulchrè *Mart. Rot. Pisan. in decis. 43.* Sed limita hoc in meliorationibus factis in re empta per emptorem, in illis enim anteriores creditores præferuntur, *de Franch. in decis. 506.*

COLLECT. 509.

Super Regula de Annali.

REgula hæc ampliatur pluribus modis, Et primò, vt defendat possessorem Annalem etiam titulo carentem, pulchrè *Crescent in decis. 4. de causa poss. & propriet.* Amplia secundò, vt annalis possessio pacifica non interrumpatur per vllam citationem, *idem Crescent in decis. 2. eod tit.* Sed num censeatur satisfactum Re-

gul. per citationem principalis, vel ipsius Procuratoris, decidit affirmatiuè, *Mohed.in decis.12.de caus.possess.& propriet.* Amplia tertiò, vt locum habeat etiam in impetratione subrogationis, *Mohed.in dec.19.eod.tit.* Amplia quartò, vt locum habeat etiam in cessionibus, *Crescent.in decis.16.eod.tit. de caus.possess & propriet.* Sed intellige, quando possessor possedit pacificè per annum antequam cessio facta foret, *Cassad.in decis.15.super reg.* Amplia quintò, vt Regulæ de Annal.satisfiat per diligentiam factam in primo anno de expediendo causam, *Crescent.in decis.17.de caus.possess.* Amplia sextò, vt regula hæc iuuet eum, qui post Annalem possessionem tacite ratificat possessionem ab asserto Procuratore obtentam, *Crescent. in decis.15.eod.tit.* Verùm limita nunc,& primò, vt regula hæc requirens expeditionem causæ intelligatur de causa in petitorio, *Crescent.in decis.9.eod.tit. de caus.possess & propriet.* Limita secundò, vt non gaudeat beneficio huius regulæ, qui non est pacificus possessor, *Mohed.in decis.14. de caus.possess.& propriet.*

Collect. 510.

Super c.si gratiosè,de rescriptis.

BEneplacitum morte extinguitur, h.d. Quod amplia, primò, adeò hanc conclusionem esse veram, vt res concessa ad beneplacitum absque causa reuocari non possit, *Capyc.in decis.16.* Ex quo infertur, quod si Judex ad suum beneplacitum aliquem in exilium condemnauerit, eius morte exilium erit reuocatum, *Ann.consil.14.* Amplia secundò, vt nedùm morte verùm etiam officio finito beneplacitũ extinguatur, idem *Capyc.in decis.136* Ex quo etiam infertur, quòd Officialis Baronis ad beneplacitum constitutus non potest infra annum suspendi, *Mastrill.in decis. 188.* Verùm limita primò, vt non extinguatur morte vbi fauor publicus versatur, pulchrè *Carrocc. in decis.18.* Limita secundò, quando quid concessum est sub commemoratione dignitatis, *Mohed.in decis.13.de constit.*

Collect. 501.

Super extrauag.ambitiosè,de rebus Eccles. non alien.

AMpliatur primò hic text. vt nõ probata vera sollemnitate, atque causis necessitatis,& vtilitatis alienatio dicatur nulla, *Mart. Rot. Pisan.in decis.86.* Amplia secũdo, etiam si alienatio fieret in Ecclesiam sub annuo censu, pulchrè *Triuis. in decis. 56.part.2.* Amplia tertiò, vt commissarius deputatus si in euidentem,&c. debeat extraiudicialiter procedere *Crescent.in decis.12.de priuileg.* Quod Cõmissarij officium Pontificis morte non expirat, *Peguer.Rot.Catalon. in decis.129.* Amplia quartò etiam procedere in alienatione rerum Hospitalis, *Rot.Bonon. in decis. 13.* penes *Bonmiend.* Amplia quintò, in alienatione bonorum confraternitatis, *Cæsar Barz. in decis.eiusdem Rot.117.* Amplia sextò, vt, & in locatione bonorum Ecclesię vltra triennium, pariter procedat vt in text. & adest *decis.Gamm. fin.* Amplia septimò, vt emphyteuta Ecclesiæ absque sollemnitatibus teneatur ad census, etsi contractus sit nullus, *de Franch.in decis.196.* Cæterùm limita primò, vt locum non habeat in concessionibus ante Paulinam factis, *Mart.Rot.Pisan.in decis.37.* Limita

Limita secundò in locis vbi hæc Extrauag. non est vsu recepta, *Mohed. decis. 1. de consit.* Limita tertiò, vt semel alienata cum sollemnitate, de qua in text. efficiatur absque ea perpetuò alienabilis, *Garz. in decis. 99.* Quando verò dicatur solita alienari, decidit pulchrè *Crescent. in decis. vnica, de consuetudine.* Limita quartò in emphyteusi solita concedi Ecclesiæ ad 29. annos ad renouandum cum beneplacito Sedis Apostolicæ, quoniam transit ad quoscumque hæredes, & idcirco alteri in perpetuum concessa absque dicto beneplacito est valida, *Mart. Rot. Pisan. in decis. 81.*

Collect. 512.

Super l. inter pares, ff. de re iudicata.

Hic habes, quæ sententia ex Judicibus veniat præferenda, verum tu addas primò, quod in *Sac. Conf. Neap.* præfertur illa, quæ pronunciatur cum maiori parte votorum, *Afflict. in decis. 1.* Secundò addas, quòd in æquali iudicantium numero præfertur causa dignitatis, *Thess. in decis. 1.* Tertiò, quando ex tribus Judicibus primus condemnat in quinque, secundus in decem, tertius verò in quindecim, tunc enim sententia in decem præfertur, prout ita pluries Senatum Pedemont. iudicasse scribit *Osasch. in decis. 22. & Thess. in decis. citat. num. 10.* Quartò, præfertur illa sententia, quæ reis æquior esse videtur, *Mastrill. in decis. 183.* vnum tamen in hac materia animaduerti vos precor, scilicet, in sententia in maiori summa non inest minor, vt pulchrè decidit *de Franch. in decis. 356.* ex qua clarè patet hodie limitari dispositionem *cap. primi, de arbitris, lib. 6.* Hunc autem text. nostrum vt eius dispositio seruetur tantum in Tribunali Regiæ Cameræ, & non in aliis, *de Pont. in decis. 31.*

Collect. 513.

Super cap. Immunitatem, de immunitate Ecclesia.

Delinquens intra Ecclesiam eius immunitate non gaudet, hoc dicit. Quod amplia primò procedere etiam in delinquente prope Ecclesiam, *Iaffred in decis. 99* præsumitur enim eum deliquisse sub specie immunitatis. Amplia secundò, in delinquente, & capto in Apotheca hospitalis, quia similiter gaudebit Ecclesię immunitate, *de Ponte in decis. 35.* Amplia tertiò, text. nostrum procedere in quolibet delicto in Ecclesia commisso, & in specie in delicto furti, decidit *de Ponte in decis. 14.* Amplia quartò, etiam in eo, qui semel commisit sacrilegium in Ecclesia, nam si ob aliud delictum per eum commissum confugiat ad Ecclesiam immunitate non gaudet, *Capell. Tholos. in decis. 422.* & ratio est, quia per sacrilegium antecedens priuilegium amisit, & Ecclesia eum amplius tueri non debet, *Robert. lib. 1. rer. iudicatar. decis. 13.*

Collect. 514.

Super cap. ex literis, il 2. de sponsalibus.

Qui iurauit cum aliqua contrahere, nisi subest impedimentum, per censuram Ecclesiasticam contrahere compellitur, hoc dicit, qui text. quotidie in Curia Archiepiscop. Neap. practicatur, ideo super eo has nota decisiones. Et ampliatur

primò procedere etiam si iuramentum non interuenisset, ita *Mart. Rot. Pisan. in decis.* 72. Ampliatur secundò, vt eo magis quis ad contrahendum cogi debeat si interuenisset copula carnalis, & filij generatio, hæc enim confirmant sponsalia de futuro, ex quo apparet magis enixa voluntas, ita vt ab ipsis recedi non possit, *Rot. in decis.* 497. *part.* 1. Ampliatur tertiò, vt sponsalia hodie non censeantur sublata per *Concil. Tridentin. sess.* 23. *can.* 1. cum de contractu matrimonij dumtaxat disponat, *Triuis. in decis.* 9. & adest declaratio Sacræ Congregat. per hæc verba, videlicet decretum hoc annullat solùm contractus matrimoniales per verba de præsenti clandestinè factos, sponsalia verò per verba de futuro reliquit in terminis iuris communis, præterquàm quòd per copulam prædictam in sponsalia in matrimonium non transibunt, vt refert *Mart. citat. decisione* 164.

Collect. 515.

Super Bulla Pij V.

SVmmus Pontifex hîc sanciuit pœnam suspensionis Episcopis beneficiorum resignationem admittentibus absque causis, de quibus in text. Quod limita primò, vt in præfatam pœnam non incidat quis per solam admissionem resignationis, & præsentationis, sed ita demum si sequuta fuerit collatio, vel institutio quoad ipsos Collatores, vel ius instituendi habentes, ita *Triuisan. Rot. Venet. in decis.* 7. *part.* 2. Limita secundo, in casu *Gratian. in decis.* 189. vbi pulchra ad materiam pertinentia scribit.

Collect. 516.

Super cap. 1. de fide instrumentorum.

EXemplo, seu Copiæ non creditur, hoc dicit. Et quamuis de hac materia in prima parte meorum Collectan. *Collect.* 130. nonnulla dixerim, tamen vltra ea, Amplia primò, vt insertum facultatis testandi in testamento non probet facultatem testandi per rationem, de qua in text. & per *Verall. in decis.* 96. *part.* 2. Quæ decisio potest tibi deseruire pro testamentis infirmandis illorum præcipuè, quibus facultas denegata est, Verùm limita text. nostrum, vt non procedat concurrentibus coniecturis ad mouendum Judicis animum ad credendum sufficientibus, *Caputaq. in decis.* 134. *part.* 1. In hoc enim casu etiam copiæ creditur *Maynard. in decis.* 13. *lib.* 3. Limita secundò quoad colorandum titulum in spolio, si quidem illum per insertum probare sufficit, *Crescent. in decis.* 1. *de restit. spol.* Limita tertiò, vt insertis in sententia credatur, *idem Crescent. in decis.* 10. *de probationib.*

Collect. 507.

Ad Statutum Italiæ.

ME aliter Collectan. in alterius Italiæ statuti disponentis in mulierum, atque minorum contractu duorum consanguineorum adhibendam esse præsentiam, composuisse recordor, nunc verò de illo Italiæ statuto, quod vulgò dici solet fœminas, existentibus masculis, à successione excludi, agendum duxi, quod amplia primò, vt locum habeat

beat etiam fauore Clerici, vel Monasterij, vt per illos fœmina à successione dicatur exclusa, *Gaspar. Thess. in dec. 1. part. 2.* Amplia secundo, vt pariter fœmina veniat excludenda à successione fratris Clerici, *Carrocc. in decis. 127.* & idem *Gasp. Thess. in decis. 2. par. 2.* Amplia tertiò, vt fœmina semel exclusa per masculorum existentiam perpetuò censeatur exclusa, etsi masculi decessissent, pulchrè *Cappel. Tholos. in decis. 459.* Quæ decisio tibi deseruiet ad ornatum doctrinæ *Bart. in l. 1. ff. ad Tertullian.* Amplia quartò, vt etiam fœmina excludatur à successione per existentiam agnati forensis, *Gaspar Thess. in decis. 3. part. 2.* Licèt statuti beneficium ad forenses non extendatur, *Thess Pater in decis. 106.* quemadmodum etiam illos nō ligat, *Rot. diuers. in dec. 673. par. 1.* Limita tamen, vt statutum non comprehendat bona extra territorium statuentium posita, *Ioseph Ludou. in decis. 76.* & hanc sententiam nonnullæ Rotæ Italiæ sequutæ fuerunt, præsertim *Rot. Rom. teste Puteo in dec. 551. lib. 1. Rot. Florent. Magonio teste, in decis. 107. & Rot. Mediolan. Polid. Rip. in obser. 252.* & in eandem opinionem descendisse *Rot. Taurinens.* scribit *Gasp. Thessau. in dec. 5. par. 2.* & iterum per *Rot. Rom.* decisum testatur *Rot. diuer. in decis. 304. & 295. part. 1.* Quam opinionem amplia siue in rem, siue in personam loquatur statutum, *Iaffred. in decis. 30.*

Collect. 518.

Super Statuto de lucro dotis.

Amplia primò, vt præfatum statutum locum habeat etiam in dote promissa, & nondum soluta, & ratio est, quia lucrū datur à statuentibus maritis propter onera matrimonij, pulchrè *Gasp. Thess. in decis. 75 par. 2.* Subamplia etiam quod statutum loquatur de dote data, vt si dicat maritus lucretur dotem datam, vt dicit statutum Vercellense, super quo scripsit *Osasch. in decis. 21.* Subamplia secundò, etsi statutum dicat, quòd vir lucretur dimidiam dotem, & reliquam restituere teneatur, *Capyc. in decis. 136.* & meliùs *Guid. Pap. in decision. 565.* quam opinionem etiam sequuta fuit *Rot. Rom.* teste *de Grassis in decision. 148.* Verùm nunc limita, & primo vt statutum hoc deferens lucrum dotis marito intelligatur, detracta prius per filios legitima, *Thessau. in decision. 184.* Limita secundo si statutum deferat lucrum dotis marito, etiam existentibus liberis ex primo matrimonio, quia non habet locum si ex secundo adsint liberi, *Gasp. Thessaur. in decis. 48. part. 2.* Limita tertiò, vt non porrigatur ad forenses, *Thess. in decision. 106.*

Collect. 519.

In c. cum ad Monasterium, de statu Monachorum.

Monachus nihil proprium habere potest, h. d. Quod amplia primò, vt nec Superior possit ei concedere, vt pecunias apud se retineat, & suo arbitrio eas expendat, *Sayrus in dec. 48. de regularib.* Amplia secūdò, vt neque de bonis per se quæsitis testari valeat, *idem Sayr. in dec 67. eod. tit.* Amplia tertiò, vt nil possit relinqui monacho cum prohibitione ne aliquid Monasterio acquiratur secundùm DD. licèt contrarium decidat *de Franch. in decision. 718.* Amplia

quartò, vt Monachus vtiliter contrahendo, cùm proprium habere nequit, Monasterio acquirit, sed hoc limita si essent Monasteria S. Francisci, cùm sint successionis incapacia, *Sayr. in decis. 69. de Regularib.* Amplia quintò, vt neque valeat consuetudo, vt Monachus proprium habere possit, *Verall. in dec. 214. p. 2.* Amplia sextò, vt ratione carentiæ proprietatis, nec suo, nec alieno nomine in iudicio stare possit, *Rot. in decis. 1. de restit spol. in antiq.*

Collect. 520.

Super l. sciendum, C. de contrah. empt.

HIc à DD. mat. emptionis in persona nominanda tractari solet; In qua potest primò dubitari nũ emptor pro persona nominanda sibi dominium quærat, & ante nominationem rẽ emptam alteri obligare possit, decidit affirmat. *Mart. Rot. Pisan. in dec. 132.* Posset secundò dubitari num emptor vineę pro persona nominanda, si ante quàm nominat, contrahat cum fideiussoribus, & obliget omnia bona sua, dicatur obligare ipsam vineam, decidit affirm. *idem Mart. Rot. Pisan. in decis. 127.* Tertiò, posset dubitari, quanto tempore ius nominandi præscribatur, *Surd. in decis. 216.* anno præscribi pulcherrimè dicit.

Collect. 521.

Super c. licet, de regularibus.

NOn potest Monachus absq; sui Prælati licẽtia ad aliam arctiorem religionem transire; h. d. qui tex. ampliatur ex nouissima dispositione *Conc. Trident. sess. 25. can. 19.* vbi habetur, vt nemo Regularis cuiuscunque facultatis vigore, transferatur ad laxiorem religionem absque Pontificis licentia: verùm hanc sacram dispositionem, & text. limitat *Sayr in dec. 55. de regularib.* dicens, quod non obstante decreto Conc. Trid. & iure communi Generalis, & Superior Religionis ad laxiorem etiam religionem de iusta causa transitum concedere potest, cum mens, & intentio Concilij nõ fuerit iuridicas tollere facultates. His tamen suppositis, posset de pluribus dubitari. Et primò num regularis professus in vna religione, & strictiorem ingrediens, si ante emissam professionem redeat ad primam, intelligatur redire ex tunc, an verò ex nunc, *Triu Rot Ven. in decis. 33. p. 1* asserit quod intelligitur redire ex tunc, & non ex nunc. Secundo posset quæri num Regularis in alteram religionem translatus post professionem in ea factam, posterioris Monachus efficiatur, & iuxta professionem ibi emissam in choro, & capitulo sedere, & vocem dare valeat affirmatiuè decidit *Sayr. in decis. 58. de regularib.* dummodò qui transfertur in ea subditus, & filius efficiatur.

Collect. 522.

Ad Bart. in l. post mortem, Cod. de fideicommiss.

LEgatum pauperib. relictũ quomodo distribuẽdũ hîc habetur. Cæterũ primò animaduertas, quòd illud non est vni dandum, sed in plures distribuendum, *Mynsinger cent. 5. obser. 57. Papon arrest. 91* Secundo nec pauperibus præsentibus, si fuit relictum, vt post mortẽ in Pauperes distribuatur, si quidẽ aliàs esset in præiudicium

iudicium futurorum Pauperum, *de Franc.in dec.706.* quę decisio tibi deseruiet ad ornatũ distin. *Bart.in l.cùm pater,§.à filia,ff de legat.2.* Tertiò, non debet erogari extraneis pauperibus, *de Franch.in decis.190.* vbi dicit, quod in redemptione captiuorũ Eleemosynæ distribui debent potiùs pro redemptione hominum Regni, quam exterorum. Quartò sibimet, nec non si esset pauper poterit sibijpsi distribuere, *Iaffred. in decis.97.* Quintò non debet dari laicis pauperibus, existentibus religiosis, *Maynard. in decis. 23.lib.5.*

COLLECT. 523.

Super l.scio, ff. de in integrum restitutione.

QVod DD. communiter ex hac l. colligunt, hoc est, nēpe quod de minimis non curatur, passim verò vulgò dici solet, de minimis non curat Prætor. Quod amplia primò in obseruatione festiuitatis, quæ in foro conscientiæ non violatur ob materię paruitatem, *Sayr. in decis.1. de feriis.* Amplia secundò in fideiussore, qui non habet beneficium diuisionis, quãdo reperiretur obligatus pro minima quantitate non autem insolidũ *Mar.Rot. Pisan.in dec.192.* Amplia tertiò, in vsufructuario, qui si est vniuersalis, tenetur ad debita, secùs si vnius rei, & tunc nequaquam, *idem in decis. 176.* Verùm limita primò, quoad pręuentionem in qua vnius horæ anterioritas habetur in consideratione, *Afflict. in dec.388.* Limita secundò, in Emphyteuta, qui si deficit in solutione vnius nummi, vel alterius partis modicæ, ab emphyteusi in totum cadit, *idem in decis.88. Valasc. in decis.88. Gramm.in decis.49.* Mihi verò magis placet opinio *Rot.Bonon.* penes *Beuuten. in decis.8.* contrarium asserentis; Limita tertio, in venditione, cui datur facultas rem venditam retinendi ob defectum vnius nummi, vel alterius modicæ quantitatis, pulchrè *Carrecc.in decis.110.* Limita quarto, in appellatione, quæ pro minima causa datur, *Maynard.in decis 21.lib.3.* quam deci. not. ad *text. in cap. de appellationibus.*

COLLECT. 524.

Super l.2.ff de in ius vocand.

HIc quę personæ citari nequeũt, quæque possunt, ponuntur, tu verò alios casus decisos adde. Et primò dicas quod citatio continens terminum nimis breuem, & impossibilem ad comparendum est ipso iure nulla, *Crescent.in decision 6.de dolo, & contumacia, Cassador.in decis.6. eod. tit. Puteus in decis.150. lib.3.* Secundo dicas citationem ad sententiam pro sequenti die, & deinde pro singulis diebus, & horis neque valere, *Crescent. in decision. 12. eod tit. Mohed. in decis. 4. de testibus. Put. in decision. 258. lib.3. Verall. in decis. 108. lib.2.* Tertiò, neque executio citationis in valuis Ecclesiæ tempore diuinorum valet, nisi dicatur quòd multi intrabant, & exibant eo tempore, *Crescent. in decis.5. eod. tit. Puteus in decision.165. lib.1. & 25. & 168. lib.2.* Quartò, non valet citatio contra pupillum, *Mynsing. centur.2. obseruat.35.* Sed limita, vt valeat quoad effectum Regulæ de triennali, vt desinat esse pacificus, *Achill. de Graff. in decis.3.de dolo, & contumacia.* Quinto, si non continet insertam commissionem, *idem in decision.10. eod.titul.*

Sextò, non valet nisi, vel legatur, vel eius exemplar offeratur, *Puteus in decision.9. eod.tit.* Septimò, non valet quoad cẽsuras, aliasve graues pœnas incurrendas, nisi personaliter fiet, *Mohedan in decis.3. de dolo, & contumacia*, quæ decisio tibi deseruiet ad ornatum celebris *gloss. in clem 2. de vita, & honestate clericorum.* Octauò, & vltimò non valet si est vaga, *Veral. in decision.108. part.1.* Casus autem, in quibus citatio valida est hi sunt, Et primò citatio exequuta in domo, & in Parochiali, licèt non tempore diuinorum, *Crescent. in decis.9. de dolo & contumacia.* Secundò, valet citatio ad sententiam absque eo, quod dicatur ad concludendum, *idem Crescentius in decision.3. eod. titul.* Tertiò citatio generalis facta ad totam causam, *Mynsinger. centur.4. obseruat.33.* Quartò, valet si Notarius dixerit legisse non aliter dato, nec petito exemplo., *Achil de Graff. in decis.11. eodem tit.* Quintò, si citatio fit in Ecclesia, & intellige de verbali tantùm, *Valasc. in decis.81.* Duo tandem pro huius mat. coronide volo animaduertas, & primo, quod citatio inualida per subsequutam comparitionem validatur, *Bellamer. in decision. 364. Verall. in decision. 112. part.1. Mynsinger centur.1. obseruat.18.* Secundò, quod citatio nulla nullum producit effectum, prout de interrumpendo cursum triennalem, *Caputaquens. in decis.109.* Item in materia deuolutionis causæ, *Bellamer. in decision.364.* Verùm Limita in casu *Verall. in decision.1.* Item quoad præscriptionem interrumpendam, *Guid. Pap. in decis.488.* Item quoad perpetuandam iurisdictionem, *Verall. in decis.115.*

COLLECT. 525.

Ad Doctrinam Bossij de iudiciis numer.60.

QVi tenet quod dictum pueri sodomitati faciat iudicium ad torturam, Quod amplia procedere siue dictum sit maris, siue fœminæ, siue maioris, siue minoris, siue spontè, siue coactè, *P. guer. in decis.76.* Limita verò nunc, & primò non concurrentibus aliis indiciis, atque coniecturis, tunc enim dicto vnius pueri non statur, vt extat decisum in *Curia Archiepisc. Neapol. teste me ipso in decis. 80.* Et me Iudice in eadem Curia fuit dubitatum quid si adminicula non essent contra personam sodomitatam, verùm contra diuersas, & decidimus adhuc sufficere, *ego ipse in dec.24.* Sublim. in casu *Gasp. Thesaur. in decis. Rot. Taurinensis 35.* Vbi refert per illam Rot. tentum quod faciat indicium etiam absque aliis adminiculis non quidem violentum, sed leue, ita vt in secũdo gradu, non in tertio possit delinquens torqueri. Sublimit. secundo, quoad hoc, vt iudex considerare debeat qualitatem passi, an sit pubes vel impubes, vel puerulus, qui faciles sunt ad subornandum, *Viu. in decis.157.* Limita secundò, vt dicto Pueri absque tortura stari non debeat, *Thess. Filius in decis. Rot. Taurinens. 25. part.2.* Quicquid tenuit *Rot. Catalon. teste Peguera in decision 85.* Et in Curia Archiepisc. Neapolitan. semper torquentur pueri etiam laici, & mulieres, quæ dicunt se stupratas, vt decisum assero *ego ipse in decis.80.* Limita tertiò, in crimine attentionis Sodomiæ, in quo dictum attentati non facit

cit indicium ad torturam, pulchrè *Rot.Pisan. in decis.*138. Limita quartò, in casu *Viu. in decis.*159. Limita quintò, quando non constaret de corpore delicti, putà de fractura de recenti,& vnica vice sequuta,dixi vnica vice, quia si esset reiterata tunc argueret vitium patientis, *Triuis.in dec* 12.*p.*2. Limita sextò, in impubere minore decem annorum asserente se subagitatum, quia tanquam deponenti inuerisimilia non est credendum;Nam quis sanæ mentis credere potuerit quòd Puer minor decem annorum subagitari potuerit, *Menal.in cons dec*is.7.*p*.2. Vbi ex his,& nonnullis aliis defendit quendam Religiosum de hoc crimine imputatum Obiter autem quæritur quænam sit pœna pueri sodomitati, ad quod vide pulchram *decis.Caualc.*13 *lib*.3.

COLLECT. 526.

Super Doctr.Iason. in l.2.C.de Iure Emphyteu.

HIc Iason vult quod Emphyteuta alienans irrequisito domino rem Emphyteuticam cum clausula saluo assensu domini nec aliter, nec alio modo, & posteà illo irrequisito possessionem tradit, cadit à Iure suo. Hunc locum ex decisionariis corroborant, *Gramm. in decis.*49.*de Franch. in decis.*167.*Mirad. in decision.*24. *Gasp. Thess.in decision.*35. *Iaffred.in decis.*29.& *Thessaur. in decis.* 169. Licèt contra virtutem huius clausulæ est *dec. Mar. Rot.Pis* 196. Et quid in alienante res Ecclesię cum Clausula,saluo assensu Papæ, nec aliter nec alio modo, & ante impetratum assensum tradit possessionem an incurrat in censuras, & pœnas contentas in extrauagant. *ambitiosè*, affirmat. refero decisum *ego ipse in dec. Cur. Archiepisc. Neapolit.*5. Assensus autem an ex longinquitate temporis præsumatur, videas *Rot.diuer. in decision.*179.*p*.2.

COLLECT. 527.

In l.nullus,ff.de legibus.

IN causa propria quis idoneus testis non est, hoc dicit. Ex quo infertur,& primò,quòd exculpatio facta in articulo mortis non prodest exculpato, quia in propria causa quasi deponere dicitur, *Mastrill in decis.*195. Infertur secundò, quòd non probat depositio testis habentis interesse super aliquo negotio,nisi eius cōmodo renunciasset, *Viu.in decis.*179. Infertur tertiò, quòd socius criminisnō potest de consociis interrogari, nisi in quibusdam casibus,de quibus *Peguer. in dec.*5. Sed hunc text.nostrum Limita primò, si concurrerent cum hoc testimonio de facto proprio aliquę bonæ coniecturæ,ex quibus confirmetur veritas ipsius *Valasc.in decis.*73. Limita secundò, in casu *de Benint. Rot. Bonon.in dec.*69 Pro coronide tamen animaduertas, quod in his præfatis casibus,& similibus vili testi non creditur, *Mart. Rot.Pisan.in dec.*118.

COLLECT. 528.

In l.pro hæreditariis, C.de hæreditariis actionibus.

HÆredes non insolidū, sed pro hæreditariis actionib. conueniri possunt, hoc dicit, cum quo,& *l.* 1. *ff.si cert.petat.* Quod limita & primò, fauore alimētorum, quia potest quilibet ex hæredibus, insolidum

conueniri, licèt secus sit in alimentis de præterito, *de Franch. in decis. 202.* Quæ decisio tibi deseruiet ad ornatum, *l. 3 ff. de alimentis legat.* Limita secundò, in actione hypothecaria, quæ competit insolidum contra vnum ex pluribus hæredibus, apud quem pars rei censualis repetitur, pulchrè *Gasp. Thess. in decis. 285. part. 2.* Sublimita in censu feudali, *Beer. in decis. 66. & Vm. in decis. 333.* Limita tertiò, in obligatione indiuidua, *Iaffred. in decis. 29.* Limita quarto, in anniuersariis, quæ relinquuntur Ecclesiæ pro defunctis, *Guid. Pap. in decis. 576.* Limita quinto, in pulcherrimo casu *Gaspar. Thessaur. in decis. 67. part. 2.*

COLLECT. 529.

Super l. liberorum, § fin. ff. de verbor. significat.

Filiorum appellatione, etiam filiæ fœminæ continentur, hoc dicit. Ex quo infertur primo, quòd exclusus à successione filij, dicitur etiam exclusus à successione filiæ *Mart. Rot. Pisan. in decis. 24.* Infertur secundo, ad statutum Fossani de filiis loquens, quia intelligitur etiam de filiabus, *Thessaur. in decis. 269.* Infertur tertio, quòd tutor datus filiis, filiabus quoque datus censetur, *Iaffred. in decis. 16.* Quam decisionem nota ad text. *in l. qui filiabus, ff. de testamentaria tutela.* Infertur quarto, ad pœnam *l. quisquis. C. ad legem Iul. Maiest.* loquentis de filiis, quia comprehendit quoque filias, pulchrè *Mart. Rot. Pisan. in decis. 56.* Infertur quinto, quòd Emphyteusis Ecclesiastica concessa pro se, & filiis intelligitur concessa etiam pro filiabus, pulchrè *de Franch. in decis. 30.*

COLLECT. 530.

Super cap. ad Apostolicam, de regularibus.

HIc vnus nullitatis professionis enumeratur casus, nempe, si intra annum probationis fieret, itaque decisum refert *Mohedan. in decis. 1. de Regularibus.* Verùm asserens professionem intra annum emissam esse nullam, aut Monasterium esse ordinis Mendicantium ad effectum inualidandi professionem id probare tenetur, *idem Mohedan. in decis. 3. eodem titul.* & in simili allegans se non esse professum probare debet, *Rot. diuers. in decis. 216. part. 2.* Nec in dubio professio præsumitur, *Puteus in decis. 108. lib. 1.* Secundò, pariter nulla censetur propter dementiam profitentis, pulchrè *Rot. diuers. in decisione 129. part. 1.* Quæ decisio tibi deseruiet ad ornatum *cap. sicut, il primo, de Regularibus.* Tertio, si fieret post patratum delictum effugiendi causa Iudicium seculare, *de Franch. in decis. 109.* Quarto, si fieret à laborante morbo Gallico, vel alio contagioso, illo tacito, intellige existenti Summi Pontificis rescripto, tunc enim non valet professio, *Sayr. in decis. 31. de Regularibus.* Quinto, si fieret in manibus carentis potestate incorporandi in Religionem, licèt secus in manibus alicuius specialiter ad hoc deputati, *Cappell. Tholos. in decis. 441.* Professio verò an possit per testes probari videnda est pulcherrima *decis. de Franch 483.* quæ in affirmat. decidit.

COLLECT. 531.

Super l. Deo nobis, in fin. C. de Episcop. & Cleric.

Text.

TExt. hic à DD. in quæstione illa, quòd mors ciuilis æquiparatur naturali communiter allegatur; quamuis communis scribentium Cantilena sit, vt non nisi casibus à Iure expressis, quam ego non sequor. Ex quo infertur primò, quòd *Clement. fin. de procuratorib.* locum sibi vendicat in vtraque morte, *Guid. Pap. in decis.* 547. Infertur secundo, quòd mors ciuilis, quæ oritur ex professione in aliqua Religione facta æquiparatur naturali, quando Monasterium non esset capax successionis, *Sesse Rot. Aragon. in decis.* 44. Infertur tertiò, quòd si à Patre duo fratres, tertio, si sine liberis decedat substituti fuerint, & substitutorum vnus perpetuò ad triremes condemnatur, fideicommissum integrum ad alterum, excluso condemnati Filio pertinet, pulchrè *Maynard. Rot. Tholos. in decis.* 80 *libro quinto.* Infertur quartò, quando condemnatus perpetuò ad triremes efficitur insuccessibilis, & mortuus, *Mastrill. Rot. Sicil. in decisione* 167. Infertur quintò, quòd vocatus in casu mortis alicuius admittitur, illo ingrediente in Religionem, & intellige post naturalem Monachi mortem, *Sesse Rot. Aragon. in decis.* 45. Infertur sextò, ad consuetudines Neapolitanas de morte loquentes, quia comprehendunt foriudicatum, *de Franch in decis.* 689. Infertur septimò, quòd quemadmodum mulieri competit repetitio dotis, mortuo marito, ita, & illo deportato, *Carrocc. in decis.* 121. Infertur octauò, quòd in fideicommissis mors naturalis eundem effectum habet, *Maynard. in decis.* 81 *lib.* 5. Infertur nono, in subdelegatione facta in casu longæ absentiæ, quia verificatur in casu mortis, *Rot. Aragon. in decis.* 57.

COLLECT. 533.

Super cap. cum in Iure Peritus, de officio delegati.

DElegato non creditur, nisi præsentatis literis suę delegationis hoc dicit, & iurisdictio ei non acquiritur nisi ex literarum præsentatione, *Rot. in decis.* 241. 487. *&* 459. *in antiq. &* 793. *in nou.* ante verò illarum præsentationem nullam habet Iurisdictionem, *Guid. Pap. in decis.* 285. Ex quo infertur primo, quòd executor debet esse certus de sua iurisdictione non quidem per exemplum, *Rot. in decis.* 459. *in antiq.* Infertur secundo, quòd citatus à delegato ante exhibitionem literarum nisi venerit, non efficitur contumax, *Ann. allegat.* 147. Infertur tertio, quòd delegatus tenetur mittere tenorem delegationis in citatione, *Mynsing. centur.* 3. *obseru.* 1. Cæterum limita primo supradicta, si non opponatur, omnia enim acta ante literarum præsentationem facta valent, *Iaffred. in decis.* 32. Limita secundò, in exequutore, qui potest conferre antequam sint præsentatæ literæ, secundùm *Bellamer. in decis.* 359. etsi contrarium tenuit *Rot. in decis.* 455 *in nou.* Limita tertiò, quoad validitatem translationis pensionis factam coram Iudice, in quo erant insertæ literæ potestatis translationis pensionis, licèt non fuerint exhibitæ originales literæ, *Achill. de Graff. in decis.* 1. *de officio delegati.* Vnum tandem ad hanc materiam pertinens nota, quòd citatio delegati, in qua non fuit insertum originale rescriptum non est potestas ad declarandum illum qui in canonem excommunicationis inciderit, *Ann. allegat.* 24. ita decisum asserens.

COLLECT. 538.

Super Authen. ad hæc, Cod. de fide instrument.

SCripturæ ex Archiuio desumptæ plenam faciunt probationem, hoc dicit. Quod amplia procedere etiam in Archiuio Monasterij, *Valas. in decis.* 10. Verùm limita primò, vt Archiuium non probet extra territorium, & personas non subditas, *Verall. in decis.* 42. *par.* 1. Sublimita hoc quinque modis per *Sess. Rot. Aragon. in decis.* 2. Limita secundò, si scriptura ex Archiuio non contineret Notarij subscriptionem, *Caputaqu. in decis.* 41. *part.* 1. Limita tertio, si in eo reperiantur scripturæ non authenticæ, tunc enim authoritas Archiuij non suffragatur, *Iaffred. in decision.* 17. Sublimita in sumpto ex Regesto Bullarum, quia in Iudicio fidem facit, *Crescent. in decision.* 2. *de fide instrumentorum.*

COLLECT. 534.

Super l. si Titius, ff. de verborum obligationibus.

MAt. sponsionis, seu (vt vulgò dici solet) scommessæ hîc tractatur, cum quo super illarum prohibitione, extat *Bulla Gregorij XIII.* & in Regno adest *Pragmat.* Fuit igitur primò dubitatum num conuentio facta super sententia certo modo ferenda valeat, negat. decidit *Gaspar. Thessau. in decis.* 19 Fuit, & secundò, dubitatum num conuentio sub aliquo futuro conditionis euentu valeat, affirmat. decidit *de Franch. in decis.* 113. Tertiò, num conuentio inter socerum, & generum super successione dotis vxoris prægnantis, ad vltimum mortis statum permanentis, per modum donationis, quæ patiens moritur, & post eius mortem octimestris natus vixit per 28. dies, valeat *Mart. in affir. Rot. Pisan. decidisse testatur in dec.* 55.

COLLECT. 535.

Super c. cum locum de sponsalibus.

MAtrimonium metu contractū non valet, hoc dicit, quod limita per superuenientem cohabitationem, quæ metum purgat præcedentem, *Maynar. in dec.* 16. *lib.* 1. quam nota ad *text. in cap. ad id quod eod. tit.* Sublimita durante causa metus, *Rot. Pisan. in decision* 64. vbi ponit casum; Metus autem viro illatus an sufficiat ad rescindendum matrimonium, affirmatiuè, *Truis. in decis.* 63.

COLLECT. 536.

Super l. generaliter, C. de secundis nuptiis.

NOta quod ista l. habet locum etiam quando fuerunt contractæ incestuosæ nuptiæ, & ratio videtur esse, quia non debet esse melioris conditionis ille, qui incestuosas nuptias contraxit, illo qui legitimas nuptias celebrauit, *Verall. in decision.* 154. *part.* 2.

COLLECT. 537.

Super l. non eo minus, C. de Procuratoribus.

NOta quod ista lex nō habet locum in infante, & ratio est quia cum eo non est iudicium cùm careat omni sensu, & propterea neque in iudi-

iudicio esse potest, ita decisum refert *Verall. in decis. 153. p. 2.*

COLLECT. 538.

Super l. non fine, C. de bonis, quæ liberis.

DIcta de vxore, in sponsa locum sibi vendicant, hoc dicit. Ex quo infertur primò, quod beneficiũ *Authent. præsente, Cod. vnde vir, & vxor,* quemadmodum locum habet in vxore, ita pariter in sponsa, licèt contrà *Maynard. in decis. Rot. Tholos. 96. li. 3.* Infertur secundò, quod pœna intra annum luctus nubentium, etiam in sponsa per verba de præsenti locum habet, *idem Maynard. in dec. 96. eod. lib.* Infertur tertiò, quod vti duas accipiens vxores contrahit infamiam, ita & duas sponsas, *Iaffred. in decis. 21.* Infertur quartò, quod pœna *l. vnic. C. de raptu Virginum,* extenditur etiam contra rapientem sponsam alterius, *Sesse Rot. Aragon. in decis. 95.* Infertur quintò, quod sponsalia liberè contracta, & adinuicem per partes Iuramento firmata necessitant ad palàm contrahendum, *Triuis. in decis. 9.* Infertur sextò, quod sponso per verba de futuro competat ius accusandi necè sponsæ suæ, *idem Triuis. Rot. Ven. in dec. 15.* licèt postmodum ad fisci instantiam processisse dicat; verùm hoc limita in matre tutrice, quæ transiit ad secunda vota, siquidem propter hoc à tutela remouetur; Sed hoc non procedit in sponsa, *Afflict. in decis. 357.*

COLLECT. 539.

Super c. cum causa, de raptoribus.

RAptus non dicitur vbi volens pro matrimonio abducitur, & ita decisum refert *Fran. Marc. in dec. 2. part. 1.* Limita si essent inæquales ad matrimonium contrahendum, *Mar. Rot. Pisan. in decis. 19.* Secundò non dicitur raptor, quem virgo vltrò sequitur, quamuis eam stupret, *Sayr. in decis. 2. de raptoribus.* Tertiò absque violentia, verùm si preces, ac persuasiones præcesserint dicitur Raptus, *Sesse Rot. Aragon. in decision. 94.* Datio autem munerum num violentiæ locum obtineat, affirmat *Sayr. in decis. 2 eod. tit.* Et num huius nostri tex. dispositio procedat necesse sit, vt verè sequatur contractus matrimonij decidit affirmatiuè, *Sesse Rot. Arag. in dec. 96.* Et ex quibus causis pœna raptus veniat minoranda, Vide *eundem in decision. 97.*

COLLECT. 540.

STatuit hîc Sancta Synodus, vt Clericus in minoribus constitutus non gaudeat priuilegio fori nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum deferens alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiat, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua schola, vel vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versetur; Sed cùm beneficiorum appellatione veniant nõnulla, propter quæ Clericus etiam fori priuilegio gaudeat, ideò ea per viam Ampliationis hîc ponere mihi peroptimè visum est, Et primò amplia, vt eo gaudeat habens pensionem, cùm beneficij appellatione veniat, *Crescent. in decis. 14. de senten. & re iudicat.* Amplia secundò, in habente fratantiam, cùm beneficium etiam dicatur, & ita in *Curia Archiepisc. Neapol.* decisum fuisse refert ego ipse *in decis. 7.* Am-

plia tertio, in obtinente præstimonium in titulum beneficij dati solitum, *Crescent. in decis. 8. de concess. prab. Gamm. in decis. 21.* Amplia quarto, in præceptoria Sancti Ioannis Hierosolymitani in Clerico ex gratia collata, *Achill. de Grass. in decis. 9. de praben.* Amplia quinto, in beneficio manuali, *idem in decis. 8. eod. tit.* Amplia sextò in habente beneficij titulum, atque possessionem, si vero solum haberet titulum aliter dicendum, *Mastrill. in decis. 113.* Limita hoc, nisi possessionem non fuisset adeptus propter intrusum, contra quem litem agit, vt declarauit sacra congregatio: Amplia septimo, in obtinente Hospitale, siquidem hospitale quando datur in titulum, etiam Ecclesiasticum beneficium dicitur, *Sayr. in decis. 1. de Religiosis domibus*, quam not. ad text. *in clem. per literas, de concess. prabend.* Amplia octauo & vltimo etiam si beneficium esset modici valoris, ita decisum refero *ego ipse in d. decis. citata.*

COLLECT. 541.

Super L. illicitas, §. ne potentiores, ff. de officio præsidis.

NOn alibi melius, quam hic sedet mat. cautionis de non offendendo, ideo super ea nota sex limitat. decisas, in quibus à fideiussore pœna ruptæ pacis exigi non potest: Et prima est quando offensio esset verbalis in alterius personam, quam ex promittentibus, *Barz. Rot. Bonon. in decis. 131.* Secunda, est in prouocato qui potest impunè prouocantem offendere etiam absque incursu pœnæ de non offendendo, ac pacis ruptæ, *idem Cæsar Barz. in decis. 133.* Tertia est, si ex noua causa subsequeretur offensio, cautio enim hæc est stricti Iuris, & non extenditur ad nouam causam, *de Beninten. in decis. Rot. Bonon. 65.* Quarto, non censetur rupta pax, & per consequens eius exigi pœna non potest per illa verba, *tu, è chi vuol dire che io habbi detto tal parole si mente per la gola, & lo sosteneró con l'arme, Caualc. in decis. 19 lib. 5.* Quinta est, quando Pax non esset ratificata, quia tunc fideiussor non tenetur, quoniam tunc incipit obligari, cum sequuta est ratificatio, *idem Caualcan. in d. decis. 22. eod. lib.* Sexta & vltima causa est in eo, qui carnaliter mulierem eius, cui promissa est fideiussio, cognouerit, *Robert. rer. iudicat. lib. 2. decis. 26.*

COLLECT. 542.

Super gloss. in cap. fin. in verbo tertium, de milite Vassal.

TRina monitio requiritur quando tractatur de priuãdo quempiam iure suo, hoc dicit. Quod limita primo, in Principe, quia sufficit vnica monitio, siue interpellatio ipsius ad priuandum Vassallum feudo, *Garz. in decis. 54.* Limita secundò, in casu *Mohedan. in decis. 2. de dolo & contumacia.*

COLLECT. 543.

Super l. in eos, ff. de custodia reorum.

TEntans à carceribus aufugere puniri debet, hoc dicit, pœna autem est arbitraria, vt fuit decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana *teste me ipso in decisione 50.* Vbi fuerunt condemnati ad remigandum per decennium in triremibus quidam carcerati pro sola tentata & non perfecta fractura. Quod amplia procedere

cedere etiam in eo, qui attentauit eximere aliquem à carceribus *de Amat. Rot. March. in decis.* 103. Et de pœna eximentium à carceribus, vide *eundem in decis.* 104. Nunc verò limita text. nostrum non procedere quando tentans non esset conuictus, tunc enim mitiori puniri debet pœna, vt (me Iudice) fuit decisum in eadem Curia *Ego ipse in decis.* 40. vbi condemnauimus in exilium per annũ quendam qui per vnum testem de visu imputabatur de fractura carceris.

COLLECT. 544.

Super Bulla Sixti V. de non receptandis Bannitis.

PRohibet hîc Summus Pontifex sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ipso facto incurrenda bannitorum receptionem, de qua re extant aliæ *Bullæ*, præsertim *Gregorij XIII.* quæ incipit *tanta, folio* 1294. *in Bullario, & Sisti V.* quæ incipit *hoc nostrum, folio* 18. Tu verò illas limita, & primò quando bannitus appellauit à banno, durante enim tempore appellationis non dicitur bannitus, ac deinde receptari poterit, quemadmodum nec occidi; *Vin. in decis.* 334. Limita secundò, vbi Banniti receptati essent coniuncti, seu affines receptantibus, *Gramm. in decis.* 28. & ratio esse poterit, quia prohibitio receptationis non comprehendit coniunctos, *Iaffred. in decis.* 15. quam not. ad *l.* 1. *&* 2. *ff. de receptatoribus*; Limita tertiò, vt non incurrant in præfatam censuram ij qui dictos bannitos quoad victum adiuuent in extrema necessitate, *Sayr. in decis.* 57. 58. *&* 59. *de sententia excommunicationis*, quas decisiones nota ad ampliationem text. *in cap. licèt, de feriis*; Limita quartò, vt nec pariter comprehendat illos, qui per ignorantiam receptauerint aliquos nescientes eos esse bannitos, *Thoming in decisione* 29. *libro primo.* quam nota ad ampliationem text. *in cap. ignorantia, de regulis iuris.* Limita quintò, in dubitante quem esse famosum bannitum, *Sayr. in decisione* 54. *de sententia excommunicationis*; Limita sextò, vt Præfatæ Bullæ comprehendant tantum illos, qui directè, vel indirectè bannitos adiuuant quoad delicta, quæ exercent, non autem illos qui neque directè eos, vt tales adiuuant, *idem Sayr. in decisione* 53. *eod. tit.* Limita septimò, quoties huiusmodi receptatio à personis Ecclesiasticis esset coactè, & non voluntariè facta propter violentiam bannitorum, adeò vt non possent illos expellere absque sui periculo, *Camer. Imper. in verb. bannitos*; Limita octauò, in receptantibus bannitos animo exhibendi Curiæ, *Iaffred. in decis.* 25.

COLLECT. 545.

In l. quicquid adstringenda, ff. de verb. obligat.

EXtensio regulariter prohibetur, hoc dicit, Ex quo infertur primo, *ad decisionem Garz.* 20. vbi mandatum de prouidendo alicui de beneficio in aliqua Ecclesia Ciuitatis puta Neap. non se extendit ad Cappellaniam Maioris Ecclesiæ Cathedralis dictæ Ciuitatis; Infertur secundò, ad *decis. Rot.* 1. *de filiis presbyterorum.* vbi extensio non habet locum in dispensatione; Infertur tertio, ad *decis. Garz.* 22. vbi facultas alicui Prælato concessa ad beneficia, & præ-

ſtimonia non extenditur ad dignitates, niſi apponatur dictio, & ad alia quæcumque; Infertur quartò, ad *dec. eiuſdem* 24. vbi prohibitio alienationis facta per teſtatores inter hæredes non extenditur ad bona poſtea quęſita; Infertur quintò, *ad deciſionem Leffred.* 506. vbi extenſio ceſſat in renũciatione, vnde renunciatio Velleiani per mulierem facta etiam cum Iuramento non extenditur ad beneficium Authent. *ſi qua mulier. C. ad Velleianum*; Infertur ſextò, ad *deciſ. eiuſdem Garz.* 37. vbi aſſenſus præſtitus ſuper vẽditione feudalium facienda non extenditur ad venditionem per prius factam; Infertur ſeptimò, ad *deciſ. eiuſdem Garz.* 56. vbi gratia facta per (Bonæ memoriæ) Regem Catholicum huius Regni mulieribus Neapolitanis præſtando aſſenſum ſuper obligatione bonorum feudalium maritorum circa reſtitutionem eatũ dotium cum antefatis non extenditur ad ſubfeuda, quæ à Barone tenẽtur immediatè, & in capite; Infertur octauò, ad *deciſ Maynard.* 90. *lib* 2. vbi aſſenſus præſtitus à Rege ſuper obligatione bonorum non extenditur ad bona feudalia futura. Infertur nonò, ad *deciſionem Garz.* 66. vbi procurator conſtitutus, vt poſſit agere cõtra omnem perſonam, non extenditur, vt agere valeat contra vniuerſitatem; Infertur decimò, ad *deci. eiuſdem Garz.* 71. vbi facultas conceſſa marito à lege, vt valeat vxorem in adulterio deprehenſam occidere non extenditur vt poſſit ſecum adhibere ſocios; Infertur vndecimò, ad *deciſionem Conſ Ann.* 119. *volum.* 2. vbi ſententia non extenditur cùm ſit ſtricti iuris, & in ea locum non habet argumentum à contrario ſenſu; Infertur duodecimò, ad *deciſ. Garz.* 73. vbi diſpoſitio cap. Regni præſumptuosè de feudo loquens non extenditur ad ſubfeuda; Infertur decimotertiò, ad *deciſion. eiuſdem* 81. vbi diſpoſitio cap. *quanquam, de vſuris.* prohibens vſurarium manifeſtum ſine cautione de vſuris reſtituendis teſtatori nõ extenditur ad donationem cauſa mortis. Infertur decimoquartò ad *deciſ. Rot. diuerſorum* 30. *par.* 2. vbi renunciatio non extenditur cùm ſit ſtricti Iuris, in qua non veniunt niſi expreſſa. Infertur decimoquintò, ad *deciſ. Garz.* 97. vbi licentia alicui conceſſa de intrando monaſterium non extenditur vltra vnam vicem, quam not. ad ampliationem *l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verbor. ſignificat.* Infertur decimòſextò, ad *deciſio. Rot. diuerſ.* 8. *part.* 2. vbi mandatum non extenditur cùm ſit ſtricti iuris.

Collect. 546.

Super l. ſi ita. ff. de auro legato.

VErba teſtatoris debent referri ad tempus teſtamenti, hoc dicit, Ex quo Infertur primò, quòd prohibitio facta per teſtatorem inter hæredes de non alienando bona extra familiam non habet locum in bonis poſteà quæſitis, putà titulo emptionis, *Garz. in deciſ.* 24. Infertur ſecũdò, quòd liberatio per teſtatorem ſuis debitorib. relicta intelligitur ad debita tempore teſtamenti exiſtẽtia tantùm, *Coler. in deciſ.* 91. Quam not. ad ornatum *l. Aurelio. §. fin ff. de liberatione legata*; Infertur tertiò, quòd vſufructu bonorum legato non veniunt bona poſt teſtamentum quæſita, pulchrè *Theſſ. in deciſ.* 168. Infertur quartò, quòd ſi teſtator legauit domum pro conſtruendo hoſpitali ſi con-

si contigerit illam alienare non extenditur legatum ad aliam domum per ipsum emptam, *Iaffr. d. in dec.* 22. Nunc verò limità *reg. tex. nostri*, & primò non procedere quando legatum est factum coniunctæ personæ tunc enim ratione coniunctionis attendi debet tempus mortis, non autem testamenti, pulchrè ac notabiliter *Ioseph. Lud. in decis. Perus.* 61. Limita secundò, quando contrarium colligeretur ex mente testatoris, *Monald. in cons. dec.* 25. Et colligitur etiam ex verbis eiusdem text. nostri ibi (si aliud comprehensum non esset.) Limita tertiò, quando legatum esset factum vxori non quidem simplex, sed in recompensationem suarum dotium, tunc enim ex quo legatum non est gratuitum, debet latè interpretari, vt etiam comprehēdatur tempus mortis, *Garz. in decisione* 13.

COLLECT. 547.

Super l. Cicero, ff. de pœnis.

SEdet hîc materia assassinij, apud vero Canonistas optimè in *c. pro humani de homicidio*, in quo latè scripsi, sed ad hunc text. not. decisa priuilegia huius criminis, Et primum, quia committens homicidium cum qualitate assassinij non gaudet Ecclesiæ immunitate, *Peguer. in dec.* 54. Quam opinionem nonnulla Tribunalia tenuerunt, prout Tholosæ, vt testatur *Capp. Tholos. in decis.* 229. vbi pariter declarat quis propriè dicatur assassinus ad interpretationem *tex. in cap. 1. de homicidio in* 6. Lipsiæ, vt refert *Thoming. in decis.* 122. *par.* 2. Florentiæ, vt testatur *Caual. in decision.* 13. *p.* 5. Lituaniæ, vt refert *Ruiz. eiusdem Rot. Senator. in decis.* 49. *num.* 35. Et num hæc eadem conclusio procedat pariter in committente homicidium proditorium, decidit eadem *Rot. Catalon. penes Peguer. in decis.* 50. homicida autem proditorius quis dicatur, vide *de Franch. in decis.* 713. Secundum Priuilegium, quia Clericus assassinus potest à Iudice seculari puniri, *Cap. in dec.* 112. quam not ad limitationem *text. in c. si diligenti de foro competenti*, & vide etiam *decisi. Boerij* 197. Tertium Priuilegium, quia in crimine assassinij punitur affectus, effectu non sequuto, *Capyc. in decis.* 155. vbi plenissimè assassinij materiam pertractat, quam etiam nota ad limitat. *text. in l.* 1. §. *hæc verba ff. quod quisq; iuris.* Quartum Priuilegium, quia dispensandi facultas super irregularitate generaliter concessa superioribus alicuius congregationis ad bigamiam, & assassinium non extenditur, *Sayr. in decision.* 1. *de homicidio.* Quintum Priuilegium, quia dispositio *c. pro humani*, locum obtinet tam in mandante, quam mandatario, *Triu. in d. cis. Rot. Venet.* 18. *par.* 2.

COLLECT. 548.

Super l. de alimentis. C. de transact.

HIc habetur differentia inter alimenta de præterito, & de futuro, vt scilicet in illis cadat transactio, in istis vero nequaquam, & ita decisum refert *Maynard. in decis.* 91. *part.* 2. Nunc tu adde secundam differentiam, quia alimenta de futuro semper debentur, de præterito vero non ita, quia illa tantùm peti possunt, quæ actionis Iure, & non quæ ex officio tantùm Iudicis, *Fab. in decision.* 2. *Cod. de actionibus & obligationibus.* Adde tertiam quia alimenta

præterita officio Judicis debita, & non petita non debentur, nisi æs alienum Alimentarius contraxerit, secùs in futuris, *Afflict. in decis.* 10. *in fin.* hinc fit, quod alimenta debita post litem motam iudicantur, vt alimenta futura, & propterea non comprehenduntur sub prefata dispositione, *de Franch. in decis.* 605. Adde quartam, quia pro alimentis de futuro potest quilibet ex hæredibus insolidum conueniri, secus pro alimẽtis de præterito, quia tunc non, nisi pro hæreditariis portionibus, *de Franch. in decis.* 203. quam not. ad ampliationem *l.* 3. *ff. de alimentis legatis.* Adde quintam, quia omnis fauor alimentorum versatur in futuris, in præteritis verò cessat, *Iaffred. in decision.* 29. Adde sextam, quia alimenta præterita non debentur mulieri durante anno luctus, cùm pro illorum præstatione non interpellasset hæredem, secùs in futuris, *Thess. in dec.* 44. quam nota ad tradita per DD. in *l. diuortio, ff. solu. matrim.* Adde septimã, de qua per *Ioseph. Ludou. in decis. Perus.* 102. vbi quoque ponit differẽtiam inter alimenta, debita iure actionis, & officio Iudicis.

Collect. 549.

Super c. nemo, vbi Io. Andr. de simonia.

Dicta in foro pœnitentiali non probant in foro iudiciali, hoc dicit. Ex quo infertur, quod Sacerdos confessarius potest de licentia confitentis, confessionem ipsam in iudicio reuelare, & in actis publicare, tamen non probat, ita *Triuis. in decis.* 3. *Rot. Venet.* Limita nunc, & primò in pœnitente, cui creditur contra confessarium si dicat reuelare suam confessionem absq; licentia, *Fab. in decis.* 13. *C de Episc. & Cler.* Limita secundò, vt pariter dictum pœnitentis faciat indicium ad torturam contra confessarium, vt fuit decisum in *Curia Archiepisc. Neapol. (teste me ipso in dec.* 79.) vbi fuit suspensus à cura per annum quidam Parochus, qui fuit inquisitus quod mulieres tentauerat ad turpia in actu confessionis, cõtra quem plures ex eis deponebant se fuisse tactu & signis tentatas. Limita tertio in casu *in d. c. Cresc.* 14. *de probationibus,* vbi fuit dictum, quod absolutio etiam in foro contempto ad effectum validitatis gratiæ, probatur per solum Pœnitentiarium.

Collect. 550.

Super c. 1. §. filia, de success. feud.

Filia fœmina non succedit in feudo, hoc dicit. Quod amplia primo, procedere etiam in feudo nouo, in cuius inuestitura esset dictum pro se, suisque hæredibus, verbum enim hæres ad solos masculos pertinet, *Mynsing. cent.* 5. *obseru.* 72. Amplia secundò quoque in Feudo francho, in quo nullum seruitium est exhibendum, *Mob. d. in decis.* 5 *in titul. de feudo,* & quod dicatur feudum franchum, ponit *Osasch. in decis.* 163. non dicitur franchum, quando in eo seruitium præstatur, *idem Osasch. in decis.* 127 feudúmque franchum non continetur in Iuramento fidelitatis, *Rot. diuers in decis.* 41. *par.* 1. Amplia tertiò, vt neque fœmina valeat succedere in feudo hæreditario antiquo, existentibus agnatis non hæredibus, licet fœmina sit hæres, quia sufficit agnatos fuisse primi acquirentis hæredes, *Mobed. in decis.* 2. *eod. tit. suprà citat.* siquidem in succes-

successione feudi antiqui sufficit quē fuisse hæredem primi inuestiti, *idem in decis. 7. eod. tit* Amplia quartò etiam in feudo empto, in quo (masculis deficientibus) filia fœmina non succedit, *Mynsinger. cent 5. obseru. 73.* Verùm nunc hoc limita, quando feudum esset pro hæredibus masculis, & fœminis quæsitum: Illis enim deficientibus, ad fœminas deuoluitur, pulchrè *idem Mynsing. cent. 5. obseru. 73.*

COLLECT. 551.

Super Auth. cessante, C. de legit. hæredib.

SEdet in præsenti Auth. mat. successionis in stirpes, atque in capite, & hoc dicit, nepotes quando cum Patruo concurrunt, succedunt in stirpes, non autem in capita, & ita *Rot. Rom.* decidisse testatur *Farinac. in decis.* 416. quod amplia etiam si Patruus cum quo concurrunt, filios haberet, *ead. Rot. in decis.* 440. Filij verò fratrum defunctorum succedunt in capita, *ead. Rot. in decis.* 394. quod secùs esset existente patruo (vt suprà dixi) estque *decis. Fabri 1. C. de legitim hæredibus*, Quod ampliatur procedere etiā in testamentaria dispositione, quando ex testamento ad hæreditatem plures concurrunt, *Thess.* qui ponit etiam exemplum, *in decis.* 161. etiam ampliatur hæc regula quoties Nepotes fuerint substituti nominibus propriis expressis cum fratre testatoris, quia omnes dicti substituti succedunt in capita, pulchrè *Afflict. in decision.* 309.

COLLECT. 552.

Super Rub. ff. ad l. Corneliam de falsis.

SOlent in hac Rob. DD. subornationis, seu instructionis testium mat. tractare. Et propterea circa eam fuit primo dubitatū num ista qualitas instructionis, & subornationis aliorum testium repellat instructorem à testimonio, decisum affirmatiuè, *Mart. Rot. Pisan. in decis.* 117. Dubitatum secundo, an dicta qualitas probetur per testes de auditu, affirmatiuè, *Puteus in decis.* 476. *lib* 2. Tertiò num testes subornari probēt, decid. negatiuè, *Rot. in decis.* 234. vbi ponit, ex quibus dicantur subornati. Quartò, & vltimo dubitatum fuit, quæ sit pœna testium subornatorum, *Gaspar. Thessau. in decis. 15. part. 1.* falsitatis decisum refert.

COLLECT. 553.

Super Bulla Pij V. super Priuilegio fabricæ Sancti Petri.

DIsposuit Sanctissimus Pontifex, per præsentem Bullam, quod medietas relictorum Piorum per trienniuum non exactorum applicetur Reuerendę Fabricæ Sancti Petri. Cuius occasione congruum mihi visum fuit referre, quę dicantur legata, seu relicta pia, & sic in eis locum habeat huius Fabricæ Beneficium. Et dicas primò, quod relictum confessario dicitur pium, *Aymon. Fab. in decis.* 38. *Cod. de Sacrosanctis Eccl. fin.* Secundo legatum consanguineo Pauperi pro anima, *Carrocc. in decis.* 123. Tertiò legatum Puellæ pro dote in necessitate constitutæ, *Bocr. in dec.* 94. Quarto relictum pro incertis, & malè ablatis, *Carroc. in decis.* 7. Quinto legatum pro imagine alicuius Sancti depingenda, *Laffred. in decision.* 21. Sexto relictum, de quo per *de Franch.*

in decis. 565. Septimo legatum pro monasterio construendo, *Farinacc. in dec.* 126. Octauo relictum Piis locis, *Cesar de Graff in decis.* 5. *de testamentis.* Nonò,& vltimò legatum pro anima testatoris dicitur etiam pium, *Maynard. in decis.* 91. *lib.* 3.

COLLECT. 554.

Super c. nobis, de iurepatron.

CVm hoc c. duo contineat capita, & quia de primo superius dictum est, nunc de secundo videre proposui, & hoc dicit, Patronus ad inopiam vergens ab Ecclesia est alimentandus, Verùm amplia hoc, & primo etiam si ius patronatus alteri donauerit, *Mart. Rot. Pisan. in dec.* 41. Amplia secundò, vt Ecclesia ex iure gratitudinis patronum indigentem alere teneatur, *Cassad. in decis.* 3. *de iure patronatus*; Amplia tertiò, vt ius istud alimentandi transeat ad quemcumque transit ius patronatus, *Puteus in decis.* 90. *lib.* 2. Nunc verò limita, vt patronus inops veniat alimentandus pro statu nobilitatis, quapropter si ex arte, quam nouit, & bonis suis potest se alere, non tenetur Ecclesia eum alimentare pro nobilitatis statu, pulchrè *Rot.* (*teste Farinac.*) *in decis.* 594.

COLLECT. 555.

Super c. laudabilem, de frigidis, & maleficiatis.

SI de impotentia coeundi constet, statim matrimonium separatur, aliàs cohabitabunt coiuges per triennium, hoc dicit, & ita decisum, *Rot. collect. à Farinac. in decis.* 284. 273. 281. *Cappell. Tholos. in decis.* 350. *Farinac. in dec.* 129. Ex quo infertur, quod spadones, qui virgam erigere possunt, & semen intra vas dimittere possunt, matrimonium cōtrahere possunt, secùs verò si virgā arrigere nequeunt, & semen intra vas eiicere, vt decidit *Sayr. in decis.* 3. *de frig. dis, & maleficiatis.* Nunc verò amplia text. & primò, vt separatus ab vxore ob coeundi impotentiam possit ad sacros ordines promoueri, *idem Sayr. in decis.* 2. *eod. titul.* Amplia secundò, vt diuortium ob coeundi impotentiam ante triennalem cohabitationem fieri nequeat & matrimonium cum secundo ante factum non valeat, *idem Sayr. in decis.* 1. *eod. tit.* Amplia tertiò, vt vitio frigiditatis, & impotentiæ non probato, & altero coniuge negante, seruanda sit huius text. nostri dispositio, quæ exigit, vt à principio impotentia sit apparens, *Rot. collect. à Farinac. in dec.* 266. Amplia quartò, vt impotentia coeundi sit impedimentum etiam dirimens matrimonium, *Sayr. in dec.* 4. *eod. tit.* Amplia quinto, vt separato matrimonio ob impotentiam veniunt restituenda iocalia, cæteráque donata per sponsum, eiúsque consanguineos, *Caualc. in decis.* 18. Limita modò, & primò, quando orta controuersia super impotentia maritus confiteretur adulterium, tunc enim matrimonium separare nequit, *Rot. collect. à Farinac. in decision.* 276. Limita secundò, vt credatur viro afferenti se cognouisse vxorem licèt ipsa contradicat, *Rot. in decis.* 281.

COLLECT. 556.

Super l. pro herede, §. Papinianus, ff. de acquirend. hereditate.

Quando

QVando aliquid fieri non poteſt citra nomen, & ius hæredis, illud faciens hæreditatem adire cenſetur, hoc dicit. Ex quo infertur primò, quod poſſidens bona hæreditaria, ſi habilis ad ſuccedendum ſit, cenſetur hæreditatem adire, *Faber in decis. 1. de repudiand. hæreditate.* Infertur ſecundo, ad ſoluentem hæreditatis debitum, qui pariter adire cenſetur, *Maynard. in decis. 23. lib. 2.* Infertur tertio, quòd ille qui hæreditatem aut portionem hæreditariam alteri ceſſit, poteſt à creditoribus hæreditariis tanquam hæres conueniri, *Anton. Fab. in decis. 10. Cod. de iure deliberand.* Infertur quartò, quod in dubio præſumitur aditio, *idem Faber in decis. 3. Cod. de repudiand. hæredit.* Abſtentio enim ſeu repudiatio non inducitur niſi verbis expreſſis, *idem Faber in decisione decimaoctaua, Cod. eodem titulo.* Infertur quintò, quod adire cenſetur quis hæreditatem adimplendo factum defuncti: Id verò citra nomen & hæredis ius fieri minime poterit, pulchrè *Rot. Collectan. à Farinac. in decis. 393.* Infertur ſexto, quod habens mandatum præſumptum ad explicandos illos actus, qui fieri non poſſunt citra nomen, & ius hæredis hæreditatem adire cenſetur, eadem *Rot. in decis. 344.* Sed non cenſetur adire per ſolam inuentarij confectionem, *Franc. Marc. in decis. 29. part. 1.* Item neque per venditionem rerum hæreditariarum, præſertim ſi hæreditas eſſet damnoſa, *de Franch. in decisione vigeſimaoctaua.* Item non inducitur aditio per quemcunque actum, exiſtēte proteſtatione per hæredem inſtitutum facta, *Verall. in decision. 64. part. 1.* Item filius poſſidens bona paterna pro matris dote, *Faber in decisione nona, Cod. de repudiand. hæred.* Item ex ſola aduerſarij confeſſione hæreditas adita non cenſetur, *idem Faber in decis. 7. eod. tit.* Item nec per querelam de expilata hæreditate, *idem Faber in decis. 14. eod. tit.* Item nec per venditionem bonorum, *Mart. Rot. Piſan. in decis. 133* Duo tamen pro huius materiæ ornamento nota, & primò, quod quando actus ab eo, qui hæres eſſe potuit habet reſpectum ad proprium factum, & ad hæreditarium, tunc ipſo dubio nomine proprio factum cenſetur, *Rot. diuerſ. in decis. 365. part. 1.* Secundò & vltimò nota, quod hæreditatis aditio probatur verbis enunciatiuis, *eadem Rot. in decis. 362. part. 1.*

COLLECT. 557.

Super §. mitiores, in Authent. de nuptiis.

PRopter mariti ſæuitiam matrimonium quoad thorum ſeparari poteſt, hoc dicit: Quod amplia primò, ſiue agatur de ſola verborum ſæuitia, ſiue etiam verborum ob capitale viri odium, & vitæ inſidias *Rodriquez in decis. 32.* Amplia ſecundò, etiam ſi mulier ſui culpa in tale inciderit odium, *Triuiſan. in decis. 45.* Amplia tertiò, etiam ſi maritus cautionem de non offendendo mulierem præſtare vellet, *Franc. Marc. in decis. 738 part. 2.* quam not. ad limitationem text. *in cap. tranſmiſſa, & cap. literas, de reſtitutione ſpoliatorum.* Amplia quartò, vt matrimonio ob ſæuitiam ſeparato dos ſit reſtituenda, *de Franch. in decis. 144.* Amplia quintò, vt pariter teneatur maritus ſæuus præſtare alimēta vxori extra domum habitanti, *Peguer. in decis. 10.* Amplia ſextò, vt veniat pariter reſtituenda donatio propter nuptias, *Theſſaur. in*

*decis.*139. Amplia septimò, vt ad restitutionem paraphernalium teneatur, *Rot. Rom. collect. à Farinac. in decis.* 279. Amplia octauò, vt sæuitia viri perpetuo duratura causam dat diuortio perpetuo, *Sayr. in decisione 4 in tit. de diuortiis*; Pro coronide tamen nota quod vt sit sufficiens sæuitia ad matrimonium separandum Judicis relinquitur arbitrio, vt *Rot. Rom. collect. à Farinac.* testatur decisum *in decis.* 178.

COLLECT. 558.

Super Concil. Trident. sess. 22. can. 6.

DEcreuit hîc Sancta Synodus Episcopum tanquam Sedis Apostolicæ delegatum posse vltimas defunctorum voluntates commutare, de qua materia habetur de iure ciuili, *in l. legatum, ff. de administratione ciuitatis, de iure Canon. in clement. quia contingit, de religiosis domibus*. Sed non recedendo à verbis Concilij inter iustas causas connumeratur prima, si vsus legatus non potest impleri, tunc enim Episcopus poterit commutare quæcunque legata pia in alios pios vsus, ita pulchrè decidit *Guid Pap. in decis.* 556. Secunda causa est, quando testatoris voluntas nondum executa fuit, quia illam nedum Episcopus, verumetiam eius Vicarius alterare potest, *Rot. diuers. in decis.* 1522. *lib.* 3. Tertia causa, quando pecunia legata ad illum vsum non sufficeret, quia in alium vsum conuerti potest, *Kopp. in decis.* 91. Quarta inter causas etiam iustas hæc connumerari potest, scilicet, vt Episcopus pro vna vice tantum possit de consensu Patroni ad iuspatronat. non habentem requisita per fundatorem adiecta instituere *Crescent in decis. 7. de iurepatronat.* Licèt hæc decisio hodie non procedat, quia *Concil. Trident. sess. 25. can. 5. de reform.* totum contrarium statuit, dicens Episcopum non posse tollere qualitates in beneficiorum fundatione appositas, nec etiam de consensu Patroni, vt etiam censuit Sacra congregatio. Quinta causa est, vt Episcopus redditus cuiusdam Cappellæ pro Missis celebrandis deputatos in paramentorum emptionem pro vna vice tantum conuertere possit, & ita Curiam Archiepisc. Neapol. decidisse, refero *ego ipse in decis.* 14. Sexta & vltima causa, poterit esse, si Monasterium in certo loco testatoris iussu construi non potest, Episcopus enim tunc, vt alibi id construatur efficere potest *Farinac. in decis.* 126.

COLLECT. 559.

Super cap. de causis, §. 1. de officio delegati.

VBi certa pœna per ius statuta non est, iudex imponit arbitrariam, hoc dicit; cuius text. occasione omnes casus in quibus pœna arbitraria Judicis infligenda alicui venit repo[r]tare operæpretium duxi. Et primò spolians mortuum iam sepultum, *Mari. Rot P[i]san. in decis.* 173. Secundò Officialis, officij prætextu carnaliter mulierem cognoscens, *Mastrill in decis.* 191. Tertiò, ille qui in via, strata publica aliquam amplectitur puellam inuitam, & acclamantem, illius pudicitiam attentando, *Peguer. in decis.* 7. Quarto, falsificans sigillum Principis, *Afflict. in decis.* 21. Quinto, scribens litteras sub nomine

mine Regis, eius signaturam contrafaciens, & Secretarij manum, *Peguer. in decis.* 80. Sextò osculans Virginem *Afflict. in decis.* 276. Sed hodie osculantes mulieres, tam in ciuitate Neapolit. quam in toto Regno pœna mortis naturalis irremissibiliter puniendi sunt, & statim tribus transactis mensibus foriudicari, bannirique possunt, & debent, nulla quidem aliqua dilatione expectata, ita *Pragmat.* 1. *de osculantibus mulieres* & ita decidisse Regiam Audientiam Apuliæ refert *Viu. in decis.* 117. Septimò ille, qui ignarus inuenit famosum libellum, statímque illum non corruperit, imò aliis publicauerit, *Peguer. in decis.* 77. Octauò committens homicidium animo deliberato, verum in alterius personam, quam nocere volebat, *Thessaur. in decis.* 243. Nono facientes resistentiam Officialibus, *Peguer. in decis.* 59. Grauis tamen controuersia est an licitum sit Officiales resistentes occidere, vide tamen pro nunc *Grammat. in decis.* 37. *& Boer. in decis.* 108. Decimo, frangens exilij fines, *Peguer. in decis.* 41. Vndecimo, receptator rei subtractæ, *Peguer. in decis.* 25. Duodecimo vsurarij, *idem Peguer. in decis.* 31. Decimotertio, homicidium sequutum ex vulneribus in rixa illatis, *idem Peguer. in decis.* 14. Decimoquarto, Ambigeus, *idem Peguer. in decis.* 29. Decimoquinto, iudex omittens acta conscribere, *Mynsinger. centur.* 1. *obseru.* 11. Et debent scribi per Notarium, aliàs non valent, *Viu. in decis.* 39. Decimosexto, percutiens aliquem alapa, & manu aperta, *Grammat. in decis.* 14. *Viu. in decis.* 46. Et quid de percutiente cúm baculò, *Thessaur. in decis.* 244. Decimoseptimo, Parochus, cuius culpa sine sacramento quis moritur, *Sayrus in decisione tertia, de pœnis.* Decimooctauo, vxor adultera, quæ solum consensum, & voluntatem præstitit adultero in homicidio in personam mariti per eundem commisso, *Peguer. in decision.* 84. Pro ornamento tandem omnium prædictorum animaduertas, quòd arbitrium à lege Judici concessum extendi potest vsque ad mortem naturalem in atrocioribus delictis, idem pulchrè *Peguer. in dict. decis.* 84. quam deci. not. *ad limitat. Gloss. celebris in* § *fin. instit. de iniur.*

COLLECT. 560.

Super l. liberorum, ff. de verborum significat.

Filiorum appellatione Nepotes continentur, hoc dicit. Quod limita primo, quando alteri præiudicium fieret, tunc enim nepotes non veniunt filiorum nomine, *Pegue. in decis.* 161. Limita secundo, vt in casu quo veniunt id fiat non ex propria vocabuli significatione, sed ex interpretatione, *Iaffred. in decis.* 22 Et quando filiorum appellatione veniant Nepotes, vide *Ioseph Sesse Rot. Aragon. in decis.* 43. *& eundem in decis.* 64 *& Viu. in decis.* 151. *& eundem in decis.* 63.

COLLECT. 561.

In l. pœnam, C. de pœnis.

IVdex pœnam à lege indictam reuocare minimè potest, hoc dicit. Quod limita primo, in exequutione sub pœna banni, quia transfertur in hæredes, mutato tamen banno in pœnam pecuniariam *Mynsing. centur.* 2. *obseru.* 11. Limita secundo, in capitulo (sede vacante) quod potest pœ-

nam ab Episcopo inflictam commutare, prout iudicauit Curia Archiep. Neapolit. quæ commutauit pœnam carceris ad decennium in pœnam monasterij, *ipsemet in decis. eiusdem Curia* 49. Limita tertiò, iusta existente causa, tunc enim iudex pœnam alterare poterit, quod procedit etiam si causam non exprimat, *Mynsing. cent. 2. obseru. 3.* Limita quarto de Jure Regni nostri, quo pœna corporis afflictiua potest moderari, componi, aut commutari in pecuniam (consulto tamen Prorege) *Viu. in decis.* 350. & extat *Pragmat. 6. in 3. casu in tit. de officio iud. fol.* 183. Limita quinto, quando pœna exequutioni mandari minimè potest in delinquentis personam, tunc licito Jure in aliam commutari poterit, *Gramm. in decis.* 90. vbi ponit casum. Limita sexto, per Reg. illam, quod qui non habet in ære debet luere in corpore, & sic pœna pecuniaria in corporalem commutatur *de Franch. in decis.* 358. Limita septimo, in casu *Afflict. in decis.* 287. Sublimita tamen præfatas limitationes, vt non liceat Judici, nisi semel commutare, & sic non poterit Judex post conuersam pœnam pecuniariam exequi, & corporalem dimittere, pulchrè *Peguer. in decis.* 91.

Collect. 562.

Super cap. significatum, de præbend.

Capellani & Capellaniæ mater. hic peroptimè sedet, sed circa eam de pluribus posset dubitari. Et primo num sit Ecclesiasticum beneficium? & fuit decisum minimè, si in eius fundatione Episcopi non interuenit authoritas, aliàs verò secus, pulchrè *Guid. Pap. in decis.* 187. Secundò, num Capellanus tempore præsentationis necesse sit, vt actu sit sacerdos, *Rot. Collect. à Farin. in decis.* 570. decidit affirm. præsertim vbi testator vsus his verbis fuerit, volo quod Sacerdos teneatur singulis hebdom. tres Missas celebrare. Tertio num Cappellani triremium possint ab Episcopo visitari? decisum affirmatiuè, *Sayr. in decis. 1. de Clericis peregrinis*, si exempti non fuerint, aliàs secus. Quartò, num habens Capellaniam cum onere celebrandi Missam, teneatur illam per alios celebrari facere infirmitatis tempore, decidit affir. *Thoming Rot. Lipsien. in decis.* 121. *p. 1.*

Collect. 563.

Super l. si barsatoram, Cod. de fideiussoribus.

Expenditur ista lex per DD. in quæstione illa quod si statutum puniat inuentum cum armis, non dicitur quis inuentus, nisi sit captus, & apprehensus, quod limita si statutum prohibet vsum armorum tantùm, quia non incidit in pœnam statuti ille, qui legitimis probationibus conuincitur arma portasse, *Peguer. in decis.* 55.

Collect. 564.

Super cap. duobus, de sententia & re iudicata.

Retulit hic Summus Pontifex vnum Matrimonij Priuilegium, nempe quod duobus Judicibus diuersas proferentibus sententias tenet sententia pro reo, quod fallit in trib. casib. ibi positis, inter quos enumeratur matrimonium: Tu verò adde alios decisos, Et primum, quia in dubio

bio pro matrimonij validitate præsumitur, *Triuis. in dec. 28. par. 1.* Secundum, quia dolus dans causam matrimonio ipsum non vitiat, *Mar. in decis. 755.* & sic in aliis contractibus sit secus vt probatur in *l. & eleganter ff. de dolo.* Tertium Priuilegium, quia in causa matrimoniali Iuramētum suppletorium nisi sit plusquam semiplenè probatum non defertur *Crescent. in decis. 23. de probat.* & quando locum habeat, tradit *Franc. Mar. in decis. 753. p. 2.* Quartum, quia post publicationem, & didicita testificata testes produci possunt, *Franc. in decis. 752.* quam not. ad limit. *tex. in c. fraternitatis de testibus.* Quintum, quia in causa matrimoniali non concluditur, quemadmodum in causa criminali *Fab. in dec. 5. C. de probationibus.* Sextum, quia pro matrimonij sacramento nihil exigi potest *Franch. March. in decision. 756. p. 2.* Septimum, quia in causa matrimoniali parentes ad testificandum admittuntur *Triuis. in decis. 10. part. 1.* & sic decisus est text. *in c. videtur qui matrimonium accusare possunt*, & hanc *decis. not. ad limitat. l. parentes C. de testibus.* Sed limita, quando esset disparitas inter coniuges, quia tunc parentes non admittuntur, pulchrè *Franch. March. in decision. 750. p. 2.* quam not. ad ornatum *cap. super eo de testibus.* Octauum Priuilegium, quia sententia in causa matrimoniali non transit in rem iudicatam *Maynard. in decis. 22. lib. 2.* Nonum, quia excommunicatus matrimonium contrahere potest, *Francisc. Mar. in dec. 426. p. 2.* quam not. ad ampliat *c. si verè de sentent. excommun.* & facit *decis. Viu. 96.* Sed amplia vt possit exigere & reddere debitum *Franch. March. in decision. 735. par. 2.* Decimum, quia, quamuis lite pendente litigiosi vitium contrahatur, tamen non sic in causa matrimoniali *idem in decis. 713. ead. par.* Vndecimum, quia testes in causa matrimoniali sine partis citatione examinari possunt. *Verall. in dec. 206 par. 2.* quam not. ad *limit. cap. 2. de testibus.* Duodecimum, quia ad probandum matrimonium admittuntur testes inhabiles, putà pauperes, mulieres, & his similes *idem Verall. in decision. 205. par. 2.* quam not. ad limitationem *l. 2. ff. de testib.* Decimumtertium Priuilegium, quia fama in causa matrimoniali plenam facit probationem *Caputaquens. in decis. 203. part. 2.* quam not. ad limi. *l. 3. § eiusdem, ff. eo. tit.* Decimumquartum Priuilegium, quia Puella minor in causa matrimoniali potest esse in Iudicio *Franc. Marc. in decis. 695.* quam not. ad limitationem *cap. mulieres de iudiciis in 6.* Decimumquintum, quia existens in articulo mortis matrimonium contrahere potest *idem in decis. 684. part. 2.* Decimumsextum, quia liberi per matrimonium legitimantur *Franch. Marc. in decis. 684.* quam nota ad ornatum *c. tanta, qui filij sint legitimi.* Decimumseptimum, quia confessio coniugum probat matrimonium quando pro ipso facit, secus verò quando esset contra matrimonium *Verall. in decision. 194. part. 1. Franch. March. in decis. 731. p. 2.*

COLLECT. 565.

In l. vnum ex familia, § penult. ff. de legat. 2.

Verba fideicommissi licèt sint defectiua, attamen subsistit fideicommissum si ex mente disponētis colligatur, h. d. Hunc textum ante oculos semper habendū scribit *Curtius Iun. consi. 121. sub num. 13. ac sub num.*

17. vt propterea limitetur conclusio simpliciter facta per *Oldrad. cons.* 21. quam alij multi quoque simpliciter loquentes sequuntur, vt fideicõmissum videatur cessare, quoties sit scriptum cum clausula si sine filiis decesserit, & ille grauatus obierit relictis filiis. Nam ex verbis huius textus probatur quod quatenus vera esset prædicta rigorosa opinio, attamen limitetur non procedere si ex aliis verbis eiusdem scripturæ coniecturari possit mentem disponentis fuisse non extingui fideicommissum, sed repetitam conditionem in Nepote vt decisum refert *Guid. Pap. in decis.* 31. & decisum per *Caualc. in Rot. Fiuizana* apparet *in decis.* 17. *p.* 3. vbi etiam refert multas aliorum Tribunalium, maximè Rot. Rom. decisiones, & omnino veram esse hanc restrictionem defendit præfatus *Curt. Iun.* adducto cons. à *num.* 11. & expressius *numer.* 15. de qua conclusione tanquam verissima, atque in tribunalibus recepta, nullatenus est dubitandum, maximè quod licet à multis credatur fideicommissum in aliquibus particularibus censeri odiosum, attamen certi Iuris est sui natura esse fauorabile, saltem respectu cognitionis si sit extinctum, vel duret vt tunc dicatur fauorabile, & propterea sit respondendum pro validitate concludit, *Raud. decis. Pisan.* 28. *numer.* 25. *cum sequent.* probátque text. expressus in *l. cogi. vers. in ambiguis tamen ff. ad Trebellian.*

Et propterea si dicta conditio est apposita ad fauorem familiæ ipsius disponentis vt bona in ea conseruetur, omnium est decisio repetitam censeri in Nepote, & successoribus, nec solùm si expressis verbis id constet, verùm etiam si coniecturis tantùm colligatur intẽtio, vt bona conseruetur in familia, & potissima coniectura erit, si fuerit facta ad fauorem masculorum, expressio enim Masculinitatis operatur euidẽtem præsumptionem ostendentem mentem disponentis esse, vt bona conseruentur in familia, vt resoluit *ea dec. Fiuizana,* & *Surdus cons.* 241. *num.* 11. *vol.* 2.

Ita etiam si in aliqua sequenti substitutione sit hæc conditio explicata amplioribus verbis, illis scilicet aut similibus, si ipse, vel eius filij, & descẽdẽtes decesserint sine filiis, vt quemadmodum in illa apposuit conditionem istam non solùm cum moreretur substitutus, sed eius filij sine liberis, ita intelligatur sine dubio apposuisse in præcedenti substitutione & vocasse substitutum non solùm cùm ipse substitutus, sed eius filij interirent absque liberis ex traditis *in decis. Pisa. Raudensis* 31. *versi. quinto sub num.* 140. & de hoc casu nullatenus est dubitandum, quia apertè constat potius ex errore Notarij, quàm ex industria disponentis omissam repetitionem illorum verborum, aut si eius filij decederent, &c.

Ita etiam declararetur ex verbis deinde positis in alio contractu inter viuos, aut etiam testamento facto ab eodem disponente, ac propterea si ex verbis in eo appositis coniecturari possit intentionem disponentis fuisse, vt hæc clausula sic simpliciter posita in isto primo contractu inter viuos, seu testamento censeatur adiecta non solùm respectu ipsius instituti, sed eius filiorum, & descendentium, tunc sine dubio non expiret fideicommissum licèt filius mortuus sit cum filius, prout notabiliter decidit *Castren. in suo consil.* 343. *versi. item ex verbis sub num.* 2. *vol.* 1.

Imò

Imò istud etiam procedat si ex scriptura alterius nepe hæredis, vel donatarij appareat aliquid ex quo colligatur mentem, & voluntatem disponentis ita fuisse Quod nota verũ esse etiam si dictus hæres, vel donatarius se referret ad testamentum, vel donationem disponentis ex *Pereg. decis.* & rationibus *Parisij* in suo sollemni *cons. 75. v. r[illegible] quæ verba sub nu. 50. vol. 2.*

Quin si fideicommissum iam esset extinctum, aut falso allegatum, si tamen assertio, & confessio ab aliquo facta insinuaret contrarium, vtique præiudicaret sibi & successoribus, ac propterea valere fideicommissum scribit *de Ponte decis. 39. à numer. 44. & Barzius* notabiliter *decis. Bonon. 5. à numer. 15.* vbi loquitur etiam in confessione facta in allegationibus Iuris, ergo multo magis in aliquo actu cui fuit appositum Iuramentum pro obseruantia.

Eiusmodi autem conditionem si decesserint sine filiis, certi iuri est nõ excludere substitutum si vltimus ingrediatur Monasterium, in casibus tamen in quibus Monasterium non haberetur loco filij, puta cùm testator non tantum simpliciter expressit filios, sed cum aliqua adiectione ex qua colligatur illius mentem fuisse de filiis veris, ac per naturam sensisse, scilicèt cum dixit de filiis ex proprio corpore descendentibus, vel de filiis legitimis, & naturalibus, vel ex legitimo Matrimonio iuxta decisio. *Boer. 154. à nu. 4.* & alteram Aragoniæ recollectam per *Sess. 45. num. 42.* late *Hier. de Ceuall. quæst. comm. cõtra comm. 193. sub num. 2.* & ratio est vt præfati dicunt, quia per hæc verba testator intellexerit solummodo de filiis veris, non fictis, vt est Monasterium, ex qua ratione decidendus sine dubio venit consimilis casus cùm testator prohibuit alienationem ad fauorem descendentium, nam quia tunc vltimus ex descendentibus potest alienare ex *decis. Io. Francisc. de Ponte 39. nu. 14.* illud idem dicendum erit si præfatus vltimus descendens ingressus fuerit Religionem, quia illius Pater tunc poterit alienare cum testator intellexerit iuxta prædicta de descendentibus veris, & consequenter non de Monasterio, & propterea dicatur extinctum vinculum, quod appositum ad fauorem filiorum, & descendentium per naturam intelligitur ex prædictis, & altera *decis Rot. Roman.* quam legi manuscriptam, quod si alia verba adessent quæ respicerent personas ipsas descendentium, vt ipsi scilicet bona illa possiderent, &c. tunc multo magis dicatur cessare fideicommissum, & possit ille disponere, tum quia illi tanquam Religiosi possidere nequeunt, tum quia non inclusum, sed exclusum dicitur Monasterium.

Collect. 566.

Super c. non liceat, de præbendis.

Non potest Episcopus aliquem ad sacros ordines promouere absque titulo, qui titulus in iure nonnulla habet priuilegia. Et primum, quia Clericus ordinatus ad titulum patrimonij non tenetur bona sibi de ea re à patre assignata in legitimam imputare, *Polid. Rip. in obseruat. 230.* quam not. ad limitat. *text. in l. in quartam, ff. ad legem Falcidiam.* Secundum Priuilegium, quia nec pariter tenetur illa conferre, *Iaff. ed. in decis. 16.* Tertium, quia non potest illud resignare licèt contra *Rober. Rer.*

iudicat.lib.2.decis.2. Hodie verò attendi debet dispositio Concilij Triden. *sess.21.c.2. de reform.* vbi beneficium, ad cuius titulum quis est ordinatus in sacris resignari non potest, nisi aliunde habeat vnde se alat, & mentionem faciat, quod ad illud beneficium fuit promotus, vt refert etiam *Caualc.in decis.17.par.5.* Et declarauit tandem Sacra Congregatio quod si Ordinarius admisit resignationem Beneficij, ad cuius titulum quis fuit promotus, resignatio tenet, verùm Ordinarius tenetur ministrare alimenta de proprio dicto resignanti, & si promotus ad presbyterium ad titulum sui patrimonij illud postea renuncians in censuras non incurrit, *Sayr.in dec.60.de temp.ordin.* Quartum Priuilegium, quia illud alienari non potest, *idem Sayr.in dec.15 eo.tit.* Quintum, quia pro illo non soluitur decima, *Maynar.in decis.29.li.2.* quam not. ad ornatum *glos.in cap.tuis de prabendis.*

Collect. 567.

Super Auth.item C.de Hæreticis.

IN præsenti text. vnum ponitur Priuilegium abominabilis criminis hæresis, Tu vero alia decisa addas, Et primum, quia sepeliens scienter hæreticum excommunicationem incurrit, *Sayr. in decis.4. de hæreticis,* quam not. ad *text. in c. quicumque eod. tit.* Secundum Priuilegium, quia occidens Hæreticum impunis est, & si secus sit in Pagano, vel Judæo *Gasp. Thess Rot. Taurinens. in decis.36. par.2.* Tertium, quia Sacerdos hæreticus reconciliatus est inhabilis ad audiendas confessiones, quod intellige in abiurante de vehementi, vt fuit decisum in Curia Archiepisc. Neapol. (*teste me ipso in decis.51.*) Quartum quia omnibus Ecclesiasticis beneficiis spoliandus est, quod si abiurauerit sunt restituenda, pulchrè *Achill.de Grassis in decis.1.de hæreticis.* Quintum, quia Prælati regulares in subditos de crimine hæresis procedere non possunt, *Sayr. in decis.9.de hæreticis,* quam nota ad limitationem, *text.in cap.1 de Capellis Monachorum.* Sextum, quia Hæreticis incapacitas objici potest ab aliis præter Fiscum, cum sit publicum, *Surdus in decis.247.*

Collect. 568.

Super c.cum secundum, de Hæreticis in 6.

HÆreticorum bona ipso iure sunt confiscata, hoc dicit, qui tex.non procedit in crimine læsæ maiestatis, vt refert decisum *Veral.in dec.90. part.1.* Quod amplia, vt procedat in aliis criminibus, de quibus in text. nostro *Bellamera in decision.690.* Hodie tamen hic text. limitatur, quia semper est necesse vt præcedat Iudicis declaratio, vt hæreticorum bona capi possint *idem Bellamera in decis.689.* virtute cuius decis. fuit aliàs decisum in Senatu Taurinens. quod emens bona fide ab Hæretico ante sequutam declarationem non poterit à Fisco molestari, illo declarato hæretico, vt refert *Thessaur. Filius in decis.40. part.2.* à qua opinione ego libenter recedo propter authoritatem Senatus Mantu. qui contrariam tenuit sententiam vt scribit doctissimus *Surd. in decis. 247.* & eo magis, quia pro illius corroboratione extant *Bullæ Innocentij IV. Alexandri IV. Martini V. Pauli III. & Pij V.*

COLLECT. 569.

Super l. eos, ff. ad l. Cornel. de falsis.

TEstis varius puniri debet, hoc dicit, licèt testium dicta fauorabiliter interpretanda sint, & adiunanda vt ad concordiam redigantur non calumnianda, *Anton. Fab. in decis. 59. C. de probat.* potest tamen torqueri varians, ac etiam ad triremes condemnari *idem in decis. 55. eodem tit.* magis tamen creditur commissario qui adiunctum habuit, cùm testem interrogauit, quam testi varianti, ac neganti se ita dixisse, *Fab. in decis. 53. eod. tit.* Grauis verò controuersia est apud decisionarios in præsenti mater. quænam scilicet ex testium depositionibus præferatur, *Guid. Pap.* enim *in decis. 547* asserit in illa Rot. decisum quod stari debet primæ depositioni Iuratæ, quando secunda depositio est facta post publicationem, & didicita restificata quasi quòd secunda præsumatur fuisse facta à subornato; *Anton. Faber.* verò *in decis. Senatus Sabaudiæ 4. Cod. de probat.* dicit quod stari debet posteriori depositioni, & loquitur quando testis primò deposuit vigore monitorialium, & ratio est qua cùm secunda facta sit parte citata, idcircò priori præualere debet, in qua nulla fuit partis citatio *Coler. in decision. 90.* Curia verò Archiepisc. Neapol. (*me Iudice*) decidit primæ depositioni standum esse, *Ego ipse in decis. 11.* Limita tandem in casu *Fabr. in dec. 54. C. de probat.*

COLLECT. 570.

Super l. in criminali, C. de iurisdict. omnium Iudicum.

TRahens aliquem in vetito examine causam perdit, hoc dicit: Quod amplia primo, vt procedat etiã quando quis arrestatur coram Iudice incompetenti sine alia citatione, *Iaffr. ed. in decis. 230.* Amplia secundò, etiam si postea pœniteat, quia licèt permittatur pœnitentia vsque ad litis contestationem, pœnam tamen non euitat, *idem in decis. 219.* Amplia tertio, in vocante Clericum coram Iudice seculari, *Maynard. in decis. 29.*

COLLECT. 571.

Super l. sancimus, C. de Iudiciis.

COntumax non auditur, nisi refectis expensis, hoc dicit, quod Amplia procedere etiam in ficto contumaci, *Iaffr. ed. in decis. 337.*

COLLECT. 572.

Super Authen. bona damnatorum, C. de bonis proscript.

HOdie bona damnatorum debentur ascendentibus, & descendentibus vsque ad quartum gradum, hoc dicit. Quod limita, quinque modis, Et primo, vt eius dispositio procedat in dãnatis ad mortem, & proscriptis, & quando bona auferuntur tacitè in consequentiam alterius pœnæ, secus si expressè *Iaff. ed. in dec. 259* Limita secundò, quando fit punitio tantùm in bonis, aut in parte bonorum, *Maynard. in dec. 91. lib. 2.* Limita tertiò, quando per statutum, vel decretum contra delinquentem bonorum publicatio decreta est, *Th ff in dec. 198.* Limita quartò, in casu *Ant. Faber in decis. 1. C. de bo. u damn aturum,* Limita quintò, vt sententia confi-

ficationis bonorum contra hæredem grauatum non noceat fideicommissario, *idem in decis. 2. eodem tit.*

COLLECT. 573.

Super c. 1. de officio iudic. ordinarij.

BRachij Implorationis mat. nullibi melius sedere potest quã hîc & hoc dicit, Iudex Ecclesiasticus potest compellere Iudicem laicum ad præstandũ brachium seculare. Quæstio tamen, quæ fieri solet in præsenti mat. est num Iudex laicus teneatur præstare brachium Ecclesiastico non viso processu, nec cognito de iustitia causæ, & communis ex decisionariis sentẽtia est in partem affirmat. prout tenuit *Maynard. in decis. 22. lib. 3.* Limita primò, quando notoriè apparet sententiam esse iniustam, *Balb. in dec. 88.* Limita secundò, quando esset inflicta pœna corporalis, vel alia magna, *Iaffred in dec. 105.* Limita tertio, quando Iudex laicus vellet videre processum ad finem se informandi vt referat Iudici Ecclesiastico, qui sententiauit, *Coler. in dec. 29.* Limita quartò, in casu *Garz. in decis. 2.* vbi fuit dictum quod in omnibus sententiis, præter sententiam super crimine hæresis latam, potest Iudex laicus dicere, Volo videre processum si ritè, & rectè fuerit iudicatum, Limita quintò, in delictis mixti fori, *Anton. Fab. in decis. 1. C. de offic. Iudicis.* Ad mat. vide pulchram *decis. Boer. 97. & alteram Curiæ Archiep. Neapol apud me 70.* vbi decidimus in imploratione brachij non esse partis citationem necessariam.

COLLECT. 574.

Super l. repeti, ff. de quæstionibus.

TOrtura regulariter repeti non potest, hoc dicit: quod Amplia, vt non possit iterum torqueri qui vel in tormentis ipsis vel statim post tormenta suam confessionem reuocat, *Anton. Fab. in decis. 5. C. de quæstionibus;* Limita nunc regulam text. nostri, & primò, vt reus extra tormenta confessus, nec in confessione postea perseuerans iterum, atque iterum torqueri possit, sed non pluries, quàm ter nisi ex nouis indiciis, *idem Fab. in decis. 2. Cod. eod. tit.* Limita secundò, si prima indicia valde fuerint vrgentia: tunc enim de consuetudine seruatur, vt tormenta reiterari possint *Coler. in decision. German. 183.* Limita tertiò, si reus in tortura confessus deinde ductus ad ratificandam confessionem in publico eam reuocauerit: talis enim ad torturam retrahitur, etiam aliis nouis indiciis non superuenientibus, *Maynard. in decis. 59. lib. 2.* Limita quarto, in pulchro casu *Anton. Fab in decision. Senatus Sabaudiæ 3. C. de quæstionib.* vbi fuit dictũ quod ille, qui sortilegio vsus repertur ad eludendam vim tormentorum hoc ipso quasi ex nouo indicio iterum torqueri potest. Limita quintò, si reus ab initio leuiter, & insufficienter fuerit tortus *Rot. Ienua in decis. 15. & Coler in d. decis. Rot. German. 183.* Limita sextò, in grauibus delictis, quia in illis reus potest sæpius torqueri, ita *Vtu. in pulchra decis. 144.*

COLLECT. 575.

Super l. 2. C. ne fideiussores dotium dentur.

FIdeiussores dotium non dantur, h.d. Quod amplia, vt nec huiusmodi datio confirmetur iuramento, pulchrè

pulchrè *Anton. Fab. in decis. 1. C. eod. tit.* Nunc verò limita primò, vt maritus possit, & debeat dare fideiussorē pro pecunia non dotali, si eā exigat etiam muliere consentiente, *idem Faber. in decis. 2. eo. tit.* Limita secundò, quia licèt dotium fideiussores dari nō possint, dos tamen in quantum fieri potest, in tuto collocanda est, *idem Fab. in decision. 4. C. eod.* Limita tertiò, in casu *Franc. Mar. in decis. 16. par. 2.*

COLLECT. 576.

Super Conc. Trid. sess. 23. can. 11.

QVod vult, quòd minores ordines non conferuntur per Episcopum, nisi temporum interstitiis seruatis. Circa quam sacram dispositionem de tribus fuit dubitatum. Et primò, num ordinatus interstitiis temporum nō seruatis aliquam contrahat censuram, vel irregularitatem, & fuit decisum in partē negatiuam, vt testatur *Sayr in decis. 56. de tempor. ordinat.* Secundò, num ordines suscipere interstitiis non seruatis de licentia Episcopi liceat? & *idem Sayr. in dec. 51. eod. tit.* asserit pariter in *affirm. decis.* Tertiò, fuit dubitatum circa regulares, quòd super interstitiis non Prælatus regularis, sed proprius Episcopus loci, in quo degunt regulares dispensare debet, vt refero *Ego ipse in decis. 81. Cur. Archiep Neap* & ita censuit Sacra congregatio super dicta sess.

COLLECT. 577.

Super Conc. Triden. sess. 24 can. 20.

HIc Sācta Synodus statuit, quod omnes causæ quomodolibet ad forum Ecclesiasticum pertinentes, debent terminari per Ordinarium infra biennium, aliàs quod partib. liberum sit superiores Iudices aliàs competentes adire. Quod amplia primò, vt procedat nedum causis ciuilibus, verùm etiam in criminalibus, pulchrè *Monald. in cons. dec. 96. p. 2* Amplia secūdò, in casu *eiusdem in cons dec. 130.*

COLLECT. 578.

Super l. liber homo, ff ad legem Aquiliam.

NEmo est dominus mēbrorum suorum, hoc dicit, Ex quo infertur primò, quod volentē quis non potest absque metu pœnæ vulnerare, aut interficere *Ann. obseru. 15* Infertur secūdò ad pulchram decisionem *Grammat. 33.* vbi fuit punitus quidam, qui se vulnerauit, vt se inhabilem redderet ad finem, vt ad triremes condemnari non posset; Infertur tertiò, quod percutiens Clericum etiam volentem efficitur excommunicatus *Iaffred in decis 90.* Infertur quarto, *ad decis. Cal. r. Rot. Germa. 184.* vbi fuit decisum, quod non valet pactum obligantis sese ad torturam. Infertur quintò, quod non valet pactum obligantis se ad carceres *Maynar. in decis 27. lib. 3.* quam. not. pro ornamento *tex. in l nemo in carcerem, C. de exact. tribut. lib. 10.*

COLLECT. 579.

Super Concil. Trident. sess. 24. c. 12.

PRouisi de beneficiis quibuscunque tenentur à die adeptę possessionis fidei professione facere intra duos menses, hoc dicit, quod amplia primò, vt obligētur pariter Canonici

exempti coram Episcopo, & Capitulo intra duos menses *Sayrus in decis.1. de constitutionib.* Amplia secundo procedere etiam in Regularibus Prælatis, *id. in Sayr. in decis.3 eod. tit.* Nunc vero limita primò, in casu *eiusdem in dec. 3. eod. tit.* vbi fuit dictum, quod clericus Parochialem adeptus, omittens per ignorantiam fidei professionem facere non peccat, nec subintrat dispositio *tex. Concil.* Limita secundo, *in decis. eiusdem 4. de constitutionibus*, vbi Curatus, qui fidei professionem intra duos menses non fecit, potest moram purgare.

COLLECT. 580.

Super l. is qui opem, ff. de furtis.

AVxilij præstiti ad homicidium committendum mat. hic propriè sedet, Super qua fuit primo dubitatum, quæ concurrere debeant, vt illud præstitum dicatur ? & *Barz. in decis. Rot. Bonon.* 179. dicit, quod requiritur assistentia animo doloso, ac cogitato; Ex quo infertur primo, quod si fuerit casualis nihil operatur *Laffred in decis.* 22. Infertur secundo, ad pulchram decis. *Rot. Pedem.* penes *Cacher. in decis.* 104. vbi fuit dictum, quod ad hoc, vt aliqui dicantur socij, & auxiliatores, necesse est adhoc esse coadunatos: Infertur tertio ad *decis. Maynard.* 22. *lib.* 3. vbi dicit aliquem non puniri de auxilio cooperatiuo, nisi probetur, quod ad maleficium committendum præcesserit tractatus, de pœna vero auxilij præstiti in homicidio videas *Coler. in decis. Rot. German.* 150.

COLLECT. 581.

Super l. 2. Cod. vt nemini liceat sine iudicis authoritate, &c.

COlligo ex hoc text. Iura abhorrere quem quid propria authoritate exercere, ex quo ad nonnulla infero. Et primo, quod conductor in casibus, quibus expelli per locatorem potest, nonnisi ex authoritate magistratus expelli debet, & non propria authoritate *Faber. in decis.* 11. *C. locati*, quam nota ad ampliationem *tex. in l. æde. C. eod.* Infertur secundò, quod non licet legatario rem sibi legatam propria authoritate capere, *Cornaz. in decis.* 4. quam not. *ad tex. in l. non dubium C. de legatis*: Infertur tertio, quod nō potest filius legitimam propria authoritate capere *Robert. lib. 2. rer. iudicat. decis.* 4. quam not. ad *glos. in l. 2. C. vbi & quapar. lib.* 10. Infertur quarto; quod dominus directus non potest authoritate propria possessionem rei emphyteuticæ ob deteriorationem capere, *Mastrill. in decis.* 193. quam not. ad limitat. *glos. in l. 2. in verb. repellere, Cod. de iur. emphyt.* & ratio est, quia requiritur declaratoria Iudicis ad effectum exequendi commissum, vt emphyteuta remoueatur à possessione, *Guid. Pap. in decision.* 107. Infertur quinto, quod non potest creditor propria authoritate, ac furtiuè rem à suo debitore capere, *Ioseph. Ludou. in decision. Lucens.* 1. etiam si pro illius recuperatione difficilem haberet aditum *Laffred in decision.* 16. Infertur sextò, quod non potest donatarius propria authoritate rei donatæ possessionem capere, quod limita virtute clausularum in donatione appositarum *de Laurent. Rot. Auen. in decis.* 19. Infertur septimo, quod non potest dominus directus ob non solutum canonem per triennium emphyteutam expellere propria authoritate, *Afflict. in decision.* 97. Infertur octauò,

ad decis. eiusdem Afflict. 326. Infertur nono, *ad decis. prædicti Afflict.* 301.

COLLECT. 582.

Super l. si prædium, C. de euictionib.

DAtio in solutum similis est emptioni, hoc dicit. Ex quo infertur primo, quod quemadmodum per venditionem emphyteosis debetur directo domino laudemium, ita per dationem in solutum, *Gasp Thess. Rot. Taurinens. decis.* 82. *part.* 2. Infertur secundo, quòd res Ecclesiæ inconsulto Romano Pontifice, nō possunt in solutū dari, quemadmodum nec alienari, *Rot. Collect à Farinac. in decis.* 321. Infertur tertio, quod in ea locum habet remedium, *l.* 2. *C. de rescind. vendit.* sicut locum habet in venditione, *Card. Put. in decis.* 230. *part.* 1.

COLLECT. 583.

Super cap. conquerente, de Clericis non residentibus.

NOn residens in beneficio etiam modicæ existimationis, illo priuatur, hoc dicit, Quod amplia primo, vt seruitium 40. ann. Ecclesiæ præstitum à residentia non liberet, pulchrè *Sayr. in decis.* 3. *eod. tit.* Limita nunc primò, in beneficiis simplicibus, in quibus de consuetudine non requiritur residentia, *idem in d. cis.* 1. *eod. tit.* Limita secundò, in duobus Canonicis absentibus pro Episcopi seruitiis, *Rot. diuers. in decis.* 222. *part.* 2. quam not. ad ornatum text. *in cap. ad audientiam, eo. tit.* Quod amplia etiam si essent inferiores Clerici, dummodo Episcopi dispensatio concurrat, & Ecclesiæ vtilitas, *Monald. in cons. decis.* 22. *lib.* 2. Limita tertiò, in casu *decis. Tholos. apud Maynard.* 8. *lib.* 1. vbi fuit dictum, quòd Canonici ex permissu Capituli in academiis operam dantes fructus præbendarum integrè percipiunt, quam decis. not. ad text. *in cap. licèt, de præbendis*, quæ decisio hodie non procedit in Parochis, qui per *Concil. Trident. sess.* 23. *can.* 1. *de reformat.* non possunt studiorum causa absentiam facere, nec Ordinarij talem licentiam concedere, vt declarauit Sacra Congregatio, teste *Rot. nouiss. Collect. à Farinac. in decis.* 29. per hæc verba obtinentibus parochiales Ecclesias post *Concil. Trident.* studendi licentiam, ac in absentia studiorum causa fructus percipiendi non datur. Limita quarto, in eo qui abest de mandato superioris, quia residere dicitur *Sayr. in decis.* 10. *de Clericis non resident.* Hinc est, quod dispensatio superioris iusta de causa à residentia excusat, *idem Sayr. in decis.* 12. *eod. tit.* Limita quintò, in Clerico, qui abest causa adsciscendi alios, quia etiam distributiones quotidianæ debentur, *Maynard in decis.* 14. Limita sexto, in pulcherrimo casu *Cardin. Put. decis.* 294. vbi fuit dictum, quòd text. *in c. ad audientiam, de Clericis non residentib.* locum habet etiam in duobus beneficiatis, si Ecclesiæ concurrat vtilitas. Limita septimo, vt consuetudo non residendi excuset à residentia per fundatorem apposita, *Sayr. in decis.* 7. *eod. tit.*

COLLECT. 584.

Super Concil. Trident. sess. 25. *can.* 16.

AD hunc locum, in quo alias scripsi has nota decisiones, Et pri-

mò, quòd hæc dispositio non habet locum in testamentis, *Gasp. Thessaur. in decis. Rot. Taurinens. 56.* Secundò, quia nec pariter habet locum in donatione causa mortis, *Henriquez in decis. 21.*

Collect. 585.

Ad Isern. in Constit Regni post mortem vers. & quidem.

QVi diffinit Releuium, dicens, quod est medietas fructuum illius anni in quo moritur feudatarius: Quod amplia, vt debeatur etiam nullis, ac paucis perceptis fructibus ex feudo, pulchrè *de Franch. in decis.* 121. Amplia secundò, vt soluendum sit etiam ab vxore marito mortuo, si feudum datum fuerit in dotem, & expeditus fuerit assensus, aliàs soluitur per mortem viri, *Ann.* asserens decisum *in allegat. 95.* ob mortem autem vtriusque non debetur duplicatum releuium, vt fuit decisum in Regia Camera Summariæ, refert *Ann. in alleg. 93.* Nunc limita primò, vt non debeatur releuium ab eo, cui accrescit feudum, vt fuit decisum *in causa DD. Artaldis de Cardona.* refert *idem Ann. sing. 434.* Limita secundò, vt non debeatur purum, ac simpliciter, sed deductis oneribus, ac expensis, *Mastrill. in decis. Rot. Sicil. 112. part. 2.* referens decisum in causa Illustr. Principissæ Buteræ contra Regium Fiscum.

Collect. 586.

Super l. abdictos, C. de Episcopali Audientia.

EXimens à manibus familiæ, seu seruientium quarumuis Curiarum captum puniri debet, hoc dicit: Sed dubium est qua pœna? dicas quod varij varia decidère: Sacrum enim Consilium Neapolit. (*teste de Franch. in pulchra decisione 442.*) condemnauit pœna triremium per biennium quendam, qui captum pro debito ciuili à manibus familię exemit: Rota verò Delphinalis (*Guid. Pap. in decis. 579.*) decidit condemnando pœna pecuniaria Curiæ applicanda, à qua eximitur captus, & condemnati similiter creditori ad solutionem debiti expensarum etiam interesse, Rot. autem Audientiæ Apuleæ, vt refert *Viu. in decisione 92.* puniuit quendam, qui eripuit captum pro debito priuato, pœna exilij per biennium: Mediolanensis Senatus indecisus remansit in casu cuiusdam mulieris, quæ exemerat à manibus familiæ Curiæ suum maritum capitaliter condemnatum, qui quidem casus cùm diu extitisset discussus, & trutinatus, Senatus ipse ob varias, & horribiles dissentientium DD. procellas, atque difficultates hinc inde exortas noluit aliter absoluere, nec condemnare mulierem ipsam, sed determinauit illam non molestandam, relaxandámve donec aliud per Senatum prouisum fuisset, ita *Polid. Rip. obseruat. 21. & Viu. citat. decis.* acerrimè autem fuerunt puniti illi quinque iuuenes nobiles Neapolit. nondum excedentes sexdecim ann. qui cùm exemissent à manibus familiæ M. Curiæ Vicariæ, quendam pauperem hominem captum pro debito: siquidem iussu Illustriss. D. Petri de Toledo Proregis huius Regni Neapol. tres ex illis laqueo suspensi fuère, & posteà eorum cadauera trahi per pedes ad Plat. Castri noui, vt refert *idem Viu. in decis. 92.*

Col-

Collect. 587.

Super l.boues, §.hoc sermone, ff.de verb signif.

VErba debent intelligi de primo actu, hoc dicit. Ex quo infertur, quòd concessio alicui facta de intrando monasterium Monialium, intelligitur de prima vice, adeo quòd si semel vigore istius facultatis ingressus fuerit, amplius introire non possit *Garz. in decis.* 97. Limita tamen Regul. præfatam vbicumque sumus in casu dispositionis hominis, secus vero si essemus in dispositione legis, quia intelligi tunc debet, vt actus toties repetatur, donec reducatur ad effectum, ita pulchrè *Vru. in decis.* 87. Ex qua infero primo, quod si statuto cauetur, vt quædam causæ compromittantur, vt in Regno inter coniunctos per Reg. Pragmat. & facto compromisso expiret tempus, quòd ipsæ partes cogantur iterum compromittere, & toties, donec suum habeat effectum, *Afflict. in decis.* 146. Infertur secundo, quod promittens inquisitum præsentare in Curia intelligitur de prima vice nisi addatur toties quoties *Gasp. Thessaur. in decis.* 21 *part.* 2. & ratio, quia sumus in disposit. hominis.

Collect. 587.

Super cap fin. de locat.

NOn solués canonem per biennium cadit ab emphyteusi, hoc dicit. Quod amplia primo, vt caducitate non obstante, debeantur canones antea decursi, *Rot. nouiss. collect. à Farinac. in decis.* 808. Amplia secundò, vt ius declarandi caducitatem inter viuos cedi possit, *Rot. Aragon. in decis.* 35. quam not. ad ampliationem text. *in l. si ex pluribus, ff. de administr. tutorum*; Quod amplia etiam si non præcesserit protestatio, *Rot. Lucens. diuers. in decis.* 11. Amplia tertiò, etiam si canonem non soluerit, lite pendente, quia etiam cadit pulchrè, ac notabiliter *Achill. de Grass. in decis.* 1. *de locat.* Nunc limita præfatam text. nostri regulam, quando non adesset legitima persona cui fieret solutio, quæ destinanda erat, pulchrè *Rot. collect. à Farinac. in decis.* 806. Amplia limitationem hanc, vt neque hoc casu necessaria sit protestatio, aut oblatio, *Afflict. in decis.* 316. Amplia secundò in casu *de Franch. in decis. fin. part.* 1. Limita secundò, si canonis solutio defecit, non quidem malitia, sed errore *Rot. collect. à Farinac. in decis.* 896. Quod amplia, vt nedum error facti, verumetiam Juris excuset *Verall. in decis.* 180. *part.* 1. Limita tertiò in casu *Rot. Aragon. penes Monter. in decis.* 5. vbi fuit dictum, quòd per vnicam canonis receptionem censetur remissa caducitas quomodocunque illa contigerit; Limita quartò, in casu *Rot. Lucens. diuers.* 137. vbi fuit decisum, quod à caducitatis pœna excusatur quis ob paupertatem; Limita quintò, vt ob canonem per triennium non solutum non possit dominus directus propria authoritate capere emphyteosim, *Mastrill in decis.* 194. *Afflict. in decis.* 97. Limita sextò, in casu *Rot. nouiss. penes Farinacium decis.* 21. vbi fuit dictum quòd quando prætenditur deuolutio ob canonem nō solutum concludens requiritur probatio, quod res sit emphyteutica. Limita septimò, in casu *decis. Curiæ Archiepisc. Neap. penes me* 31. vbi decidimus non concedi hodie Emphyteutæ deuolutionem ob canonem non solutum.

COLLECT. 589.

Super l fin. C. de vsur. & fruct. legat.

FRuctus rei legatæ nõ à die mortis testatoris, sed à tempore litis contestatæ debētur, hoc dicit. Quod limita primo, in legato relicto filio in quantitate in satisfactione legitimę, quoniam tunc fructus debentur à die mortis, pulchrè ac omnino videndus *de Franch. in decis.* 576. quam not. ad text. *in l. 1. C. eod. tit.* Hoc amplia etiam si à bonæ fidei possessore fructus deberentur, *Pegue. in decis. Rot. Cathal.* 125. Limita secundò, quando fit reuocatio per titulum de inofficiosis donationibus, quia tunc fructus legitimæ debentur à tempore mortæ, *Ann. obseru.* 5 Sublimita vt non liceat filio propria authoritate illos fructus à tempore mortis capere, *Anton. Fab. in decis.* 4. *C. de vsur. legat.* Limita tertiò, quando ipsi quoque fructus in legato sunt, *idem in decis.* 1. *C. eod.* Limita quarto, in legatis ad pias causas, quorum fructus à tempore mortis, non verò litis contestatæ debentur, *idem Fab. in dec.* 3. *C. eod.* Limita quintò, in legato pro dote, quia eius fructus ex die nuptiarum debentur, *Mastrill. in decis.* 10. *Gasp Thess in decis. Rot. Taurinens.* 31. *Anton. Fab. in decis.* 8. *eod. tit.*

COLLECT. 590.

Super l. si quis aliquid la 2. qui abortionis, ff de pœn.

ABortum faciens punitur pœna mortis, hoc dicit, Quod limita primò, vt procurans abortum non incurrat in pœnas, de quibus hic, nisi fœtus sit animatus, *Sayrus in decis.* 23. *de homicidio*, & dicitur fœtus animatus si sit masculus in die 40. à cõceptione, si autem fœmineus in die 80. ab ipso conceptu, *Viu. in decis.* 82. quam not. ad Bartolum communiter receptum *in l. diuus, ff. de extraordinariis criminib.* Limita secundò, in occidente infantem iam natum, *Thess. in decis.* 13. vbi fuit agratiata per Principem quædam Mulier, quæ suum abiecerat partum. Limita tertiò, in eo, qui eum muliere prægnante saltauit, abortu sequuto, quia non solùm excusatur ab irregularitate, verùm à pœna abortus, si saltatio illa fuerat licita, *Sayr. in decis.* 23. *de homicidio.* Limita quartò, in casu *Thess. in decis.* 12. *in fin.* vbi non fuit punita pœna mortis quædam mulier, quæ propriis visceribus ita vim intulerit, vt abegerit. Limita quinto, in pulcherrimo casu *Osasch. in decis.* 60. de muliere illa, quæ ventris doloribus impulsa, latrinam accesserit, & partum in eam effuderat, asserens se nesciuisse esse prægnantem. Limita sextò, in eo, qui non fuit in dolo, & sic ignoranter mulierem esse prægnantem, *Maynard. in decis.* 29. *lib.* 3. Limita septimò, in casu *Thess. in decis.* 13. vbi mulier quædam infantem pepererat, & partus repertus fuit formatus, sed iam mortuus in latrina, interrogata, semper respondit ignorasse se fuisse prægnantem, & cùm ea nocte, qua peperit, sentiret ventrem tumefieri, & dolore angeretur, latrinam accessit, sensit quid magnum exire, cogitans se missuram fæces ventris, & ibi fuit sentiens nescio, quod exire per vuluam volens retraxit nates opponent os vuluæ ori latrinæ, tunc sensit quid magnum exire, & in latrinam cadere videbatur: Limita octauo, in eo, qui à contrario sensu dederit poculum mulieri ad eam ingrauidandam,

& illa eo sumptuo mortua fuerit, ita pulchrè *Anton. Faber. in decis.13. C. ad legem Corneliam de sicariis.* Num autem pœna abortus puniatur ille, qui consilium & remedia ad abortum prægnanti præbuit? In affirmatiuam decidit *Sayr. in decis.43 de homicidio.*

COLLECT. 591.

Super c.2. de const. in 6.

IN locum exemptum, & in personas quis nũquam iurisdictionem exercere potest, hoc dicit. Quod limita primò, in casu *de Franch. in decis.* 711. vbi fuit dictum quòd Archiepiscopus visitando monasteria exempta potest ante se deferre crucem, quam not. ad pulcherrimum *text. in Clem. Archiepiscopo de priuilegiis.* Limita secundò, in casu *Rot. nouiss. decis.* 770. vbi fuit decisum, quod in locis vbi Canonici Regulares constituuntCapitulum, Episcopus habet in eos iurisdictionem, quamuis sint exempti. Limita tertiò, in casu *decis. Curia Archiepiscop. Neapol. penes me.* 50. vbi fuit dictum quod Episcopus potest declarare excommunicatos à iure, vel Apostolicis constitutionibus regulares exemptos, qui habent priuilegium, vt excommunicari, suspendi, & interdici non possint, quam not. *ad text. in c.1. de priuilegiis in sexto.* Limita quarto, in casu *de Franch. in decision.*147. vbi resistentes contra exequentem possunt puniri à Iudice repræsentato ab ipso exequente, quamuis sit exemptus ab eius iurisdictione. Limita quintò, in exemptis delinquentibus in loco non exempto, quia poterunt ab Ordinario Iudice puniri, vt refert decisum *Anton. Fab. in decis.*19. *Cod. de iurisdict.* *omnium iudicum*, quam diligenter nota ad ornatum *text. in cap.1. de priuilegiis in 6.* & facit in terminis optima decisio *Capycij 9.* quam videas. Limita sextò, in casu *Sayr. in dec.2. de rescriptis*, vbi Congregatio Clericorum ad regendos pauperes orphanos instituta, quamuis exempta subest Ordinario, & ibi quoque habetur quod exemptio præscribitur spatio quadraginta annorum. Limita septimò, in casu *decis. Curia Archiepiscop. Neapol. teste me ipso in decis.*31. vbi fuit decisum, quod valet statutum Episcopi excommunicans accedentes ad monasteria Monialium exempta subdita regularibus ad quod facit *Concil. Trident. sess.25. de regul. can.5.* vbi Episcopi tanquam Apostolicæ Sedis Delegati in Monasteriis exemptis possunt se intromittere, & curam habere clausuræ Monasteriorum. Limita octauò, in casu *decis. eiusdem Curia, teste me ipso in decis.*57. vbi regulares degentes in claustris si inueniuntur in domibus meretricum, vel aliàs notoriè delinquunt, iuxta *can.14. sess.25.* per *Concil. Trident.* possunt carcerari per Cursores Curiæ, & non remittuntur ad suos Superiores antequam capiatur informatio delicti, posteà verò remittuntur cum copia actorum, præfixo termino superioribus ad docendum de punitione, vt animaduertit etiam *Triuis. in decis.*36.

COLLECT. 592.

Super c.1. de censibus in 6.

EPiscopo visitanti debetur procuratio, hoc dicit, Quod amplia. procedere etiã in Notario, qui quando nõ est de familia Episcopi ab his.

qui visitantur, ratione scripturarum, iustū salarium accipere potest, *Sayr. in decis.*1. *de censibus.* Limita nunc, vt præfata nostri tex.cōclusio non procedat, quando Episcopus per alium visitaret, Procurator enim Episcopo personaliter visitanti debetur *Iaffred. in decis.*22 quam not.*ad text.in cap.procurationes,de censibus.* Limita secundò, vt non sit recipienda ab Ecclesiis Ciuitatis quādo visitantur, vt decisum refero *Ego ipse in decis.Cur. Archiepiscop. Neapol.* 19. quam nota ad limitationem *text.in c.venerabili. de censibus*, pro cuius limitationis corroboratione facit *Concil.Trident.sess.*24. *can.*3.*de reform.* ibi (pro temporis tantùm necessitate, & non vltra.) Limita tertiò, vt vltra procurationem nihil possit accipere, vnde aliquid malè accipiens est ipso iure suspensus *Sayr. in decision.*11. *de censibus.* Limita quartò, quando esset consuetudo in contrarium, *vt in d. sess.*24. *can.*5. Limita quintò, vt procuratio non debeatur ab Hospitali, *Fab.in dec.*15.*Cod.de Episcop. & Cler.* in visitatione eiusdem. Sed num Hospitalia priuata, absque Episcopi authoritate fundata visitari possint? Curia Archiep.Neapol. decidit cum distinctione, quod aut fundator hospitalis viuit, & non potest Episcopus illud visitare, nam fundator pœnitere potest, & reuocare hospitale, aut fundator est mortuus, & potest visitari ab Episcopo tanquam exequutore piarum dispositionum, *Ego ipse in dec.*31. Sed num possit visitare confraternitates laicorum existentes intra Ecclesias Regularium exemptorum, & affirmatiuè decidit *de Benint.Ro.Bonon.in dec.*13. & ita pluries declarauit Sacra Congregatio. Sed num Episcopus possit de facto resistentes excommunicare *Curia Archiepisc. Neapol. teste me ipso in decis.*18. decidit quod possit quando non sunt in possessione exemptionis visitationis, aliàs secus, ad quā etiam conclusionem videas pulchram *decis.Caualc.*37.*par.*2.

Collect. 593.

Super l.captatorias, ff de hæredibus instituendis.

CAptatoria institutio non valet, sed grauis est dubitatio in cognitione huiusmodi dispositionū ob id quod varij varia scripsere. Nam *Polid.Rip. in obseru.*112. asserit decisum captatoriam dispositionem non esse eam, quæ pendet à consensu in genere, *Moh. d.in dec.Rot.Rom.*6.*de testamentis*, dicit quod captatoria dispositio ex eo solo non dicitur, quod persona eligenda alienę sit voluntati mancipata, modo institutionis substantia ex alterius voluntatis arbitrio non dependeat, *Surd.in decis Rot. Man. refert Rot.* illam decidisse non fuisse captatoriam dispositionem Illust D. Alexandri Gonzaghæ, qui substituit fratris filium, si frater eius filium substituisset, *Anton. Faber in decis.Rot.Sabaud.*11. *C.de hæred.instituen.* dicit captatoriam dispositionem minimè dici illam, cuius conditio collata sit in secretum alienæ voluntatis, sed omnem omnino quam ex alieno pendere arbitrio testator voluerit.

Collect. 594.

*Super l.*1.*ff.de pignoribus.*

IN generali alienatione non veniunt ea, quæ quis non esset in specie concessurus, hoc dicit. Ex quo Infertur

Infertur primò, quod bona feudalia non comprehenduntur, *Mastrill. in decis.* 87. *part.* 1. quam not. ad ornatum *tex. in cap si generali, si de feudo defuncti fuerit controuers.* Quod amplia procedere etiam in actione, quæ competit ad feudum, quia feudalis dicitur *Ann. alleg.* 121. Amplia secundò, in allodialibus feudo per Vasallum incorporatis, *Cole. in decis. Rot. Genua.* 219. Infertur secundò, quod in generali obligatione non venit res prohibita alienari, licet contrà *Minad. in decis.* 12. Infertur tertiò, quod neque lectus, & necessaria supellectilia, *Iaffred. in decis.* 91. Num autem in generali obligatione veniant etiam greges ouium? affirmatiuè, *Rot. collect. à Farinac. in decis.* 230.

Collect. 595.

Super c. 2. de testibus.

Testium depositio, parte non citata, non probat, hoc dicit, Quod amplia primò, vt non probet nec cōtra, nec pro citato, ita pulchrè *Achill. de Graff. in decis.* 1. *de testibus.* Amplia secundò, vt facta citatione, compellatur testes producēs ad examinari faciendum, *Capyc. in decis.* 39. Amplia tertiò, etiam in crimine Assassinij, in quo testes parte non citata non probant, *Crescent. in decis.* 2. *de testibus.* Quam amplia etiam si agatur ad priuationem Beneficij, *Iaffred. in decis.* 29. Amplia quartò, vt numquam valeant testium depositiones parte non citatā, *Anton. Fab. in dec.* 13. *de testibus.* Amplia quintò, etiam si testes iurati essent, adhuc enim non probant parte non citata, *Idem in decis.* 61. *eod. tit.* Amplia sextò, etiam in eorundem depositione, *Rot. Bononien.* (*teste Cesare de Barz.*) *in decisio.* 137. Amplia septimò, vt pariter testium depositio non valeat facta non die ad quam pars citata fuit, sed sequenti, *Rot. in decis.* 15. *de testibus in nouis.* Nunc limita tex. nostrum & primò, quando esset citatus ab vna parte, quia potest examinari ab aduersario etiam non citatus, *Boer. in decis.* 245. & ita pariter decisum in causa Marci Antonij Columnæ refert *Ann. singul.* 110. Limita secundò, quando recipiuntur vltima die termini, quia examinantur absque citatione, *Afflict. in decis.* 47. *in fin.* Limita tertiò, in antiquis, quia probant, *Mohed. in decis.* 6. *de testib.* Limita quartò, in casu *decis. Iaffred.* 405. vbi fuit dictum quod valida est testis depositio absque citatione, quando Judex illi Iuramentum defert vtraque parte præsente, vt voluerunt etiam *DD. de Rot. in dec.* 405. Limita sextò, in casu *Mynsing. cent.* 6. *obseru.* 16. vbi fuit dictum quod testis ex improuiso repertus in iudicio valida est eius depositio non præuia citatione. Limita septimo, in casu *Verall. in decis.* 206. *p.* 2.

Collect. 596.

Super Concil. Triden. sess. 23. can 9.

Episcopus familiarem suum ordinare non potest, nisi per triennium fuerit secum commoratus, & beneficium statim illi conferat, hoc dicit. Quod amplia vt locum habeat etiam in prima tonsura, *Sayr. in decision.* 16. *de temporibus ordinat.* Amplia secundò, vt familiaritas in dubio præsumatur continuata ad effectum de quo hîc, *Crescent. pulchrè in decis.* 18. *de probat.* Amplia tertiò etiam in eo, qui impedimento non po-

tuit continuò comedere, ac esse in domo, *idem in decis. 16. de rescriptis*; Amplia quartò in Magistro actorum Curiæ Episcopalis qui vt familiaris poterit ab Episcopo ordinari, *Gratian. in decis. Rot. Marchiæ 233.* Amplia quintò, vt sufficiat quod triennium inceperit antequam dominus esset factus Episcopus vt ordinari possit, *Gamm. in decis. Lusit. 93.* vt censuit pariter Sacra Congregatio. Nunc limita Concil. & primo in eo familiari, qui non habitat intra domum Episcopi, & illi continuò non seruit. Ita pulchrè *Maynard. in decis. 23. lib. 2.* hinc est quod si quis per totum triennium habitaret in partes remotas non posset ordinari, quia Episcopus eius mores noscere non posset *Alexand. Raud. in decis. 35* Limita secundò, vt Episcopus ordinando familiarem triennalem super interstitiis dispensare non possit *Sayr. in decis. 28. de temporibus ordinat.* quam not. *ad limit. Conc. Trident. sess. 23. can. 11.* Limita tertiò, vt licèt Episcopus ordinare possit suum familiarem triennalem, non potest tamen cum eo illegitimò dispensare, *Idem in decision. 29. eod. tit.* Limita quartò, in eo qui est familiaris per priuilegium, quia non dicitur verè ac propriè familiaris, *Rot diuers. in dec. 303. par. 2.* Limita quinto, in familiari, cui non est collatum beneficium, quia Concil. vltra familiaritatem requirit beneficij collationem, pulchrè *Rot. diuers.* ac omnino videnda, *in decis. 731. part. 1.* & ita censuit Sacra Congregatio in vna *Hyeracens. 6. Septembr. 1581.* vt eadem *Rot.* refert, & Beneficium est statim re ipsa conferendum, aliàs si post aliquot menses, non satisfit Concilio, *Rot. collect. à Farinac. in decis. 222.* & ita pariter fertur declarasse Sacram Congregationem. Limita sextò, in eo, cuius familiaritas extincta fuerit, quæ quomodo extinguatur decidit *Rot. diuersorum* omnino videnda *in decis. 427. par. 1.*

COLLECT. 597.

Super c. testium 11. q. 1.

CLerici contra laicos in testes recipiendi non sunt, hoc dicit, Quod declaratur primò, in ciuilibus, nam in criminalibus prohibitio tantùm procedit, si quidem Clericus testimonium in causa sanguinis ferens non solùm peccat, sed etiam si sequatur occisio, vel mutilatio irregularis efficitur, *Sayr. in decis. 1. de testibus cogand.* Declaratur secundò, in causis criminalibus ad defensionem *Maynard. in dec. 22. lib. 4* Declaratur tertio, vt Clericus examinatus coram Iudice seculari absque sui Prælati licentia possit deponere quamuis à principio non posset *Ann.* asserens decisum *in singul. 118.* Declaratur quartò, in casu *decis. Cur. Archiepisc. Neapol. teste meipso in decis. 42.* vbi fuit dictum, quòd possit etiam in crimine contra laicum in iudicio seculari vbi non venit imponenda pœna sanguinis, sed agitur ciuiliter ad pœnam carcerationis, & similes. Sed pulcherrima fuit in ea Curia dubitatio ventilata an possit concedi licentia Clerico deponendi in Iudicio seculari contra laicum, quando venit imponenda pœna sanguinis super delicto, in genere tantum, cùm veritas per alios haberi non posset, & partem negatiuam tenuit, & sentit etiam *Bellon. in dec. 53.* Pro coronide tamen animaduertas, quod in his, & aliis casibus, in quibus Clerico licen-

centia conceditur deponendi coram Judice sęculari si falsum coram eodem Judice reperitur commisisse, remittendus est Judici Ecclesiastico, & ita nonnulla Italiæ Tribunalia deciderunt, prout *Sacrum Concil. Neap. teste Afflict. in decis.* 230. *Rot. Venet.* (*teste Triuis*) *in decis.* 8. *part.* 2. *& Rot. Florent.* penes *Magon. in decis.* 12.

COLLECT. 598.

Super cap. quoniam Abbas, de officio delegato.

DElegatio facta vni non extenditur ad alium, hoc dicit. Ex quo infertur primo, quòd delegatio Episcopo facta non transit in eius Vicarium, licèt possit specialiter subdelegari, *Sayr. in decis.* 6. *de offic. delegat.* Infertur secundò, quòd delegatio facta Vicario Episcopi per eius obitum non transit in Vicarium successorem, *Achill. de Graff. in decis.* 3. *de offic. Vicarij*: Infertur tertio, quòd delegatione facta Vicario non potest Episcopus se in eam intromittere, *Sayr. in decis.* 7. *de offic. delegat.* Cæterùm limita primo, quando stylus alicuius Curię esset in contrarium, *Rot. diuers. in decis.* 12. *p.* 1. Limita secundo, quando delegans habuit respectum ad Tribunal Episcopi *Card. Put. in decis.* 29. *part.* 2. Limita tertiò, in Curia Archiep. Neap. in qua obseruatur, quod Vicarius successor cognoscit de causa delegata Vicario prædecessori, vt refero decis. *Ego ipse in decis.* 83.

COLLECT. 599.

Super Pragm. edita thori.

DEmanij mat. hic peroptimè sedet. Super qua principalis quæstio, quæ fieri solet, est num in permutatione locum habeat? & partem affirmat. tenuit *Ann. cons.* 55. vbi refert decisum, quæ conclusio locum sibi vendicat, etiam quod alia pars det pecuniam alteri parti recompensam valoris rei permutatæ, & sic semper remanet permutatio, ita pulchrè *Viu. in decis.* 325. quam not. ad limitat. text. & ad ibi per DD. dicta *in cap. ad quæstionem, de rerum permut.* quicquid voluit *Georg alleg.* 7. Amplia secundò, vt locum habeat præfata Demanij petitio in qualibet Vassallorum trãslatione quomodocumque fiat *Teste Rot. Aragon. in dec.* 36. vbi fuit dictum, quod Vassalli alicuius Baronis si eius locus vendatur, possunt se pro tantundem redimere, Vassallis enim inuitis, fundus vendi minimè poterit, *de Franch. in decis.* 17. quam nota ad pulchram *gloss. in c. quæ in Ecclesiarum, de const.* Limita tandem quoad hoc, vt possit Rex reuocare Demanium, *Ann. alleg.* 87.

COLLECT. 600.

Super l. si cùm, ff. de re iudicata.

AB exequutione non est inci-piendum, hoc dicit: Nonnulla tamen in iure sunt decisa, quæ paratam, ac subitaneam habent exequutionem. Et primo Confessio ore proprio facta, licèt ei detur terminus aduersus confessionem, *Viu. in decis.* 68. quod limita in crimine notorio, vel vbi quis in fragranti crimine esset captus, *Iaffred. in decis.* 51. Secundò, paratam habet exequutionem obligatio cameralis, *Rot. coll. ct. à Farinac. in decis.* 61. Tertiò, instrumentum, *Thessaur. in decis.* 29. quam not. ad ornatum, *l. si minor* 25. *annis*,

ff. de minoribus. Quartò Guarentigiæ, *Boer. in dec.* 195. Quintò, Literæ Cambij, vt pro illis competat via exequutiua, pulchrè *Mastril. in decis.* 9. Quam amplia, vt procedat tam contra scribentem, quàm contra acceptantem, *Rot. Genuen. in decis.* 2. & 9. Limita hoc si literæ essent perditæ, *de Benintend. in decis. Rot. Bonon.* 58. Sexto legatarius pro consequendo legato potest agere via exequutiua, *Vrs. in decis.* 464.

Collect. 601.

Super l. ad Commentariensem, C. de custodia reorum.

Custos carceris, si carceratus aufugerit, qui capite plectendus erat, & ipse eadem pœna punitur, hoc dicit. Quod amplia, vt eadem pœna veniat puniendus custos si rem habuit cum muliere carcerata, *Anton. Fab. in decis.* 2. *C. de custod. reor.* Hinc est, quod contra Officialem cognoscentem carnaliter mulierem cum violentia procedi potest ex facto ad torturam, *Mastrill in decis.* 191. *p.* 2. Limita nunc in casu *Ann. cons. dec.* 31. *vol.* 1.

Collect. 602.

Super l. & eleganter, ff. de dolo.

Dolus dans causam contractui bonæ fidei reddit ipsum ipso iure nullum, hoc dicit, Et ita decidit *Rot. Rom. nouiss. collect. à Farinac. in decis.* 191. Hinc est, quod transactio dolo aduersarij dans causam contractui est ipso iure nulla, *Piguer. in decis.* 65. Et an dolus dans causam contractui matrimonium reddat ipsum nullum? vide *Francisc. Marc. in decis.* 26. *part.* 2. & nonnulla pulcherrima ad hanc materiam pertinentia, vide per *Maynard. in decis.* 37. *lib.* 5.

Collect. 603.

Super l. is qui, ff. de rei vindic.

Ex præsenti lege habetur illa iuris conclusio, quod commodum est possidere: Tu verò nõnulla commoda decisa addas, ac effectus, Et primo, quia dominium probatur ex possessione, & fructuum perceptione, si incidenter tantùm, non etiam principaliter de dominio quæratur, *Anton. Faber in decis.* 18. *C. de rei vendicat.* Secundò, quia possessor potest conueniri rei vendicatione, *idem Fab. in decis.* 9. *C. eod. tit.* quam not. ad text. *in l. officium, ff. eod. tit.* Tertiò, quia inter duos emptores eiusdem rei potior est, qui prius realem possessionem apprehendit, *Maynard. in decis.* 62. *lib.* 2. quam not. ad text. *in l. quoties, C. de rei vindicat.* Quarto, quia licèt clausula, saluo assensu domini in alienatione emphyteusis excuset à caducitate, secus tamen quando tradidit possessionem, *G. Ant. Thessaur. Rot. Taurinens. in decis.* 53. *part.* 1. Quinto, quia Baro habens tantùm possessionem feudi potest interuenire, & vocem dare in parlamento, licèt inuestituram non haberet, pulchrè *Mastrill. in decis. Rot. Sicil.* 18. *part.* 2. Sexto, quia Beneficiatus ad effectum, vt effugiat forum seculare non sufficit probare titulum beneficij, nisi etiam illius probet possessionem, *Ferrer Rot. Catalon. in decis.* 215. & ita censuit Sacra Congregatio super *Concil. Trident. cap.* 6. *sess.* 23. vt refert *Mastrill. in decis.* 114. *part.* Septimò, quia habens possessionem in aliquo territorio contribuere debet pro

pro munitione loci, *Guid. Pap. in decis.* 7. Octauo, quia possessio operatur fructuum acquisitionem, *idem Guid. Pap. in decis.* 8. alios possessionis effectus congerit *in decis.* 356. Nono, quia non nisi possessori interdictum vnde vi datur, *Ann. allegat.* 113. Decimo, quia possessio efficit, vt cùm beneficium ab Ordinario est collatum, vt collationem illam priorem fuisse præsumatur, *Card. Put. in decis.* 194. *lib.* 2. quam not. ad text. celebrem *in c. si à sede, de præbend. in* 6. Vndecimo, quia vt beneficium, *l. fin. C. de edicti Diui Adriani.* concedatur, necesse est in primis probare defunctum possedisse illa bona tempore mortis, *Ann. allegat.* 20.

Collect. 604.

Ad Isern. in c. 1. §. donare, qualiter olim feud. poterat alienar.

Assensus est stricti Juris, hoc dicit. Ex quo infertur primo, *ad decis. Coler. Rot. German.* 93. vbi fuit dictum quod non præiudicat assensus, nisi quoad expressa tantùm. Infertur secundò ad decis. *Ann. alleg.* 36. vbi assensus non extenditur; Infertur tertio, *ad decis. de Franch.* 105. vbi assensus super venditione facta non extenditur ad faciendam. Infertur quartò, econtrà ad decisionem *Garz.* 37. vbi fuit dictum, quòd assensus præstitus super venditione facienda non extenditur ad venditionem per prius factam, & ita pariter refert iudicatum in Regia Camera inter Regium Fiscum, & Octauianum Carafam *Ann. sing.* 40.

Collect. 605.

Ad Bart. super l. 2. C. de exceptionib.

Hic Batt. per hunc text. regulam ponit, quod exceptio de iure tertij in iure non datur. Ex qua conclusione infero ad decis. *Ann. in sing.* 211. vbi refert decisum, quod feudum possidens, conuentus non opponit de iure tertij: Nunc limita præfatam regulam in nonnullis casibus. Et primo quando hæc exceptio in totum Jus agentis excluderet, ita *Rober. lib. 2. rer. iudic. decis.* 3. Limita secundo, in ipsomet tertio authore, qui de alicuius iure vult opponere, nam tunc valet oppositio, dummodo Ius, quod adducit, plenè probet, & sit exclusiuum iuris alterius, ita *Rot. Rom.* (*teste Verall. decis.* 254 *p.* 2.) Limita tertio, vt allegari possit ius tertij ab eo, cuius interest, *Cornaz. in decis.* 23. Limita quarto, in casu *Thess. in decis.* 4. vbi plenissimè Reg. hanc nonnullis limitationibus exornat. Limita quintò, in casu *Osasch. in decis.* 74.

Collect. 606.

Super l. Altius, C. de seruit.

In dubio præsumitur res potius libera, quàm serua, hoc dicit, Ex quo infertur primò, quod in dubio præsumitur potius beneficium esse ad liberam collationem, quàm ad alicuius præsentationem, *Cappell. Thol. in decis.* 25 Infertur secundo, quod in dubio potius præsumitur res censualis, quàm emphyteutica, pulchrè ac notabiliter *Crescent. in decis. 1. de censibus. Grammat. in decis.* 33 Infertur tertio, *ad decis. Ann. singul.* 333. vbi in dubio non præsumitur fideicommissum. Infertur quarto, quòd ob eandem rationem regulæ territorium potius allodiale, quàm feudale esse præsumitur, *Rot. nouiss. collecta à Farin.*

in decis. 880. Infertur quintò, quod in dubio potius spontanea quàm coacta voluntas præsumitur, ita *Sebast. Med. in decis. Rot. March.* 9. Infertur sexto, quod Episcopus non habet fundatam intentionem in beneficiis Regularium habentium Superiorem, *Fab. in decis.* 65. *C. de sacrosf. eccles.* Infertur septimò, *ad Maynard.* 91. vbi fuit dictum, quod in dubio in venditione domus non censetur adiecta seruitus, nisi expressè de ea mentio facta fuerit.

Collect. 607.

Super cap. ordinarij, de officio ordinarij in sexto.

TExt. hic concordat cum **Concil. Trident. sess. 7. can. 5.** quo cauetur, quod obtinentes plura beneficia, illorum dispensationem, ac titulum Ordinario exhibere tenentur: Quod amplia primo, quod adeò tituli exhibitio est substantialis, vt partis confessio nihil prodest, **Bellamer. in decis.** 183. Amplia secundò, vt titulus non eo solo probetur, quod testes dicant scripturam tituli se vidisse, omnimodo enim exhibendus est, & in scriptis probandus, **Anton. Fab. in decis.** 83. **C. de sacrosanct. Eccle.** Nunc limita text. & primo, vbi confessio vergeret in præiudicium eiusdem confitentis, **Cappell. Tholos. in decis.** 433. Limita secundò, in casu **Anton. Fab. in decis.** 47. **C. eod. tit.** vbi fuit dictum, quod non semper cogendus est Beneficiarius etiam agens de suo titulo docere, tandem pro materia vide pulchram **decis. Capyc.** 6.

Collect. 608.

Super cap. fin. de libelli oblatione.

IN libello debet declarari species rei contentæ, hoc dicit. Ex quo infertur primo, quod libellus super falsitate non procedit, nisi declaratis speciebus falsitatis, **Cap.** pulcherrimè *in decis.* 79. Infertur secundo, *ad decis. Viuij* 104. vbi refert decisum in Regia Audientia, quod allegans simulatum contractum, debet probare, ac exprimere species simulationis, quam not. ad text. *in l. ab Anastasio. C. mandati* Infertur tertio, quod libellus si est super interdicto retinendæ debent in eo declarari species turbationis *Ann.* dicens decisum *in singul.* 314. quam not. ad originalem doctr. *Inn. in cap. licet, de probationib.* Infertur quartò ad decis. Sacri Consilij penes *eundem in sequenti sing.* vbi fuit dictũ, quod in libello super honoribus Sedilis declarari debent honorum species, quibus gauisi sunt prædecessores, vt fuit decisum in causa Nicolai Maioranæ cum Sedili Montaneæ. Infertur quintò, quod libellus debet declarari ad finem deliberandi, vel cedendi, *Ant. Fab. in decis.* 1. *C. de edend.* Infertur sextò, quod in libello super nullitate, nullitatis species declarari debent, *Verall. in decis.* 29. *part.* 3 Infertur septimo ad decis. *Ann. alleg.* 77. vbi fuit decisum, quod in libello super furore, furoris species declarandæ sunt, cùm sint multæ. Infertur octauò, ad pulchram *decis. eiusdem alleg.* 111. vbi fuit dictum, quod actor in libello tenetur declarare tempus spolij. Ad cuius mat. intelligentiam videnda est pulchra *Afflict. decis.* 250. vbi plenissimè hanc mat. tangit.

Collect. 609.

Super Mat. de parte pretij.

SVper hac materia de duobus vsq; adhuc contigit dubitari. Et primo

num de feudo donato ob seruitia debeatur pars pretij à primogenito secundogenito, & affinitatiu. refert decisum *in singul.201.in causa delli Fedeli anno 1556. Actuario Iubeno.* Quam decisionem amplia procedere, etiam si seruitia non essent æquiualentia rei donatæ, *Faber in decis.15. C. de fideicommissis.* Fuit secundo dubitatum, quod tempus attendi debeat ad detractionem huius partis, & idem *Ann.in sing.200.* refert decisum fuisse à Sacro Consilio inspici debere tempus, quo emptum fuit feudum, & non tempus mortis.

COLLECT. 610.

Super cap. cum olim, de maioritate & obedientia.

CApitulum sede vacante succedit in omni iurisdictione, quæ iure ordinario cõpetebat Episcopo, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus, hoc dicit, Ex quo infertur primò, quod idem Capitulum potest, sede vacante visitare, quemadmodum Episcopus *Maynard. in decis.22.lib.3.* Infertur secundo, quod potest post annum vacationis Sedis Episcopalis literas dimissorias, seu Reuerendas dare, pulchrè *Sayr.in decis.65 de tempor.ordin.* quam not. *ad Concil.Trident.sess.7.can.10. de reformat.* & pariter ad limit.text. *in cap.cum nullus, de temporib. ordinat. in sexto.* Infertur tertio, quod in casibus in quibus Capitulum potest conferre beneficia, poterit pariter instituere prębendam pœnitentialem, iuxta *can.8.sess.24. de reformat & Sayr. in decis.1. ne sede vacante.* Infertur quarto, quod potest dare licentiam Episcopo exercendi iurisdictionem in sua diœcesi, *Monald. in consf.decis.39.* Infertur quinto, quod potest cum illegitimis ad ordines minores dispensare, *Sayr. in decis.34. de temporibus ordinatio.* quam not. ad limitat.text. *in cap.1. de filiis presbyterorum, in sexto.*

COLLECT. 611.

Super Clementina 1. de Magistris.

PRiuilegiatur Doctoratus gradus præsenti Clement. Tu verò aliqua circa eam decisa addas. Et primo, quia Doctores de Collegio filij debent gratis doctorari, *Viu. in decis.159.* Secundum priuilegium, quia Doctores, vt nobiles non puniuntur pœna ignominiosa, licet secus in Licentiato, *de Franch.in decis.111.* Tertium, quia creditur Doctori attestanti de consuetudine, *Rot. Bonon.* penes *de Benintend in decis.96.* Quartum, quia Doctoratus potest probari per solam famam, *Verall in decis.59.part.1.* Quintum, quia non potest suæ concubinæ donare, *Garz. in decis.29.*

COLLECT. 612.

Ad Isern. in Constit. Regni Instrumentorum.

INstrumentum stipulatum per Notarium Apostolicum in Regno non probat, hoc dicit. Ad quem locum reponas primò *decis. Afflict.245.* Secundò *decis. Boer.242.* Tertio, *Ann.* qui distinguit, *& decisionem S.Concil.* refert *sing.146.*

COLLECT. 613.

Super Ritu M.C.V.61.

De Sedibus Neapolit. loquitur Rit. iste cum disponat, quod in Fideiussores Nobiles Sedilis Nidi, & Capuanæ non recipiuntur. Tu autem omnia de illis decisa hic reponas. Et primo fuit decisum, quod Nobiles Sedilis non possunt aggregare, *Ann. allegat.* 130. Secundò fuit decisum, quod suffragia extra locum Sedilis sunt valida, ac prosunt, *idem Anni. in sing.* 355. dicens decisum in causa Antonij Aiossæ cum Sedili Portus, & iterum decisum in anno 1588. in causa Bernardini Moccia cum Sedili Portæ Nouæ. Tertiò, fuit decisum, quod Nobilis de Collegio, & sic Sedilis non censetur aliquis ex hoc solo, quod sit descriptus inter Nobiles, *Polid. Rip. in obseruat.* 21. vnde *Ann. in singul.* 358. dicit esse notandum pro illis qui reperiuntur in taxa vnà cum Nobilibus Platearum, aut associatione Yconomi Sedilis Capuanæ. Quarto, fuit decisum, quod in aggregatione in Sedili sufficit maior pars Nobilium, non obstante contradictione minoris partis, *de Franch. in decis.* 2. Quinto, fuit decisum, quod nō nocet filiis patris confessio, qua declarabat se, suámque familiam in aliquo ex quinque Sedilibus huius Ciuitatis gauisum non fuisse, quia filij ipsius confitentis fuerunt ad honores Sedilis Capuanæ reintegrati in casu illorum de Acciapaccia in anno 1577. vt *Ann.* refert *in consil.* 88. Sextò, fuit decisum descendentes ex fœminis familiæ Oiliæ virtute priuilegij eidem familiæ concessi aggregandos esse in Platea Capuana, *de Franch. in decis.* 107. Septimò & vltimo fuit decisum, quod quinque Sediles non habent potestatem in solidum, *Ann. consil.* 149. *volum.* 2.

Collect. 614.

Super Const. Regni lege præsenti.

Instrumentum stipulatum per Notarium Vassallum, nec prodest, nec nocet Baroni, hoc dicit, & concordat cum *cap. Regis Ladislai fol.* 91. & ita fuisse decisum in Sacro Consilio in causa delli Brancazzi cum Armelluccio Vicedomino in anno 1554. refert *Anna in singul.* 144. Amplia secundò, vt ne Vassallus possit esse Aduocatus, *Afflict. in decis.* 265. Nunc limita, vt non procedat in obligationib. apud acta Curiæ, *de Franch.* pulchrè *in decis.* 118. Limita secundò, vt nec pariter procedat in testamentis *Maynard.* loquens de *Cappel. Tholos. in decis.* 35. *lib.* 5. Limita tertiò, vt neque procedat in codicillis, *Ann. in sing.* 144.

Collect. 615.

In l. eius, §. 1. ff. ad municipal.

Hic apud Ciuilistas sedet materia domicilij, & apud Canonistas in *cap. fin. de foro competenti*, super qua illius effectus decisos not. Primus enim effectus est, quia Judex domicilij de delictis extra territorium cognoscit, prout in nonnullis Italiæ Tribunalibus decisum fuit, & præcipuè Neapol. *de Franch in pulchra decisione* 66. *Florentia*, penes *Magon. in decis.* 42. *Lucca Rot. diuers. Lucens. in decis.* 70. *Sabaudia* per *Thessaur. in decis.* 90. *Tholos. teste Maynard. in decis.* 25. *lib.* 1. *Venet.* penes *Triuis. in decis.* 70. *part.* 2. Secundus effectus est, quia tutor dari, ac peti potest in loco domicilij, ita decisum in Senatu Sabaudiæ testatur *Antonius Faber in decis.* 1, *Cod. vbi petantur tutores*, quam not. ad text. *in d. l.* 1.

d.l.1. Tertius effectus, quia de delicto Iudex domicilij est competens, licet Iudex originis sit potentior, eique præferatur, *de Franch. in dec.* 37. Quartus effectus, quia ratione domicilij quis efficitur Parochianus Ecclesiæ loci domicilij, idem *Anto. Fab. in decis.* 2. *C de episcop. & clericis*. Quod amplia etiam si ipse se transferat in alio loco ad tempus, *Monald. in cons. decis.* 21. *lib.* 1. quam not. ad text. *in cap. fin. de sepult. in* 6. Limita in casu text. *in c. fin. de Parochu. & Cappell Thol in decis.* 39 Quintus effectus est in casu *Triuis. in decis. Venet.* 22. *part.* 1. vbi fuit dictum quod Parochus proprij domicilij, non Amasij debet interuenire in matrimonio: Sextus effectus est in casu *Anto. Fab. in decis.* 1. *C. vbi de crimine agi oportet*, vbi in criminalibus cessat remissio Iudice domicilij concurrente, quibus prælibatis effectibus restat, vt hic aliqua attingamus circa grauem illam quæstionem de qua per DD. quomodo scilicet domicilium contrahatur? Nam *Maynard. in decis. Rot. Tholos.* 29. *part.* 3. asserit in illa *Rot.* decisum, quod potest quis in momēto absque temporis expectatione acquirere domicilium, quando scilicet transfert se ad habitandum in aliquo loco expresse declarando se habere animum ibi perpetuò permanendi, & domicilium contrahendi, *Rot. Rom. in diuers. decis.* 150. *part.* 2. dicit nō sufficere illam animi declarationem; quia requiritur etiam aliquis actus significatiuus domicilij, puta quod emerit domum. De alio modo contrahēdi domicilium, vide pulchram *decis. Triuis. Rot. Venet.* 22. *part.* 1. In Curia verò Archiepisc. Neapol. non admittuntur clerici ad Ciuilitatem Neapol. qui cum dimissoriis suorum Ordinariorum in Ciuitate morantur, ac declarant se habere animum contrahendi domicilium, & per longum tempus habitauerint, bene verum admittuntur capta informatione, quod in eorum patria non habent aliqua bona, & tamdiu Neap. habitauerint, quod præsumitur amplius non habere animum redeundi ad patriam, vt refero *Ego ipse in decis.* 47.

Collect. 616.

Super Bulla Clement. VIII. de prohibitione duelli.

PEr hanc Bullam habetur declaratio, ac extensio Constitutionum Apostolicarū, & Decreti Concilij Tridentini contra pugnantes in duello publicè, vel priuatim, necnon contra mittentes, scribentes, aut diuulgantes chartulas prouocatorias, aut scripta, quæ dicuntur manifesta, eorumque fautores, ac complices, *Romæ publicat. die* 2 *Septembr.* 1592 ad cuius dilucidationem & declarationis amplitudinem videnda est *pulcherrima decisio Rot. Lucens. penes Ioseph. Lud. in decis. Perus.* 11.

Collect. 617.

Super cap. proposuisti, de probat.

SIgillum alicuius facit probationem, hoc dicit, Quòd limita primo in casibus, in quibus esset necessaria subscriptio, *Anton. Fab. in decis.* 20. *C. de probat.* Limita secundo, in casu *Crescent. in decis.* 13 *eod. tit.* vbi fuit dictum, quod litteris sigillatis non creditur narrantibus de facto proprio. Limita tertio, in sigillo Episcopi in præiudicio expectantium, *Rot. in decis.* 17. *eod. tit. in antiq.* Limita quartò,

in literis sigillatis, in his, quæ nõ pertinent ad proprium officium, *eadem Rot. in decis. de probat. in antiq.* Limita quintò, in sigillo priuato, quia non probat, *Ann. sing* 480. Limita sexto, in sigillo destructo, *Maynard. in decis.* 22. *lib.* 3. quam not. *ad doctrin. Pan. in c. inter dilectos, de fide instrum.*

Collect. 618.

Super c. prelatis, de homicid. in 6.

CLericus pro iniuria sibi illata potest agere criminaliter contra laicum cum protestatione quod puniatur citra pœnam sanguinis, hoc dicit. Quod amplia primò etiam si pro certo sciat Iudicem secularem processurum ad pœnam sanguinis, *Fastol. in decis.* 3. *de homicidio.* Amplia secundò, si eius voluntas esset contraria protestationi *Maynard. in decis.* 91. Amplia tertiò, in casu decis. Curiæ Archiepiscop. Neap. *teste me ipso in decis.* 41. vbi fuit dictum quod potest concedi licentia Clerico agendi in iudicio seculari contra interfectorem fratris, cum protestatione citra pœnam sanguinis; Amplia quartò, in patre Clerico, quia potest contra interfectorem filij agere cum protestatione prædicta, *Sayr. in decis.* 3. *de iniuriis.*

Collect. 619.

In l. is à quo, ff. de rei vendicat.

SI duo vendicant eandem rem ab eodem possessore, primo vincenti traditur, præstita cautione, hoc dicit; Quod limita primo, vt nõ procedat in intruso, lite pendente, *Crescent. in decis.* 22. *de sentent. & re iudicat.* & ratio est quia huius legis dispositio locum sibi vendicat quando sunt plures competitores agentes contra possessorem, & vnus prius quam alius victoriam habuit *Maynard. in decis.* 29. *lib.* 3. Limita secundò, de Iure Saxonico in casu *Cole. Rot. Germa.* 112. vbi sancitum est quod possessor tenetur vnum de duobus facere, aut rem petitam apud se retinere, aut Iudici seruandam tradere; Limita tertiò, quãdo ex vno, eodémque iure plures veniunt contra tertium, vt in casu *de Franch. in decis.* 161. Limita quarto, in casu *Franc. Marc. in decis.* 1077. *part.* 2. vbi fuit dictum quod text. noster nõ procedit quando quis comparet ad infringendum iura competitorum, quia hoc casu supersedebitur ad instantiam primo venientis donec integrè determinabitur.

Collect. 620.

Super l. 1. ff. an per alium causæ app. illat.

EIusdem naturæ est causa appellationis, cuius est causa principalis, hoc dicit. Ex quo infertur primo, quòd si causa principalis potest agi per procuratorem, ita & causa appellationis, *S. ffe Rot. Aragon. in decis.* 81. Infertur secundo, quod quando in M. Curia Vicariæ contra committentes grauiora delicta proceditur per horas, & condemnatur inquisitus & interponitur appellatio ad S. C. similiter per horas proceditur in S. C. pulchrè *de Franch. in decisione* 520. Infertur tertio, quod incidentia emergentia in causa principali eiusdem naturæ sunt, cuius est causa principalis, & appellationis idem *de Franch. in decis.* 513. Infertur quartò, quod consensus paternus in causa principali præstitus filiofamilias agenti

genti extenditur ad causam appellationis, & hoc non alia prorsus ratione, quia eiusdem naturæ est *Iaffred. in decis.* 484. quod not. ad ampliationē *l. si §. necesse, C. de bonis quæ liberis*; Infertur quintò, quod procurator simpliciter in causa principali constitutus, censetur pariter in causa appellationis, *idem in decis.* 481. Infertur sextò quod si causa principalis est summaria, erit etiam causa appellationis summaria *Maynard. in decis.* 39. *lib.* 2. quod not. ad ampliationem *Clem. dispendia de Iudicijs*; Infertur septimò, quod fideiussor de Iudicato soluendo in causa principali præstitus, tenetur ad id, quod in causa appellationis iudicatum fuerit *de Franch. in decis.* 208. quod not. ad ornatum *text. in l. cum apud Sempronium, ff. Indicatum solui*; Infertur octauò, quod testes non repulsati in causa principali, possunt in causa appellationis de falso repulsari, *Afflict. in decis.* 266. Contrarium decidit *Rot. Pedem. teste Thessau in decis.* 259. quod not. ad limitat. *l. per hanc, C de temporibus appellationum*, verùm limit. *Thess. decis.* quando capita repulsæ fuerunt in prima instantia producta, sed non probata, quia possunt in causa appellationis, *Guid. Pap. in decis.* 500. Infertur nonò, quod fideiussor iudicij in prima instantia datus in casu succumbentiæ pro expensis tenetur etiam in causa appellationis, pulchrè *Thess.* nonnullos circa hoc distinguens casus, *in decis.* 202. quod not. pro ornatu *text. in l. generaliter, Cod. de Episcopis, & Clericis*; Infertur decimò, quod sicut perempta instantia in causa principali iudicis officium durat, vt possit partem, cuius culpa hoc contingit in expensis condemnare, ita & in causa appellationis, *Iaffred. in dec.* 269. Nunc limita principalem regulam in prorogatione instantiæ, quia licèt consensu partium instantia prorogari non possit, secus tamen in instantia causæ appellationis, ita *Mynsinger. centur.* 3. *obser.* 49.

COLLECT. 621.

In l. 2. Cod. quorum appellat. non recipiunt.

CONuictus, & confessus non appellat, hoc dicit, Quod amplia, primò, procedere tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, *Iaffred. in decis.* 451. Verum limita & primò, quando confiteretur cum qualitate, quæ delictum minuit, *de Franch. in decis.* 556. Limita secundò, vt regula tex. nostri sit vera in Notario conuicto, & confesso, secus si non esset manifestè conuictus, *Iaffred. in dec.* 462. Limita tertio, in confesso tantum, quia potest appellare, si in appellatione dicat se confessum per errorem, vel aliam legitimam causam contra confessionem alleget, *Maynard. in decision.* 22. *lib.* 2.

COLLECT. 622.

Super c. illo vos, de pignoribus.

VSurariorum, atque illicitorum contractuum mater. hic peroptimè sedet, & hoc dicit, Tu autem hic addas nonnullas alias species, & primò contractus, in quo à principio interesse taxatus dicitur illicitus *Iaffred. in decis.* 355. Secundo contractus, in quo pœna adiicitur dationi quantitatis, *Franc. Marc. in decision.* 411. Eius verò exactio licita est pro rata interesse, *Afflict. in decis.*

139. & ita pariter decidisse *Senat. Pedem.* refert *Thessaur. in decis.* 79. *Balb. in dec.* 355. Quod amplia etiam in fisco procedere, *Idem Thess. in decis.* 98. Tertio contractus mutui in quo adjicitur pœna in casu non solutionis *Sesse Rot. Aragon. in decis.* 110. Quartò, contractus, qui continet prouisionem solutionis damnorum in futurum propter temporis dilationem *Rot. collect. à Farinac. in decision.* 891. Quintò contractus continens pecuniam debitam ex mutuo, & ex venditione alicuius rei, *Capyc. in decision.* 49. Sextò contractus ex modicitate pretij, iuncto pacto de retrouendendo iudicatur illicitus, *Afflict. in decis.* 65. *Capyc. in dec.* 144. *Mynsinger. centur.* 3. *obseruat.* 62. *Cassad. in decis.* 1. *de vsur. Cacher. in decision.* 42. Septimò contractus in quo exigitur lucrum cessans, non concurrentibus illis tribus. Primò, quod quis sit solitus negotiari. Secundò, quod debitor pecuniæ mutuatæ fuerit in mora, Et tertio, quod habuerit merces præ manibus, *Mohedan in decision.* 3. *de vsuris. Polid. Rip. obseruat.* 1. licèt aliàs secus *Afflict. in* [illegible] 7.20. Octauò contractus celebratus ebrietatis tempore, *Vin. in decis.* 205. Nonò contractus in quo dantur animalia, (vt vulgò dicitur) à soccida, *idem in decis.* 142. de quo etiam contractu videndus est *Afflict. in decis.* 39. *Ioseph. Ludou. in decis. Perus.* 10. Decimò & vltimò contractus *Florent.* vsitat. qui (vt etiam vulgus ait) dicuntur Mochi & Barochi, *Alex. Raudens. in decis. Rot. Pisan.* 16.

Collect. 623.

Super c. non præstat impedimentum, de reg. iuris in 6.

Quod nullum est, nullum producit effectum, h d. Ex quo infertur primò, quod ex actu nullo non inducitur iurisdictionis præuentio, *Iaffred in decis.* 71. Infertur secundò, quod ex contractu nullo non debetur laudemium, *Peguer. in decisio.* 156. Infertur tertiò, quod citatio nulla non interrumpit cursum triennalis possessionis, *Verall. in decis.* 109. quam decis. not. ad ampliationem *Reg de trien.* Et citatio etiam nulla quando non fuit bene exequuta, puta quia non fuit relicta copia citationis post affixionem, *Rot. in decis.* 22. *in nouis, & Tholom. in decis.* 17. Infertur quartò, quod si cõtractus est nullus, constitutum in eo adiectum pariter erit nullum, *Anton. Fab. in decis.* 31. *C. de acquiren. possess.* Infertur quintò, quod Ius optionis per inualidam electionem non consumitur, *Balb. in decis.* 91. Infertur sextò, quod carceratus nulliter non potest attestari, licet contra *Mart. Rot. Pisan. in dec.* 79.

Collect. 624.

Super l. si quis ad se feudum, C. ad legem Iuliam de vi publica.

Spoliatus ante omnia est restituendus, hoc dicit, Quod amplia primò, in Iudice, qui nulliter procedit, quia dicitur spoliare, & propterea est ante omnia restituendus, *Verall. in decis.* 112. *p.* 2. Amplia secundò, vt ante plenariam restitutionem spoliato non possit opponi compensatio, *idem in decis.* 171. *par.* 3. Amplia tertiò, vt nec exceptio proprietatis, *Rot. Auenionens. in decision.* 8. Amplia quartò, etiam si rem, de qua quis spoliatur, acquisiuisset ex contractu inutili, adhuc enim ante omnia est restituendus

tuendus *Bellamer. in decis.* 494. & *Caputaq. in decis.* 181. *par.* 3. Amplia quintò, vt spoliator in spolio succumbens aggredi petitorium non possit, nisi spolio purgato vsque ad obolum *idem in decis.* 184. *ea.p.* Limita in casu *eiusdem in decis.* 188. *ead.p.* Amplia sextò, vt nec audiendus sit petens beneficium Cessionis Bonorum, ex *c. Odoardus, Verall. in decision.* 183. *p.* 3. Amplia septimò, vt ante omnia sit restituendum Monasterium licet facto prælati ceciderit à possessione, *Caputaqu. in decis.* 170. *part.* 3. Verùm limita nunc, & primò, vt spolio agi non possit, quando possessio fuit capta instrumentalis per mediam personã, quæ non fuit expulsa *Verall. in decis.* 169. *par.* 3. Limita secundò, vt neque possit agere spolio ille, qui cecidit à possessione, facto suo, elapso quadriennio *Caputaquens. in decis.* 172 *p.* 3. quicquid dixerit *Cassad. in decis.* 6. *de Restit spoliat.* Limita tertiò, in Monacho Diui Augustini Heremitarum, vt ad spolium agi minimè possit *idem in decis.* 186 *par.* 3. Limita quartò, vt hoc agere non possit eiectus à possessione beneficij ab exequutore Breuis Apostolici *idem in decis.* 180. *par.* 3. Limita quintò, in spoliato ab illo, qui prętendebat possidere vigore mandati de manutenendo in eius fauorem decreti *idem in decis.* 178. *par.* 3. Limita sextò, in spolio per Procuratorem generalem commisso *Bellamer. in dec.* 151. *Verall. in decis.* 179. *part* 3. Limita septimò, vt non possit agi ad spolium vt restituatur ad possessionem distributionum quotidianarum *idem in decis.* 174. *p.* 3. Limita octauò; & vltimò quãdo possessio spoliati nuliter data conformari debet, tunc enim non est restituendus *Verall. in decis.* 175. *par.* 3.

COLLECT. 625.

In l. scimus, Cod. de inofficioso testamento.

TExt. hic vnicum Legitimæ priuilegium ponit, scilicet quod de illius relicto non detrahitur falcidia, Tu vero adde secundum, quia statutum excludẽs à successione non censetur excludere à legitima *Gaspar. Thessaur. in decision.* 68. pro qua te vide etiam *Borgni. in decis.* 8. *lib.* 3. *Mart. Rot. Pisan. in decision.* 23. *Rot. Diuers. in decis.* 733. *part.* 1. Adde tertium, quia per non confectionem inuentarij non amittitur legitima *Cather. in decision.* 148. Adde quartum, quia per statutum tolli non potest *Cappel. Tholos. in decis.* 437. Adde quintum, quia legitima absorbet Falcidiam, *Surd. in decis.* 251. Adde sextum, quia generalis renunciatio paternæ hæreditatis non includit legitimam, eiúsque supplementum *Mynsinger. centur.* 1. *obseruat.* 36. quod not. pro ornatu *l. si quando § generaliter Cod. de inofficioso testamento.* Septimum Priuilegium, quia filius pro legitima non tenetur seruare æqualitatem, *l. hac edictali Cod. de secundis nuptiis*, prius enim potest legitimum detrahere, & postea reliquum cum Nouerca diuidere, pulchrè *Crescent. in decis. Rot. Roman.* 5 *de testamentis*, *Mohedan. in decision.* 1. *eodem titul. Io. Paul. in decis.* 1. Octauum, quoniam bonis paternis confiscatis debetur legitima *Benint. Rot Bononien. in decision.* 91. Quod amplia primo, vt procedat etiam pro delicto filij, patre viuente, commisso, quia Fisco non debetur, viuente Patre, stantibus nepotibus *Surd. pulchrè in decis.* 167.

Amplia secundò, etiam Patre mortuo, quia nepos ex filio bannito excludit Fiscum quoad legitimæ petitionem *Idem Surd. in decis.* 314. Nonum, quia potest filius illam deducere, atque detrahere in bonis aliis relictis *Surd. in decis.* 316. Decimum, quia illam pariter detrahere poterit in bonis alienare prohibitis *Peguer. in decis.* 110. Vndecimum,& vltimum Priuilegium est, quia debetur in corporibus, *idem Peguer. in decision.* 111.

COLLECT. 626.

In l. cum quæritur, C. de inofficioso testamento.

IN liquidatione Legitimæ tempus mortis inspicitur, hoc dicit. Ex quo infertur quod bona superuenientia post mortem testatoris non augent filiorum legitimam *Afflict. in dec.* 382. Quod amplia primò in liquidanda vita militia, quæ legitimæ similis est *de Franch. in decis.* 61. Amplia secundò, in liquidatione partis pretij, quæ de nouo feudo debetur *Ann. consil.* 130. Amplia tertiò, etiam in eius supplemento, quia æstimari debet secundũ quantitatem bonorum existentium tempore mortis testatoris non æstimandorum secũdum valorem illius temporis, quo prestantur *Cæs. de Graff. in dec. 6. de testamentis*. Verùm limita regulam text. nostri vt attendi debeat tempus mortis respectu bonorum ipsorum, & corporũ hæreditariorum, non autem respectu valoris, quia de corporibus debet detrahi legitima *Cæsar. de Graff in decis. 10. de testamentis*.

COLLECT. 627.

Super Bulla Pij Quinti de publicand. resignationibus.

BEneficiorum resignationes, & Iurium cessiones publicari debent intra sex menses si beneficia sint citra montes, si verò vltra, intra nouem, iuxta formam in constitutione præscriptam, cuius formæ omissio facit gratiam nullam, & vacationem inducit, si verò resignatio fiat in manibus Ordinarij, vel legati, publicatio debet fieri intra tres menses, hoc dicit. Quod amplia primò, vt aliter facta resignatio non sustineatur *Rot. collect. à Fa inac. in decis.* 661. Amplia secundò, in resignationibus beneficiorum in manibus Ordinarij factis *Ead. Rot. in decision.* 662. Amplia tertiò, vt resignatio non seruata forma de qua in text. nostro non abdicat ius à resignante *Ead. Rot. in decision.* 664. Amplia quartò, etiam in resignatione Hospitali solita dari in titulum *Ead. Rot. in decis.* 665. tunc enim venit nomine Ecclesiastici Beneficij, aliàs secus *Mohed. in decision. 3. de causs. possess. & proprietat.* Amplia quintò, procedere pariter in beneficiis regularibus *Rot. collect. à Farinac. in decis.* 666. & de prioratu loquitur *Ead. Rot. in decision. ead.* Amplia sextò, vt locum habeat etiam in Hospitalibus laicalibus *Ead. Rot. in decis.* 668. Amplia septimò, procedere etiam existente Instrumẽto possessionis *Achill. de Graff. in decision. 1. super Reg. de public.* Amplia octauò, in reseruatione, de qua non adetat mensis *Idem de Graff. in decis. 3. eod.* Amplia nonò, vt publicationis tempus currat à die datæ *Rot. diuers. in decision. 287. lib. 2.* Amplia decimò, vt requiratur etiam publicatio in collatione beneficiorum in forma dignum *Rot. diuers. in dec.* 286. publicatio vero debet annotari in curia *Ead. Rot. in decis. 284. lib. 2.* Verum limita, vt locum non

non habeat in spontanea beneficij dimissione, loquendo tamen iuxta terminos Bullæ *Gregorij XIII. Rot. collect. à Farinac. in decision. 666.*

Collect. 628.

In l. nemo C. de Sacrosf. Eccles.

Materia eorum, quę in Ecclesia fieri prohibentur hîc peroptimè sedet. Sed tu adde alios casus decisos. Et primò, quis non potest citari in Ecclesia, *Valasc. in decis.* 81. Item secundò, Laudum, *Viu. in decis.* 102. Item tertiò, Parlamentum *Maynard. in decis.* 12. *lib.* 3. quas decisiones omnes not. ad ornamentum *text. in c. decet de Immunitate Ecclesia.*

Collect. 629.

Super c. quicumque, il. 2. 11. q. 3.

Excommunicatus qui per annum in excommunicatione perseuerauit habetur pro confesso, & conuicto de delicto principali, pro quo fuit citatus, & non comparens excommunicatus, & sic nō est amplius audiendus, hoc dicit. Ex quo infertur ad *dec Curia Archiep. Neap.* vbi fuit dictum non fuisse necessariam quandam repetitionem testium factam ad instantiam excommunicati, qui per annum in excommunicatione perseuerauerat, siquidem repetitio testium fit ad probandam Fisci intentionem, vt refero *Ego ipse in decis.* 31. verùm pro huius c. intellectu animaduertendum, quòd vt quis insorduisse dicatur requiritur, vt in excommunicatione perseueret animo pertinaci, & indurato, & in contemptu Clauium, ita *Rot. Rom. collect. à Farinac. in decis.* 838. & contemptus in hoc datur quando voluntas in hoc dirigitur, vt quis nolit obedire, eo quia Iudicis, aut legis potestatē spernit, *Thoming. Rot. Lipsiens. in decision.* 90. *p.* 2. Contemptus autem cessat ex sola absolutionis petitione, *Put. in decis.* 15. *part.* 3. Et quæ concurrere debeant vt huius cap. dispositio procedat, vide *Rot. coll. ct. à Farinac. in decis.* 312.

Collect. 630.

Super l. alienationes, ff famil. ercisc.

Text. hic ponit disparitatem inter voluntariam, & necessariam alienationem. Tu vero adde aliam scilicet quod in alienatione necessaria tenetur creditor se potiorem, & anteriorem promittere, secùs in voluntaria, *Ann. alleg.* 79. Sed hoc limita primò, vt non sit disparitas quoad laudemij solutionem, quòd in vtraque alienatione debetur, & sic soluitur directo domino facta venditione sub hasta vt pluries decidisse Sacrum Neapol. Consil. refert *de Franc. in decis.* 177. ac pariter Senat. Pedemont. *Thessaur. in decis.* 139. & de alia decisione eiusdem Senatus habetur per *Fabr. in decis.* 27. *in tit. de laudemio.* Limita secundò, vt pariter in vtraque alienatione debeatur ius congruum, *Rot. Florent.* (*teste Magont.*) *in decision.* 100. Limita tertiò, vt sit disparitas, quia remedium *l.* 2. *Cod. de rescindenda venditione*, locum habet in alienatione, tam voluntaria, quàm necessaria, prout in Lusitanum Senatum decidisse, testatur *Gama in decis.* 95. Limita quartò, quoad hoc vt in vtraque alienatione successor singularis non teneatur stare colono, *de Franch. in decis.* 488. quod nota ad ampliationem *l. emptorem, C. locati.*

COLLECT. 631.

In l. qui fundum, ff. locati.

IN huius text. mat. in *Collect. in l. emptorem, C. locati*, multa scripsi. Sed quia in meas manus nonnullæ aliæ decisiones postea prodiere, operæpretium eas hic collocare duxi, & hoc dicit, successor singularis non tenetur stare colono, nec colonus ei. Quod amplia primo procedere etiã in emptore prædij iam seminati à colono partiario *Ioseph. Ludou. in decis. Perus. 83. de Franch. in decis. 334. Mart. Rot Pisa. in decis.* 139. nèque obstat decisio *Cacher.* 81. vbi expresse vult emptorem singularem successorem non teneri stare colono partiario, quia loquitur in casu quo successor est ex necessitate in exequutionem rei iudicatæ, vt animaduertit Mart. loco citato. Amplia secundò, procedere pariter in inquilino, quem singularis successor expellere potest etiam si inquilinus potuisset domum iure speciali hypothecam retinere, pulchrè *Rot. Collect à Farinac. in decis.* 229. Amplia tertiò, etiam in successore beneficij Ecclesiastici *Pohd. Rip. in obseruat.* 115. Amplia quartò, in successore primogenij, & feudi *Idem in obseru.* 132. Amplia quintò, vt nedum procedat in emptore fundi, verùm etiã, quod magis est, in emptore fructuum, *Fab. in decis.* 19. *Cod. locati.* Amplia sextò, etiam vt locum habeat in alienatione necessaria *de Franch in decis.* 488. pro qua re vide etiam *decisionem Florent.* (*Magonio teste*) 140. *Rot. Lucens. decis.* 97 *Rot. Bonon. teste de Beninten. decision.* 54. Nunc verò limita, & primò, existente hypotheca iuncto iuramento, quia tunc non posset expelli conductor à re cõducta per emptorem, ita *Gasp. Thess. in decis. Senat. Pedem.* 13. Quamuis contrarium decidisse Senat. Lusitanum scribit *Gamm. in decis.* 243. atque pariter Senat. Mediol. testatur *Carpan. in decis.* 399. *in tit. de re locata*, ea quidem ratione, quia Iuramentum respicit personam iurantis, & non ementis, cum quo nihil gessit conductor, & Iura loquuntur non de venditione, sed fauore emptoris. Verùm (parcat mihi, & *Carpan & Gam*) eorum opinio est falsa, quia ratione ipsorum admissa esset fraudibus paratus locus, quod Iura non admittunt, & licèt Iuramentum non obliget nisi Iurantem, tamen operatur, vt non possit Iurans, in præiudicium illius aliquid agere, per quod Iuramenti virtus inefficax reddatur, & illa decis. Lusitaniæ est fundata super ordinatione illius Regni, & malè censuisse illos Senatores, dicit *Valasc. in decis.* 86. asserens illos æquiuocasse in terminis, & ad *decis. Sen. Mediol.* respondit *Pohd. Rip. in obseruat.* 134. & hanc opinionem propter Iuramentum sequuta est *Rot. Auenion. in decis.* 108. licèt illa dura videatur Laurentio compilatori illius decisionis; ego verò istam duritiã non cõspicio, sed magis duritiam ex parte contraria; & hæc quæstio fuit etiam disputata in Conf. Neapol. scribit *de Franc. in decis.* 302. licet nihil fuerit resolutum, & hæc omnia nullam apud me haberent difficultatem si emptor sciret locationem factam, & hac non obstante emeret, quia tunc est in mala fide, & tenetur stare colono siue partiario, siue conductori, prout per Senat. Mant. iudicatum refert *Surd. in decis.* 264. & fauore etiam conductoris Iuramento attento non posse expelli præuia solutione

ne interesse, vt refert decisum *Magon. in decis. Lucens.* 97.

COLLECT. 632.

Ad Bart. in l. suus, ff. de hared. instit.

LEgitima debetur in corporibus, non autem in pecunia, hoc dicit, & ita decisum variis in Tribunalibus prout Romæ testatur *Cæsar de Graff. in decis.* 10. *de testamentis, & in dec.* 6. *eo. tit.* & in Senatu Cathalon. *Pegue. in decis.* 111. & pariter in Neapolitano, vt refert *Georg alleg. decis.* 40. vbi quoque corporum augmẽtum ad filium spectare decidit, tandem in *Rot. Pisan.* (*teste Marta*) *in decis.* 16. Verùm Regulam nostri text. Limita primò, vt corpora non possint propria authoritate eligi, sed Iudicis, vel boni viri arbitrio relinquatur, *Faber. in decis.* 3. *C. de inofficioso testamento*, Limita secundò, vt nec in corporibus feudi, *idem in decis.* 5. *C. eodem tit.* Limita tertio, in casu *eiusdem in dec.* 17. *C. eo. tit.* Limita quartò, in Monacho cui non in corporibus, sed in pecunia legitima solui poterit, *idem in decis.* 26. *C eod. tit.*

COLLECT. 633.

Super cap. dilecta, de excessibus Prælatorum.

PRiuati homines regulariter Collegium constituere, & eius signa erigere non possunt nisi eis concedatur, hoc dicit; Signa verò sunt nonnulla, Et primò, Sigillum commune *Iaffred. in decis.* 21. quam decis. nota ad *text. in c. significauit, de appellation.* Secundo tractatus communes, *Rot. collect. à Farinac. in dec.* 422. quam pariter not. ad *text. in c. tertio loco de probat.* Tertio Arca communis, *Maynard. in decis.* 31. *lib.* 2. quæ tibi deseruiet ad ornatum *l.* 1. *ff. quod quisque vniuersitatis.* Quarto commune dormitorium, & refectorium, *Guid. Pap. in decis.* 258. quam etiam not. pro ampliatione *cap. quanquam, de vita, & honestate Clericorum.* Verùm pro supradictorum omnium coronide animaduertas, quod non requiritur, vt prædicta omnia signa simul cõcurrant, vt *Guid. Pap. in decis. citat.*

COLLECT. 634.

In c. Procula ff de Probationibus.

AD huius l. mat. vide *Rot. collect. à Farinac. in decis.* 299. *& Afflict. in decis.* 40.

COLLECT. 635.

In Auth. post fratres, fratrúmque, C. de legitimis hæredibus.

IN succedendo ab intestato proximior præfertur, paresque in gradu similiter admittuntur, hoc dicit; Ex quo infertur primo, quod Auus maternus excludit Patruum à successione nepotis, pulchrè *Thess in dec.* 5. vbi reddit rationem, quia Patruus est in tertio gradu ascendentium, Auus verò in secundo, *l. Iurisconsul.* §. 2. & §. 3. *ff de gradibus*; Infertur secundo, quod nepoti succedit tam patruus vtrinq; cõiunctus, quàm ex vno tantùm latere, quia ambo sunt in æquali gradu & propterea æqualiter succedere debent, *Mart. Rot. Pisa in dec.* 124. quam not. ad limitat. *Authent. itaque, C. communia successionum.* Infertur tertio, ob eandem rationem neptes ex filia admittendas esse ad hæreditatem Aui simul cum nepte ex filio, *idem Mart.*

in decision. 102. quam etiam not. ad *Constitut. Regni in aliquibus.* Quod amplia, & si præcesserit matris renunciatio, pulchrè *Gramm. in decis.* 57. Quod subamplia etiam si matris renunciatio esset facta pro se, & hæredibus, filiis enim hæredib. non noceret, ipsa præmortua ante eum cuius bonis renunciauit secundùm *decis. de Franch* 57. Infertur quartò, quod soror vtrinque coniuncta admittitur simul cum patre, & fratribus in successione præmortui fratris, *idem de Franc. in decis.* 543. quam not. ad *Consuetud. Neap. Et si testator.*

Collect. 636.

In l. nemo, §. quoties, ff. de regulis Iuris.

PLurium actionũ cumulatio prohibetur, hoc dicit; Quod limita primò in casu *Capyc. in decis.* 8. vbi fuit dictum, quod admittitur cumulatio actionis personalis cum hypothecaria, & eandem opinionem tenuit Senatus Delph. *Guid. Pap. teste in decis.* 108. Limita secundò, in casu *dec. Rot. Auen.* 10. vbi fuit dictum, quod cumulatur actio ciuilis cum criminali. Limita tertiò, quando plures actiones competerent ad diuersa, *Surd. in decis.* 317. Limita quartò, in actione iniuriarum cum lege Aquilia, quę ad inuicem cumulari possunt, *Mynsing. centur.* 1. *obseruat.* 25. Limita quintò, in casu *Guid. Pap. in dec.* 143. vbi fuit dictũ quòd nullitas, & in integrum restitutio cumulari possunt, atque in eodē libello deduci; Limita sextò, in rei vendicatione cum restitutione in integrũ, vnde simul peti potest, scilicet contractum rescindi, & possessionem restitui, *Mynsing. cent.* 2. *obseru.* 25. Limita septimò, in casu *eiusdem cent.* 5. *obseru.* 83. vbi fuit dictum, quod ad fundandam iurisdictionem plurium summarum cumulatio admittitur, quam decis. not. ad ornatum *tex. in l. si idem ff. de iurisdictione omnium iudicum.* Limita octauò, in casu *Gayl. lib.* 1. *obseru.* 63. vbi fuit decisum, quod petitorium cumulatur cum possessorio, quam not. ad *text. in c. cum dilectus, de causa poss. & propriet.* Limita nonò, in casu *eiusdem Mynsing. centur.* 1. *obser.* 58. Limita decimò, in appellatione, quæ cumulatur cũ iudicio nullitatis, *Ann. alleg.* 93. vbi quoque habetur, quod deserta causa appellationis nō censetur deserta causa nullitatis, Limita vndecimò, in actionib. dissimilibus, quia in eodem libello cumulantur, *Iaffred. in dec.* 29. Ad duo tandē pro huius mat. praxi animaduertere debes. Primò quod quando plures actiones in eodem libello cumulantur, Iudex diligenter ad singulas actiones, & ad singula facta attēdere debet, nam quot sunt facta tot sunt actiones, *Iaffred. in decis.* 51. quam not. ad *text. in l. scire debemus, ff. de verb. oblig.* Secundo animaduertendum, quod plures actiones in vno libello cumulari non possunt, etiam si non compatiantur ad inuicem quoties actor probabiliter dubitat de genere actionis, siue illud dubium ex facto proprio, siue ex alieno procedat, ita *And. Gayl. lib.* 1. *obseru.* 63.

Collect. 637.

In l. Titia, §. Titia, ff. de legat. 2. *& ibi DD.*

VXor domina, & vsufructuaria à testatore relicta existentibus liberis non consequitur nisi alimenta,

hoc

hoc dicit, & licèt de hac materia nonnulla ſcripſerim in *Collect.* 91. ſuper Conſuetudine Bulgari, de qua in *gloſſ. in l. 2. C. ſi ſecundò nupſerit mulier*, aliqua tamen ex Deciſionariis nouiſſimè in lucem edita hîc reportare peroptimè mihi viſum fuit. Et amplia primo regul. text. procedere nedum in vxore, verùm etiam in matre teſtatoris vſufructuaria omnium bonorum relicta, *Gayl. lib. 1. obſeru.* 144. Amplia ſecundò, vt creditores præferantur mulieri pro aſſequutione huiuſmodi, *Minad. conſil.* 4. Amplia tertiò, etiam ſi in teſtamento eſſet adiecta clauſula, dum cum liberis moraretur, quia ea non obſtante vxor habebit etiam, mortuis liberis, alimenta, quia illa verba non ſunt appoſita ad conditionem inducendam, pulchrè *Gaſp. Theſſaur. Rot. Taurinenſ. in deciſ.* 54. *part.* 1. Amplia quarto, vt vxor relicta vſufructuaria poſſit dotes ſuas & bona propria, atque augmentum deducere, *Franc. Marc. in deciſ.* 819. *part.* 1. & ita pariter decidiſſe Senatum Taurinenſ. refert *Gaſpard. Theſſ. in prædicta deciſione, num.* 6. Nunc verò limita præfatam regulam, vt non procederet vbicunque conſtaret de voluntate teſtatoris expreſsè, vel per coniecturas, pulchrè *Rot. Bonon. penes de Benintend. in deciſ.* 98 Limita ſecundo, vbicunque vxor ipſa relicta foret vſufructuaria aliquarum rerũ ſingularium, vel particularium per maritum, tunc enim debet habere vſumfructum earundem rerum, etiam exiſtentibus filiis, *Creſcent. in deciſ. Rot. Rom.* 5. *de teſtam. & Viu.* omnino vidend. *in deciſ.* 29. Limita tertiò, in caſu *Rot. Tholoſ. Maynard. teſte in deciſ.* 100. *lib.* 5. vbi fuit dictum, quod liberis ante matrem prædefunctis, ea fructus integros legati vſusfructus recuperat. Limita quarto, in caſu *Gayl. lib.* 1. *obſer.* 144. vbi fuit deciſum, quod regula noſtra non procedit, quando vxor eſt relicta vſufructuaria, extraneis hæredibus inſtitutis, quia tunc ex communi opinione, non alimenta, ſed integrum vſumfructum conſequitur. Limita quintò, quando legatus eſſet vſusfructus ad certum tempus, *Mynſinger. centur.* 5. *obſeru.* 37. Limita ſexto, exiſtentibus coniecturis pro vſufructu, vt ſunt, ſi teſtator remiſerit vxori ſatiſfactionem, vel eam liberauerit ab inuentario, & ſimil. de quibus per *eundem Mynſing. centur.* 5. *obſeru.* 38. Limita ſeptimo, in caſu *Franc. Marc. in deciſ.* 81. *part.* 1.

COLLECT. 638.

Super Concil. Trident. ſeſſ. 25. can. 9. de reform.

SI alt. in mat. probationis Iuriſpatronatus Collect. compoſui, non tamen deciſiones ad Concilij mentem conferentes reportaui, & prout ſecundùm ipſum probari hodie debet. Ideò ſuper ea has not. dubitationes deciſas. Et prima eſt, quot præſentationes debeant eſſe intra tempus immemorabile, dum Concilium dicit eſſe debere multiplicatas? & fuit deciſum ad minus debere eſſe tres, *Caualc. in deciſ.* 17. *part.* 1. & facit *deciſ. Achill. de Graſſ.* 6. *de iur. patronatus*, vbi ex tribus longiſſimis præſentationibus probari Iuſpatronatus dicit. Secunda dubitatio eſt, quot annorum debeat eſſe tempus immemorabile ad probãdum Iuſpatronatus, & in hoc variant Deciſionarij. Nam *Oſaſc. in deciſ.* 150. dicit, quod immemorabile dicitur per ſpatium ſexaginta annorum, & hãc pariter opinionem

tenuit Sacrum Concilium Neapolitanum, *teste de Franch. in decisione 166.* *Cappell. verò Tholos. in decis.* 440. asserit in illa Rota decisum, quod tempus immemorabile dicitur per spatium centum annorum,& hanc teneas opinionem cùm eam nouissimis temporibus sequuta fuerit *Rot. Rom.* vt testatur *Farinac. in decision. nouiss.* 584. Tertia dubitatio est, quomodo probetur immemorabile; ad quam dubitationem vide *Capyc. in decis.* 194. *Mynsing. centur. 1. obseru.* 30. *Guid Pap. in decis.* 105. & tandem *Rot. Rom. nouiss. collect. à Farinac. in decis.* 178. asserit posse probari testibus, quando non adest timor subornationis, Probatur etiam immemorabile ex coniecturis, de quibus per eandem *Rot. in decis.* 577. & casus in quibus immemorabile ad effectum Concilij non probatur testibus, vide eandem *Rot. in decis.* 579. nec pariter probatur testibus quando non haberet requisita, de quibus in *gloss. in cap. 1. de praescriptionib. libro sexto. Idem Farinac. in decis.* 574. Potest & quartò dubitari an patronus qui est in quasi possessione praesentandi post Concil. si de nouo vacet beneficium, & iterum praesentet teneatur ad instantiam Fisci de nouo docere titulo, vel priùs debet fieri institutio, & manuteneri in possessione, & Curia Archiepiscop. Neapolit. *teste me ipso in decis.* 63. pluries decidit patronum esse manutenendum in quasi possessione; saluis iuribus Fisco in petitorio, & ita censuit Sacra Congregatio. Quintò fuit dubitatum an omnes praesentationes debeant esse de tempore immemorabili, negatiuè decidit eadem Curia penes *me in decis.* 29.

COLLECT. 639.

Super l. in executione, ff. de verbor. obligat.

HIc vna ponitur differentia inter diuidua & indiuidua. Tu verò alias decisas adde. Et prima est, quia in indiuiduis vtile per inutile vitiatur; secùs in indiuiduis, *Iaffred. in decis* 99. Secunda differentia est, quia in indiuiduis beneficium restitutionis in integrum concessum minori extenditur etiam ad maiorem litis consortem, secùs in indiuiduis, *Afflict.* pulchrè *in decis.* 213. quam not. ad text. celebrem *in l si communem, ff. quemadmodum seruitus amittatur.* Tertia, quia plures conuenti, inter quos vnus reperitur priuilegiatus in indiuiduis non remittitur, in indiuiduis verò secùs, *Capyc in decis.* 173. Quarta, quia canonis solutio inuito domino, est indiuidua, ipso verò volente, est diuidua, pulchrè *Rot. Bonon.* penes *de Benintend. in decis.* 4. quam not. ad text. *in l. 2. C de iure emphyteut.* Grauis verò apud Decisionarios in praesenti materia adest dubitatio, si causa hypothecaria sit diuidua, vel indiuidua, *Afflict.* enim *in decis.* 214. dicit esse indiuiduam, cuius opinionem sequitur *Rot. Ienua penes Marilian. in decis* 99. *Capyc.* verò *in citat. decision.* 173. tenet esse diuiduam, & hanc teneas, cum pro ea extet alia decisio Sacri Consilij Neapolitani, vt refert *Ann. singul.* 73. in causa Blanchellae Stantione; Quinta differentia est, quia quando bona communia sunt diuidua pro eis diuidendis communi diuidundo actio datur, secùs quādo indiuidua, quia tunc ad licitationis remedium deueniendum est,

Capyc.

Capyc. in decis. 37. quam not. pro limitat. text. *in l. 2. ff. communi diuidun.* Hoc verò limita in casu *Anton. Fab. in decis. 14. C. communi diuidundo*, vbi fuit dictum, quod licitationis vsus nullus est, nisi cum aut alia diuidendi ratio nulla superest, aut ij omnes consentiunt quorum interest. Limita secundò, in casu *eiusdem in decis. 3. C. eod. tit.* Sexta differentia est, quia in diuiduis locum habet ius congrui, in indiuiduis verò secus, *Coler. Rot. German. in decis. 39.*

COLLECT. 640.

Super c. corpora, de consecr. dist. 1.

SAnctorum corpora de loco ad locum trãsferri minimè possunt, hoc dicit, Quod limita primo, quando non essent perpetuæ sepulturæ tradita, tunc enim de loco ad locum transferri possunt, *Sayrus in decision. 5. de sepulturis*; Limita secundò, iusta existente causa, vt in casu Curiæ Archiepiscop. Neapolit. de qua *per me in decis.* 70.

COLLECT. 641.

Super cap. Regni, si cum sceleratis.

MAgna Curia Vicariæ virtute suæ præeminentiȩ potest torquere reos ex processu informatiuo, hoc dicit; Quod amplia in casu *Rot. Sicil.* penes *Mastrill in decis.* 191. vbi fuit dictum, quod contra Officiales cognoscentes carnaliter mulieres cum violentia procedi potest ex abrupto ex processu informatiuo; Limita nunc, & primo, vt non vtatur tali præeminentia, nisi in attocioribus delictis, ita pulchrè *de Franch. in decis.* 143. quam not. ad text. *in l. actus, C. de feriis*; Limita secundo, in casu *Afflict. in decis.* 391. vbi fuit dictum, quod M.C.V. non potest tali præeminentia vti nisi contra latrones insignes, disrobatores stratarum, incendiarios, violentos raptores, & hos similes. Limita tertiò, in casu *Mastrill. Rot. Sicil. decis.* 166. vbi fuit decisum, quod contra mutilantem membrum potest procedi, ex processu informatiuo.

COLLECT. 642.

Super Concil. Trident. sess. 13. can. 1. de reformat.

A Sententia interloquutoria appellari non potest, nisi contineat grauamen irreparabile, hoc dicit. Quale grauamen est primo iniusta carceratio, *Maynard. in decis. 25 lib. 2.* itaque censuit Sacra Congregatio. Secundò, Decretum de torquendo, *Ann. allegat* 81. quam not. ad text. *in l. 2. ff. de appellat. recipiend.* Tertiò, Compromissum esse faciendum, vel non, *Monald. in cons. decis. 39. par. 2.* Quartò, Decretum condemnationis ad triremes, pulchrè *de Franch in decis.* 139. Quintò, Decretum decollationis, vel suspensionis, vt in casu *Cappell. Tholos. in decis.* 430.

COLLECT. 643.

Super l. ab Anastasio, C. mandati.

AD huius legis dilucidationem vide pulchram *decis. Rot. Pisan. penes Mart.* 72. vbi dicit, quod cessio non valet, nisi, & titulo oneroso facta sit, & assertio partium non probet titulum, vide etiam *decis. Rot. 1. de*

alienatione Iudicis mutandi causa facta, & vide pariter *decis. Rot. Ienua* 13.

Collect. 644.

Super l. vnica, ff. nil innouari appellat. pendent.

Appellatione pendente nihil est innouandum, hoc dicit, Quod limita primò, in casu *decis. Cappell. Thol.* 465. vbi fuit decisum, quod appellatione pendente taxantur expensæ, vnde *Ann. sing.* 81. dicit, quod in anno 1551. in Sacro Consilio fuit decisum, quod poterat Judex Cauensis taxare expensas, nec fuit reputatum grauamen. Limita secundò, in casu *Guid. Pap. in decis.* 416. Limita tertiò, vt vera sit regula in negotio principali, secùs in accessoriis, vt prouidere de alimentis, & ne animalia pereant in stabulo, *Maynard. in decis.* 91. *lib.* 3. Limita quarto, in casu *Rot. in decis.* 17. *de appellat. in antiq.* vbi fuit decisum, quod Judex, appellatione pendente, potest testes ad futuros recipere. Limita quintò, in casu *decis. Cappell. Tholos.* 377. vbi fuit dictum, quod Judex, appellatione pendente, potest fructus rei petitæ sequestrare, quam nota ad ampliationem text. *in l. Imperatores, ff. de appellat.*

Collect. 645.

Super Clem. si appellationem, de appellat.

Prosequntio appellationis desertæ non impedit, quin sententia transeat in rem iudicatam, hoc dicit. Sed grauis dubitatio, quæ in præsenti text. fieri solet est, quando, & ex quibus causis, appellatio censeatur deserta, Tu respondendo dicas primò, quando sententia non pronunciatur infra fatalia, licèt conclusum sit in causa, *Rot. in decis.* 25. *de appellat. in antiq. & in decis.* 38. *eodem titul.* Secundò efficitur deserta appellatio per lapsum fatalium, *Bisignet. in decis.* 1. *eod. tit.* Tertiò, quando appellans aliquid attentet, appellat. pendente *Mynsing. centur.* 2. *obseru.* 50. Quarto, appellatio interposita per coniunctum dicitur deserta, ex eo quod nō fuit ratificata inter decem dies, *Rot. March* penes *de Amat. in decis.* 3. Quintò appellatio ab interloquutoria nō admissa, nisi etiam ab ista non admissione prouocetur, pro deserta habetur, *Mynsing. centur.* 2. *obseru.* 49. Sextò dicitur pariter deserta si non fuit appellatum intra decem dies, qui ad appellandum dantur, *idem Mynsinger. centur* 3 *obseruat.* 22. Septimo in casu *Guid. Pap in decis.* 437. Octauo dicitur deserta si in primo anno causa tantum sit commissa, *Achill. de Grass. in decis.* 11. *de appellat.* Nono, in casu *Cappell. Thol. in decis.* 394. Verùm pro huius materię Coronide animaduertas, quòd in dubio Judex pronunciare debet appellationem non esse desertam, pulchrè *Maynard. in decis. Rot. Tholos.* 411. *lib.* 1. *& Mynsing centur.* 3. *obseru.* 22. quas not. ad originale dictum *Castrens. in l.* 2. *ff. si quis caut.*

Collect. 646.

Super doctr. Bald in l. etiam, C. de testibus.

Concludit hîc Bald. & pluribus in locis quod Birroanj tāquam personæ vilissimæ non probant: Ex quo infertur primo, ad pulchram *decisionem Rot. Lucens. diuers.* 41. vbi fuit dictum

dictum quod Satellites deponentes de vi sibi illata in capiendo delinquentem nihil probant. Infertur secundò, ad *decis. Thoming. Rot. Lipsiens. 39.* Vbi fuit dictum quod Satellites deponentes de percussione sibi facta non probant. Nunc limita primo, *Bald.* dictum in casu *decis. Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ, penes me 50.* vbi pluries decidit standum esse depositioni Cursorum eiusdem Curiæ, eisque plenam adhibendam fidem. Limita secundo, in casu *Rot. Sabaudiæ penes Fabr. in decis. 38. Cod. de testib.* vbi fuit dictum quod creditur Satelliti aliquid referenti pertinentibus ad eius officium, sublimita in casu *Rot. Tholos. penes Papon. arrest. 7. lib. 6.* Limita tertio, in casu *decisio. Curiæ Archiep. Neapolit. teste me ipso in decis. 47.* vbi fuit dictum, quod cùm Cursores sint Clerici per consequens in eis cessat illa vilitas, de qua in aliis, & propterea admittuntur ad faciendam plenam probationem etiam in causis grauibus Sanctæ Fidei, nempe si deponant penes talem personam inuenisse libros hæreticorum, aut nigromanticorum. Limita quartò, in casu *decis. Ioseph. Ludou. Rot. Lucens. 1.* Limita quinto, in pulcherrimo casu *decisio de Franch. 379.* vbi fuit dictum quod creditur Alguzeriis deponentibus de asportatione armorum, non quidem ad conuincendum, sed ad inquirendum tantùm.

Collect. 647.

Super l. ex hac lege. ff. si quadrupes pauper.

HOmicidia tenetur ad expensas Medicorum, & operas, quibus caret, & cariturus est occisus, hoc dicit, Quod amplia primo procedere etiam si occisus non esset in alicuius potestate, ita pulchrè *de Franch. in decisione 460.* quam not. ad limitationem doctrin. *Bartol. in l. lex Cornel. ante vltimam oppositionem, ff. de iniuriis.* Amplia secundò, vt actio hæc ad interesse transeat etiam ad hæredes, *Balb. in decis. 91.* Amplia tertiò, in casu *decis. Ioseph. Ludouic. in decis. 91.* Amplia quartò, vt transeat huiusmodi Jus petendi etiam contra hæredem extraneum, *Achill. de Grass. in decis. 1. de iniuriis.*

Collect. 648.

Super l. omnia, C. de Episcopis & Clericis.

PRiuilegia Ecclesiis concessa extenduntur etiam ad Hospitalia, hoc dicit, Ex quo infertur primò, quod Hospitalia Ecclesiæ immunitate gaudent, *de Pont. in decis. 55.* Infertur secundo, quod quemadmodum quæuis Ecclesia visitari ab Episcopo potest, ita, & Hospitale, quod intellige etiam de Hospitali priuato, dummodo Fundator sit mortuus; ita decisum in Curia Archiepiscop. Neapolitan. refero *ego ipse in decis. 17.* quam decis. not. ad ampliationem Concilij Tridentini, *sess. 22. can. 8.* Præsumeretur tamen priuatum, quādo de bonis laici erectum non adesset, nec Capella, nec Altare, *Sayrus in decis. 3. de relig. domibus.* Infertur tertio, quod de relictis Hospitali Falcidia non detrahitur, quemadmodum de Ecclesiæ legatis, *Maynard. in decis. 29. lib. 2.* quam not. ad ampliationem Authent. *similiter, C. ad legem falcid.* Infertur quartò, quod Hospitali in integrum restitutionis benefi-

cium conceditur, *Mastrill. in decis.* 110. Infertur quinto, quòd quemadmodum obtinens Ecclesiam in titulum, seu beneficium tenetur horas canonicas recitare ita, & obtinens Hospitale, *Sayr. in decis. 1. de religiosis domibus*, quam not. ad ampliationem *Clement. per literas, de praebend. & dignitatib.* Infertur sextò, quod dicitur locus pius, ac eius nomine venit, pulchrè *Valasc. in decis.* 105. Infertur septimò, quod dispositio *Clement. quia contingit, de religiosis domib.* debet intelligi de Hospitalibus in genere, *Rot. diuers. in decis.* 302. *part.* 2. Signa verò cognoscendi quando Hospitale Episcopi authoritate sit erectum, ponit *ead. Rot. in decis.* 114. *part.* 2.

COLLECT. 649.

Super l. Aufidius, ff. de priuil. credit.

IN generali venditione bonorum non venit capella, h. d. Quod amplia primò, vt capella, seu sepultura nec ad creditorum instantiam vendi possit, *Mart. Rot. Pisan. in decis.* 19. Amplia secundò, vt neque ad instantiam creditoris sepultura corporis debitoris impediri possit, *Gramm. in decis.* 81. Verùm limita, & primò, vt vendi possit ratione Juris funerandi, quod est spiritualitati annexum, nec ratione terrae cimeteriatae, sed ratione situs, & dignioris loci, vt decisum in Curia Archiepisc. Neapol. refero *ego ipse in decis.* 40. Limita secundò, consuetudine in contrarium existente, *Gratian. Rot. March. in decis.* 26.

COLLECT. 650.

Ad Bart. in l. cunctos populos, num. 25. C. de summa Trin. & fide Cathol.

STatutum non ligat forenses, hoc dicit. Ex quo infertur primò, ad *decis. Rot. diuers.* 580. *part.* 1. vbi fuit dictum, quod statutum disponés contra personas non comprehendit forenses. Infertur secúdò, ad *decis. Thess.* 152. vbi prohibita extractione granorum ab aliquo loco, vt conseruetur vbertas, non comprehendit forenses extrahentes fructus bonorum propriorum. Infertur tertiò, ad *decis. Ambros. Rot. Episc. Perus.* 3. vbi statutum exclusiuum foeminarum non comprehendit pariter forenses. Infertur quartò, ad *decis. Guid. Pap.* 373. vbi prohibitiuum statutum vltra proprios statuentis subditos non extenditur. Infertur quintò, ad *decis. Rot. diuers.* 673 *part.* 3. loquens de supplemento legitimae, quod forenses non ligat.

COLLECT. 651.

Super gloss. celebr. in cap. cum Ioannes, de fid. instrum.

EX hac *gloss. in verb. quolibet*, illa sumitur conclusio, quod contra instrumentum atque Notarium possunt testes produci. Quod intellige primò, vt ex dictis testium tantùm non possit Notarius puniri de falso, sed bene sufficere ad irrogandam torturam cum acerrima inquisitione, *Mastrill. in decis.* 170. Intellige secundò, quando Notarius esset malae conditionis & famae, secus verò si è contrà, tunc enim in dubio potiùs pro Notario, quàm pro dictis testiũ praesumeretur, *Guid. Pap. in decis.* 540. Intellige tertiò, in ciuilibus, nam in criminalibus non creditur Notario contra testem, nec testi contrà Notarium, *Capyc. in decis.* 94. Intellige quartò,

quartò, quando aliæ probationes deficerent, si quidem non creditur testi asserenti se firmam ad aliud dedisse, quàm ad id quod scripsit Notarius, nisi aliud sufficienter probet *S. ssi Rot. Aragon. in decis.* 107. Intellige quinto, quando testes excedunt numerum duorum, secus si duo tantum, quoniam non probant cõtra Notarium, pulchrè *Gasp. Thess. in decis. Rot. Pedem.* 31. *part.* 1. Intellige sexto, quando testes impugnantes instrumentum, vel Notarium, essent omni exceptione maiores, secus verò è contrà, *Verall. in decis.* 279. *part.* 3.

COLLECT. 652.

Super l. humanitatis, C. de naturalibus liberis.

VNicum legitimationis Priuilegium hoc in text. enumeratur. Tu adde secundum, quia filius legitimatus excludit substitutum, prout pluries variis in Tribunalibus fuit decisum, & præcipue Pisis, vt testatur *Mart. decis.* 94. Galliæ, *Boer. in decis.* 149. In Senatu Pedemontan. asserit *Cacheran. in decis.* 154. In Neapol. *Capyc. in decis.* 22. *in fin.* quam opinionem amplia procedere, etiam si testator bis, atque geminatè dixerit filios legitimos, & naturales, ac de legitimo matrimonio natos esse, *Thess. in decis.* 196. *Surd. in decis.* 319. Adde tertium, quia legitimatus succedit in feudo, *Mynsing. centur.* 5 *obseru.* 42 quod not. ad ornatum text. *in §. finali. alis si de feudo defuncti fuerit controuersia.* Quartum, quia filio legitimato debetur legitima vti filio legitimo, & naturali, *Georg. alleg.* 49. Quintum, quia filius legitimatus succedit in emphyteusi patri concessa, quod secus si esset naturalis, *Triuis. Rot. Venet. in decis.* 26. *part.* 1. Sextum, quia legitimati faciunt deficere conditionem (si sine liberis) *Maynard. in decis.* 79. *lib.* 5. Septimum, quia dispositio *l. hac consultissima, §. ex imperfecto, Cod. de testam.* procedit etiam in filiis legitimatis, quod secus in naturalibus, *Thessaur. in decis.* 94.

COLLECT. 653.

Super cap. euidentia, de accusation.

NOtoria, probatione non indigent, hoc dicit, vnde, vt vides, text. ponit vnum Notorij effectum; Quem limita primò, quia licet releuet ab onere probandi, debet tamen allegari *Iaffred. in decis.* 328. quam decision. not perpetuò pro ornatu *gloss. Magistra, in Clement. appellanti, in verbo Iudici, de appellat.* Limita secundò, in notorio facti transeuntis, quia probari debet *Mynsing. centur.* 6. *obseru.* 4. Ad text. verò vnum effectum notorij ponentem adde secundum effectum decisum, nempe notorium grauamen annullare sententiam, notoriáque grauamina sunt nonnulla, quæ enumerantur in *cap. consuluit, il primo, de appellation. Verall in decis.* 248. *part.* 2. Tertius effectus est, quia notoria iniustitia, & nullitas sunt vnum, & idem *Maynard. in decision.* 32. *lib.* 2. Quartus, quia vbi notoriũ est, principalem non esse soluendo, potest fideiussor conueniri; illo non discusso, *Afflict. in decis.* 318. quam not. ad limitat. *Authent. præsente, C. de fideiussorib.* Quintus, quia vbi est notorium quem non esse de iurisdictione citantis non comparendo, non efficitur contumax, *Mynsing. obseru.* 7. *cent.* 6. Sextus, quia qui in vno loco noto-

rius est excommunicatus, concubinarius, vel per Judicis sententiam factus infamis, vbique talis est, & sine peccato, vt talis potest aliis reuelari, nec Episcopus etiam vbi hoc ignoratur, potest cum tali virtute Concil. Trident. dispensare, cùm tale crimen non sit occultum, sed notorium quoad forum exterius, *Sayr. in dec. 64. de sent. excommun.* quam decis. not. ad ornatum *Concil. Trident. sess. 24. can. 6.* Septimus, quia quamuis vt Judex Ecclesiasticus valeat contra concubinarium procedere, sit necesse, vt monitio præcedat iuxta dispositionem *S. Conc. Trid. sess. 25. can. 14. de reform.* quæ non generalis, prout in Synodo, sed specialis esse debet, vt declarauit Sacra Congregatio, non tamen requiritur ad puniendum notorium concubinarium, ita decisum in Curia Archiep. Neap. refero *ego ipse in decis. 36.* vbi fuit relegatus à Diœcesi Neapolit. per plures annos, quidam concubinarius notorius, qui nunquam fuerat monitus, & per nonnullos annos steterat in concubinatu; Octauus, quia sententia ex capite notoriæ iniustitiæ reuocatur, *Rot. Collect. à Farinac. in decis. 103.* Nonus, quia spoliatus non est ante omnia restituendus, vbi notorium est, ipsum fuisse iniustè possessorem, *idem Farinac. in decis. 785.* quam not. ad limit. *l. si quis ad se fundum, ff. ad legem Iuliam de vi publica.* Decimus, quia in notorio impedimento nō est necessaria protestatio, *Verall. in decis. 16. part. 2.* Pro Coronide tandem huius mater. animaduertas, quod notorium dici potest, quod per confessionem Judicialem, vel Bullam Apostolicam, seu publicam instrumentum probatur *Laffred. in decis. 51.* quam decis. not. ad text. *in cap. cum olim, de verb. signif.*

Collect. 654.

Super l. à testatore, ff. de conditionibus & demonstrat.

ABlatiui absoluti, conditionem inducunt, hoc dicit; Ex quo infertur primò, ad *decis. Vit. 119.* vbi ablatiui absoluti, extantibus fratribus, vel filiis licèt regulariter in conditionem resoluantur, tamen in huiusmodi statuti dispositionem faciunt vt frater succedat, & sorori præferatur, quasi fauore fratris conditum sit statutum; Infertur secundo, ad *decis. Verall. 344.* vbi fuit dictum quod Clausula in innouatione, existente vsu inducit conditionem, & sic non censetur innouatio inducta nisi vsu probato; Infertur tertio, ad *decis. Caputaquens. 150. part. 1.* vbi fuit decisum, quod commissio, quæ habet clausulam quod purgatis attentatis, & nullitatibus, atque expensis refectis terminum præfigat, det formam, cùm loquatur per ablatiuum absolutum, conditionem inducentem; Infertur quarto, ad *decis. Guid. Pap. 70.* vbi clausula frequēs in Cancellaria constituta pariter conditionem inducit; Infertur quinto, ad *decis. Cassad. 90.* loquentem de clausula parito iudicato; Infertur sexto, ad *decis. Crescent. 12. de priuileg.* loquentem de clausula cedente in euidentem Ecclesiæ vtilitatem.

Collect. 655.

Super cap. ad audientiam, de rebus Ecclesiæ alienandis, vel non.

ECclesiasticum Prædium in perpetuum locari minime potest, ad triennium verò si hoc dicit iun-

cta Paulina. Quod amplia primò, vt non possit rescindi locationis contractus per pœnitentiam alterius cõtrahentium, *Rot.collect. à Farinac. in decis.* 31. *cent.* 7. Amplia secundo, vt bona Ecclesiastica locata vltra triennium, & de triennio in triennium non valeat, pulchre *Caualcan. in dec.* 43. *par.* 1. Amplia tertiò, vt neq; in triennium valeat, vbi vltra triennium locatur, *Gam. in decis. fin.* Amplia quartò, etiam si in locatione vltra triennium adiiceretur clausula illa, vt tot sint locationes, quot triennia, *Fab. in decis.* 13. *C. locati.* Verùm nunc limita & primò, vt ad triennium sit inualida, si fiat absque sufficienti mandato, *Rot. collect. à Farinac. in decis.* 204. Limita secundò, vt etiam non valeat si non constet de Ecclesiæ vtilitate, *ead. Rot. in decisio.* 25 *cent.* 7. Limita tertiò, vbi bona fide quis vltra triennium res Ecclesiæ locasset, quia non incurreret in pœnas Extrauagant. *ambitiosè.* quæ solùm in præsumentes feruntur *Sayr. in decis.* 12. *de Reb. Ecclesiæ non alienandis*; Limita quartò, in duobus Curatis habentibus prædia indiuisa, quia alter alteri de consensu Episcopi poterit prædium ad vitam locare, *Idem in decis.* 4. *eod. tit.* Limita quintò, in concessione Emphyteosis quæ locationi æquipollet, quia potest concedi vsque ad tertiam generationem, *Mart. Rot Pisan. in decision.* 38. Limita sextò, quando ex prædio Ecclesiæ non singulis annis, sed singulis bienniis fructus colliguntur, tunc enim vltra triennium locari possunt, *Garz. in decis.* 39.

COLLECT. 656.

Super lit. ff. de variis & extraordinariis cognitionibus.

Salarium non conuentum non debetur, hoc dicit. Ex quo infertur primo, ad *decis. Cardinalis Putti* 43. *lib.* 2. vbi fuit dictum quòd Vicario Episcopi non debeatur si ei ab initio non fuerit promissum. Infertur secundo, ad *decis. Rot. collect. à Farinac.* 815. vbi pariter salarium non conuentum minimè debetur. Infertur tertiò, ad *decis. de Franc.* 121. vbi si tutori ab initio tutelæ non paciscitur, salariũ non debetur. Infertur quarto, ad *decis. Putei* 44 *lib.* 2. vbi fuit decisum quod ad hoc vt alicui salarium non promissum debeatur, duo copulatiuè concurrere debent, nempe, quod probet in simili negotiorum gestione se solitum esse locare operas suas & aliquem conducere. Infertur quinto, ad *decis. Cassad.* 120. vbi fuit dictum quod salarium non conuentum non debetur, nisi petens probauerit Religionis consuetudinem esse, quod similia ministeria præstantes salaria recipiunt. Infertur sextò, ad *decisionem Putei* 5. *lib.* 3. vbi pariter, vt prædictum est, decisum fuit. Infertur septimo, ad *decis. Rot. collect. à Farinac.* 116. vbi famulo, seu cuiuis alij seruientium salarium non conuentum non debetur, infertur octauò, ad *decisionem eiusdem Rot.* 125. vbi pariter non debetur non probata conuentione. Infertur nonò, ad *decis. Rot. in antiq.* 8. *de probatio* vbi salarium promissum rectè exigitur, & etiam ad hæredem id transit, *Rot. collect. à Farinac. in decis.* 127. *Bott. in dec.* 281. Infertur decimò quod salarium procuratori in causa constituto promissum pro laboribus, quos in ea causa sustinebit, debetur *Rot. collect à Farinac. in decis* 839. Nunc verò præfatam tex. nostri reg. Limita, & primo, in Aduocato,

cui debetur salarium, etsi à principio conuentum non fuerat, pulchre *ead. Rot. in decis.124.* quam not. ad limit. *text. in l. salarium*, *C. Mandat.* limita secundo, in Medico, qui Episcopo, & ipsius familiæ inseruit, ei enim etiam non conuentum salarium debetur, *ead. Rot. in decision.119.* Limita tertiò, si de publico ei taxatum esset salarium, *Afflict. in decis.146.* Vnum tandem pro hac mat. notare debes, quod salarium taxatur pro frequentia actuum, & laboris, *ead. Rot. in decision. 123.*

Collect. 657.

Super cap. præsenti, de officio ordinarij l.6.

FRuctus beneficij vacantis futuris successoribus seruari debent, hoc dicit. Quod amplia primo, etiam in fructibus maturatis ante mortem prædecessoris, pulchrè *Thess. in decis. 143.* quæ decisio non procedit in locis, in quibus Collectores Cameræ Apostolicæ esse consueuerunt, & sic pariter limitatur dispositio, *text. in cap. quia sæpe de elect. in 6. & Clement. statutum eod. tit. & cap. cùm vos, de officio Ordinarij*, Aduerte tamen quod extat Breue Sixti V. super fructibus pendentibus, & maturatis & à solo minimè separatis, seu nondum exactis vsque ad diem apprehensionis possessionis per beneficiatum spectantib. ad Cameram Apostolicam: In statu verò Mediolanensi, ac in Principatu Papę per Bullam Iulij III. sancitum fuit quod fructus Ecclesiasticorum Beneficiorum recollecti in annuis præteritis vadunt ad hæredes Beneficiarij, *Caualcan. in decision. 30. part. 5.*

Collect. 658.

Super cap. cùm liberum sit, de sepulturis.

SEpulturæ electio libera esse debet, hoc dicit. Ad quem text. vide *decis. Rot. diuers. 492. & Sayr. in dec. 1. eod. tit.* Et quod non valet pactum in contrarium, decidit *Maynard. in decis. 15. l. 2.* quam not. ad *text. in cap. 1. de sepulturis in 6.*

Collect. 659.

Ad statutum Italiæ de consensu duorum consanguineorum.

COmmunis scribentium cantilena est, quod per totam ferè Italiam extat statutum annullans contractum minorum, vel mulierum sine consensu duorum consanguineorum factum, & licèt de hac mat. in alia parte meorum Collectaneorum, *Collect. 129.* scripserim, nunc adde ad id quod ibi scripsi. Et primò amplia præfat. statutũ vt comprehendat tam agnatos, quàm cognatos, *Crescent. in decis. 4. de constitutionibus*; Amplia secundò, vt procedat etiam quando mulier simul cum viro contrahit, *idem in dec. 3. eod. tit.* Amplia tertio, etiam si contraherent cum eis, quib. ab intestato essent successuri, *idem in decis. 1. eod. tit.* Amplia quarto, vt procedat etiam in contractu iurato, *Veral. in decis. 190. part. 3.* Limita nunc, & primo vt locum nõ habeat in marito minore se dicente, *Rot. collect. à Farinac. in decis. 573.* Limita secundò, vt locum nõ habeat quando mulier, seu minor contraheret cum Ecclesia, tunc enim licèt non adhibeatur sollemnitas statuti, valet tamen con-

contractus *Verall. in decis. 213. par. 3.* Limita tertiò, vt non procedat extra statuentium territorium, *Iaffred. in decis. 91.*

COLLECT. 660.

Super l. is damnum, versi. eius verò, ff. de reg. iur.

QVi iussu aliquid facit, dolo facere non videtur, hoc dicit. Ex quo infertur primò, quod qui soluerit mandato Iudicis creditori putatiuo excusatur, *Rot. coll. ẽt. à Farinac. in decis. 849.* Infertur secundò, quod alienatio rei Ecclesiast. in præsentia Papæ facta valet, eius enim præsentia supplet solemnitates, *Capyc. in decis. 16. & tandem Rot. in decis. 754.* Infertur tertio mandatum Superioris quandoque excusare in delictis, *Viu. in decision. 364.* Infertur quarto, quod Superioris seu Iudicis mandatum excusat quem à pœna caducitatis, *Afflict. in decision. 328.* quam not. ad doctr. *Bar. in l. si mulier, ff. de lege Commiss.*

COLLECT. 661.

In l. fin. ff. de in ius voca.

QVi non habet in ære debet luere in corpore, hoc dicit, Quod amplia primò, vt possit Iudex etiam post latam sententiam commutare pœnam pecuniariam in corporalem ad instantiam Fisci ob defectum æris, pulchrè & omnino videndus *Thessau. in decision. 232.* quam not. ad limit. *tex. in l. pœnam, C. de pœnis,* & ad dicta *per Lanar. in consil. 5.* vbi non esse licitum Baronibus post sententiam latam componere, decisum refert. Limita tamen in Episcopis, qui de consuetudine generali, & quasi possessione in qua manutenentur faciunt gratiam de omnibus delictis etiam post latam sententiam, vt decisum refero in Curia Archiepiscopali Neapolitana, *Ego ipse in decis. 55.* vbi ad maiorem cautelam Vicarios solitos esse apponere clausulam salua moderatione Illustrissimi. Cæterùm amplia text. nostræ reg. vt procedat etiam quando pœna pecuniaria veniret Fisco applicanda, *Pegue. in decis. 68.* Nunc prædicta omnia limita, & primo, vt corporalis pœna nõ debeat excedere exilium. Idem *Peguer. Rot. Catalon. in dec. 6.* Limita secundo, vt non censeatur satisfactum commutando in pœnam Ieiunij, pulchrè ac notabilit. *Anneus Rober. Rerum Iudicatarum lib. 2. dec. 15.* Limita tertiò, vt vera sit regula quando pœna descendit ex delicto, non autem ex contractu, *de Franch. in decis. 358.* Limita quartò, vt post conuersam pœnam pecuniariam in corporalem non possit Iudex pœnam pecuniariam exequi, & corporalem dimittere, *Peguer. in decis. 91.* Ad vnum tandem animaduertas quod Princeps potest gratiam facere criminis, & pœnæ corporalis etiam quæ irrogata sit inuicem, & locum pœnæ pecuniariæ licet pars contradicat, *Fab. in dec. 1. C. de pœnis.*

COLLECT. 662.

In l. diuus, ff. ad l. Cornel. de sicariis.

IN maleficiis voluntas, non exitus spectatur, hoc dicit. Ex quo infertur primò, ad *decis. de Laurent Rot. Auenion. 29.* vbi fuit decisum quod non punitur pœna ordinaria homicidij ille, qui proiecit lapidem non animo occidẽdi, licet mors fuerit subsequuta, quam decision. not. ad ornatum *text. in l. scientiam, §. fin. ff ad legem*

Aquilam. Infertur secundò, ad *decis. Vin.75*. vbi punitus fuit pœna homicidij quidam, qui suum inimicum percusserat cum manopola, quam secum ferebat plurib. percussionibus in capite, ex quibus diem suum obierat. Infertur tertiò ad *decis. Thaus. 243*. de illo qui animo deliberato homicidium commiserat, verùm in personam alterius, quam cui nocere volebat, nam non fuit pœna ordinaria punitus, & hoc non aliqua quidem ratione quia defecit voluntas in persona occisa. Infertur quartò, ad *decisionem Peguer. 14*. de homicidio subsequuto ex vulneribus in rixa illatis, quia nõ punitur pœna ordinaria ob eandem rationem. Infertur quintò, ad *decis. Maynard. 41. lib. 1*. vbi in delictis semper consideratur animus delinquentis ad eum puniendum.

COLLECT. 663.

In l. 2. ff. soluto matrimonio.

CONstante matrimonio dos mulieri restitui non debet, hoc dicit. Limita tex tripliciter. Et primò in muliere Judæa ad fidem conuersa, quæ à marito Iudæo, constante matrimonio, dotem exigere potest, pulchrè *Caualc. in decision. 21. part. 2*. Limita secundò, ob vergentiam ad inopiam eiusdem mariti, & quæ concurrere debeant, vt hoc procedat, decidit *Cornaz. in dec. 95*. Limita tertiò, in marito ad triremes in perpetuum condemnato, quia locus est repetitioni dotis, *Caroc. decis. 106*.

COLLECT. 664.

In l. capitalium, § non omnes, vbi Bart. ff. de pœnis.

NObiles ignominiosis pœnis puniri non possunt, hoc dicit. Quod amplia primò, etiam si nobilis delinquens esset aliàs incorrigibilis, *Gram. in decis. 33*. Amplia secundò, etiam in filiis Doctorum, qui si deliquerint non condemnantur ad triremes, sed relegantur, vt fuisse decisum in Curia Archiepiscop. Neapol. refero *Ego ipse in decis. 35*, habentque aliud Priuilegium vt gratis sint doctorandi, & intellige de filiis Doctorum Almi Collegij, *Vin. in decis. 159*. Amplia tertiò, etiam in nobili secundùm consuetudinem loci, quæ nobilitas considerata fuit à Regia Audientia Apuliæ, vt refert decisum *idem Vin. in decis. 225*. Amplia quartò, etiam in Nobili committente furtum in strata publica, *de Franch. in decis. 569*. Amplia quintò etiam in eo, qui est in quasi possessione nobilitatis, *idem de Franc. in pulchr. decis. 630*. Amplia sextò, etiam in Doctore chirurgiæ, nam & is quoque dignitatem assequitur ita vt in genere pœnæ iudicetur nobilis, *idem in decis. 564*. quam not. ad ampliat. *text. in Clement. fin. de magistris*. Limita hoc in Licentiato tantùm in Chirurgia, seu in qualibet alia scientia, *idem in decis. 111*. Amplia septimò, vt ad eundem finem possit in causa nobilitatis committi receptio testium extra Regnũ, *Peguer. in decision. 130*. quam nota ad ampliat. *text. in Authent. apud eloquentissimum, Cod. de fide instrumentorum*. Amplia octauò, vt pariter nobiles non ligentur pœnis statuti vniuersitatis, *Sesse Rot. Aragon. in decis. 8*. Amplia nonò, vt nedum nobiles, verùm etiam populares diuites, & honestiores ad pœnas ignominiosas condemnari non debeant, vt decidit Curia Archiep. Neap. in causa cuiusdam

cuiusdam Clerici de familia de Recupito, & iterum in causa cuiusdam Clerici de familia de Palma *Ego ipse in decis. eiusdem Curia* 25. Verùm limita reg. & primò, in crimine falsæ monetæ, & in cæteris aliis delictis infamiam inducentibus, prout est crimen sodomiæ, & huic similia *Sesse Rot. Aragon. in decis.* 11. Limita secundò, in nobili sordidas artes exercente, quia nobilitatem amittit, & pœnis ignobilium puniendus venit *Faber in decis.* 1. *C. de dignitatibus.* Limita tertiò, in crimine falsi, in quo pariter ignobilium pœnis punitur, *Afflict. in decis. fin.* & ita decisum in Curia Archiepisc. Neapolit. refero *Ego ipse in d. decis.* 25. vbi fuit condemnatus ad triremes per septennium quidam Clericus nobilis ex eo quod cum apocis falsis fuerat furatus à Bancho certam pecuniæ quantitatem, quæ verò sit pœna furti in Clerico vide *Caualc. in decis.* 21. *lib.* 5. Limita quartò, in causis Sanctæ Fidei, in eis enim ratio nobilitatis non habetur quoad pœnas infligendas, vt decisum in *Curia Archiepisc. Neapolit.* refero *Ego ipse in decis. prædicta* 35.

COLLECT. 665.

Super l. 1. §. *si impuberi, ff. de collation. bonorum.*

NOn cogitur pater, sua vita durante, legitimam filio assignate, hoc dicit, Quod amplia primò, vt nec filius possit cogi ad eam acceptandam, patre viuente, *de Franch. in decis.* 134. & hoc, vt seruetur æqualitas *Maynard in decis.* 21. *lib.* 3. Amplia secundò, vt nec vllum Jus in legitima habeat filius in vita patris, vt refert decisum *Mynsing. centur.* 4. *obser. ru.* 25. quam not. ad limit. text. *in l. in suis ff. de liberis & posthumis*; Amplia tertiò, vt nec Patris bona sint filio tacitè obligata pro legitima *Laurent. Rot. Auen. in decis.* 52. Nunc vero Reg. text. nostri limita & primo, vt bene possit pater filio legitimam assignare *de Benintend. Rot. Bonon. in decis.* 89. Limita secundò, bonis paternis confiscatis, quia etiam vita patris durante tenetur Fiscus filio legitimam assignare, *idem de Benint. decis.* 91. Limita tertiò, in filio Judæi conuerso ad fidem, quia contra Patrem Judæum, vt sibi legitimam præstet agere potest, *Caualc. in decis.* 21. *part.* 2. Limita quarto, in patre religionem ingrediente, quia tenetur etiam in vita suo filio legitimam assignare *Matth. Coler. in decis. Rot. German.* 122. quam not. ad ornatum text. *in c. cum vir de regula.* Limita quintò, è contra in filio in religionem ingresso, qui pariter eius vita durante debet legitimam patri, *Grat. Rot. Marchi. decis.* 7. Limita sexto, in casu *Valasci in decis.* 29.

COLLECT. 666.

Super l. 2. *C. de temporibus appellationum.*

HIc agitur de effect. appellationis desertæ, Tu verò alios decisos adde, & primò, quia appellatio deserta operatur quod appellans dicatur acquieuisse sententiæ latæ, *Mastrill. Rot. Sicil. in decis.* 166. Secundò, quia habetur ac si nunquam fuisset appellatum, *Cæsar Barz. Rot Bonon. in decis.* 51. Tertio, quia non est necessaria aliqua declaratio super desertione, *Guid. Pap. in dec.* 436. Quartò, quia sicut non interposita appellatione, sententiæ exequutio non impeditur, ita interposita, sed deserta, *de Amat. Rot. Marchiæ in decis.* 38. quoniam nec

attentata per modum attentatorum appellatione deserta reuocantur, *Rot. in decis. 1. de appellat. in nou.* quam nota ad limitationem celebris text. *in cap. non solum, de appellat. in sexto.* Sextò, quia Judex appellationis post appellationem desertam potest pronunciare se non iudicem, *Rot. in decis. 1. de appellat. in antiquis, & in decis. 7. eod. tit.* Septimò, quia appellatio licet sit deserta, Judex tamen potest confirmare primam sententiam *eadem Rot. in decis. 4. eod. tit.* Octauò, quia non potest pronunciare super desertione appellationis sine speciali mandato, *eadem Rot. in decis.* 72. in antiquis, & sententia ista scilicet super desertione appellationis dicitur interloquutoria *eadem Rot. in decis. 87. in antiq.* licet Auditor possit pronunciare sine alia commissione super desertione *eadem Rot. in dec. 86. eod. tit.* Nono, quia processus factus post appellationem desertam dicitur nullus *Gratian. Rot. March. in decis. 49.* Decimo, quia de appellationis desertione cognoscit Judex à quo extitit appellatum, *Rot. in decis. 29. de appellat. in nou.*

COLLECT. 667.

Super L. in fundo, ff. de rei vendicat.

SOleo allegare istum text. vltra ea, quæ dicit ad conclusionem illam quod augmentum temporis vadit in beneficium possessoris. Ex qua conclusione infero ad quatuor aureas decisiones: Et primo ad *Pisan. teste Mart in decis 69.* vbi fuit dictũ quod augmentum temporis spectat ad emphyteutam possessorem, non autem ad directum dominum: idémque dicimus de augmento manufacto, *de Franch. in decis. 191.* Idem secundo dicimus procedere in feudo, vt pulchrè decidit *de Ponte in decis. 12.* vbi fuit dictum quod meliorationes debentur hæredi feudatarij, deuoluto feudo per lineam finitam, verùm id tantum quod estælioratum, non quod est expẽsum, iuxta *decis. Magon. Rot. Florent. 52.* Infertur secundo, ad pulchram decis. *Ann alleg. 56. part. 1.* vbi fuit decisum quod re empta sub hasta, non potest creditor posterior prætendere aliquid circa augmentum temporis, cum tale augmentum vadat in beneficium possessoris; Infertur tertio, ad *decis. de Franch. 38.* vbi pariter decisum asserit; Infertur quarto, ad decis. *Georg. alleg. 40.* vbi fuit dictum quod augmentum temporis spectat ad filiam pro legitima.

COLLECT. 668.

Super Clement. exiui de Paradiso, §. cumque annui redditus, de verborum significat.

ANnui redditus inter immobilia ponuntur, hoc dicit. Ex quo infertur primo, *ad decis. Cameræ Imperial. fol. 17. in verb. annui*, vbi fuit dictum quod redditus annui censentur res immobiles, quando ad longum tempus constituti fuerint; Infertur secundo, ad pulchram *decis. Iaffred. 90.* vbi fuit dictum quod quemadmodum immobilia possidens releuatur à satisfactione, ita obtinens annuos redditus, quam not. ad text. *in l. sciendum, ff. de verbor. obligat.* Infertur tertio, *ad decis. Mynsing. centur. 1. obseruat. 69.* vbi statutum admittens coniugem ad successionem mobilium ab annuis reditibus excluditur. Infertur quarto, ad *decis. Thesaur. Rot. Pedemontan. 160.* vbi fuit decisum quod licèt

licèt in legato mobilium veniat pecunia, ſecus tamen quando talis pecunia eſſet ad emptionem, & ſic ad cenſum deſtinata, quia tunc deſinit eſſe res mobilis, & inter immobilia connumeratur, quam deciſionem nota ad limit. text. *in l.ſi corus,§ fin.ff. de legatis tertio.* Infertur quintò, *ad deciſ.Boer.209.* Infertur ſexto *ad deciſ. Gaſp. Theſſaur. Rot. Taurinenſ. 2. part. 1.* vbi fuit deciſum quod ſiue actio detur ad rem mobilem, ſiue ad immobilem ſemper cenſetur immobilis. Infertur ſeptimò, *ad deciſ. Anton. Fab. 49. Cod de pœnis,* vbi publicatis bonis immobilibus, & annui quoque redditus publicati cenſentur. Infertur octauo, *ad deciſ. Thoming. 39. part. 2.* vbi reditus annui Ciuitatis, vel Eccleſiæ vendi non poſſunt ſine ſolemnitate, quæ in alienatione rerum immobilium requiritur. Infertur nono, *ad deciſ.Cameræ Imper.fol.17.d. verb.annui,* vbi fuit dictum quod annui redditus inter immobilia reputantur. Infertur decimo, *ad deciſ.Viuij 410. lib. 4.* vbi fuit deciſum quod appellatione omnium bonorum nō veniunt annui redditus, & ſic Jura, & actiones. Infertur vndecimo, ad pulchram *deciſion.Guid.Pap.499.* vbi fuit deciſum quod in legato mobilium non veniunt annui redditus, nec pariter in legato mobilium, & immobilium, dicítque quod ratio eſt quia nomina debitorum nō ſunt mobilia, nec immobilia, ſed ſunt quoddam genus de per ſe. Infertur duodecimo, *ad deciſ.eiuſdem 291.* vbi in bonorum præſentium,& futurorum mobilium legato non veniunt annui redditus. Infertur decimotertio, *ad deciſ.Gaill.lib.2.obſeruat.10.* vbi interdictum (vti poſſidetis) quod pro rebus immobilibus tuendis datur, prodeſt etiam pro annuis redditibus. Nunc limita & primo, *in caſu Rot.German.59.* Limita ſecundò, in caſu *Rot. Epiſcop. Peruſ. Ambroſ. teſte in deciſ.5.*

COLLECT. 669.

Super l.prædiis,§ fin.ff.de legatis tertio.

DOmus appellatione non venit Apotheca, hoc dicit. Ex quo infertur primo, ad pulchram *deciſ. Verall.362 part.3.* vbi fuit deciſum quod legata domo, non venit apotheca, quod limita quando eſſet contigua domui, *Balb.in deciſ.70.* quam deciſ. not. ad ornatum text. *in cap. vnico, de conſecrat.Eccleſ.* Infertur ſecundò, ad pulchram *deciſ. Rot. March. penes Grat. 67.* vbi fuit dictum quod conceſſa licentia conductori ſublocandi domum non cenſetur conceſſa ſublocatio apothecæ, quam not.ad limit. text.celeb.*in l.nemo, C.locati.* Infertur tertio, *ad deciſ.Maynard. Rot.Tholoſ.59. lib.2.* vbi ſtatutum puniens inſultum factum alicui in domo propria, non extenditur ad inſultātem in apothecam. Infertur quarto, ad *deciſ.de Ponte 35.* vbi fuit in collaterali Conſilio deciſum quod apotheca Hoſpitalis non gaudet immunitate Eccleſiæ. Infertur quintò, ad *deciſ. Maſtrill. 22.* vbi ſtatutum puniens delinquentem in Eccleſia, non procedit ſi delictum ſit commiſſum in Eccleſię apotheca, vel oſtio. Infertur ſextò, ad *deciſ.Rot. Ienuæ penes Marilian. 92.* vbi fuit deciſum ſub domus venditione nōn venire apothecam ipſius. Sed num in venditione domus veniant etiam vitriatæ, videas pulchram *dec.Surd.134.* vbi in affirmat. decidiſſe *Senat.Mantuan.* refert.

COLLECT. 670.

Super Doct Bart in l.qui Rome, §.duo fratres.ff.de verb.oblig.

ANceps est quæstio de qua hîc per Bart.& reliquos, si per diuisionem censeatur renunciatum fideicommisso, & quantum ad nostrum institutum attinet, Decisionarij variant, & in primis hac de re expendo decisionem, *Verall. Rot. Roman.* 22.*part.* 2. vbi fuit dictum quod fideicommisso per generalem renunciationem non censetur renunciatum, nisi de ipso specialis facta fuisset mentio, *Rot. Pisan. teste Mart. in decis.*191. decidens pro renunciatione, verum duobus concurrentibus. Primo quod fideicommissum sit reciprocum. Secundò quod adsit scientia, *Rot. diuers. in decis.*1005.*part.*3. Limita in casu eiusdem *Rot.*230.*part.*2. *Ioseph. Ludou* verò *in decis.*19.*Rot. Perus.* tenuit pariter renunciatum fuisse fideicommissum per diuisionem.

COLLECT. 671.

Super Doctr. Panor. per illum text. in cap. fraternitati, de Clericis non resident.

BEneficia simplicia requirunt residentiam de Iure, licet secus de consuetudine, circa quam doctrinam fuit mihi quæsitum num beneficium cum onere celebrandi missam requirat personalem residentiam, Ego negat. respondi, & adduxi duas decis. Prima est *Grat Rot. March. in decis.* 15. vbi fuit decisum quod per onus celebrandi non est effectum beneficium residentiale, cum sufficiat quod in tali Ecclesia Missæ, & diuina officia celebrentur per alium, vnde *Maynard. in decis.* 90. *lib.* 2. dicit quod neque ob id censeatur electa industria personæ Sacerdotis, cum possit per quemlibet Sacerdotem explicari. Adduxi secundo, decisionem *Monald in cons. decis.* 89. vbi pariter decisum fuit, quod Capellania simplex non requirit residentiam.

COLLECT. 672.

Super l.certum, § si quis absente, ff. de conf. ssu.

ACceptatio in nonnullis casibus necessaria reperitur, Et primo in donatione *Mart. in decis.* 167. vbi quoque disputat, quod censetur acceptata per mandatum de acceptando. Secundo, in confessione, vnde confessio non acceptata non præiudicat confitenti, *Iaffre. in decis.* 22. hinc *Ioseph. Ludou. Rot. Perus.* asserit, quod non acceptata non præiudicat confitenti *in decis.* 9. Tertio, in compromisso, vnde terminus non currit, nisi à die acceptationis, nisi in eo esset dictum, quod currat ab hodie, pulchrè *de Franch. in decis.* 626. Quarto in pace, quæ non prodest, nisi fuerit acceptata, *Iaffred. in d. decis.* 22.

COLLECT. 673.

Super l fin. ff. de probat.

IN partita testium quis præferatur hic optimè habetur; Tu verò reponas alios casus probationis ipsorũ. Et primo testes deponentes memoriam hominum extare præferuntur deponentib. memoriam hominum non extare, vt fuisse decisum in causa vniuersitatis Lauri cum eius Comite die 3. Jun. 1556. in Regia Came. refert

Ann.

Ann. sing. 511. licèt vt probent immemorabilem debeant ad minus esse 54. ann. *Vrall. in decis.* 190. & debeant pariter reddere dictum concludenter, nec sufficit si tantùm dicant articulum verum *C. pata. qu. in decis.* 291. p. 3. quam not. *ad tex. in l. fin ff. de probationib.* Secundò testes deponētes homicidium non esse commissum præferuntur affirmat. deponentib. *Ann. in sing.* 511. Tertiò testes affirmantes præferuntur negantibus *Viu. in decis.* 166. quam not. ad ornat. celebris *glo. in l. diem proferre, §. si plures in verb. consenserunt ff. de arbitris.* Quartò duo testes affirmantes præferūtur mille negantibus, *idem Viu. pulchrè in decis.* 366. Quintò testes deponentes verisimilia præferuntur deponentibus inuerisimilia, *idem Viu. in decis.* 199. quam not. *ad tex. in l. non est verisimile, ff. de eo, quod metus causa.* Sextò testes deponentes in specie præferuntur multis deponentibus in genere *Boer. in decis.* 25. 100. quas not. *ad gl. in l. cum causa ff. si cert. petat.* Septimo testes senes præferuntur iuuenibus *Coler. Rot. German. in decision.* 29. quam not. *ad singular gl. in l. cum quid. ff eo. tit.* Octauò, testes masculi præferuntur fœminis *Maynard. in decis. Ro. Tho.* 59. *lt.* 3. quam not. *ad text. in l. fœminæ ff. de regul. iur.* Nonò, magis creditur testi deponenti contra suum propium commodum *Anton. Fab. in decis.* 4. *C. de testib.*

Collect. 674.

Super Doctr. Panor. in c. postulasti de concess. præbend. num. 8.

Ratione dignitatis inseparabilis non attenditur regula præcedentiæ. Ex qua conclusione infertur primò, ad pulchrā decis. *de Franc.* 138. vbi fuit decisum, quod quādo Consiliarius interuenit in Consilio, vt Aduocatus non sedet in vltimo loco, sed in eo loco in quo sederet; si non esset Aduocatus, & nulla ratio alia est, quia dignitas est inseparabilis à persona. Infertur secundò ad decis. *de Pont* 8. vbi fuit dictum in Collaterali Consil. quod obtinens dignitatem inseparabilem à persona, etsi posterior sit in tempore, præfertur anteriori in dignitate. Infertur tertio, ad decis. *Anna in cons.* 40. vbi refert, quod dum Episcopus Bisiniani fuisset creatus Regius Consiliarius non sedit in suo loco, vt Consiliarius ratione temporis creationis, sed immediatè post Præsidem Sacri Consilij siue post Decanum. Infertur quarto, ad *decis. de Pont.* 15. vbi fuit decisum ob eandem rationem, qua Balij Baronum in parlamento generali non præcedant, ac sedeant vti præcedunt ipsorum principales. Infertur quinto, ad *dec. Frezz. lib.* 3. *de feud.* vbi fuit decisum, quod in parlamento Neapolis licèt tantùm feudatarij vocentur & non habentes septem officia Regni, qui regulariter præcedunt feudatarios, tamen quando Comes venit ad Parlamentum, vt feudatarius, & ipse habet vnum de septem officiis Regni ratione dignitatis inseparabilis in parlamento præcedit Principem. Infertur sextò, ad pulchram decis. *Pisan. teste Mari* 101. vbi fuit decisum, quod Vicarius Episcopi, qui est presbyter in Ecclesia omnes alios presbyteros præcedere debet, quam decis. exponas ad not. per *DD. in c. à collatione de appella. in sexto.* Pro coronide tamen huius mat. animaduertēdum primò præcedentiam ab Episcopo non esse permittēdam, sed scamna debent esse communia,

vt fuit decisum in *Rot. Pisa. teste Marc. in dec.88*. Animaduer. secundò, quod Vicar. Generalis Episcopi, qui simul est Canonicus Ecclesiæ in Choro, & Capitulo locum Canonici tenere debet *Sayr. in decis. 3. de officio Vicarij* & ita vidi seruari in Choro, & Capitulo Archiepiscop. Neapol. in personam Domini Currij Palumbi Viri numquam, & in vitæ integritate, atq; doctrina satis laudati. Tertiò, animaduertendum, quod in mat. præcedentiæ vltimus status attendi debet: ita fuisse decisum in causa Marci Antonij Columnę testatur *Ann. in alleg. 131.*

Collect. 675.

Super §. soror, Inst. de inofficioso testamento.

TEstamentum fratris, turpi persona instituta, rescinditur, hoc dicit. Sed grauis dubitatio, quæ in præsenti materia est vltra ea, quæ diximę in *Collect. in l. si fratres C. de inofficioso testamento*, quænam turpis persona dicatur. Et dicas primo, quod meretrix, *Viu. in decis. 294*. quam not. *ad text. in l. Pantonius, ff. qui à parente fuerit manumiss.* Secundò, duas vxores accipiens, *Balb. in decis. 112*. quam not. *ad text. l. 2. Cod. de incestis nuptiis*. Tertiò filius natus ex Sacerdote *Valasc. in decis. 17*. Quartò filius natus ex Equite Hierosolymitano, *de Franc. in decis. 27*. Quintò filius spurius dicitur pariter turpis persona, ita vt à Patruo institui non possit, & sit locus text. nostro, *Thessaur. in decis. 126*. Sextò dicitur turpis persona habens vxorem, & tenens concubinam, *idem Thess. in decis. 130*. Septimò dicitur pariter turpis persona in casu *Farinacc. in decis. 19*. Octauò. vsurarius *Afflict. in dec. 128*. quam not. *ad text. in l. Improbus, Cod. ex quibus causis infamia irrogatur*. Nonò existens in peccato mortali, & ratio est, quia non potest comparere absque dedecore, *Anna obseruat. 19*. quam not. ad ampliationem *glos. in l. 3. de testibus*.

Collect. 676.

Super l. pacta nouissima, C. de pactis.

VLtima derogant prioribus, hoc dicit. Quod amplia primò, procedere etiam in mandato, quia primum mandatum tollitur per secundum, *Viu. in decis. 15*. quam not. ad ampliationem *tex. in c. si duobus de procurationibus in sexto*. Amplia secundò, procedere etiam in priuilegiis, *idem Viu. in dec. 208*. Amplia tertiò, procedere pariter in constitutione, quia per secundam semper primę derogatur, quam not. *ad text. pulcherrimum in cap. 1. de constitutionibus in sexto*; Amplia quartò, in procuratore *Anton. Fab in decis. 2. C. de procurat.* quam not. *ad text. in l. si quem §. 1. eod. tit.* Amplia quintò, in opinione alicuius Doct. *Viu. in decis. 122.*

Collect. 677.

Super c. translato, de constit.

RAtione connexionis multa permittuntur; quæ aliàs denegarentur, hoc dicit. Ex quo primo infero ad sollemnem deci. *Achill. de Grass. 2. de exceptionibus*, vbi fuit decisum, quod processus factus per Iudicem recusatum cum non recusato valet, quam decis. not. ad Doctrin. *Bart. in l. quia poterat ff ad Trebellian.* Infero secundò, ad decis. *Rot. Sicil. penes*

Mastrill.

Mastrill. 17.*p*.1. vbi fuit dictum quod valet sententia lata à pluribus Iudicibus, quorum alter erat inhabilis & non competẽs; Infero tertiò, ad pulchram *decis. Rot Flor. teste Magonio*, 29. vbi fuit decisum quod ratione connexitatis quando plura bona separata simul venduntur poterit vicinus, qui in vna re tantùm cohæret omnia bona sua retrahere; Infero quartò, quod testamentum factum à patre inter liberos, persona extranea admissa, valet, licèt contra *Boer. in dec.* 240. Infero quintò, ad decis. *Gaspar. Thess. Rot. Taurinens.* 52. *par*. 1. vbi fuit decisum quod gabellam frangens amittit nedum bona propria verùm etiã aliena, quæ simul ferebat, quam decisionem not. ad ampliationem Doctr. *Bart. in l.* 2. *Cod. de nautico fœnore*. Infero sextò; ad decis. *Afflict*. 113. vbi restitutio in integrum minori competens extenditur etiam ad maiorem in causis connexis; Infero septimò, ad *decis. Capyc*. 173. Infero octauò, ad *decis. eiusdem Capyc*. 121. vbi fuit decisum quod plures rei diuersi fori coguntur apud eundem Iudicem in causis connexis litigare, quam not. ad *tex. in l*.1.& 2. *ff. de quibus rebus apud eundem*.

COLLECT. 678.

Ad commune dictum DD. in c. qui ad agendum. de procurat. in sexto.

DOctores communiter hoc in loco pro regula tradunt quod procurator absque mandato speciali non potest facere cadere dominum in pœnam; Tu autem hanc regulam exornes quatuor pulcherrimis decisionibus, Et primo per illam *Rot. Bonon. penes Petrum de Beninis. in decis*. 44. vbi fuit decisum quod non debet admitti procurator non habens speciale mandatum ad faciendum cadere Dominum in pœnam. Secundò per decisionem *Crescen. Rot. Rom.* 5. *de præsumptionibus*, vbi fuit dictum quod Dominus non præsumitur scire gesta à Procuratore, ne incurrat in pœnam *l. si quis maior, Cod. de transactionibus*. Tertiò per *decis. Verall. Rot. Rom.* 229. *p*. 2. vbi fuit decisum quod Procurator habens generale mandatum non potest facere Dominum incidere in pœnam, nec exceptiones contra Bullam apponere. Quarto per decis. *Magon. Rot. Lucens.* 51. vbi ad faciendum incurrere Dominum constituentem in pœnam, speciale mandatum exigitur.

COLLECT. 679.

Super l. Attilius. ff. de donatio.

HIc propriè sedet mat. remunerationis seruitiorum præstitorum, quæ nonnulla in iure habet Priuilegia. Et primo quia licet priuilegium per non vsum amittatur, secus esset quando priuilegium esset concessum pro seruitiis præstitis *Mastrill. Rot. Sicil. in decis*. 96. quam no. ad limitationem *tex. in l*.1. *ff de nundinis*. Secundo quia donatio ob seruitia præstita non reuocatur ingratitudine, *Boer. in decis*. 27. quam not. *ad limitat. text in l fin. C. de reuoc. don*. Tertiò, quia legatum factum per virum vxori pro bonis seruitiis non subiacet dispositioni *l. fœmina. C. de secund. nupt*. pulchre *de Franch. in decis*. 428. Quartò, quia donatio pro seruitiis præstitis non eget insinuatione, pulchre *Mynsinger. cent*. 4. *obseruat*. 75.

Quintò, quia Tyro in fauorem sui Magistri testari, aut quamlibet aliam dispositionem facere potest iuxta *l. Attilius, ff. de donat.* licèt contra *Maynard. in decis. Tholos.* 97. *lib.* 2. Sexto, quia quamuis Clerico prohibitum sit suæ concubinæ donare, fallit quãdo ei donaret pro seruitiis, & benemeritis, *Afflict. in decis.* 202. quam *deci. not. ad ampliat. tex. in l. qui testamento, ff. de probationi.* Septimò, quia priuilegium in remuneratione seruitiorum concessum non eget cõfirmatione, sicut cætera priuilegia, *Viu. in decis.* 206.

Collect. 680.

Super c. licet, C. qui potiores in pignore.

NOta ad hanc legem, in qua agitur mat. specialis hypothecæ, quod quatuor modis censetur inducta specialis hypotheca, licèt de ea nulla mentio facta fuerit. Et primò si iuramentum interuenit in generali hypotheca, *Thomin g. in dec. Rot. Lipsien.* 1. Secundo, si in ea apponantur illa verba (omnia bona mea mobilia, & immobilia) *Camer. Impe. in ver. hypotheca*, quam not. *ad celebrem tex. in l.* 2. *C. de pignorib.* Tertiò pariter censetur inducta in casu eiusdem *Camer. in cita. verb. num.* 4. Quarto, poterit dubitari num in casu *Afflict. in decis.* 201.

Collect. 681.

In l. 1. ff. de nundinis.

PRiuilegium per non vsum amittitur, hoc dicit, Quod limita primò, quando non fuit præstita occasio eo vtendi, *Ann.* qui dicit decisum *in sing.* 400. quam no. ad ornamentum *glos. in c. Abbate Sancti Syluiani de verbor. signif.* Limita secundò, quando priuilegium concessum esset ob seruitia, quia tunc sapit naturam contractus, nec per non vsum censetur reuocatum, *Rot. Sicil.* (teste *Mastrill. in decis.* 96. *par.* 1.) licèt ad tempus tale priuilegium suspendi possit *Crescent. Rot. Rom. in decis.* 21. *de priuilegiis*, quam reponas ad notata communiter per DD. *in c. cum accessisset de constit.* Limita tertio, in casu *decis. Capyc.* 134. Limita quarto in casu *Triuis. in decis.* 15. *p.* 1. vbi quando non vsus est voluntarius, non est causa amittendi priuilegium.

Collect. 682.

Super c. non dubium de sententia excommunicationis.

PErcutiens Clericum excommunicatus est, nec ab alio, quàm à Papa absoluitur præterquã in mortis articulo, hoc dicit. Quod amplia primo procedere etiam in mandante, instigante, consulente, atque sollicitante, vt Clericus percutiatur, *Franc. Marc. in decis.* 878. *part.* 2. quam not. *ad text. in c. mulieres de sentent. excommunic.* Amplia secundò, etiam in Clerico se ipsum verberante, aut vulnerante, quia pœna *canon. si quis suadente diabolo* 17 *quest.* 4 irritatur, *idem Mar. in dec.* 878. *part.* 2. *& Gramm. in decis.* 44. quam not. *ad ampliationem text. in l. omne delictum §. si quis autem ff. de re militari.* Amplia tertio, in casu eiusdem *Marc. in decis.* 872. *par.* 2. vbi fuit decisum quod sciens, & patiens vt Clericus percutiatur subjicitur pœnis *c. si quis suadente diabolo*, quam not. *ad text. in cap. si quanta, de sentent. excommunicat.* Amplia quarto, etiam

etiam in percutiente Nouitium, vt fuit decisum, *me Iudice in curia Archiepiscop. Neapol. Ego ipse in decis. Eiusdem Curia* 21. quam not. *ad text. in c. religiosus*, §. 1. *de sentent. excommunic. in sexto*, & ratio, quæ me mouebat fuit decisio *Rot. Floren* penes *Magon.* 143. vbi fuit decisum quod Nouitius ad effectum, de quo ibi, dicitur verè, & propriè Religiosus. Amplia quintò, etiam in spuente in personam Clerici, vel tangente vestem, *Franch. Marc. in decision.* 819. *p.* 2. Amplia sexto, etiã in percutiente Clericum excommunicatum, aut depositum, quia pariter excommunicationem incurrit, *Idem Mar. in dec.* 875 *p.* 2. quam not. *ad glo. in c. illud, de Clerico excomm. vel deposit.* Amplia septimò, in percutiente Clericum degradatum, *Iaffred. in dec.* 22. quam not. *ad gloss. in c. degradatio, de pœnis libro sexto.* Amplia octauo, in casu *decis. Curia Archiepisc. Neap.* 49 *me Iudice*, vbi fuit dictum quòd percutiens Tertiarium Sancti Francisci contrahit excommunicat. Amplia nono, etiam in percutiente Clericum primæ tonsuræ, *Menald in consil. decis.* 99. *par.* 2. Amplia decimo, in casu *Sayr. in decis.* 41. *de sententia excommunicationis*; vbi fuit dictum quod excommunicatus censendus est qui Clericum à sede expellit vel brachio violenter trahit. Nunc verò limita primo, in casu *dec. Franch Marc* 871. *p.* 2. vbi insequutor seu aggressor Clerici in sententiam *can. si quis suadente diabolo* 17. *quæst.* 4. *non incidit.* Limita secundò, in Prælato, seu patre percutientibus correctionis gratia; *Idem March. in decis.* 877. *p.* 2. quam no. ad pulcherrimum *tex. in c. cum voluntate*, § 1. *eod. tit.* Limita tertiò, in casu *Eiusdem March. in decision.* 821. vbi fuit dictum quod vt quis incurrat in pœnã *dict. c. si quis suadente*, requiruntur tria, Primo factum consummatũ, & ideò si quis eleuet manum contra Clericum, & non percutit, non incurrit in excommunicationem. Secundo requiritur animus iniuriandi seu dolus, & idcirco, si quis percutit Clericum iocosè, nec pariter incurrit. Tertiò requiritur violentia, quibus trib. cessantibus non contrahitur excommunicatio. Limita quartò, in Impubere Clericum percutiente, quia nullam contrahit excõmunicationem, quod secus esset quando foret doli capax. *Idem Marc. in dec.* 822. *p.* 2 Limita quinto, in percutiente, seu occidente Clericum in casu inuentum cum sua vxore, *Sayr in decis* 41. *de sen. excommun.* quam not. *ad text. in cap. si verò eod. tit.*

COLLECT. 683.

Super l. si Curatorem, Cod. de in integr. restit.

ACtus factus per minorem sine Curatore nihil valet hoc dicit. Quod limita primo, in casu *decis. Curia Archiepisc Neap. teste me ipso in decis.* 58 vbi fuit decisum, quod curator non interuenit quando Minor torquetur, & ratio est, quia tortura non infertur ad sollemnizandum iudicium, sed ad indagandam veritatem. Limita secundò in casu *dec. Affl.* 208. vbi fuit dictum, quod valet confessio spontanea facta in iudicio sine curatore, licet si alleget se ex confessione læsum, restituatur in integrum. Limita tertio in casu *decision Rot. Rom. teste Verall.* 147. *part.* 3. vbi fuit dictum, quod valet sententia lata in fauorem Minoris indefensi, & absque curatore; quam not. *ad text. in l. contra minorem, ff. de re iudicata.* Limi-

ta quartò, in casu *decis. Crescentij 11. de sentent, & re iudicata*, vbi sententia lata contra Minorem sine Curatore ex processu capto per eius authorem valida est; Limita quintò, in casu *dec. Viu.51.* vbi fuit dictum, quod Curatoris authoritas non est necessaria, quando tractatur de vtilitate Minorum, & propterea sententia lata in sui fauorem sine Curatore valet, quã decis. not. *ad text. in l. contra. ff. de pactis.* Sed num sententia lata contra Minorem, cuius Tutor habuerat terminos, sit nulla, vide pulchram *decis. Mastrill. Rot. Sicil. 1. par. 2.* Grauis autem dubitatio in præsenti materia est, si quis præsumatur Minor ex eo, quia Curatorem habet, in qua quæstione respódeas cum tribus decisionibus. Prima est *Iaffred. 193.* vbi fuit dictum quod Minor præsumitur quis, quando apparet eum habere Curatorem nisi Maior doceatur: Secunda est decisio *Rot. Auenionen. 63.* teste de Laurentio, vbi fuit decisum, quod si Fiscus patitur reo dari curatoré eidem incumbit onus probandi hunc esse maiorem ad finem illum puniendi pœna ordinaria, & nulla alia ratio assignari potest, quia ex datione Curatoris, præsumitur quis Minor. Tertia est *decisio Curiæ Archiepisc. Neap.* penes *me 35.* vbi in eandem descendimus sententiam.

Collect. 684.

Super Conc. Triden. sess. 25. can. 14.

Hic à Sancta Synodo enumerantur pœnæ contra clericos concubinarios, circa quem locum de tribus contingit frequenter disputari. Et primò dum Cócilium requirit monitionem num debeat esse specialis, vel sufficiat generalis facta, scilicet in Synodo, & dicas Curiam Archiepiscop. Neap. decidisse pro speciali, vt refero *Ego ipse in decis. 36.* & ita censuit Congregatio super *d. cap. 14.* nec etiam requiritur monitio ad núciandum concubinarium notorium, vt decidit Eadem Curia penes *me in in decis. 92.* & iterum eadem Curia decidit, *Ego ipse in dec. 39.* Secundò solet pariter dubitari hîc, ex quibus actibus probetur cócubinatus, Dicas primo, quod probatur secundùm requisita posita, *à Farinac. in decis 7.* quæ sunt; Primò, susceptio liberorum, Secundò reputatio, Tertio, tractatus decentior, Quartò, Cura rei familiaris, Quinto, differentia inter eam, & alias ancillas: nec obstant aliqua ministeria per eam præstita, sicut lauandi pannos, &c. quia etiam hæc plerumque ab vxoribus præstari solent, & quæ dicatur verè, ac propriè concubina ad effectum, vt subintret dispositio *Conc. Triden.* videas pulchram decisio. *Rot. diuers. 254. par. 2.* quæ ponit septem requisita, Et an & quando concubinatus crimen transeat in crimen stupri, vide eandem *Rot. in decis. 547 part. 2.* Probatur etiam concubinatus duobus requisitis interuenientibus, videlicet primo, quod quis in domo propria, vel extra eã aliquam mulierem detineat, & quod carnaliter cum ea commisceri consueuerat, *Monald. pulchrè in conf. dec. 74.* Tertiò, dubitari circa hanc materiam solet, num vltra censuras possit procedi contra laicos, ad pœnas pecuniarias, & Curia Archiep. Neapol. decidit in partem negatiuam, vt refero *Ego ipse in decis. 36.* & ita censuit Sacra Congregatio, Et num ex publico concubinatu oriatur suspensio, vide *Sayr. in decis. 51. de sent. excomm.*

Collect.

Collect. 685.

Super l. Fœmina, ff. de reg. iur.

Licèt nonnulla *in Collect. super l. in multis, ff de stat. hominum.* in mat. vilis sexus fœminarum dixerim, plurima tamen quæ eis denegantur, hîc addas. Et primò, quia filia fœmina non facit deficere conditionem ad exclusionem substituti in fideicommisso relicto, si decesserit quis sine liberis, ita *Ambros. Ro Archiepiscop. Perus. decis.* 10. Secundò, quia femina etsi eminenti sit dignitate excommunicare non potest, fallit ex Papæ priuilegio *Sayr. in decis. 70. de sententia excommunicationis*, quam not. *ad text. in c. dilecta de maioritate & obedientia*; Tertiò, quia immunitas concessa omnibus, qui sunt de sanguine Regio ea non gaudent descendentes ex fœmina, vt fuisse decisum in causis Ducis Palmæ refert *de Pont. in pulchra decis. 5.* quam not. *ad text. in l. 1. in fin. ff de iure immunitatis.* licet contrarium teneat *Anna obseruat.* 11? vbi Principes descendentes de sanguine Regali, qui præcedunt etiam omnes Regni Proceres etiam habentes septem officia, præcedunt etiam si sanguis esset ex latere materno; Quarto, quia fœminæ non sunt capaces successionis, pulchrè *Peguer.* qui ponit sex ampliationes *in decis. Rot. Catalon.* 112. Quintò, quia fœmina exclusa per statutum à successione filiæ dicitur etiam exclusa à legitima *Mart. Rot. Pisan. in decis.* 23. Sextò, quia dispositio *text. in l. quisquis, Cod. ad legem Iuliam Maiestatis*, comprehendit etiam fœminam, *Idem Mart. in decis.* 56. Septimò, quia fœmina non potest esse Curatrix furiosi, vt fuisse decisum *in S. Consf. Neapol. in causa Dianæ Capycis in anno* 1561. refert *Ann. sing.* 191. Octauo, quia fœmina non valet, vt testis in terminis *l. scripturas, C. qui potiores in pignore, Mubad Ferr Rot. Catalon obseru.* 19. Nono Auiæ substitutio facta in eum casum si sine filiis filij mei decesserint, filia fœmina non excludit substitutum agnatum *Thess. in decis.* 188. Decimò, quia Nepos ex filia fœmina non continetur appellatione masculorum, quando testator habuit rationem ad familiam, atque agnationem, secus si habuit rationem sanguinis tantùm, pulchrè *Anton. Faber. in decis. 1. C. de verb. signific.* Vndecimò, quia dicitur decedere sine masculis ille, quo viuo, nepos ex filia nondum conceptus fuit, *Idem Faber. in decis. 2. C. eod. tit.* In vno vero casu filiæ fœminæ veniunt nomine masculorū, scilicet in casu *dec. Rot. Pisan.* 24. vbi fuit dictum, quod exclusus à successione filij, dicitur etiam exclusus à successione filiæ. Et idem secundò in casu *Thessau. in decision.* 169. vbi fuit decisum, quod statutū Fossani loquens de filiis intelligitur etiam de filiabus, quam not. ad regulam, quod masculinum concipit fœmininum in se, iuxta terminos *leg. qui duos ff. de leg.* 2. qui casus pariter limitentur quando in dispositione fit mentio de masculino per se, & demum de fœminino per se, ita *Iaffred. in decis.* 175.

Collect. 686.

Super Doctr. Abbat. in c. 2. de Iureiurando.

Ex hac Panorm Doctr. communiter recepta est conclusio apud DD. non posse regulariter Episcopum absoluere à Iuramento absque partis citatione; Tu verò illam limit-

ta nonnullis modis, Et primò, in casu *Afflict. in decis.* 31. vbi fuit decisum, quod nec præuia citatione quando non supersunt 20. dies termini solutionis, sed hodie in Curia Archiepiscop. Neapol. conceditur absolutio ad finem agendi, etiam si vnus dies termini solutionis superesset, *Ego ipse in decisione eiusdem Curiæ.* 4. Limita, secundo in casu *decis. Catalon.* 188 penes *Figuer.* vbi fuit decisum, quod quando ad habilitandum personam, Iuramentum petitur relaxari solùm vt Iuramento non obstante possit quis fraudem detegere, tunc non est necessaria partis citatio, & ratio est, quia non agitur de ipsius creditoris magno præiudicio *Iaffred. in decis.* 22. Limita tertiò in casu *dec. Senatus Sabaudiæ* penes *Fabrum* 13. *C. de iureiurando*, vbi fuit decisum, quod absolutio à vinculo iurisiurandi ad finem agendi tantùm cócedi solet, inaudito aduersario, nec tamen est necessaria hæredis iurantis citatio, & ratio esse potest, quia iuramentum est personale, quod non transcendit iurantis personam, pulchrè *Guid. Pap. in decis.* 114. Limita quartò, in casu *Triuis. Rot. Venet. decis.* 64. *par.* 1. vbi refert quod secundùm stilum illius Curiæ numquam citatur pars in absolutione Iuramenti, & ibi etiam reddi tres rationes illius obseruantiæ. Limita quintò, in casu *decis. Sacri Cons. Neapol. teste Afflict. dec.* 120. vbi refert decisum fuisse per omnes Dominos, quod absolutio à Iuramento ad effectum agendi possit concedi sine partis citatione, attamen (data venia) hoc mihi nullo pacto videtur verum, & in se continet (meo iudicio) repugnantiam, & contradictionem, *Afflict.* enim vult huiusmodi absolutionem concedendam esse ex iusta causa, sed *Ego* dico quomodo erit iusta apud concedentem absolutionem, nisi cognoscatur? quomodo cognoscetur nisi pars citetur? Limita sextò, in casu *decis. Rot. Roman.* 226 *par.* 3. vbi fuit dictum, quod absolutio Iuramenti cócedi potest absque partis citatione, quando exactissima gestorum series narratur, & huius decis. ratio esse potest, quia eo casu apparet de Iustitia causæ allegatæ, cùm illa totalis series gestorum enarrata suppleat præsentiam partis, quæ & præsens nihil aliud addere posset, *ita Polid. Rip. obseruat.* 150. Limita septimò, in casu *decis. Rot. Marchiæ* penes *Gratia.* 65 vbi fuit decisum, quod etiam in obligatione Camerali, in qua secundùm stylum hodiernum conceditur absolutio sine partis citatione, ac etiam parte inuita. Pro coronide tandem mat. absolutionis à Iuramento, nota, quod habilitatio à Iuramento in contractu, in quo est renunciatum exceptioni præuentionis non tollit, quin Instrumentum possit via Ritus liquidari, *de Franch. in decis.* 670.

COLLECT. 687.

Super l. 1. §. pœna, ff. ad l. Cornel. de falsis.

HIc ponitur pœna falsi, quæ est omnium bonorum publicatio, sed dubium est quibus in casibus quis præfata pœna falsi veniat puniendus. Et dicas primò, quòd pœna falsi tenetur ille qui pecunia facit quod vnus denunciet inique Iudici aliquod maleficium **Cappel. Tholos. in decis.** 7 Secundò falsos cugnos faciens **Eadem Cappell. in dec.** 162. Tertiò ille qui accepit pecuniam vt testimonium diceret, etiam si verũ dixerit *Eadem*

*dem Cappell.in decis.*273. Quarto, Notarius, qui stipulatus inter ignotos, *Anton.Fab. in decis.*2. *C.ad legem Corneliam, de falsis* Quinto, mutans sibi nomen, *idem in decis.* 1. *de mutat. nominis*, quod limita in casu *Sayr. in decis.* 2. *de crimine falsi*, vbi fuit dictum quod mutare sibi nomen licet sine fraude, Sexto falsam monetam expendens pœna falsi extraordinaria tenetur *Rot. Auenion. in decis.*114. quam not. ad doctrinam *Bart. in l qui testamentum, ff. ad leg. Cornel. de falsis*. Septimo Gabbellarius, qui suarum rationum libros lacerauit, *Thesaur. in decis.* 171. Octauò testis varians coram diuersis Judicibus, Quod limita si esset rusticus, *Magon. in decis. Rot. Florent.* 44. Et quid de teste vero falsum tamen deponente vide *eundem Magon. in decis.* 50. *Rot. Lucens.* Nono contrafaciens sigillum Principis, *Afflict. in decis.* 21. A pœna autem falsitatis excusatur quis primo in casu *Viu. in decis.* 485. vbi fuit dictum quod quis non tenetur pœna falsitatis nisi dolus fuerit probatus: Excusatur secundo quando non est nociua, vel apta nocere, *Vrall. in decis. Rot. Rom.* 5. *part.* 2. quam not. *ad gloss in l. dam. us, C. ad l. g. Cornel. de falsis*.

COLLECT. 688.

In l. si eum hominem, ff. de fideiussoribus.

INstantia transit ad hæredem, hoc dicit, Quod amplia primo, vt transeat etiam cum donatione bonorum & Jurium cessione, *Georg. allegat. decis.* 33. Amplia secundò, in casu *Ann. allegat.* 14. vbi fuit dictum quod instantia cœpta per vsufructuarium, eo mortuo, transit in proprietarium.

COLLECT. 689.

Super cap. licet, de prabend.

COnstituo hîc conclusionem, quæ talis est, illud quod dicimus de aliqua re, erit pariter dicendum de eius fructibus, Ex qua infero primo, ad pulchram decisionem Sacri Consilij Neapol. de qua per *Geor. alleg.* 25. vbi fuit dictum quod Consuetudo Neapolitana prohibens disponere de bonis antiquis vltra medietatem procedit etiam in fructibus bonorum antiquorum, Infero secundò, *ad decis. Afflict.* 26. vbi super fructibus feudi hæreditarij non nisi insubsidiū exequutio fieri potest. Infero tertio quod quemadmodum filiæ statim post mortem patris debetur legitima, ita fructus legati pro ea relicti *de Franch. in decis* 575. Infero quartò, *ad decis. eiusdem de Franch.* 11. vbi fuit dictum quod secundus creditor tenetur offerre primo creditori pecuniam solutam, & fructus medio tempore perceptos.

COLLECT. 690.

Super Doctrinam Spec. de locato, nunc aliqua, num 70.

QVæ ansam dubitandi dedit Doctoribus super illa quæst. num pater possit in emphyteosi filiis præiudicare. Nam quod non possit est magis recepta opinio, Quam amplia primò, in casu *Rot. Roman. ve et Vrall. in decis.* 301. *part.* 2. vbi fuit dictum quod emphyteosis concessa simpliciter patri absque mentione filiorum, censetur concessa pro se, & pro filiis, non vt hæredibus, & tunc pater non potest filiis præiudicare il-

lam alienando. Amplia secundò, in casu *Ioseph. Ludou. in decis. fin. Rot. Lucens.* Amplia tertiò, in pulchro casu *decis.* 9. *Rot. Episcopal. Perus. teste Ambros.* vbi fuit dictum quod emphyteosim in vita per patrem alienatam, filij in ea comprehensi reuocare possunt, etiam si essent alienantis hęredes, quam ad decisionem not. ad limitat. text. *in l. cùm à matre, Cod. de rei vendicatione.* Nunc limita, & primo, in casu *Cornaz. in decis.* 159. vbi fuit decisum quod nisi filij fuerint in concessione proprio nomine nominati, aut quod concedens eos dilexerit, vel quod eorum etiam contemplatione principaliter motus fuerit, potest præiudicare. Limita secundo, in casu *decis. Ambros. Rot. Episcopal. Perus.* 14. vbi emphyteosis potest alienari à primo acquirente etiam in præiudicium comprehensorum per suam inuestituram. Quod subamplia procedere etiam in feudo nouo, quod potest alienari etiam in præiudicium filij primogeniti, *Afflict. in decis.* 112. Subamplia secundò, in casu *decis. Rot. Sicil.* penes *Mastrill.* 56. *part.* 2. vbi fuit decisum quod primus acquisitor potest formam feudi etiam mixti mutare, & rationem ponit *Rot. Lucens. diuers. in decis.* 117. quia respectu filiorum dicitur donatio causa mortis, quæ potest per ipsum donantem reuocari. Limita tertiò, vt licèt non possit páter in pręiudicium filiorum emphyteosim alienare, poterit tamen saltem melioramenta, *Rot. Lucens. diuersor. in decisione* 44.

Collect. 691.

Super l. 1. §. cùm arietes, ff. si quadrupes paup.

Certant Doctores in præsenti lege quis in dubio præsumatur aggressor, ex Decisionariis variæ coniecturæ colliguntur. Prima est *Rot. Lucens. diuers. in decis.* 41. vbi expectantes in aliquo loco, & cum aliis postea pugnantes, in dubio præsumuntur aggressores. Secunda est coniectura *Rot. Episcop. Perus.* 14. penes *Ambros.* scilicet vt aggressor præsumatur ille, qui melius erat armatus tempore rixæ. Tertia est *Rot German.* penes *Coler. in decis.* 49. vbi pariter præsumitur aggressor, qui est robustior, & in exercitio armorum magis versatus, & de nonnullis aliis pulcherrimis coniecturis vide *Peguer. in decis. Rot. Catalon.* 14.

Collect. 692.

Super Authent. sed & si quis, C. de testibus.

Ante litem contestatam testes ad æternam rei memoriam recipi possunt, hoc dicit. Non probant tamen si examinantur, parte non citata, *Rot. collect. à Farinac. in decis.* 37. Item secundo, si adest defectus legitimæ eorum ætatis, *idem in decis.* 39. Quod amplia vt nec faciant aliquod indicium, *Crescent. in decis.* 2. *de testib.* Item & tertio, non probant in casu *eiusdem in decis.* 554. Item quarto, non probant in causis criminalib. quando agitur criminaliter, secus si ciuiliter, *Iaffred in decis.* 198. Hæc autem facultas testes examinandi ad perpetuam rei memoriam non permittitur omnibus, nisi iis, qui in possessione alicuius Iuris reperiuntur, *Mynsinger. centur.* 4. *obseru.* 71. ac etiam iis, quibus agendi facultas destituta est. *Idem in obseruat.* 72. *eadem centur. &* Gayll.

Gayll.practic.obseruat. obseru.92. & seq. lib.2.

COLLECT. 693.

Super l.Patre furioso, ff. de iis qui sunt sui, vel, &c.

EX hoc text.colligitur regula hęc, quod nonnulla valent, si non opponantur à parte, quæ alias non valerēt. Ex quo infertur primo, quod processus factus cum actore excommunicato valet, nisi opponatur *Rot. in decis.27. de sententia excommunic. in antiquis,* quam not. ad limitationem text. *in cap. decernimus, de sententia excommunic.in sexto.* Infertur secundo, quod parte non opponente, valet appellatio facta, omisso medio *Mynsing. centur.1. obseru.67.* quæ aliàs non valeret *de Benintend. Rot. Bonon. in decis.98.* quas duas decis.not.ad limit.tex. *in cap. delicto, de appellat.* Infertur tertio, quod processus factus absque legitimatione personæ est ipso iure nullus, & intellige si opponatur *Cornax. Rot. Lucens. in decis.195* quam not.ad limitationem eorum, quæ traduntur à DD. *in Rubrica, C. qui admitti*; Infertur quartò, quod testibus examinatis absque interrogatoriis, parte non opponente præstatur fides *Rot collect. à Farinac. in decis.818.* quam not.ad limitationem text. *in cap. præsentiam, de testibus, lib.6.* Infertur quintò, quod post conclusum in causa possunt instrumenta produci, si pars non opponit, *Iaffred. in decisione vigesima tertia,* quam not. ad limitationem text. *in cap. cum dilectus, de fide instrumentor.* Infertur sextò, quod libellus incertus, & generalis admittitur nisi opponatur *idem in decis.294.* quam not. ad ornatum *l. fin. Cod. de annali exceptione.*

COLLECT. 694.

Super Clement. fin. de rebus Ecclesiæ non alienandis.

ALienatione prohibita locatio ad longum tempus pariter prohibita censetur, hoc dicit Ex quo infertur primo, quod res Ecclesiæ, quæ alienari prohibentur, locari ad longum tempus minimè poterunt *Gam. in decis. fin.* quam not. *ad Extrauag. ambitiosè*; Infertur secundo, quod bona fideicommisso subiecta quemadmodum alienari prohibentur, ita & ad longum tempus locari *Ioseph Lud. in decis. Rot. Lucens.64* quæ ad ampliationem *Auth. res quæ, Cod. communia de legatis,* tibi deseruiet; Infertur tertio, quod bona Maioratui Hispaniç supposita sicut alienari sunt prohibita, ita & locari *Gamm. in decis.21.*

COLLECT. 695.

Super l. si seruus, §. fin. ff de legat.1.

LEgatum obscurum ex coniecturis declaratur, hoc dicit, Ex quo text. nota omnes casus, ex quibus relictum, seu legatum declaratur, deinde verò ea quibus extenditur tibi reportare mihi peroptimè visum fuit. Vnde primò legatum factum Ecclesiæ Sancti Ianuarij declarandum est vt debeatur Ecclesiæ illi dedicata, non autem vbi eius corpus permanet *Afflict. in decis.244.* Secundò, legatum alimentorum debetur etiam à substitutis, non obstante quod de legato in substitutione vlla fuerit facta mentio *Viu. in decis.21.* Tertio, legatum omnibus Ecclesiis non Parochialibus Ciuitatis comprehendit etiam Ecclesias Collegiatas, *Cappell.*

Tholos.in decis. 57. Quarto legatum vestimentorum vxori vt singulis annis vestietur declarandus est *Cappll. Tholos.in decis.* 318. Quintò legatum factum omnibus filiis comprehendit filios testamenti tantùm, non alios post testamentum natos *eadem Rota in decis.* 190. quam not. ad ampliationem text. *in l. si ita, ff. de auro & arg. legato.* Sexto, legatum factum omnibus Conuentibus alicuius Ciuitatis, & ex post omnibus Ecclesiis aliud legatum, Conuentus in secundo legato partem non habent, *eadem Rot. in decis.* 58. Septimo legatum certæ quantitatis præstandæ de introitu est multiplex, & non vnicum *de Laurent. Rot. Auen. in decis.* 363. Octauo legatum factum Titio & Seio, de centum intelligi debet de quinquaginta, dico quolibet *de Amat. Rot. March. in decis.* 44. Nono legatum bonorum emphyteoticorum saltem quoad existimationem valet, *idem in decis.* 39. Decimo legatum certæ partis hæreditatis, & bonorum quomodo declarandum sit *Valasc. in decis.* 110. Vndecimo legatum vxori relictum casu quo transiret ad secunda vota, non debetur si vidua remanserit *Gaspar Thess. in decis.* 87. Duodecimo legatum relictum Titio, duobus eiusdem nominis apparentibus, non debetur nisi aliter per indicia constiterit de quo testator sensisset *Gama. in decis.* 378. quam not. *ad l duo sunt. ff. de testamentaria tutela*; Decimotertio legatum nepti relictum sub conditione si nobili transmittitur, illa mortua, *Maynard. in decis.* 98 *lib.* 5. Decimoquarto legatum mobilium comprehendit etiam vasa argentea, *Rot. collect. à Farinac. in decis.* 450. Decimoquinto legatum factum de portione victus, quam habuerat legatarius testatore viuente comprehendit omnia, quæ à testatore præstabantur in vita etiam cum commoditate habitationis, & coquinæ vsu, *idem in decis.* 455. Decimosexto legatum domus comprehendit etiam apothecam, *Marilian. Rot. Auen. in decis.* 92. Casus, quibus legatum seu relictum extenditur sunt sequentes, & præcipuè legatum liberationis vni ex correis extenditur vt prosit aliis, *Cappell. Tholos. in decis.* 164. Secundò legatum mobilium continet etiam grana seminata in fundis testatoris, *de Laurent. decis. Rot. Auenion.* 16. Tertiò legatum mobilium, ac domus vtensilium extenditur, vt censeatur etiam legasse fructus domi existentes, *idem in decis.* 14. Quarto legatum de domo factum extenditur pariter vt comprehendat etiam hortum domi coniunctum, *Verall in decis.* 361. *part.* 3. quam nota ad text. *in l. prædiis, §. final. ff. de legat. tertio.*

COLLECT. 696.

Super cap. dilecti, il secondo, de appellationibus.

EXcommunicatio lata post appellationem est ipso iure nulla, hoc dicit, Ex quo infertur primò, quòd Canonicus taliter excommunicatus percipit distributiones quotidianas, *Monald. in cons. d. c. f.* 110. *p.* 2. quam not. ad ornatum *gloss. in c. pastoralis § fin. de appellat.* quemadmodum etiam percepit expulsus à Capitulo, qui inseruire aliàs ei solebat, non obstante, quod incarceratus inseruire non possit, *Rot. collect. à Farinac. in decis.* 168. Verùm amplia hanc reg. & primo procedere in qualibet censurarum specie, *Sayr. in decis.* 3. *de appellat.* Limi-

Limita nunc, & primo in contemnente notoriè patere Literis Apostolicis, quia etiam post appellationem excommunicatus declarari poterit, pulchrè *Verall. in decis. 324 p. 1.* Limita secundò, vt declaratio excommunicationis contemptæ in Iure, vel in hominis præcepto suspendatur per appellationē, vt refero *Ego ipse in decis. 28. Curia Archiep. Neap* fuisse decisum. Limita tertiò, vt non obstante appellatione, excommunicatus possit publicari, quod procedere intelligitur, quando fit per Ordinarium, *Achill. de Grass. in decis. 4. de senten. excomm.* quod secus in delegato *Cappel. Tholos. in decis. 299.* Et de diuersitatis ratione in vtroque casu, vide pulchram *Maynard decis 28. lib. 3.* Et num à sententia appellari possit, vide *Cappell. Tholos.* quæ in negat. decidit *in decis. 296.*

COLLECT. 697.

Super l. Papinianus, §. quarta, ff. de inofficioso testamento.

Legitima debetur deducto ære alieno, hoc dicit. Cuius text. conclusionem limita primo, vt præferantur filij in legitima legatariis *Gratian. Rot. March in decis. 162.* Limita secundò, vt pariter præferantur Ecclesiæ, seu quouis loco pio, cui factum fuit legatum, *Robert. Rerum Iudicatarum lib. 1. decis. 1.* quam not. ad ampliationem *text. in c. si quis vult deum 17. q. 4.* Limita tertio, vt non impediatur legitimæ consignatio, quando æs alienum esset liquidum, *de Franch. in decis. 126.*

COLLECT. 698.

Super c. Auaritia de electione lib. 6.

Electus ante confirmationem administrare non potest, & si contra fecerit ipso Iure priuatus est iure ex electione quæsito, hoc dicit. Num autem ex sola electione quæratur ius electo, vide optimam decisionem *de Franch. 533.* Limita nunc tex. dispositionem. Et primo, vt non procedat ex sola administratione, nisi cum ea concurrat possessio cum fructuum perceptione, pulchrè *Cardin. Puteus in decis. 43. lib. 3.* Limita secundò, quando bona fide quis administrauerit, quia tunc non incurritur in pœnas huius c. quod exigit dolum, & culpam, *Rot. collect. à Farinac. in decis. 652.*

COLLECT. 699.

In Clement. dispendiosam, de Iudiciis.

Hic sedet. mat. clausulæ sola facti veritate inspecta, quæ plurimos habet effectus. Et primo, quia Iudex virtute præfatæ clausulæ poterit absq; Iuris sollemnitatibus procedere *Mynsing. cent. 2. obseru. 44.* quam not. ad ampliationem *Clement. sæpe, de verb. signif.* Secundò, quia per hanc clausulā Iudex dicitur procedere, vt Deus, qui soli veritati innititur *Gayll. lib. 1. obser. 42.* Tertiò, quia poterit Iudex proferre sententiam super causa probata, licèt in libello nō deducta, pulchrè *Benint. Ro. Bonon. in decis. 44.* quam not. ad limitat. *l. qui habet, ff. de institutoria actione.* Quartò, quia potest procedi in causa absq; libello, & litis contestatione, *Rot. in dec. 43. in nouis,* quam no. ad limita. *Auth. offeratur, C. de litis cōtest.* Quintò, quia virtute dictæ clausulæ poterit Iudex didicitis testificatis examinare, vt est commu-

nis opinio, quamuis contra *Carroc. in decis.* 55. quam no. ad ampliat. *cap. fraternitatis de testibus*. Sexto, quia vigore prædictæ clausulæ tollitur exceptio præscriptionis, *idem Carroc. in decision.* 59. Septimò, quia admittitur libellus, etsi generalis fuerit, *Guid. Pap. in decis.* 263. quam not. ad limitationem *glos. in l. 2. C de annali excep.* Ad materiam tandem vide *Osasch. in decision.* 1.

COLLECT. 700.

Ad gloss. in l. 2. Cod. de annali exceptione.

Libellus generalis incertus, ac alternatiuus non admittitur, hoc dicit. Quod limita primò, in casu *Iaffred. in dec.* 24. vbi asserit decisum, quod libellus incertus super fructibus, damnis, & interesse admittitur. Limita secundò, nisi opponatur, quia bene incertus, & alternatiuus libellus admittitur, *idem Iaffred. in dec.* 294. Limita tertiò propter probabilem agentis dubitationem, *idem Iaffred. in dec.* 497. Limita quartò, in remedio *l. 2. C. de rescind vend.* in quo admittitur libellus alternatiuus *Mynsing. cent. 2. obseru.* 42. Limita quintò, vt valeat libellus alternatiuus, in quo vel res, vel existimatio petitur, *Mynsing. cent. 4. obseru.* 11 Limita sextò, vt libellus in dubio sustinendus sit, etiam si verba venirent impropriandа, *idem Mynsing. in ead. cent. obseru.* 3.

COLLECT. 701.

Ad Bar. in l. in tantum, §. vniuersitatis, ff. de rerum diuisione.

Locus iste est communiter receptus in quæstione illa, quod ciues non sunt idonei testes pro vniuersitate. Quod limita primo, quando testes de vniuersitate deponerent in iis, quæ sunt communia pluribus, & vniuersis, tunc enim bene probāt pro ipsa vniuersitate, pulchrè *Capyc. in decis.* 152. Limita secūdò, in vniuersitate magna, ac populosa, *Matt. Rot. Pisan. in dec.* 199 Limita tertiò, in casu *Afflict. in decis.* 400. Limita quartò, in testib. originariis alicuius terræ Neapoli habitantib. quia pro vniuersitate in testes recipi possunt, vt refert fuisse decisum *Ann sing.* 81. Limita quintò, in ciuibus religiosis, qui pariter admittuntur, *idem Ann. in sing.* 82. Limita sextò, in confinibus vniuersitatis, quę bene per eius ciues probantur, *Guid Pap. in dec.* 193.

COLLECT. 702.

Ad Concil. Trid. sess. 24. can. 1.

Denunciationes ante matrimonium faciēdæ remitti possunt, ex causa per Episcopum hoc dicit, sed num per eius Vicarium? Curia Archiepisc. Neap. decidit affirm. vt refero *Ego ipse in dec.* 26. & ratio est, quia nunquam Concil. Trid. excludit Vicarium quando facit mentionem de Episcopo, nisi expresè eum excludat *Gratian. Rot. Marc in decis.* 98. quā not. ad *Tex Conc. Trid. d. sess* 24 Sed num tecti per Parochum possint? negat. *Say. in decis. 1 de clandestina d sponsat* & ratio etiam redditur, quia Concil. hanc facultatem Episcopo cōcedendo, eam Parochis tacitè negare videtur; Num autem per Vicarium foraneum? negatiuè etiam *Maynard. in decis.* 29. *p.* 1. quam not. ad ornatum *gl. in clem & si principalis, in verb. foraneus de rescriptis.* Et num per Abbatem, qui ratione suæ

ſuæ Abbatiæ Iura Epiſcopalia habet, & nullius eſt Diœceſis, affirmatiuè, *Sayr. in deciſion.9. de ſponſalibus*, quam nor. *ad gloſſ. in c.ordina: ij de officio ordinarij lib.6.* Pro coronide tandem huius mat. vide pulchram *dec. Caualc. 29 par.1.* vbi matrimonium ob omiſſas denunciationes non annullari, decium refert. Et num annulletur in locis vbi S.Concil.non eſt publicatum? affirmatiuè, *Rot.diuerſ.in deciſ. 429. part. 1.*

COLLECT. 703.

In l.2.C.de rerum permutatione.

PErmutatio emptionis vicem ſuſtinet,hoc dicit. Ex quo infertur primò,quod quemadmodum res ſequeſtrata prohibetur alienari, ita & permutari, *Rot.Lucenſ.diuerſ. in deciſ. 79.* Infertur ſecundo,quod ſicut Iuſpatronatus, ſeu Beneficium alienari non poteſt, & ita permutari inconſulto Patrono, *Cappel Tholoſ. in deciſ. 107.* Infertur tertiò, quod beneficium *l. 2. Cod de reſcindenda venditione*, locum obtinet etiam in permutatione, *Maynard.in deciſ.25.lib.3.* Infertur quarto,quod quemadmodum Laudemium ſoluitur directo domino in alienatione rei emphyteut. ita & in permutatione, licèt contrà *Capp. Tholoſ. in deciſ.16.* Infertur quinto, quia ſicut alienari, ita & permutari res Eccleſiæ, inconſulto Romano Pontifice prohibetur, *Anton.Fab. in deciſ.12.C.de rerum permutatione*,quam nota ad ampliationem Extrauagant. (ambitiosè de rebus Eccleſiæ non alienandis.) Infertur ſextò , quod Demanij petitio locum obtinet pariter in permutatione , licèt contrà *Georg.allegat.deciſ.7.*

COLLECT. 704.

Super c.2.de filiis presbyterorum.

DIſpenſatio eſt ſtricti Iuris, hoc dicit. Ex quo infertur primo, quod diſpenſatus quoad officium, non cenſetur pariter quoad beneficium, *Maynard. in deciſ.21.lib.3.* quam not. ad limitat. *c.fin. de reſcriptis in 6.* Infertur ſecundò, quod diſpenſatus ſuper ætate ad beneficium ſimplex non poteſt alia ſimilia beneficia obtinere ſine noua diſpenſatione durante minoritate ætatis, *Caualc.in deciſ.29.par.1.* Infertur tertiò, quòd diſpenſatio obtinendi beneficium extenditur ad primum, & vnicum beneficium tantùm *Rot.in deciſ.1. de filiis presbyterorum in nouis.* Infertur quartò, quod diſpenſatus ſuper illegitimitate non poteſt recipere præbendam Eccleſiæ Cathedralis *eadem Rot. in deciſ.2. eod.tit.* quam not.ad limitation. *c.non debet de reg.in.in 6* Regula enim, Cui conceditur maius videtur conceſſum minus, non procedit in diſpenſationibus *Fab.in deciſ 13.C.de ſacroſanct.Eccleſ.* Infertur quintò, quod diſpenſatus,vt poſſit accipere ſecundum beneficium in cathedrali, ſi ex primo non poſſit viuere, non cenſetur diſpenſatus, vt primum in cathedrali capere poſſit, quia , vt dixi, diſpenſationes ſunt odioſæ, & ſtrictè interpretandæ *Veral. in deciſ.272.p.1.* Infertur ſextò, quod diſpenſatio Comitis Palatini cum illegitimo ad ordines, & beneficia non extenditur, *Sayr.in deciſ.7. de filijs presbyterorum* Infertur ſeptimo, quod diſpenſatio prohibens filium obtinere beneficia patris in eadem Eccleſia cùm ſit exorbitans, & odioſa non com-

prehendit nepotem legitimum ex filio illegitimo *idem Sayr. in decis. 9. eod. tit.* Infertur octauò, quod dispensatio in foro conscientiæ non extenditur, neque suffragatur in foro fori, *Rot. diuers. in decision. 606. part. 1.* quam not. ad tradita per *DD. in c. de his, de accusat.* Verùm hoc limita in excommunicatione à qua quis absolutus fuit in foro conscientiæ, & hoc apertè constat Iudici, fuisse decisum in Curia Archiepiscop. Neapolit quod non debet molestari in foro fori, vt refero fuisse decisum pulchrè ac notabiliter meo tempore, vt latè scripsi *in decis. eiusdem Curiæ 93.* Limita secundo, in casu *Crescentij in decis. 14. de probat.* vbi fuit dictum quod absolutio excommunicationis etiam in foro contentioso quoad effectum validitatis gratiæ, probatur per solum pœnitentiarium. Infertur nonò, quod dispensationes tot esse debent, quot sunt obstacula, quia dispensatus quoad vnum non censetur quoad reliquum, *Rot. diuers. in decis. 233. part. 1.* Nunc verò limita reg. text. nostri, & primo quod dispẽsatio vti odiosa non procedit in dispensato super affinitate, quia extenditur ad impedimentum Iustitiæ publicæ honestatis, *Sayr. in decis. 4. de consanguinitate.* Limita secundò, in dispensato pariter super affinitate, quia præfata dispensatio extenditur etiam ad incestum *idem in decis. 1. eod. tit.* Limita tertio, quoad hoc, vt pœnitentia iniuncta à Papa in dispensatione matrimoniali incestuoso viro, quod operam suam conferat Fabricæ Ecclesiæ, quia à Delegato commutari poterit, vt fuisse decisum in Curia Archiepisc. Neapolit. refero *Ego ipse in decis. 25.*

Collect. 705.

Super Bull. Pij V. de ij habilitate illegitimorum ad successionem.

SVmmus Pontifex per præsentem Bullam corrigit, & annullat licentias, dispensationes, ac facultates disponendi in illegitimos. Verùm illam amplia, vt procedat etiã in ipsis legitimatis, *Rot. Diuers. in decis. 305.* Nunc limita eam & primo, vt comprehendat disponentes de bonis necdum quæsitis ex fructibus beneficiorum, verùm etiam de bonis patrimonialibus, item laicos quando disponunt de bonis ab Ecclesia profectis, vt emphyteusis, & bona Ecclesiastica, & bona quæsita expensionibus, quas laici ex priuilegio aliquando obtinent, non tamen prohibentur laici vigore priuilegiorum disponere in illegitimos de bonis merè patrimonialibus, & laicalibus nullam habentibus mixturam cum bonis ab Ecclesia profectis, *Rot. Diuers. in decis. 114. p. 2.* Limita secundò, in casu *eiusdem Rot. in dec. 487. p. 1.*

Collect. 706.

Super c. terrulas 22. quæst. 2.

ABsque assensu Apostolico res Ecclesiæ alienari non possunt, hoc dicit. Quod amplia primò, vt pariter censeatur inualida alienatio absque prædicto assensu etiam si facta sit ex necessitate soluendi æris alieni, *Rot collect. à Farinac. in decis. 203.* Amplia secundò, etiã si quis habuisset sufficiens mandatum ad alienandũ *ea Rot. in dec. 204.* Amplia tertiò, vt pœnitẽtia in alienatione rei Ecclesiasticæ cũ reseruatione beneplaciti Apo-

Apostolici ante illius impetrationem locum habeat *Ead. Rot. in decis.* 206. Limita tandem reg. nostri tex. vt presumatur assensus Apostolicus ex cursu 30. annor. cum possessione *Rot. diuers. in dec.* 179 *par.* 2.

COLLECT. 707.

Super fideiussor, ff. de fide iussorib.

FIdeiussor, principalis personam repræsentat, hoc dicit, Ex quo infertur primo, quod dilatio quinquennalis principali concessa extenditur ad fideiussorem. *Barz. in decis.* 77. Infertur secundò, quod debitor à creditore non potest iurari suspectus, si fideiussoré idoneum præstiterit, pulchrè *Flam. Carc. in decis.* 117. licèt alias secus secundum *Afflict. in decis.* 170. quam decis. not. ad tradita *DD. in l. si arbitrio. ff. qui satisdare cogantur.* Infertur tertiò, quod beneficium filiofamilias competens extenditur etiam ad eius fideiussorem *Flam. Cart. in decision.* 7. *Rot. Ianua*; Infertur quartò, quod non est incarcerandus debitor principalis, quando fideiussor est soluendo *Valasc. in decis.* 13. Infertur quintò, quod exceptio declinatoria competēs principali, competit etiam fideiussori, *Maynard. in decis.* 93. *par.* 3. Limita tandem in casu *Afflict. in decis.* 206. vbi fuit dictum quod fideiussor laici clericus non remittitur ad Iudicem Ecclesiasticum.

COLLECT. 708.

Ad Bar. in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de condit. & demonstr.

HIc locus est originalis in illa quæstione, num legatum dotis sit purum, an verò conditionale? & de hac quæstione diuersimodè à DD. disputatur. Sed *Mastrill. Rot. Sicill. in decis.* 78. *p.* 1. asserit in illa Rota tentum fuisse præfatum legatum non quidem conditionale, sed purum dici, quam decisionem intelligas procedere in patre legante, vt in simili decidit pariter *Vin. in decis.* 484. *& Gasp. Thess. in decis.* 45. & quod pariter sit conditionale videas *Rot. Flor. apud Magon. in decis.* 14.

COLLECT. 709.

Ad Nauarr. cons. 22. *in fin.*

HIc refert Nauarr. quod in Curia Romana tres tantummodo causæ habentur pro iustis, ac legitimis ad dispensandum etiam in quarto gradu, Et prima defectus dotis congruæ, Secunda angustia loci, Tertia extinctio magnæ litis. Circa primam causam animaduertendum, quod vt congrua dicatur dos necesse est, vt habeatur consideratio ad dignitatem natalium, facultatibus dotantis, qualitati coniugum, ad liberorum numerum, ac consuetudinem aliarum Mulierum in ea familia nuptarum *Thessaur. in decision.* 192. quam not. ad ornatum *l. quæro. ff. de iure dotium.* Quod amplia etiam si ad alimenta non sufficeret, adhuc enim congrua dos dicitur *Barz. Rot. Bonon. in decision.* 128. Secundo dicitur etiam dos congrua, attenta Regionis consuetudine, *idem Barz. in decision.* 127. *Rot. Bonon.* Tertiò, dicitur esse defectus incompetentiæ dotis etiam si ob patris paupertatem tertius suppleret dotem *Sayr. in decis.* 13. *de consanguinitate, & affinitate.* Item in Ciuitate Neapol. 4. millia ducati in per-

ſona nobili extra plateam dicitur incongrua, vt iudicauimus in Curia Archiepiſc.Neap. *Ego ipſe in deciſ. eiuſdem Curiæ* 121. Item quartò, dicitur dos congrua in nupta vltra legitimam, *Afflict.in deciſ.*160. Ad materiam verò vide *Afflict.in deciſ.*179.Circa ſecundam cauſam animaduertendum quod locus inſignis is intelligitur,qui in ordine locorum quoddam præcipuum, & ſpeciale habet, & pro tali vulgo habetur, & talis eſſe poteſt, quamuis muris cinctus ſeu muratus non ſit, pulchrè *Say. in deciſ.*4. *de verborum ſignificatione.* quam not. ad interpretationem Bullarum Apoſtolicarum de locis inſignibus mentionem facientium. Item Ciuitates inſignes in Italia dici poſſunt Neapol.Roma, Venet.& Mediolan.vt animaduertit *Cauale.in deciſ.* 18. *Frinzanenſ.par.*1.Sed circa præfatam cauſam grauis eſt illa dubitatio; ſi diſpēſatio eſt conceſſa propter anguſtiam loci an ſit mandanda exequutioni ſi mulier in alio loco inſigni vicino ſuę patriæ, virum ſuæ conditioni parem inuenire poſſet,& in Curia Archiep. in affirmat. fuiſſe deciſum refero *Ego ipſe in deciſione* 25.*eiuſdem Curiæ.*

Collect. 710.

In l.2.ff.de iudicatum ſolui.

HIc habetur diſparitas inter ea, quæ reſpiciunt ordinem Iudicij & eius deciſiones. Tu verò adde nonnullas alias, Et prima eſt, quia perempta inſtantia pereunt acta litis ordinatoria, non autem deciſoria, *Iaffred. in deciſ* 441. quam intellige quando perit tempore, ſecus ſi renūciatione,vel pacto, quia tunc omnia pereunt, *Maynard.in deciſ.*13 *part.*2. & *Iaffred.in deciſ.citat.* Secunda diſtantia eſt, quia in reſpicientibus ordinem proceſſus attenditur,vt ſeruatur conſuetudo loci iudicij,quoad deciſoria verò attenditur locus contractus *Guid.Pap. in deciſ.*262. Tertiò diſtat, quia Clericus litigans in foro ſeculari obligatur in iis, quæ reſpiciunt ordinem proceſſus, ſecus in reſpicientibus deciſionem *Capyc. in deciſ.* 66. vbi fuit dictum, quòd cùm compromittere ſit de ordinatoriis,clericus litigans tenetur ſeruare Pragmat. loquentem de compromiſſ. inter coniunctos.Diſtat quartò,quia cùm obſeruatio feriarum ſit de ordinatoriis, propterea Nuntius Apoſtolicus ad aliquem Principem deſtinatus in cauſis appellationum ſibi tranſmiſſis tenetur ſeruare ferias loci,vbi degit, in deciſoriis verò Romanæ Curiæ *Triuiſ.in deciſ.*31. Quinto diſtat, quia tempus inſtantiæ eſt de ordinatoriis, & ideo ligat clericum,quod ſecus, ſi eſſet de deciſoriis *Flamin. Chart. Rot. Ienua in deciſ.*79. Sextò diſtat, quia Delegatus in ordinatoriis tenetur ſeruare conſuetudinem loci Iudicij, quod non procedit in deciſoriis *Marilian Rot. Ienua in deciſ.*30. Diſtat ſeprimò,quia ſatiſdatio de expenſis eſt de ordinatoriis Iudiciis,idcirco ligat clericum,quod ſecus ſi eſſet de deciſoriis, *Minad.in deciſ.*4.quam diligenter not. ad ampliationem *Auth. generaliter, C de Epiſc.& cleric.* Diſtat octauo, quia Archiepiſcopus in ordinatoriis tenetur ſeruare Ritum Curiæ Metropolitanæ, in deciſoriis vero Ritum Curiæ Suffraganei, vt *Ego ipſe refero deciſ.m in deciſ.*69. *Cur. Archiepiſcop. Neap* Et num appellatio ſit de ordinatoriis videas ſollemnem deciſionem *Achill. de Graſſ.*12. *de appellatio.*

COLLECT. 711.

Super l.cæterum, ff.de rei vendicat.

Bonæ fidei possessor facit fructus suos, hoc dicit; Quòd amplia primò, procedere etiam si eius bona fides esset præsumpta, vt puta in eo, qui habet titulum inualidum, ita *Veral.in decis.68.par.1.* Amplia secundò, etiam in malæ fidei possessore cum titulo quoad fructus, qui percipi potuerant, quia ad illorum restitutioné non tenetur, *Crescent.in decis.8.de caus. possess.& propriet.* Sed hoc limita quando cum minore ageretur. *Maynard. in decis. 20. lib.2.* quam not.ad limitat. *glos.in l.si fundum, Cod.de rei vendic.* Nunc verò limita reg.tex.nostri. Et primo in eo, qui emit à minore absq; decreto, quia licèt sit bonæ fidei tenetur tamen fructus restituere, *de Franch.* à contrario ponderat *in decis. 242.* Limita secundò, in fructibus legitimæ ab hærede bona fide consumptis, quia tenetur eos restituere à die mortis patris, *Piguer. in decis.125.* Limita tertio post litem contestatam, quia tenetur ad fructus perceptos, *Rot.Bonon.in decis.20.* quam not. *ad tex. in l.sed si lig. § si ante, ff de petit. hæredit.* Limita quartò, in casu *Bellam. in decis.312.* vbi fructus à quolibet possessore vsucapiuntur triennio.

COLLECT. 712.

Super Concil.Trid. sess 24.can.18. de Reform.

Decreuit hîc SanctaSynodus, vt vacante Ecclesia parochiali ad illa non admittantur, nisi ij, qui idonei reperti fuerint in concursu, quæ verò vt Ecclesia dicatur Parochialis, concurrere debent, declarat *Rota Rom.diuersor.in decis.51. vol.1.* Et num Parochia possit effici beneficiũ Manuale? decidit affirmatiuè, *Rot.* spatio 40. annorum, *teste Farinacc.in decision.676.* Amplia primò, præfatum text. S.C. quatenus de concursu loquatur, vt credatur relationi examinatorum de habilitate examinati, & per eam constitutioni Sacri Concil. Trident. satisfieri dicatur. *Eadem Rot. teste de Farinacc. in decis.672.* Amplia secundò, vt notorietas idoneitatis de vita, & moribus, & alicuius scientia personæ qualificatæ non operatur ne subiiciatur huic examinani *Maynard in decis.6.lib.3.* & ita censuit Sacra Congregatio Concilij. Amplia tertiò, vt obtinens Parochialem omissa forma Concilij, & Constitutione Pij V. teneatur ad fructuum perceptorum restitutionem. *Idem Farinac in decis.674.* Et quis in concurrentium concursu præferri debeat. Dicas primò præferri graduatum in aliqua scientia, *Caputaqu. in decis.177. par.1.* si quidem doctoratus qualitas in Ecclesia parochiali est maximæ considerationis, *Pute in dec. 20. lib.3.* Secundo præfertur originarius Ciuitatis, *Bellam in dec. 591.* Tertiò magis litteratus, *Farinac.Rot. Roma. in decis. 677.* Immo Episcopus peccat mortaliter, & ad restitutionem tenetur conferendo Parochiam digno, omisso digniori, *Grat. in decis. Rot.March 97.* Quarto maiori habilitate præditus, puta prudentia, integritate, & maturioritate, *Idem Farinac.in decis. 638.* Qualitas autem presbyteratus num inducat prælationem, decidit negatiuè, *ead. Rot.in dec. 677.* In Capellano verò requiritur, quod tempore præsentationis sit Sacerdos, vtpote si testator his vsus

fuerit verbis, scilicet, quod Sacerdos teneatur singulis hebdomadis tres Missas celebrare *Eadem Rot. in dec. 570.* Verùm limita tex. Concilij in cura animarum, quæ in Ecclesia collegiata exercetur per Canonicos, vel Hebdomadarios, hoc enim casu cura dicitur esse penes Collegium, & nõ penes singulos, aut quemcumque Canonicorum per se, ita vt Canonicus dicatur Curatus, ita *Pute. in dec. 290. li. 1.* Itaque etiam censuit Sacra Congregatio in vna hebdomadaria Collegiat. Sancti Ioannis Maioris de Neap.

COLLECT. 713.

Super gloss. in l. fin. in verb. cognoscant. C. de Iure deliberandi.

AD quod hæc gloss. communiter allegatur, id est, quod Notarius non tenetur cognoscere contrahentes, & ita decisũ testatur *de Franc. in decis. 261.* Verùm bonum erat statutum super hoc, ne detur occasio contrahentibus supponendi personas ignotas Tabellioni, prout similia extant statuta in Gallia, vt testatur *de Laurent. in decision. Rot. Auen. 64. & 107.* Et propterea excusatur Notarius, qui recepit Instrumentum inter partes contrahentes sibi minimè notas, nec similiter punitur si ipso inscio vna persona pro altera fuerit supposita, ita decidisse *Senat. Pedemon.* refert *Gasp. Th ss. in decis. 78 par. 2.* Pœna autem supponẽtis vnam personam pro alia scienter, & dolosè, est pœna falsi, pulchrè *Sess. Rot. Aragon. in decis. 109.* & ad mat. vide *Bou. in decision. 118.*

COLLECT. 714.

Super Concil. Trident. sess. 22. c. 9.

POtest Episcopus compellere Administratores quorumcumque locorum piorum singulis annis reddere rationes, hoc dicit. Quod amplia, vt possit visitare cõfraternitates laicorum etiam existentes intus Ecclesias Regularium, ac illos ad reddendum computa compellere *Gratian. in decis. 188* & ita pluries declarauit Sacra Congregatio; Super quo loco de tribus frequentius dubitari solet, Et primo num Episcopus possit plures in anno exigere rationes administrationis, cui quæstioni ita distinguendo respondeas, quod aut rationum redditus fuit finalis, & non poterit, aut verò econtrà, & potest, ita fuisse decisum *in Rot. March.* testatur *Grattan. in decis. 88.* & eãdem sententiam tenuit *Rot. Genua*, vt refert *Bellon.* omnino vidend. *in d cis. 50.* & ita pariter fertur declarasse Sacram Congregationem; Limita si in prima calculatione esset erratum, quia docto de errore potest iterum peti calculatio, pulchra est decisio *Rot. Aragon.* penes *Ioseph. Sess. 38.* Secundo dubitari solet quid si laici administratores bonorum Ecclesiæ in ratione reddita inueniantur debitores, quis compellat eos ad soluendum, in quo dubio cum tribus respondeas decisionibus. Prima est *Affl. d. 157.* vbi asserit decisum in Neapol. Consilio, quod ille qui obtinet facultatem compellendi rationes reddere, ac computum condemnat etiam ad soluendum. Secunda decisio est *Vrsilij 153.* vbi fuit decisum, quod qui tenetur reddere rationes, quatuor facere debet, Primo Codices edere, Secundo calculum ponere, Tertiò culpam purgare, & demum reliqua restituere, & sic videas quod coram eodem Iudice fit reliquorum restitutio, &

de mo-

de methodo componendi computum, videas pulchram decis. *Ann. obseruat.* 19. Tertia, est decisio *Gat.* 189. *in* 2. dubio, vbi fuit decisum, quod potest Episcopus compellere laicos ad executionem, quia aliàs patum operaretur visitatio, cum præsertim Episcopus sit exequutor visitationis piorum locorum, vt in *Concil. Trident. Can.* 8. *de reform. sess.* 22.

COLLECT. 715.

Super c. dilectorum, de testibus.

MEdiator, seu Proxeneta testis esse non potest in negotio, pro quo mediator extitit, h. d. Quod limita primo, in casu *Farinac. in decision. Rot. Roman.* 47. vbi fuit dictum quod probat quando deponit super eo, quod non spectat ad eius commodum, laudem, seu dedecus; Limita secundò, in casu *Balb. in decision.* 99. vbi concurrentibus verisimilibus coniecturis idem mediator, aut plenè probat, aut semiplenè; Limita tertiò, in casu *decisio. Rot. Roman. penes Verall.* 267. *par.* 3. vbi fuit dictum quod Proxeneta deponens de facto, quod ipse tractauit tanquam mediator est idoneus, & plenè probat; Limita quartò, in pulcherrimo casu *decision. Sabaudiæ* 56. de testibus penes *Anton. Fabrum* vbi Proxeneta admittitur ad testificandum vtraque parte consentiente; Limita quintò, in subsidium omnium probationum, *Maynard. in decis.* 47. *lib.* 2. Limita sextò, in casu decision. *Rot. German. penes Coler.* 179. vbi fuit decisum quod Proxeneta de Iure Saxonico admittitur ad testificandum in negotio pro quo mediator fuit; Limita septimò, in promissione dotis quia bene admittuntur, quod verum intelligas vtraque parte consentiente, pulchrè, ac notabiliter *Petrus de Benint. in decis. Rot. Bonon.* 61. Limita octauo, in crimine Simoniæ, *Bellam. in decision.* 339. quam not. ad ampliationem text. *inc. per tuas de Simonia.*

COLLECT. 716.

Super l. fin. in princip. Cod. de Iure deliberandi.

HAbet plura capita text. iste, in principio, tamen hoc dicit, Creditores in inuẽtarij confectione citandos esse, Quod amplia primo, vt nedum creditores, verum etiam legatarij sint citandi, *Bellamer. in dec.* 91. Amplia secundò, vt sufficiat vnica citatio tantum, *Achill. de Graff. in decis.* 3. *de testamentis*; Amplia tertiò, vt citari debeat etiam tutor respectu pupilli creditoris, *Anton Fab. in decis.* 37. *C de Iure deliberandi*; Amplia quartò, vt pariter citandus sit Clericus creditor, *Mastrill. in decis.* 78. vbi etiam decidit si potest opponere declinatoriam fori. Amplia quintò, vt citatio particularis creditorum sufficiat quando creditores sunt certi, *Capyc. in decis.* 101. & quando citatio generalis sufficiat vide pulchram decisionem *Ro. Lusi. an. penes Gam.* 15.

COLLECT. 717.

Super l illicitas, §. veritas, ff. de offi. io præsidis.

IVdex non debet secundùm conscientiam, sed iuxta allegata, & probata iudicare, hoc dicit. Quod

amplia, vt nec etiam secundùm regulam quando est specialis decisio in contrarium, *Vin.* omnino vidend. *in decision.* 135. Nunc limita primo, quando est Iudex supra legem vt Imper. & simil. *Balb. in decis* 99. pro qua principali conclusione vide pulchras decisiones *Vtinj* 178. *& Cassado.* 12. *sub Reg. Cancellaria.*

COLLECT. 718.

In l. cum ita, §. in fideicommisso, ff. de legatis 2.

IN dubio plures vocati intelliguntur ordine successiuo, non autem simul, & semel, hoc colligi potest ex hoc §. Limita primò, in casu *Cesar. de Graff. in decis.* 4 *de testament.* vbi fuit dictum quod filij censentur simul, & semel vocati cum eorum matre, non autem ordine successiuo. Limita secundò, in casu *Balb. in decis.* 99. vbi existente in contrarium consuetudine hæc regula pariter limitatur. Limita tertiò, in casu pulcherrimo *de Fran. in decis.* 633. vt fuit decisum, quod institutis patre, filio, & nepotibus hęredibus non intelliguntur vocati ordine successiuo, sed simul, & semel. Limita quarto, in casu *Cornaz. in decis. Rot. Lucens.* 39 vbi ampliatur regula tex. nostri etiam in cōcessione emphyt. facta alicui pro se, & filiis. Limita quintò in casu, *Rot Catalon. teste Peguer. in decis.* 99. vbi fuit dictum quod quando plures hęredes per copulam instituuntur, tunc institutio non ordine successiuo, sed simul, & semel facta censetur.

COLLECT. 719.

In l. vnius, C. de errore calculi.

ERror calculi non nocet, hoc dicit, Sed num retardet sententiæ exequutionem decidit negatiuè, *Sebast. Medices in decis.* 4. *Rot. Marchia* quam not. ad ornatum *tex. in l. error. ff. de administrat. ciuitatis.* Sed num calculario si per errorem facta fuerit possit reuocari videas *Sesse Rot. Aragon. in decis.* 38. vbi affirmat. si error doceatur.

COLLECT. 720.

Super Clement. fin. de rebus Ecclesia non alienandis.

HIc summus Pontifex ponit vnum casum inualiditatis vnionis, scilicet quando Episcopus suo capitulo vnit. Tu verò alios decisos adde, & primo, quia nulla est vnio facta Seminario nondum creato, *Rot. nouissima collect. à Farinacc. in decis.* 835. Secundo si esset facta de beneficio Iurispatronatus laicorum, non accedente omnium consensu, pulchre *Verall. in dec.* 346. *par.* 3. Quod amplia etiam si fieret per Legatum de latere *idem in decis.* 350 *p.* 3. cuius ampliationis ratio est, quia regulariter Legatus à latere non potest vnire beneficium in præiudicium Ordinarij *Bellamer. in decis.* 513. Tertio nulla censetur vnio, si in ea paupertas narrata non verificatur, *idem Bellamer. in dec.* 377. & 618. quemadmodum dicimus in beneficio cessionis bonorum concedendo *Afflict. in decis.* 377. Quarto vnio Ecclesiæ facta per Episcopum Monasterio in recompensatione damnorum per eum illatorum *Rot. in decis.* 14. *de rebus Ecclesia non alienandis. Cassedor. in dec.* 90. *eod. titul.* Quintò, si esset facta mensæ Episcopali, licet si esset facta à Papa, quamuis non fieret

fieret mentio de beneficiis prius eidem vnitis, valet, *Eadem Rot. in decision.13. eod.tit. in antiquis.* quam not. *ad limitat. text. in c. non potest. de praebendis in 6.* Sexto redditur pariter nulla vnio facta ex falsa causa *DD. & Rot. in decis.11. eod.tit.* Quod limita primò, vt non sit nulla ipso iure, licet veniat annullanda, pulchrè *Bising. in decision.1. de rebus Ecclesiæ non alienandis*; Limita secundò, non probata falsitate *Rot. in decision 8.eod.tit.in antiq. Bellam. in decision. 6.8. Bisignett. in decis. 1. de exceptionibus*; Septimò facta de beneficio reseruato, licet valeat, quando fit, vt effectum habeat, cessante reseruatione *Rot. in decis.6. de rebus Ecclesiæ non alienandis.* Octauò vnio facta à Coadiutore, quemadmodum nec illam iam factam dismembrare non potest *Achill. de Graff. in decis. vnica. eodem titulo.* quam singulariter nota ad limitat. *text. in c. vnico de clerico agrotante in sexto.* Nonò non valet vnio facta non vocatis iis, quorum interest *Puteus in decis.394. lib. 2.* Decimò facta fabricæ Ecclesiæ, pulchrè, ac omninò videnda *Rot. diuers. in decis. 134.* Sed valida est etiam si tractatus non interuenerit *Rot.in decis.1. de rebus Ecclesiæ non alienand.* Vndecimò non valet vnio facta Præpositurae cum consensu Capituli de Ecclesia aliqua, quamuis ex vnione Capitulum posset consequi aliquod commodum, *eadem Rot. in decis.2. eodem titul.* Item valet si fieret ab Ordinatione de beneficio cadente sub expectatiua *Rot. in decis. 5. eodem titul.* Sed grauis dubitatio in præsenti materia est, quomodo scilicet vnio probetur. Et primò probatur ex præscriptione tanti temporis, de quo non extat memoria hominum, *Rot. in decis.9. & 10. eodem titul.* Secundò probatur per testes deponentes ab immemorabili tempore, & citra Ecclesiam fuisse tentam, & possessam continuè vti vnitam alteri Ecclesiæ *Verall. in decis.347. part.3. Rot. in decis. 204.& 207. in antiquis.* Nota tamen ad hanc materiam, quod vnio facit amittere nomen beneficij *Anton. Fab. in decis.60. Cod. de Episcop. & Clericis.* Ex quo infero primò quod vnione dissoluta beneficium vacat, vt prius *Verall. in decis.345. par.3. & Cassad. in decis. 2. de Iudiciis.* Infero secundò, quod beneficium vnitum non comprehenditur sub regula de triennali possessore, *idem Verall. in decis.249. eadem par.* Infero tertiò *ad decis. Rot. 11. de rebus Ecclesiæ non alienandis in antiquis*, vbi pariter beneficium vnitum desinit nomen beneficij habere.

COLLECT. 721.

Super Concil. Trident. sess. 24. can. 6.

LIcet Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, exceptis iis, quæ oriuntur ex homicidio voluntario, & aliis deductis ad forum contentiosum, dispensare, hoc dicit. Circa quam Sacram dispositionem de pluribus solet frequentius disputari. Et primò, quod dicatur delictum notorium ad finem, vt Episcopus dispensare nequeat, & *Mynsinger.* decidit, quod dicitur notorium, quando omnibus eis locis, vbi contingit, hominibus vel saltem maiori parti constet *centur.6. obseruat.3.* Secundò pariter notorium dicitur quod ex actis constat, *Rot.Pe-*

ruf. in decision.20. & Gramm. in decis. 36. Quod limita in casu *decis. Putt.* 284. *lib.*2. vbi fuit decisum, quod ex actis non resultat notorium ante conclusionem in causa, & iterum decidit *Rot. in decision.* 393. *in nouis*, & *in decision.* 69. *in antiq. Cassad. in decision.*1. *de restitutione spoliat.* Tertiò per confessionem patris *Iaffred. in decisione* 99. quam not. *ad text. in caput. cum olim, de verborum significatione.* Secunda est dubitatio, quando scilicet dicatur delictum deductum in iudicium, seu ad forum contentiosum, & dicas quando est facta citatio, nam Iudicium à citatione incipit, ita *Anton. Fab. in decision.*2. *de in ius vocando*, quam not. ad *text. in* §. *fin. Institut. de pœna temere litigantium*, sicut pariter per citationem inducitur iurisdictionis præuentio, *idem Anton. Fabr. in decision.* 3. *Cod. vbi de crimine agi oportet.* Sed num dicatur delictum deductum in iudicio, si socius delinquentis non ipse tractus fuerit in iudicio, & dicas negatiuè, & ratio est, quia res inter alios acta aliis non nocet, ita pulchrè *Sayrus in decis.* 2. *de sentent. & re iudicata.* Tertiò dubitari pariter solet, an Capitulum, sede vacante dispensare possit in omnibus casibus, in quibus potest Episcopus, & *Sayrus in decision.* 31. *de temporibus ordinationum*, decidit in affirmatiuam, quam decisionem not. *ad text. in cap. cum hu, de maioritate, & obedient.* Sed qualis debeat esse hæc absolutio, de qua hîc, an scilicet in Sacramento pœnitentiæ, vel in foro secreto extra confessionem, & *Sayrus in decision.* 11. *de priuilegiis*, decidit, quod debet fieri in foro secreto extra confessionem.

COLLECT. 722.

Super l.1.§.deportatos, ff.de bon poss. contra tab.

DIcit hic textus, quod deportatus habetur pro mortuo, & ita decidit *Iaffred. in decis.* 90. Tu verò adde, quod & etiam Bannitus, *Farinac. in decis.*156. Secundo absens mortuo æquiparatur *Rot. Aragon. in decis.* 56. Tertiò Monachus, *Maynard. in decis.* 39.

COLLECT. 723.

Super l.2. ff. si quis in ius vocat. non ierit.

TExt. iste ponit pœnam contumaciæ, quæ est, vt mulctari cõtumax possit. A qua venit primo excusandus per spontaneam comparitionem, vt decidit *Curia Archiepiscop. Neap. penes me in decis.* 22. *eiusdem curia*, & ratio est, quia iniquum est habere hominem, & pœnam, *Gramm. in decis.* 95. quam not. ad *text. in l.*2. *ff. de doli mali exceptione.* Secundo excusatur si ob iustum impedimentum contumaciam contraxit, ita pulchrè *Afflict. in decis.* 29. & quæ concurrere debeant, vt iustum dicatur impedimentum videas *Sebast. Medic. in decision.*9. Tertiò quando contumacia non esset accusata, quia non dicitur contumax quis, si in die cadentis termini actor non comparet pro accusanda contumacia, ita *Thessau. in decis.* 19 quam not. *ad text. in l. ex consensu ff. de appellat.* Excusatur quartò, si fuerit quis aduersus contumaciam restitutus, quia etiam expensas contumaciales recuperat, *Idem*

idem Thesaur. in decis. 9. quam not. *ad celebrem text. in l. Sarcimus, Cod. de iudiciis.* Quinto excusatur ob contumaciam præsumptam, *Iaffred. in decis.* 90. quam not. *ad dicta per Bart. in l. diuus, ff. de in integrum restitutione.* Excusatur sexto, si quis fuit citatus à Iudice penitus incompetenti, quia ob id non dicitur contumax, & per consequens mulctari non debet, ita pei bellè animaduertit decidendo *Mynsinger. centur.* ... *vat* 90. quam not. *ad text. in c. si diligenti* ... *foro competenti.* Excusatur septimò, in casu *decision. Rot. Lucens. dicis.* 43. vbi fuit dictum, quod contumax non est, qui iniusto præcepto non obtemperat, ac proinde mulctari non debet, vt voluit etiam *Mayrard. in decis.* 90. *lib.* 3. *Rot. Tholos.* quam not. *ad text. in l.* 1. *ff. in ius vocati vt eant.* Excusatur octauò, in pulcherrimo casu *Rot Roman. apud Farinac. in decis.* 11. vbi fuit decisum quod contumacia sine trina citatione non inducitur, & proinde vnica vice citatus non comparens mulctari non potest, quam decision. not. ad pulcherrimam *gloss. in c.* 1. *de milite Vassallo qui contumax fuit.* Excusatur nonò, in ficto contumace, & quando dicatur verus & quando fictus vide pulchram decisio. *eiusdem Rot. à Farinacc. collect.* 12. Excusatur decimo in casu *Thoming. in decis.* 99. vbi fuit dictum quod existente consuetudine, vt contumax non mulctetur non procedit dispositio *text. nostri*, quam not. ad *text. in l. de quibus, ff. de legibus*, quando verò contumax habeatur pro confesso, videas pulchram decisionem *Mynsinger. centur.* 3. *obseruat.* 40. quam not. *ad text. in l.* 1. *ff. de confessis.*

COLLECT. 724.

Super l. 1. *in principio, ff. de pœnis.*

IN pœnis infligendis inspicitur tempus delicti, nec officit si postea status mutetur, hoc dicit. Ex qua conclusione infero ad nonnulla practicabilia, mentíque tenenda. Et primò ad pulchram decis. *Curiæ Archiepiscop. Neapol.* penes me 13. vbi si minor deliquit, quamuis maior efficiatur, debet tamen vt minor puniri, & sic attendi tempus delicti. Infero secundò, ad decisionem *Valasc. Rot. Lusitan.* 57. vbi fuit decisum quod si quis tempore delicti reperiebatur priuilegiatus, licèt postea cesset causa priuilegij potest puniri à primo Iudice, etsi priuilegiatus non sit. Infero tertio, ad decisio. Sacri Concilij Neapol. apud *Gramm. in decis.* 50. vbi ob eandem rationem fuit dictum quod Clericus qui delictum commisit, & demum vxorem duxit non potest de eo cognosci per Iudicem secularem, quia debet attendi status commissi delicti, quam decis. not ad pulchrum *text. in c. vnico de Clericis coniugatis.* Infero quarto, ad *decisio Anton. Fabri Rot. Sabaudia* 14. *Cod. de Iurisdictione omnium Iudicum*, vbi fuit dictum quod clericus repertus tempore delicti in habitu secularis militiæ, licet postea clericales vestes sumpserit, non gaudet clericali priuilegio, & nulla quidem melior ratio reddi potest, quia inspicitur tempus delicti. Infero quintò, ad decisiones *Cauale. Ro. Fiuiz.* 10. *&* 11. *part.* 5. Infero sexto ad decisionem *de Franch.* 209. vbi fuit dictum quod clericatus in fraudem post sententiæ foriudicationem, nō prodest quoad

remissionem; Nunc limita supradicta omnia in casu *de Franch. in decis.* 391. vbi fuit dictum, quod relegatus effectus Clericus post relegationem si discessit ab Insula Iudex Ecclesiasticus de eo cognoscit.

COLLECT. 725.

Super l. ex facto: ff. de haeredibus instituendis.

EX facto alterius aliquis puniri seu teneri non debet, hoc dicit. Ex quo infero primò, ad pulchram decis. *Capp Tholos.* 121. vbi fuit dictum quod publicatis bonis filij ob aliquod delictum non censetur publicata proprietas penes patrem remansura; Infero secundo, *ad decis. Annae in cons.* 60. vbi fuit decisum quod vtilitas patris non nocet, nec praeiudicat filio quoad notabilitatem. Infero tertio, *ad decis. Th. ff.* 104 vbi fuit dictum quod confiscatis bonis paternis conseruatur filiis legitima, aliàs filius de facto patris teneretur, quam decisio. not. *ad text. in l. cum ratio, ff. de bonis damnatorum.* Infero quarto, ad decisiones *Franch. Mar.* 423. *&* 425. *p.* 1. vbi fuit decisum, quod dominus non tenetur pro delicto sui famuli, quas decisiones not. *ad limit. text. in l.* 3. *ff de vi, & vi armata,* quam illationem limita quando famulus delinquit in officio à Domino deputatus, *Cappell Tholos. in decis.* 196. Infero quinto, ad pulchram decisio. *eiusdem Cappell. Tholos.* 196. vbi fuit dictum, quod Magister non tenetur de facto famuli sui, vel seruitoris, nisi positus fuerit ad officium ad ipsum spectās. Infero sexto, ad decis. *Rot. Marchiae* 178. penes *Grat.* vbi fuit dictum, quod dominus non tenetur ex facto institoris. Nunc verò limita regulam principalem in casu *Fab. in decis.* 19. *C. de poenis*, vbi fuit decisum, quod tenetur Aduocatus de eo, quod dicit Cliens, quod supremi Principis maiestatem labefactauit.

COLLECT. 726.

Super c. Clericos de sentent. excommun. in sexto.

SEdet in praesenti tex. materia Emparae, seu Recommendationis, Super qua principalis quaestio, quae fieri solet est, num iniustè captus emparari possit. Nam Curia Archiepisc. Neap. decidit iniustè captum arrestari posse, vt *Ego ipse scripsi in decis.* 37. & propterea in eadem Curia solet dici, malè captus iustè detinetur, vt testor *Ego ipse in decis.* 33. quam opinionem decidendo ampliauit *Rot. Pisan. teste Mart. in decis.* 78. vbi decidit carceratum nulliter nedum pro eodem delicto arrestari posse, verùm etiam pro diuerso. Limita nunc in casu *decis. Capicij* 51. vbi dicit veram esse conclusionem de rigore iuris, verùm de aequitate debet confirmari, ne creditor suum amittat creditum. Limitari potest pariter, & secundo Reg. suprapositâ, quando captura fuisset iniusta ex parte Iudicis nempe in Ecclesia, ita *de Franch. in decis.* 415. Limita tertiò, in casu *decis. Perus.* 70. *penes Ludouicum.*

Agit insuper hic text. in secundo casu mat. habilitationis Clericorum, super qua licèt nonnulla scripserim in *Collect. super l.* 1. *ff. de custodia reorum*, hîc tamen duo pulcherrima adde, Et primo, quia quatenus hîc dicitur, quod si clericus carceratus praestat cautionem de stando Iuri, debeat à carceribus relaxari, hodie non est in vsu in Curia Archiepiscop. Neap. & ybique

vbique quoad cautionem de stando Iuri, sed solent Rei inquisiti habilitari cum cautione de tenendo palatium, domum, aut Ciuitatem loco carceris, vt scripsi *in decis. eiusdem Curiæ* 23. Secundò notandum, quod carceratus si habilitatur per palatiũ, aut in vna camera cum fideiussore, deinde allegato, & posito in alio loco sine consensu fideiussoris, si aufugit liberatur fideiussor, vt decisum refert *Caualc.dec.14 part.5.*

Collect. 727.

Super c.1.quæ sint regalia.

HIc enumerantur omnia ea, quæ regalia sunt; inter quæ ponitur etiam aquæ, aquarúmve cursus; Maior autem quæstio, quæ in præsenti materia fieri solet est num ista cõclusio vendicet sibi locum in aqua, quæ nascitur in territorio proprio, seu priuato, nam quod sic tenuit, & disputat *Maynard.Rot.Tholos.in decis 91.li.3.* *Rot.* verò *Pisan.teste Mart.in decis.174.* totum contrarium tenuit, vbi voluit quod aqua nascens in priuato loco commēdæ est sub ipsius proprietate, ex qua decisio. Infero ad multa alia pulcherrimo. Et primo, ad decision. *Laffred.229.* vbi fuit decisum, quod non potest cogi Dominus aquam illam alteri concedere. Infero secũdo, ad illam *Coler. Rot. German.113.* vbi fuit dictum, quod aqua nascẽs in territorio priuato, adeò est in dominio domini territorij, quod non potest Princeps illa, vti pro publico, nisi iusto pretio soluto, quam not. ad *text. in l.item si verberatum, ff.de rei vend catione*; Infero tertio, ad decision. *Ann. alleg.79.* vbi fuit dictum, quod isthęc conclusio procedit etiam in aqua oriente ex paludibus; ex qua subinfero ad decision. eiusdem *Annæ alleg. 68.* vbi fuit decisum, quod aqua nata in territorio alicuius est priuata, & nõ de regalibus, & propterea non tenetur quis ad exhibitionem eiusdem aquæ; Infero quartò, ad decision. *Boer. 178.* vbi Barones ex vetusta consuetudine habent quarumcumq; aquarum decursum, ex qua decision. subinfero ad aliam *de Franc. 183.* vbi fuit decisum, quod potest Baro suis Vassallis prohibere ducere aquam pro eorũ prædiis irrigandis, quod limita in casu *decis.Viu.443.* vbi fuit dictum, quod habens concessionẽ à Principe ducẽdi aquam dicitur habere iustum titulum, & propterea virtute præfatæ concessionis potest Vassallus ex flumine, sine Baronis licentia aquam ducere, quam not *ad Doctrin.Ioan Fabri in §. Flumina Institut de rerum diuis.* quemadmodum, & Principis priuilegio potest quis molendina super aqua construere, vt pulchrè refert decisum *Franch Marc. in dec 348.* Insuper de eiusdem Principis licentia potest quis pontem, seu traliam super aqua publica facere, vt pariter decidit *idem Franc. Marc. in decis.347. part.2.* Item Aggeres facere etiam potest, *Idem March. in decis.270 p.2.* Et an, & quando quis aquam ex flumine publico ducere possit ad molendinorum vsum, vide pulchram decisionem *de Amat. Rot. March.90.* & eundem *Marcum in d. cis. 500. par. 2. & in decision. 40 part 1.* obitérque pro aquarum materiæ complemento nota quod nemo potest mutare cursum aquæ propriæ *Franch. Marc. in decis.498. p.1.* quam not. *ad tex in l. 2.C.ad leg Aqui* & vide aliam decisiõ. *Ant.Fab.5. C.de seruitutibus*, vbi pariter de aquæ mat loquitur.

Collect. 728.

Super l. Titia. §. Imperator. ff. de legatis secundo.

HIc pariter ſedet materia reuocationis donationis ob ſuperuenientiam liberorũ,& vltra ea,quæ ſcripſi in *Collect. ſuper l ſi vnquam*, C.de *reuocandis donatio*.hic addas aliqua Et primò amplia, vt adeo vera ſit concluſio, quod reuocatur donatio per filiorum natiuitatem,quod procedit etiam ſi donatio eſſet facta contemplatione matrimonij.vt pulchrè dicit deciſum *Ant.Faber. in deciſ.2.C.de reuocand.donatio.* Amplia ſecundò,vt præfata *l.ſi vnquam* locum ſibi vendicet etiam in feudo, vt fuiſſe deciſum in Sacro Conſilio Neap.in cauſa Martini de Forma cum eius fratre, refert *Ann.ſing.*285.Amplia tertiò,vt locum etiã habeat exiſtente iuramento *Balb. in deciſ.*99. Amplia quartò, vt etiam rei ſingularis donatio reuocetur, per liberorum ſuperuenientiam, quod intellige ſi donator non fuiſſet tanti pretij rem donaturus ſi de liberis cogitaſſet,ita *Anton. Fab.in deciſ.9.C.eod. tit.* Amplia quinto, in caſu *eiuſdem in deciſ.*10.*eod.tit.*vbi fuit deciſum,quod donatio facta inter coniuges, etiam reciproca reuocatur filiorũ natiuitate. Amplia ſexto, vt locum habeat etiam ſi renunciatũ eſſet diſpoſitioni *l.ſi vnquam Andr.Gayl.lib.1.obſeru.*40. Amplia ſeptimo,vt procedat etiam ſi donationis tempore alios habebat liberos, quia reuocatur per aliorum natiuitatem, *Ant. Fab. in deciſ.*8.*C.eod.* Amplia octauò,vt reuocetur etiã per legitimationem illegitimorum, vt in *Rot Piſa.*fuiſſe deciſum teſtatur *Mart. in deciſ.*161.quam not.ad *text.l.in communium, C.de naturalibus liberis.* Amplia nonò, vt etiam reuocetur ſi filij nati illico deceſſerint, ita pulchrè *de Laurent.Rot.Auenion.in deciſion.*17. quã not.*ad ampliat.l.*3. *C.de poſthumis inſtituendis.* Nunc verò limita,& primò, vt non procedat in donatione remuneratoria, quæ nedum per liberorũ natiuitatem,verumetiam ex quacunque alia cauſa non reuocatur, *Anton. Fab. in deciſ.*3.*Cod.de reuocandis donatio.* quam not *ad ampliat.tex.in l.ſi pater.ff. eodem tit.*Limita ſecundò,quoad fructus, qui non reſtituuntur reuocata donatione per liberorũ ſuperuenientiam,*idem Ant.Fab. in deciſ.*4.*C. eod.tit.* quam ſingulariter not. ad ornatum *gloſ.in l.generaliter,ff de fideicommiſſariis libertatibus.* Limita tertiò in caſu *eiuſdem in deciſ.*5.*C.eo.tit.* vbi fuit dictum, quod donatio collata in filium non reuocatur ipſo Iure per aliorum ſuperuenientiam,ſed per querelam inofficioſæ donationis,vſque ad legitimam dũtaxat. Limita quartò,in caſu obſeru. *Polid.Rip.*290.vbi pariter fuit deciſum,quod donatio,ob ſuperuenientiam liberorum licet reuocetur ipſo Iure, requiritur tamẽ declaratio patris donantis, ita quod ante illam non inducatur fructuum acquiſitio. Limita quintò, quando de liberis donationis tempore cogitaſſet,& de liberis ad impediendam donationis reuocationem dicitur cogitare, qui vxorem ducturus erat, non autem ille, qui habet vxorem, ex qua liberos ſperare poſſit, vt pulchrè decidendo animaduertit *Anton. Faber. in deciſ.7.C.de reuocandis donationibus.*

Collect. 729.

Super l.generaliter,vbi DD.C.de Epiſcopis, & Clericis.

HIc propriè ſedet materia probationis Clericatus, in qua dicas,

cus, quod variis probatur modis. Et primò, non probatur per indicia, atq; coniecturas, sed per veras, atque cõcludẽtes probationes, *Boer.in dec.*117. Secundò Clericus primæ tonsurę incedens absq; habitu, & tonsura si vult probare se beneficiatum ad finem effugiendi Forum seculare non sufficit probare titulũ beneficij, nisi probet illius etiam possessionem, *Mastrill in dec.*114.*p.*2. Tertiò per solam famam absque adminiculo non probatur Clericatus, *Car.Put.in decis.*363.*lib.*3. Quartò Clericatus probatur per testes, maximè deficiẽte, & perdita scriptura, *Guid. Pap.in decis.*474. Quintò, quando non agitur de alicuius præiudicio, tunc Clericatus probatur ex dicto vnius testis, ita *Guibobon.in decis. Rot.Rom.*133. Sextò Clericatus probatur per literas Episcopi attestantis se cõtulisse ordines illi, qui se Clericum asserit, *Gram in dec.*81. Septimò, testes deponentes de communi reputatione probant quem esse Clericum, ita pluries decidisse *Rot.* testatur *Farinac. in dec.*67. & de alio modo probandi Clericatum, videas pulchram decisionem eiusdem *Ro.*13.*de prob.in antiq.*

COLLECT. 730.

In l.edictum, ff.de quæstionibus.

TOrtura remediũ subsidiarium dicitur, hoc dicit. Et propterea, aliis existentibus probationibus, reus torqueri non debet, *Balb.in decis.*39. Hinc fit secundò, quod ab isto decreto torturæ potest appellari, *Frãc. Mar. in decis.*907. quam nota ad ornatum *tex.in l.*2.*ff.de appellat.recipiend.* & nedũ à decreto torturæ, verumetiã ab eius comminatione, *Guid.Pap.in dec.*136. Hinc fit tertiò, quod non semper licita est tormentorum mutatio, præterquã in casib. per *Viu.congestis in dec.*362. Hinc fit quartò, quod reus iam conuictus torqueri non debet, *Ant. Fab.in decis.*15. *C.de quæstionib.* & *Iaffred. in dec.*21. quas not. ad *tex.in l.*2.*C.quorum appellat.non recipiunt.* quod limita in casu *decis.eiusdem Senatus Anton.Fab. in dec.*17.*eod.tit.* vbi fuit dictum, quod reus etiam sufficienter conuictus in atrocioribus criminib. subiicitur tormentis ad detegẽdos socios. Hinc fit quintò, quod adeo super probatis tortura inferri non potest, quod hodie adinuenta est clausula citra præiudicium probatorũ, quæ quid operetur ponit decidendo pulchrè *Viu. in dec.*143. Hinc fit sextò, quod tortura repeti regulariter non potest, præterquam in casib. congestis pulcherrimè per *Rot.German.* penes *Colet.in dec.*112. quam no. ad *tex.in l.repeti.ff.de quæstionib.* De tribus tamen non inutile erit in præsẽti mat. disputare Et primò num perseuerans in negatiua in tormentis sit absolutè absoluendus, cui quæstioni cum quatuor respondeas decisionib. Prima est *Rota Lucens. penes Magon.*89. vbi fuit dictũ quod tortus persistens in negatiua meram veritatem dixisse præsumitur, & propterea diffinitiuè absoluendum esse, quam decis. nota etiam existente protestatione, quia illa nõ operatur nisi super iis, super quib. tortus non fuerat conuictus, seu cõfessus, ita pulchrè *Gam. in dec.*29. Secunda est decis. *Senatus Sabaudiæ*25.*C.de quæstionib.* vbi fuit decisum quod tormentorũ patientia purgat indicia & propterea reus venit liberandus: quod limita nisi habita sit quæstio sine præiudicio indiciorum, quo casu pœna ordinaria mutãda est in extraordinariam, secũdùm *Boer.in dec.*163. Tertia decisio est *Mynsing.cẽt.*5.*obser.*12. vbi ait soluendũ esse à processu, & inquisitione, non autem diffinitiuè. Quarta decisio est *Curiæ Archiep.Neap.penes me* 15. vbi absolutè li-

berari debet reus. Secūda principalis quæstio est num tortura faciat personā testis, aliàs inhabilis vt sit integra, & in affirm. decidisse *Sena'.Sabaud.* testatur *Ant.Fab.in dec.23.C de quæstionib.* Tertia est dubitatio nū possit deueniri ad torturā priusquam de corpore mortuo constet, & neg respōdit *Ro.Lucens.Dñer.f in dec.39.* Quod limita in crimine assassinij, vt decidendo cōcludit *Ant.Fab.in dec.17. C.de quæst.*

COLLECT. 731.

Super c.1. de crimine falsi.

TEstis falsum deponens tres personas offendit, Iudicē scilicet, Partem, & Deum, grauitérq; puniri debet, hoc dicit. Excusatur tamen testis à pœna falsitatis in nonnullis casibus. Et primò, quādo falsarius nullum emolumentū consequutus esset, *Ruiz R t.Lituan.in dec.5. circa medium.* Excusatur secundò, quando eius falsitas non esset nociua, nec apta nocere, pulchrè ac notabiliter *Veral.in dec. 5.p.1.* quam not.ad *glo.in l damnum, C.ad legem Corneliam de falsis* Excusatur tertiò, quando pars nullo fuerit damno affecta, ita pulchrè *Cornaz in dec.111.* Excusatur quartò, ratione rusticitatis, & propterea testis rusticus varians coram diuersis iudicib. non tenetur pœna falsi, ita perbellè animaduertit decidēdo *Magon.Rot Lucens in dec. 43.* quā diligenter nota ad ornatum tex. *in c.super pœnis.* Excusatur quintò, in casu *dec eiusdē Rot penes eundem Magon.* vbi fuit dictum quod testis verū falsò tamen deponens non tenetur pœna falsi. Excusatur sextò, ratione obliuionis, vt in pulchro casu *Viu.in decis. 64.* quam no.ad *tex.in l.prædia ff de acquirenda poss.* Excusatur septimò, quando falsitas esset in tempore, vel in circūstantiis non substantialibus, ita *Farinac.in dec.Rot.Rom.47.* Excusatur octauò, quando falsitas non esset sufficienter, ac cōcludenter probata, tacita, & taliter quod nullo alio modo veritas haberi possit, ita decisum refert etiam *Farinac.in decis.116.* quam no.ad *tex.in l.sciant cuncti, C.de prob.* Excusatur nonò, quando falsū deposuit antequā iurauit, ita *Myrsin cent 1.obser. 80* quæ verò sit pœna testis falsi vide pulchrā *d c. Ro.Pedem 18* vbi amputationis manus decidisse Senat. refert.

COLLECT. 732.

Super c. quod ad consultationem, de sent. & re iudicata.

ELapsis decem dieb. sententia dicitur facere transitum in rem iudicatā. Quod amplia procedere etiā in sententiis peritorum in arte, quæ sicut cęteræ sententiæ transitū in rem iudicatam faciunt ita *Thess in dec Rot. Pedem.25.* quam no.ad ampliationem *text.in c proposuit de sententia & re iudicata.* Nunc limita Reg & primò in sententia nulla quæ nunquam transit in rem iudicatam, ita pulchrè *Cornaz. Rot.Lucen.in dec.181* quam diligenter not. ad *text.in l.4 § condemnatum ff.de re iudicata* Limita secundò, in causa matrimoniali, ita *Vilagut in dec.35* quā not.ad ornatum *tex in c.Bertoldus, eod. tit.* Limita tertiò, in sententia causæ criminalis, ita decidit *Bald.in dec 90.* hic etiam dici solet quod in criminalib. non concluditur, ita *Caryc.in dec. 81.* quam not ad limitationem *tex in c.cum dil fil.de fide instrument.* Limita quartò, in sententia, quę profertur secundū consilium sapientū, quæ nunquam transit in rem iudicatā, ita *Petr. de Bonon.R.Bonon.in dec 97* vbi quoque decidit intra quantum tempus appellandum sit à præfatis sententiis.

Finis tertia Partis.

COLLE-

COLLECTANEA
DECISIONVM

OMNES FERE CASVS IN TRIBVNALIBVS Italiæ, præfertim Romanæ Rotæ manuſcriptos, ac Cur. Archiep. Neap. Hiſpaniæ, Galliæ, Germaniæ, & Poloniæ deciſos, ac controuerſos complectens.

IN QVA SVB DIVERSIS VTRIVSQVE IVRIS SEDIBVS locis S. Concil. Trident. Bullis Pontificiis, Regulis Cancellariæ Apoſtolicæ, Conſtitutionibus, Pragmaticis, Conſuetudinibus, Capitulisq; Regni Neap. breuiter collocantur.

Opus Judicibus, Cauſarum Patronis, ac omnibus in foro tam Eccleſ. quàm Secul. verſantibus, maximè neceſſarium.

AVTHORE

IO. ALOYSIO RICCIO, VIRO PATRITIO Neap. ac eiuſdem Vrbis Eccleſ. Canonico.

Pars Quarta.



Ad Illustriss. & Reuerendiss. Dominum

D. DECIVM CARAFAM S. R. E. CARDINALEM, ET ARCHIEPISCOPVM Neapolitanum.



PTABAT, *Illustrissime Præsul, moralis ille philosophiæ Princeps hominum animos per corporis fenestras cerni posse, vt exinde quis cuiusque sit affectus, & cordis arcana aperirentur. Quod vtinam euenisset: nam dum argumentum aliquod in præsens ad indicandam quali ego sim tuæ munificentiæ nexu deuinctus, qualve humanitati tuæ vinculo obstrictus relinquere gestio, nec tuis hoc inculto dicendi genere auribus obstrepere, nec ad verba apta quærendum, ob ingenij mei tenuitatem frustra niti esset opus, cum mea ad obsequendum tibi propensio vehemens, & ad nomen venerandum tuum maximus ardor, & gratitudinis signa erga has tui animi dotes (quas dum Romæ essem, & præclaras, & augustas tibi inesse expertus sum) vnico intuitu euidenter paterent. Verùm quia proprietate hac priuamur, per alia sensibilia hæc à me demonstrandæ forent, ni vires procul abessent. Necessitatis igitur impulsu id mihi accidit quod Pictores in effigiandis imaginibus artis peritia docuit, cum aliquando eas in suis tabulis eminus reiecisse, & remotioribus partibus distare, vel in regionibus longinquis sita esse inspectoribus ostendere conantur, vt penè informes effingant, ac pusillas delineent, vt facile, sic intuentium visum eludentes, loci distantia in causa esse videatur, ne picturæ lumina, ac pulchritudo, & exacta membrorum distinctio, & concinna colorum varietas oculis percipi queat. Vnde haud ingratitudinis vitio tribuendum, si vel te heroicæ virtutis æmulum rudi calamo effigiatum, vel me minus, quàm par est, delineatum ad absolutam grati animi imaginem referendam pagella ista repræsentet: cùm ad elegantem tuarum præser-*

tim eximiarum laudum formam depingendam penicillus ineruditionis meæ propè accedere nequeat: imò ad cuncta hæc sedulò describenda longè distare agnosco omnem etiam orationis ornatum, atque splendorem. Idcircò, Cardinalis amplissime, te summis extollendum encomiis, ac magnis cumulatum meritis, silentio potius, vt plerumque fit vbi congruus deficit sermo, venerari constitui. Cæterùm cùm nil præsto sit vt in medium proferam ad meam perpetuò dicatam tibi voluntatem aliquo pacto testandam, nisi legales quædam lucubrationes his proximis mensibus exaratæ, ecce tam illas, hoc volumine complexas, qualescumque sint, tibi humilis, ac libens offero, non dubitans quin pro tua singulari benignitate humaniter à te accipiantur, quamuis minimè te dignas existimem. Interim dum ad maiora tuo fretus auxilio properare contendo, tuo semper exoptando patrocinio omnia mea à te gratuitò, ac perliberaliter decorari expecto. Vale Illustrissime Domine, totius gregis vigilantia tua crediti columen, ac tutamen.

Neapol. Idib. Ianuar. M. DC. XV.

Illustriss. & Reuerendiss. amplitudinis tuæ

Humillimus Seruus

ALOYSIVS RICCIVS.

IO. A-



IO. ALOYSII RICCII VIRI PATRICII Neapolitani

COLLECTANEA, SEV Reportata Vtriusque Iuris decisionum.

PARS QVARTA.

COLLECT. 733.

Super l. 3. ff. de interdictis, & Relegatis.



FILII nobilitatem generis habent à maioribus, non autem à Patre, hoc dicit. Ex quo text. infero ad nonnulla pulcherrima, & quotidie contingentia, & nota quod si Pater artes viles exercuerit, non præiudicat ex hoc filiis, qui trahunt nobilitatem à maioribus, *Balb. in decis.* 29. quam not. ad ornatum text. *in cap. filius, ff. de Senatoribus*, ex qua subinfero ad *decis. Guid. Pap.* 196. vbi fuit dictum, quòd adeo est ius nobilitatis fauorabile, vt nobilis ob vile exercitium, tamdiu desinat esse nobilis, quamdiu exercet, sed eo dimisso, reuiuiscit nobilitas, sicque non solum filiis, sed nec & sibimet ipsi Pater præiudicat, quando ad actus nobilium redierit. Infero secundo ad *decis. Sacr. Consil. Neap.* quam refert *Ann. in consil.* 80. vbi fuit dictum, non nocuisse filiis confessionem Patris publico Instrumento vallatam, qua declarabat suam familiam nunquam in aliquo ex quinque sedilibus gauisam fuisse, vt in causa illorum de Acciapaccia; filij etenim Aloysij, qui illam fecerat declarationem, fuerunt reintegrati ad Sedile Capuanum. Infero tertio, ad *decision. meam* 4. vbi ego ex nonnullorum sententiis decido, Patrem non posse renunciare iuri nobilitatis, & dato quod renunciauerit, filiis eius non obest, & ratione motus fui, quia in iis, quæ ex genere proueniunt, Pater filiis præiudicare non potest, *Maynard. in decis* 90. *lib* 5. Infero quarto, Quod sententia lata in causa nobilitatis contra Patrem non nocet filiis, *Anna consil.* 18. ex qua subinfero ad *decis. Rota Aragon.* de qua per *Ioseph. Sess in decis.* 4. vbi fuit dictum, quod si Pater per sententiam declaratus ignobilis non per hoc filius declaratus pariter censetur, sicut Pater, quam decis. intellige, quando filius vellet

seclusa persona Patris iuuare se titulo, vel proprietate Aui, & maiorum, quo casu sententia lata cōtra Patrē filiis nō nocet, vt decidit *ad Rot. A ag. in decis. 6.* tamen nota quod sententia lata in fauorem filij in causa nobilitatis non prodest Patri, *Anton. Gama in decis. Rota Lusitan. 112.* cuius ratio est, quia nobilitas descendit de maioribus ad descendentes, non autem ascendit de filiis ad parentes ordine retrogrado, *Sess. in decis. 4.* Infero quinto, quod exceptio rei iudicatæ, quæ nocet Patri, non obest filiis in causa nobilitatis, vt animaduertit *Anna in cons. 174* cuius deci. ratio est, quia in causa nobilitatis filius non dicitur eadem persona cum Patre, vt animaduertit *Anton. Gama in decis. Lusitana 174.* & facit optimum ad hoc *Consilium 19. Anna*, qui refert *decisionem Sacri Consilij Neapolitani.* Amplia omnia supradicta, vt procedant etiam in fratre, quia sententia lata in fauorem vnius fratris in sedilibus viuat alteri fratri consanguineo, vt refert in Regno Aragon. decisum *Sess. in decis. 3.* & ita pariter in *Sacro Neap. Consil. in anno 1548* in causa delli Pandoni cum Sedili Capuano, *Anna in sing. 468.*

COLLECT. 734.

Super l. oleo, C. de vsuris.

OMnis rerum alienarum administrator tenetur reddere rationem administrationis, hoc dicit, ex quo infero, quod si interpellatus illam non reddiderit tenetur ad interesse, *Rot. Genuens. in decis. 164.* & nedum ad rationes reddendas obligantur, verùm etiam ad librum rationum conficiendum, aliàs contra eum iurari poterit in litem secundùm pulchram *decis. Verall. 157 part. 2.* Amplia text. primò procedere etiam in hæredibus eorum, qui administrarunt aliquid, quia tenentur ad reddendum rationem, *Rot. Genuens. in decis. 27. 53. & 59* & idem *Verall. cit. decis. num. 2.* Amplia secundò, procedere etiam in procuratore ad negotia, ac in eius hærede, *Magon. in decis. 42. Rot. Florent.* Amplia tertiò, etiam in executore alicuius testamenti, vt pulchrè decidit *Mart. Rot. Pisan. decis. 99.* quam reponas ad text. *in clem. 1. de testamentis.* Amplia quartò, vt gerens negotia aliena nedum teneatur reddere rationem suæ administrationis, verùm etiam soluere interesse, *Rot. Genuens. in decis. 24. & 81.* Amplia quintò, vt etiam ad hoc onus arctentur illi, ad quos bona aliena peruenerunt, eadem *Rot. pulchrè in decis. 43.* Amplia septimò, in eo, qui curam suscipit tenendi rationem de aliqua re, & negotio, quia ipse quoque tenetur de ea, vel de eo rationem reddere, *eadem Rot. in decis. 53.* Amplia octauò, vt ad euitandam redditionem rationum non possit dominium reuocare, *Rot. Genu. in decis. 149.* Amplia nono, etiam in commissario hæreditatis, & si differt ad quid teneatur, vide pulchram *decis. apud Papon. lib. 15. tit. 8. arrest. 4.* Amplia decimò, vt gerens negotia aliena teneatur reddere rationem suæ administrationis, non obstante præscriptione 30. ann. *Rot. Genuen. in decis. 103.* & ratio est secundùm *Boignin in decis. 32. num. 12. part. 2.* quia ratio administrationis bonorū intra 30 annos, & vltra reddi potest. Amplia vndecimò, vt non liberetur per præsentationem calculi, seu computi alieni, quia in iis intelligitur electa industria personæ, *Rot. Genuen. in decis. 209.*

decis. 209. Amplia duodecimò, vt eidem incumbat onus probãdi, quod in administratione gestũ est, ac propterea teneatur librum rationis conficere, *eadem Rot. in decis.* 117. *&* 165. Amplia decimotertiò, vt administratores teneantur insolidum erga participem, *eadem Rot. in decis* 59. Amplia decimoquartò, vt nedum reddere rationem teneatur, verùm etiam contra eum possit agi ad soluendum reliqua *ead. Rot. in decis.* 202.

COLLECT. 735.

Super cap. sanè, de foro competenti.

FOrum quis sortitur ratione rei, h.d. ex quo infertur primo, quod Clericus coram Judice seculari conueniri potest in actione reali, quasi quod ob rem sortiatur ibid. forum, *Franc. Marc. in decis.* 250. *&* 1056. Infertur secundò, quod Clericus autor laudatus teneatur defendere emptorem coram Judice ipsius emptoris, vt decisum refert *Mynsing obseru.* 22. *centur.* 1. quã not. ad text. *in l. venditor, ff. de iudicijs.* Infertur tertio, quod in actione retractus Judex domicilij emptoris, vel territorij in quo est sita cognoscit, vt fuisse decisum refert *Papon. lib.* 7. *tit.* 7. *arrest.* 43. Infertur quartò, quod Judex Ecclesiasticus non potest cognoscere de actionibus realibus mixtis, vel personalibus competentibus pro rebus immobilibus, *Papon. qui testatur de decisione Senatus, lib.* 1. *tit.* 5. *arrest.* 15 Infertur quintò, ad pulcherrimam *decis. de Franc. Cons. Neap* 177. vbi fuit dictum, quod forum quis sortitur, quando agitur actione reali, vel hypothecaria, secùs si personali, quam not. ad text. *in l. fi. C. vbi in rem actio.* Infertur sextò, ad pulchram decis. *Triu. Rot. Venet. in dec.* 34. *part.* 2. vbi fuit dictum, quod in actione iuris congrui, cùm sit realis potest Clericus coram Judice seculari conueniri.

COLLECT. 736.

Super l. exigendi, C. de procurat.

COniunctus admittitur pro coniuncto absque mandato, h.d. Amplia procedere etiam pro minore, *Ioseph Ludou in decis. Lucens.* 41. *& decis. Perus. Franc. Marc. in decis.* 99 *p.* 2. Amplia secundò procedere etiam in transuersalibus, *Magon. in dec. f.* 6 *Rot. Lucens.* Nunc limita, & primò in fratre, qui pro fratre in beneficialibus etiam cum cautione de rato non admittitur, *Bellamer. in decis.* 681. *Cassad. in decis.* 40. *de procur. DD. de Rot. in decis.* 6. *eod. tit. in nou. & in decis.* 35. *eod. tit* Limita secundò, quando coniunctus vellet experiri nomine coniuncti contra alium pariter coniunctum, vt pulchrè decidit *Iaffred. Balb. in decis.* 92. Limita tertiò, in fœminis, quæ pro coniunctis non admittuntur, *Ioseph. Ludou. in decis. Perus.* 49. quam nota ad limitationem text. *in l. fœminis, C. de pro. ara. orib.* Limita quartò, vt non admittatur coniunctus absq; mandato in casibus, in quibus requiritur speciale mandatum, *DD. de Rot. in decis.* 6 *de procuratorib in nou.* ac vide pariter *Lud cit decis.* 49 Limita quinto, in casu decis. *Balb. in decis* 415. vbi fuit dictum, quod coniunctus pro coniuncto procuratorio nomine interueniens, & non coniunctorio, si non habet mandatum non admittitur, licèt caueat de ratò, & ratio est secundùm *Burgasn. in decisione* 24. *de iudicijs*, quia tunc nec vti coniuncta persona admitti potest Limita sexto, vbi coniunctus haberet pro-

curatorem, quia tunc absque mandato non admittitur, *Ioseph. Ludouic. in decis. 6.* Sublimita singulariter, & teneas menti, quando procurator esset negligens, quia tunc adhuc admittitur coniunctus, vt decisum refert **Card. Puteus** omnino videndus *in decis. 21. lib. 2.* Limita septimo, in criminalibus, ad quam limitationem omnino videas *decis. Thesaur. 265.* Limita octauò, in casu *decis. Franc. Marc. 242.* vbi fuit dictum, quod licèt coniuncta persona possit in causa ciuili pro coniuncta comparere, tamen non potest constituere procuratorem, vt pariter deciderunt DD. *de Rot. in decis. 35. de procuratorib. in nouis.* Limita nonò, in casu *decis. Magon. 6. Rot. Lucens. num. 6.* vbi fuit dictum, quod licèt coniunctus pro coniuncto agat absque mandato, requiritur tamen, vt ratificatio posteà fiat per principalem, quam limitationem Amplia illâ pariter procedere etiam in fratre canente, vt pulchrè refert decisum *in Senatu Auenion. in decis. 24. de Laurent.* Limita decimò, in casu *decis. Capycij 143.* vbi fuit dictum, quod coniuncta persona, & non coniuncta possunt vt defensores comparere ad ostendendum de rei innocentia, ad quod vide etiam *Franc. Marc. in decis. 164.*

Collect. 737.

Super cap. cum sit generale, de foro compet.

HIc, & *in l. neganda, C. qui accusare non possunt*, sedet materia casuum misti fori, in qua primò animaduertendum, quod casus misti fori dicuntur ij, quorum cognitio ad vtrosque pertinet iudices, verùm inter eos locus est præuentioni, vt decidit *Faber in decis. 3. Cod. vbi de crimine agi oportet*, & sunt primò crimen sodomiæ, *Sayr. in decis. 1. de iudiciis.* Limita quando agitur de sodomia, quantum ad thori separationem, *Franch. Marc. in decis. 799. part. 2.* Item crimen iniuriæ aduersus personam Clerici, vt fuisse in Parlamento decisum refert *Guid. Pap. in decis. 562.* quam nota ad text. *in l. si quis in hoc genus, Cod. de episc. & cleric.* Item crimen sacrilegij, *Anton. Fab. in decis. vnica, C. de sortilegiis.* Limita quando sortilegium saperet hæresim, tunc enim cùm sit merè Ecclesiasticum ad inquisitorem pertinet, *Sayr. in decis. 1. eod. tit.* quam diligenter nota ad text. *in cap. accusatus, §. sanè de hæreticis.* Item crimen adulterij, *Iaffred. in decis. 15.* Limita quando agitur ad separationem thori propter adulterium faciendam, quia tũc de ea solus Ecclesiasticus Iudex cognoscit, *Farinac. in decis. 35.* Item stuprum commissum in commatrem, vel monialem, *Osasch. in decis. 103.* Item crimen concubinatus, *Rot. in decis. 999. part. 3.* Item crimen vsuræ, *Peguer. in decis. 32.* vbi nonnullos distinguit casus. Item crimen blasphemiæ, pulchrè ac omninò videndus *Thess. in decis. Pedemont. 242.* quam nota ad ornatum text. *in cap. de maledictis.* Item periurus ab vtroque puniri potest, vt perbellè refert decisum *Guid. Pap. in decis. 178.* Pro coronide tamen huius materia animaduertẽdum est, quod Episcopus in criminibus misti fori, in quibus potest procedere contra laicum, non potest illos personaliter capere, aut carcerari facere, sed tantummodo potest contra eos procedere per censuras, vt fuisse in Senatu Mediolan. decisum refert *Clar. quæst. 37. num. 8.*

Col-

COLLECT. 738.

Super cap fin. de electione.

PRincipalis quæstio quæ circa hunc text. versari contingit, est, num locum sibi vendicet etiam in præsentati institutione, & altercatio maxima est inter Decisionarios, nam *Crescent in decis. 12. de Iurepatronatus,* refert Rot. tenuisse pro affirmatiua, eandémque opinionem semel, atque iterum fuisse ab eadem Rot. receptam scribit *Achill. de Graff. in decis. 13. eod. tit.* ex quibus decisionibus infero ad aliam *Vlt. Rot. Apul. 309. vol. 2.* vbi fuit dictum, quod institutio beneficij Juspatronatus ad instantiam Compatronorum præsentantium edicto non proposito, nec causa discussa non seruata forma, *cap. fin. de elect. in 6.* quod licèt loquatur in electione habet locum in præsentatione, & redditur ipso iure nulla, verum contra præfatas Rotæ decisiones adest eiusdem contraria *Bellamer. in decis. 610.* à qua facilè recederem. Amplia text. quod affixiò præfati edicti sufficit, vt apponatur ad valuas Ecclesiæ, de cuius beneficij institutione contenditur, ita *Rot. diuers. in decis. 258. lib. 2. part. 3.* quam nota ad ornatum text. *in cap. venerabilis, de dolo & contumacia.* & cuius etiam qualitatis debeat esse præfatum edictum, ponit pulchram practicam *Polid. Rip. in obseru. 273.* Pro coronide tamen huius edicti materiæ tria notanda animaduerto. Primo quod debet constare, literas edictales propositas fuisse, nec intra terminum competentem iudicis arbitrio amotas, aliàs nihil prorsus operantur, nec præiudicant cuipiam, *Verall. in decis. 95. part. 2.* Secundò, quod si patroni sunt certi debent nominatim citari non per edictum, quod non seruari in Curia Episcopali Papiæ testatur *Borgnin. in decis. 64. part. 3.* Tertiò, quod nõ contradicens in termino præfixo literis edictalibus, non est vlterius audiendus, *Garz. in decis. 90.* quam nota ad canonizan. *Cons. Old. 3.*

COLLECT. 739.

Super c. literas, de concess. præbend.

HIc peroptimè sedet mat. beneficiorum incompatibilium, super qua primo dicas, quod nonnulla sunt, quæ adinuicem stare nequeunt, prout sunt primo Cappella, seu altare cum Ecclesia curata, ita vt ab eodem teneri non possint, licèt contradicat decisum *Monald. in consil. 67. vol. 2.* & ratio esse potest, quia beneficia simplicia (prout est Cappellania) non requirunt residentiam, secundùm quod decidisse *Rot.* refert *Farinac. in decis. 12.* prout pariter dicimus in beneficio celebrandi Missam, *Gratian. Rot. Marc h. in decis. 155.* Secundò sunt pariter incompatibilia beneficium curatum cum alio simplici requirente continuam residentiam, pulchra, ac omnino videnda, *Rot. decis. 37. de præbendis in antiq.* non sunt tamen incompatibiles Canonicatus cum portione sub eodem tecto, prout pariter *Rot.* decidisse testatur *Moh d. in decis. 45. de præbend. & dignit.* nec beneficium curatum cum distributionibus quotidianis, quia non veniunt beneficiorum appellatione, *Rot. in decis. 39. de præbend. in antiq.* Tertiò est incompatibilis dignitas sine præbenda cum canonicatu, ita perbelle dicit *Ach ll. de Graff. in decis. 6. de præbend.* Limita vt Papali dispensatione, aut consuetu-

dine retineri possint, *Card. Put.* infetens ita, *Rotam* decidisse *in decis.* 189. *part.* 3 Quartò, duo canonicatus sunt pariter incompatibiles, *Farinac. in decis. nouiss.* 608. & ita censuit Sacra Congregatio Concilij, & primum dicitur ipso iure vacare per pacificam adeptionem secundi, *idem cit. in decis.* 109. qui refert aliam Sac. Congregationis declarationem. Amplia vt nec iuuare se valeat duos Canonicatus possidens Reg. de triennali, *Carrocc. in decis.* 90. quam nota ad præfatam Reg.

COLLECT. 740.

Super l. si ex ea pecunia, C. de rei vendic.

QVemadmodum pretium succedit loco rei in subsidium, id est, quando aliter rei Domino consuli non potest, ita è contra res succedit loco pretij, vt hic in text. ex quo infero primò, quod vxore emente ex pecunia viri, vel è contra acquiritur fundus ementi, sed in subsidium succurritur alterutri eorum, vt agere possit ad fundum, quia vnus habet causam ab altero, ita *Franc. Marc. in decis.* 508. *par.* 1. Infero secundò, quod res empta ex pecunia dotali efficitur dotalis, & competit mulieri vtilis rei vendicatio, ita decisum testatur *Polid. Rip. in obseru.* 119. quam nota ad text. *in l. si vt proponis, C. de rei vindicat.* quod intellige in subsidium quando aliunde non potest dos recuperari à muliere, *Barz. Rot. Bonon. in decis.* 27. Infertur tertio, ad officialem ementem ex pecunia Domini, quia in subsidium potest Dominus vendicare rem emptam, *Franc. Marc. in decis.* 508. Infero quartò, quod in vniuersalib. (prout sunt feudalia) pretium non succedit loco rei, *de Franch. in decis.* 64. quam nota ad text. *in l. rem & pretium, ff. de petitione hæredit.* Infero quintò ad *decis. Carrocc.* 109. vbi quædam mulier dederat dotem suam viro, & eo mortuo, quædam oues remanserunt, quas frater hæres alienauit, fuit dictum quod poterat agere ad pretium istarum ouium in subsidium si res per hypothecariam auocari non poterant. Infero sextò ad *decis. Rot. diuers.* 174. *part.* 2. vbi fuit dictum, quod pretium penes eum, qui non potest prætendere illud retinere ex causa onerosa succedit loco rei. Infero septimò, ad pulchram *decisionem Surd.* 15. vbi fuit decisum, quod res empta ex pecunia hæreditatis efficitur hæreditaria, & propterea venit in restitutione hæreditatis. Infero octauò, ad *decisionem eiusdem* 306. vbi fuit dictum, quod pretium rerum sequestratarum loco earum succedit.

COLLECT. 741.

Super l. si oleum, ff. de dolo.

QVomodo, & quibus ex causis sequestrum tollatur, hîc peroptimè habetur, scilicet lite finita, prout in text. & ita decisum in *Rota Sabaudia* testatur *Anton. Fab. in decis.* 2. *de sequestro.* Item Judicis mandato, *Thoming. in decis.* 99. Item solutione, & sic sublata obligatione, ita peroptimè decidisse *Rot. Florent.* refert *Magon. in decis.* 115.

COLLECT. 742.

Super l. miles, §. defuncto, ff. de adulter.

FIlius natus ex cõiugata præsumitur natus ex marito, h. d. Limita primò

primò, in casu *Rot. Roman.* penes *Mohed. in dec. 1. qui filij sunt legitimi*, vbi fuit dictum, quod filius natus ex coniugata præsumitur illegitimus concurrentibus reputatione illegitimitatis, educatione extra domum mulieris adulteræ, tractatione, fama viciniæ, & confessione Parentum, quod sit illegitimus. Limita secundò, quando filius assimilaretur adultero, *Iaffi ed. in dec. 90.* quam not. ad scripta per *DD. in l. gallus, §. & quid si tantū, ff. de liberis, & posthumis.* Limita tertiò in casu eiusd. *Mohe. in dec. 2. qui filij sunt legitimi*, vbi fuit dictum, quod præsumitur pariter illegitimus filius, quamuis ex coniugata natus, quoties concurrit nominatio, & communis reputatio in contrarium, item si nomen adulteri fuerit impositum. Limita quartò, in casu *Crescentij in dec. vnica eo. tit.* Limita reg. tex. in casu *decisionis Achill. de Graff. prima in tit. qui filij sunt legitimi.*

COLLECT. 743.

Super c. Regni super oblig. bonorum feud. pro dote.

MVlieribus Neapolitanis concessum est, vt assensus intelligatur præstitus in instrumēto dotali, in quo feuda pro dote obligantur, h. d. Amplia primò, vt procedat etiam si maritus, seu dotans successore careat, ita fuisse decisum in causa Pardi Papacodæ testatur *de Ponte in tract. de potestate Proreg. fol. 251. nu. 34.* Amplia secundò procedere tam in feudis priuatis quam titularis, *idem num. 37.* referens pariter decisum.

COLLECT. 744.

Super c. illud de Iurepatronatus.

IVs patronatus donari, vel cedi sine authoritate Episcopi non potest, h. d. Amplia, vt talis consensus præcedere, ac subsequi possit, *Coler. Rot. German. in decision. 90.* Amplia secundò, vt Episcopus possit cogi ad illud præstandum, *Balb. in dec. 25.* quam not. ad *tex. in c. nullus, de Iurepatronat.* Limita nunc, vt Reg. huius tex. minimè procedat in compatrono, quia ei donari potest Iuspatronatus, quamuis Episcopi consensus non intercesserit, pulchrè ac omnino videndus *Achill. de Graff. in decis. 10. de Iurepatronatus.* Limita secundò, si donatio fieret loco religioso, tunc enim non exigitur consensus, *Rot. in decis. 6. de Iurepatronatus*, quam not. ad pulcherrimum *tex. in c. vnico eo. tit. in 6.* Amplia tertiò, etiamsi de Iurepatronatus fieret donatio filio à Patre, quia non est compatronus, ita fuisse in *Rot.* decisum testatur *Caputaquens. in decis. 131. part. 2.*

COLLECT. 745.

Super Concil. Trident. sess. 24. c. 13. de reformat.

PArochiali beneficio pensio imponi non potest, nisi remaneant cētum ducati pro Parocho, h. d. Amplia primò, vt adeò vera sit ista conclusio, vt cōcludens debeat esse probatio, quod remanserunt centum liberi pro Parocho, ita fuisse decisum testatur pulcherrimè *Rot. diuers. in decis. 180 lib. 1.* Amplia secundò, vt nec sufficiat probatio per famam, *Farina. in decis. 39.* Amplia tertiò, vt verbum *liberi* importet, quod deductis oneribus ordinariis, 50. ducati simplicis pensionis absque diminutione remaneant, vt fuit resolutum in causa Ro-

mana pensionis 1576. coram Blanchetto, vt *in decis. 268. eiusdem Rot. lib. 1.* Amplia quartò, vt hæc clausula, liberi, intelligatur iuxta valorem ducatorum loci, in quo est beneficium, vt fuisse per *eand. Rot. decisum*, ac pariter *Sacr. Congregationem declarasse* testatur *Marc. 41.*

Collect. 746.

Super Consuet. Neap. quartam.

Altercatio grauis est inter Decisionarios hac in quæstione quantum scilicet sit paragium, & primo loco affertur *dec. Affl. 160.* distinguentis, quod si soror non est maritata paragium erit vltra legitimam, considerata quantitate patrimonij, qualitate coniugum, & numero liberorum. Si verò est maritata, tunc erit non minus legitima. Affertur secundò *decis. Gramm. 101.* de patre loquens qui minùs bene, existentibus magnis facultatibus, dotauerat eius filiam, cum quo côuenit alia decisio de qua per *Vrsil. in dec. 160.* Et est decisio *Rot. Siciliæ*, de qua per *Mast ill. in decis. 48. vol. 1.* vbi fuit dictum, quod dos de paragio potest ascendere ad totam portionem ab intestato competentem, sed hoc limitatur in muliere nupta, in qua cessat ratio parilitatis, vt iudicatum fuisse refert *de Ponte in cons. 45. sub nu. 5.* Quartò affertur *eiusd. Mastrill. in decis. 1. vol. 1.* vbi refert decisum, quod potest paragium ascendere ad virilem, quam amplia etiam pluribus existentibus filiabus *idem in decis. 107. p. 2.* tandem ad hanc rem expendi potest *Pisanell. in cit. dec. 160.* referens quòd cùm esset lis in Sac. Cons. inter Ferdinandum Rubertum, & Hieronymã Pomariam, quia mortua Hieronyma sorore vterina ipsius Ferdinandi, ipse Ferdinandus petebat paragium competens ipsi vterinæ in doubus maternis, tandem fuit paragium liquidatum respectu legitimæ.

Collect. 747.

In l. 1. Cod. quando prouocare non est necesse.

Scripsi in mat. nullitatis sẽtẽtiarum in *Collect. super c. 1. de sententia, & re iudicata*, & vltra eam addas. Primò redditur nulla sententia, quando est lata super vna parte, quia non videtur absolutoria super reliquos Capitulos *in dec. 179.* fallit in casib. congestis per *dec. Franch. March. 932 par. 2. Crescen. in dec. de sent. & re iudic.* Item si consultor dicat in sententia aliquem fore condemnandum, vel absoluendum, & Iudex in pronunciando dicat, pronuncio secundùm formam Consultoris non valebit ipsa sententia, *Balb in decis. 1.* Item redditur nulla ex defectu iurisdictionis, licèt valeat in vim pacti, quamuis partium consensu confirmari non possit, *Bellam. in decis. 307. Verall. in decision. 97 p. 1.* Item lata contra stylum alicuius Curiæ, & morem iudiciorum, *Guid. Pap. in decis. 292.* aliquid per *Osas. in dec. 22. n. 7.* & plenè per *eund. in dec. 142.* Item omissis terminis substantialib. Iudicij, *Bellam. in decis. 27.* Amplia vt nec vim rei iudicatæ obtineat, *Afflict. in decis. 182.* Amplia secundò licèt pars compareat protestans se velle citari, *Veral. in dec. 261. seu 3. p. 2. Mynsing obser. 71. cent. 3.* aliquid per *Gram. in decis. 65. 3.* Item lata tempore belli, *Afflict. in decis. 61.* Item lata perempta instãtia, *Cornaz. Rot. Lucẽ in dec. 22.* aliquid per

Afflict.

Afflict. in decis. 283. *num.* 4 *Ioseph Ludou. in decis. Lucens.* 24. *nu.* 7. Item lata ex falsa causa. *Balb. in decis.* 300. *& idem in decis.* 429. Item post decisionem appellationis, *Guid. Pap. in decis.* 11. *DD. de Rot. in decis.* 12. *de sententia, & re iudic. in antiquis.* Item lata contra minorem 25. annorum curatorem non habentem *idem Guid. Pap. in decis.* 494. Item contra mortuum, *Bellam. in decis.* 312. *Cassad. in dec.* 16. *de sentent. & re iudic. de Franc. in dec. Neap.* 245. *par.* 2. *Papon. lib.* 19. *tit.* 8. *arrest.* 25. quas ad ornamentũ *l. Paulus* reponas. Item ex breuitate termini; *Raud in dec.* 29 intellige vbi ex tali breuitate non potuit interueniri debita causæ cognitio, *Card. Put. in dec.* 344. *lib.* 1. *Balb. in dec.* 557 aliquid per *Ruiz Rot. Lituan in decis.* 2. *num.* 83. Amplia vt nec citatio valeat, *Crescen. in decis* 6. *de dolo & contumacia.* Item lata post appellationem interpositam à citatione ab interlocutoria, *Veral in decis.* 38 *par.* 1. Item eadem die, & super causa criminali, & interesse *idem in decis.* 5 *par.* 2. *& in decis.* 33. *par.* 3 Item contra statutum redactum in volumine statutorum, *Verall in decis.* 23. *part.* 3 *Balb. in decis.* 166. *Canalc. in decis.* 11. *par.* 2 Item lata super petitorio, & possessorio, ipso petitorio per partes suspenso, *Verall. in decision.* 143. *part.* 2. Item post appellationem interpositam à coarctatione dilationũ à iure præscriptarum. *Veral in dec.* 24 *part.* 3. Item contra infirmum. *Balb in dec.* 16. Intellige Iudice hoc sciente, secus si ignorauerit, *Mynsing obseru.* 57. *cent* 4. Item die lata feriato, *Iaffred. in dec.* 553. Amplia vt nec per partes ratificari possit, *Raud. in dec.* 37 Item lata de nocte, *idem in decis.* 411. Item contra absentem Reip. causa. *Mynsinger. obseru.* 57. *centur* 4. Item ex probationib. reprobatis, *Mogon in decision. Lucens.* 39. Item sententia à constituto actore à tutrice tanquam à procuratore, siue procuratorio nomine petita, *Crescen. in decis* 8. *de sent. & re iudic.*

COLLECT. 748.

Super l. etsi non cognitio, C. si contra ius.

Executor nullam habet causę cognitionem, h. d. Et propterea infertur quod executor datus à Senatu non potest cognoscere de tertij præiudicio, sed ad Senatum remitti debet, *Anton. Fab. in decis.* 46. *Cod. de execut. rei iudicat.* Infertur secundo, quod pronunciatio executoris non infringit pronunciatum. *Balb. in decis* 99. quam ad *tex. in l si vt proponis, C. de execut. rei iudic.* reponas. Infertur tertiò, quod non potest Iudex requisitus cognoscere de nullitate sententiæ, *Anton. Fab. in decision.* 29. *Cod. de execut. rei iudic.* Intellige si nullitas non à iure communi dependet, sed ab alia causa, de qua Iudex requisitus cognoscere non potest, *Seraph. in dec.* 579. Infertur quarto, quod executor non potest admittere aliquas exceptiones, *Rot. Ianue. in dec.* 129. quam ad *text. in c de cætero, de sentent. & re iudic* reponas. Infertur quinto, quòd executor nullam habet causæ cognitionem, *Guid Pap. in decis.* 70 Infertur sextò, quod Iudex requisitus, seu executor non potest cognoscere de æquitate & nullitate sententiæ, *Ant. Faber. in decision.* 1. *Cod. de execution. rei iudic.* Infertur septimo, ad *decis. eiusdem* 10 *C. eo ti.* vbi fuit dictum, quod executor admittens exceptionem, quemadmodum non debuit, & ita delinquit in officio condemnari eo nomine debet. Limita nunc text. & primo quando esset quis non

merus, sed mistus executor, quod cognoscitur quando adest clausula cõstito, quæ facit de mero mistum executorem; *Rot. in dec. 32. de rescrip. in antiq. & eadem Rot. in dec. 15. de dolo, & contumacia in antiquis.* Et fuit dictum in vna Meleuitana beneficij 29. Maij 1587. coram Seraphino, quam not. ad *tex. in c. nouit. de appellationibus.*

Collect. 749.

Ad Rubr. de præbendis.

PRæbenda pro huius Rubricę generali intelligentia sumitur multipliciter primo pro ipso titu. beneficij, vt in hac Rub *Billam. in decis. 647.* & propterea si mandatur vt alicui prouideatur de beneficio poterit de præbenda prouideri, *Rot. in dec. 62. de rescript. in antiq.* aliquando & secundo sumitur pro patrimonio, & reditibus ipsius beneficij, & tunc dicitur accessio titulo canonicæ, & quædam annexio rei spirituali, titulum, & canonicam sequens, *Rot. in decis. 6. de consuetud. in nouis*, & aliquid per *Card. Puteum in decision. 201. lib. 2. Rot. diuers. in decis. 597. par. 1. Cassad. in decis. 17. de præbendis in antiquis*, aliquando & tertio sumitur pro certa portione de per se distincta nihil spiritualitatis habẽte, veluti quodam prædio & commoditate temporali pro soluendis salariis aduocati, procuratoris, musicorum, & similium, *Balb. in decis. 49.* his peractis animaduertẽdum, quod si sumatur primo modo, tunc erit verè, & realiter beneficium Ecclesiasticum, *Raud. in decision. 22.* Hinc infero primò, quod gratia expectatiua ad beneficia Ecclesiastica capit istas præbẽdas, *Rot. in dec. 62. de rescript. in antiq. & eadem Rot. in dec. 8. in princ. de consuetud. in nou.* Infero secundo, quod indultum de percipiendis fructibus beneficiorum vacantium in primo, & secundo anno capit tales præbandas vacantes tanquam vera beneficia, *Achill de Graff. in decision. 3. de prabend.* & facit *text. in c. tua de verb. signif.* Infero tertio, quod talis prębenda non potest renunciari absque authoritate superioris, *Rot. in dec. 6. nu. 2. de consuet.* Infero quartò, quod in impetratione beneficij debet fieri mentio de tali prębenda tanquam de vero titulo, & beneficio, *Rot. decis. 72. de rescript. in antiq. & in dec. 37. eod. tit.* & aliquid per *eandem Rot. in decis. 32. & 33. de rescript. in nou.* Infero quintò, quod collatio istarum pertineat ad Episcopum, *Cassad. in decis. 22. de præbendis.* In secundò verò casu si ita sumatur dicitur pariter Ecclesiasticum beneficium. *Card. Put. in dec. 441. lib. 1.* Hinc infero quod canoni est mater præbendæ, & eam parit. *Bisignet. in decisis. 26. de prabend.* & aliquid per *Achil. de Graff in decis. 16. eodem tit in nou.* Si tertio modo non erit Ecclesiasticum beneficium, *Rot. decis. 4. de rescrip* hinc infero quod hoc casu præbenda posset vendi absque labe simoniæ, vt refert decisum *Verall. in decis. 237. part. 3.* & aliquid per *eundem in decision. 356. num. 6. part. 2. & in decis. 265. n. 2. part. 2. Rot. diuers.*

Collect. 750.

Super l si quis in conscribendo. C. de pact.

PRiuilegio fori potest renunciari, h. d. ex qua renuntiatione tres vtilissimi proueniunt effectus, primus est, quia licèt hæres teneatur sequi forum defuncti, *Balb. in dec. 22.* & faciunt termini, *text. in l hæres absens, ff. de*

de iudiciis, quod procedere aiunt etiam in Clerico laici hærede. *Surd. in decis.* 111. *Anton. Fab. in decis.* 12. *C. de iurisdict. omnium iudic.* tamen ex submissione defuncti ad omnes Curias cum renunciatione fori potest hæres ibi conueniri, *Iaffred. in decis.* 69. quam ad ornatum, *cap. dilecto, de f. ro competenti.* Limita ex submissione defuncti ad arrestum, quia non potest hæres arrestari, vt refert decisum *Papon. lib.* 3. *arrest.* 6. Secundus effectus est quia licet in contractibus locum non habeat remissio, *Thoming in decis.* 23. Verùm remissio de loco ad locum in contractibus fieri potest, quando debitor renunciauit fori priuilegio, ita *Balb. in decis.* 5. quam reponas ad text. celebr. *in cap.* 1. §. *contrahentes, de foro compet. in sexto.* Tertius effectus, quia licet fideiussores conueniendi sunt coram ipsorum competenti Iudice, non autem coram Iudice principalis debitoris, tamen secus est quando renunciauit fori priuilegio, *Mynsing centur.* 2. *obseru.* 5. quam nota *ad Balb. in l. archimendoram, C. vt in poss. legator.* Obiter tamen pro huius l. ornamento quæro de duobus. Primò, quid operetur clausula, vbique locorum, quæ in renunciatione fori adiici solet, tu dices quod dicta generalitas restringitur ad loca, in quibus aliàs poterat conueniri, & sic ad locum domicilij cõmunem Patriam, vel similia *Gratian. in decis. Rot. March.* 180. & ratio redditur per *Maynard. in decis.* 29. *lib.* 5. quia aliàs sequeretur absurdum, quod creditor posset trahere debitorem ad quæcunque remotissima loca, ita vt semper reus deberet esse cum sacco parato ad soluendum, contra *l. quod dicimus, ff. de solutionib.* Secundò quæro num priuilegium fori, lite pendente superueniens reo contra eius factum voluntarium, illum eximat à Iudice, coram quo lis erat inchoata, tu dicas in hac quæst. duas reperiri opiniones, ambasque decisas, prima est *de Franch. in decis. Neapol.* 544. *part.* 4. vbi pro negatiua scribit sententia, quam secutam fuisse à Senatu Lusitano testatur *Valasc. in decis.* 57. *à Senatu Franciæ* refert *Papon. lib.* 3. *arrest.* 3 *tit.* 5. quas omnes conferunt ad intellectum text. *in l. si quis postea, ff. de iudiciis.* Altera est opinio *Laffred. Balb. in decis.* 70. qui tenet pro affirmatiua, quam refert, ac sequitur *Medic. Rot. Marchiæ in decis* 21. Mihi tamen, vt quid in hac re sentiam referam, magis placet opinio *de Franch.* cum pro ea extat text. expressus *in d. l. si quis postea.*

COLLECT. 751.

Super Concil. Trid. sess. 25. *cap.* 6. *de reform.*

CAuetur quod Capitulum in initio cuiuslibet anni eligat ex Capitulo duos de quorum consilio, & assensu Episcopus, vel eius Vicarius tam in formando processum, quàm in cæteris omnibus actibus, vsque ad finem causæ inclusiuè procedere valeat, quam sacram dispositionem, intelligas sanè procedere tantummodo in Capitulis exemptis, prout pluries decidisse *Rot. Roman. diuers.* testatur *author. decis.* 105. & 308. *part.* 2. Portionarij verò non comprehenduntur, & ratio est, quia non dicuntur de Capitulo, vt fuit decisum in vna Gerunden. anniuersariorum 1562. coram Domino de Grassis testatur *Rot. diuers. in decis.* 411. *p.* 1. quam nota ad celebrem *gloss. in cap. penult. in verbo assisos, de clericis non residentib.*

& fuisse sæpius in Rot. decisum testatur *Achill. de Graff. in decis. vnic. de his, quæ fiunt à Prælatu sine consensu Capituli*, & pro hoc facit *declaratio Illust. Sac. Concil. Trid. interpretum*, qui consulti responderunt die prima Septembris 1558. Portionarios non comprehendi nomine Capituli, sed habere solum vocem in Capitulo, atque ita fuit resolutum in *Rot. in causa Calaguritana fructuum prima Iunij* 1583. *coram B. mem. Busalo.* Limita tamen existente statuto, vel consuetudine in contrarium, vt fuit resolutum in *Rot. in vna Calciaten.* 25. *Februarij* 1611. *coram Atrebaten.* & fuit dictum in vna *Caduen portionis* 2. *Februarij* 1582. *coram B. mem. Lauretano*, vt refert *Rot. diuers. in decis.* 713. *num.* 5. *part.* 1. *& in vna Calaguritana iuris votandi*, 27. *Februar.* 1595. *coram Orano. & in ead.* 25. *Maij* 1598. *coram Pacen. & in vna Corduben iurisdictionis* 7. *Februarij*, *&* 17. *Maij* 1597. *coram eod Orano.* pro quorum omnium decisionum corroboratione accedat in terminis *decis. Verall.* 91. *part.* 1. vbi portionarij habent ius votandi, vt Canonici, & possunt agere sicut Canonici pro concernentibus Ecclesiæ, ex quibus suppositis infero ad nouam declarationem Illust. Cardin. tempore, quo Ego Auditoris officium exercebam apud Illustr. Card. Spinellum de mense Aprilis 1614. text. nostrum procedere etiam in portionario ita vt Canonici possint in coniudices eligi.

COLLECT. 752.

Super cap. 2. de concess. præbend.

De beneficiis vacantibus prouidere debent ij, ad quos prouisio spectat infra sex menses. Amplia primo locum habere nedum in electione, verum etiam in collatione. *Balb. in decis.* 29. quam reponas ad originem loci *Panorm. in cap. dilectus, de concess. præben.* Amplia secundò etiam in beneficiis Regularium *Rot. decis.* 5. *de elect. in nou.* Amplia tertiò, etiam in prouisione Parochialium etiam stante *Concil. Trid. sess.* 24. *c.* 18. *de refor mat.* quando earum collatio ad Episcopos spectat, *Ego in decis.* 129. Amplia quartò etiam in hospitalibus, quæ conferuntur in titulum beneficij, *Sayr. in decis.* 1. *de religiosis domib.* & facit *decis. Rot. collect. à Farinac.* 681. quam ad ampliationem Clem. per literas de concess. præben. reponas. Limita nunc, vt isti sex menses non currant nisi à die scientiæ non autem vacationis. *Rot. diuers. decis.* 481. *part.* 1. Amplia limitationem quamuis Episcopus nõdum accepisset possessionem Episcopatus, vt fuit resolutum in *Rot. in vna Placentina parochiali de mal partita* 28 *Iunij* 1585. *coram Seraphino.* Amplia secundo, nedum à tẽpore scientiæ, verum à tempore, à quo sciri potuit, & debuit *Rot. in decis.* 7. *de præb. in antiq.* & fuit dictum in vna Burgen. Canonicatus 17. Martij 1583. Amplia tertiò, vt intelligi debeat de scientia vera, vel præsumpta vacationis, quæ determinari debet per Iudicem cõsiderata qualitate beneficij, & modo vacationis, & longitudine temporis, distantia locorum, & fama, *Rot. in dec.* 6. Amplia quartò, vt Episcopus non possit moram purgare, vt decidit *Franc. Marc. in decis.* 1238. *part.* 1. Limita secundo, principaliter, vt non currat impedito *Seraph. in decis.* 29. *p.* 1. quam reponas ad ampliationem, *c. quia diuersitatem, de concess. præb.* Limita tertiò, vt non procedat in Episcopatib. iuxt. terminos *c. dilecti, tit. prox. Ego in dec.* 29.

COL-

COLLECT. 753.

Super clausula ex nunc prout ex tunc.

SCripsi alibi de hac clausula,& vltra ibi dicta nota,quod hæc clausula quando est apposita à Papa in collatione de vacanti non suspendit gratiam,secus si in vacaturo *Cassad.in decis.3.nu.15.de prabend.Crescent.in decis. 7.nu.13 & 19 de concess.prab. Achill dec. 7.num.4. de renunc.* & fuit resolutum in ca. Illerdens. Canonicatus 23. Octobris 1597 coram Pamphilio.Item operatur etiam in præiudicium tertij medio tempore acquirentis, *Cardin. Put.in decis.190.part.2.* Item posita in actu conditionali semper facit conditionem, *Balb.in decis.199.* hinc est quod si posita est in gratia nihil operatur ante conditionis existentiam, & conditionem non retrotrahi in gratiis,& dispensationibus, sed spectati tempus quo conditio extat, testatur decisum *Anton.Fab. in decis. 29. C.de mandat principum.* Idem operatur quando est posita in collatione de vacaturo, dummodò gratia sit pura, licet executio collata in futurũ euentum iuxt.text.*in c.si super gratia,de offic. dele.in 6.* secus in gratia conditionali, in qua Papa non confert,sed dat collatorem iuxta terminos *decis.Rot 3.Iunij.& 9. Octobris* 1592. coram Pegna. Item hæc clausula qualificat verbũ, cui adiicitur, & refertur ad tempus, quo dispositio incipi debet, vt fuit resolutum in vna Albergatis, 14. Martij coram Pamphilio.

COLLECT. 754.

Super consuetud.eas autem.

SI fratres differunt maritare sorores vltra sexdecim annos,censentur illæ masculiatæ, h.d. quam consuetudinis dispositionẽ amplia procedere, primo,vt locũ habeat etiam ex testamento, puta si Pater fecit testamentum, in quo masculos sibi tantum fecit hæredes, & filiabus legauit dotes, & masculi distulerunt fœminas in tempore maritare,ita decisum refert *de Franch.in dec.412.* Amplia secundò, vt locũ habeat masculatio etiam secundum dispositionem Constit.Regni in aliquibus, *Afflict.in decis.379.in 1.dub.* & ita pariter decisum in Sacr. Consil. in causa Visagiæ Longæ, & litis consortium contra ThomamRubeum de anno 1554.die Octobris, refert *Saler.Neapol.fol.104.* Amplia tertiò, vt soror masculiata non solum in bonis paternis, sed etiam in bonis collateralium ad instar masculi succedat, & ita decisum refert *Afflict.in decis.370.nu.10.* Amplia quartò, vt frater non possit purgare moram ad euitandam masculationem, *Afflict.in decis.159.* quod secus est de iure Regni, *ibidem Afflict.* Nunc limita, vt hæc consuetudo, siue masculationis beneficium locum minime sibi vendicet in feudalibus, ita eruditè *de Pont. in cons.50.* Limita secundo, vt locum non habeat in patre differente maritare filiam, sed in successoribus,ita videas *dec de Franch. 616.* ac illam perpetuo menti teneas. Amplia quinto, etiam si masculi, quorum culpa facta est masculiatio, mortui essent, & solum superessent fœminæ, quia tunc masculiata alias excludit, ita fuisse decisum in S.C. refert *de Franch. in cit. decis. 412. vers. finem.*

COLLECT. 755.

Super l.pacta nouissima,C.de pactis.

Regula, quæ communiter ex hoc tex. sumitur, est quod vltima de rogant prioribus, ex qua infero primò, quòd secundum rescriptum reuocat primum, *Rota in d. c. 80. de rescr. in antiq.* intellige si de primo fieret mentio, *Cassad. in dec. 4.* Infero secundo, quòd per constitutionem secundi procuratoris primus reuocatus censetur. *Ant. Fab. in deci. 5. C de procur.* quam not. ad text. *in l si quis cum § si ff. eo. ti.* Infero tertio, quod primum testamentum rumpitur per secundum. Limita, quando secundum non esset ritè factum, primum autem sic *Viu. in decis. 13* Infero quarto, quod mandatum secũdum tollit primum, *idem Viu. in deci. 15. p. 1.* Infero quinto, quòd legati ademptio in personam primi legatarij inducitur, quando testator, qui primò legauit, transfert in alium, *idem in decis. 337.* Infero sexto, quod primum priuilegium tollitur per secundum. *Verall. in decis. 200. p. 2.*

Collect. 756.

Ad Bart. in l. imò, C. de act. & obligat.

Beneficio cessionis bonorũ quis renunciare non potest, h. d. Limita primò, vt valeat renunciatio facta cum iuramento, ita *Guid. Pap. in decis. 211. Papon. lib. 10. tit. 10. arrest. 3. Thess. in decis. 36. Rot. decis. 31. de sent. & re iud. in antiq.* Limita secundò in milite, qui bene admittitur ad renũciandum, *Cappell. Tholos. in decis. 61.* Limita tertiò, quando tempore contractus debitor sciebat se non esse soluendum, *Rot. in decis. 4. de renunc.* Limita quarto, quando debitor ob fraudem creditorum dissipasset bona, ita *Iaffr. Lanfranc. Balb. in pulchra sua decis. 4.* Limita quinto, vt, licèt quis huic beneficio renunciare non possit, tamen hoc casu renuncians sibi præiudicat in bonis postea quæsitis, *Guid. Pap. in decis. 211. Cappell. Tholos. 61.*

Collect. 757.

Super cap. 1. de sentent. excommun. in sexto.

Excommunicans aliquem sine scriptis punitur pœna, de qua in text. quem limita primò, vt locum minimè habeat in prælato regulari, vt decisum refert *Franc. Marc. in decis. 991. part. 2.* etsi contrarium teneant communiter DD. *in tit. cap. 1.* limita secundò, vt pœna suspensionis, de qua in text. non comprehendat Episcopos, *Thoming in decis. 13 part. 2.* & ratio est, quia non fit expressa mentio de eis iuxta *c quia periculosum, eod. tit. in 6* Limita tertiò, vt nec etiam locum habeat pœna præfata, quando copia notarij, vel alia necessaria ad scribendum haberi nõ possunt, *Balb. in decis. 19.* Limita quartò, quando excommunicatio fertur à Prælato, non tanquam Iudice, sed tanquam parte pro defensione iurium, ita *Canalc. in decis. 38 Fiuiz. part. 2* quam reportes ad originalem doctrinam, *Innoc. in cap. venerabile, de censib.* Limita quinto, vt locum pariter non habeat pœna huius text. quando excommunicatio fertur per statutum, *Lapus* dicens decisum *allegat. 173.*

Collect. 758.

Super doctrina Bart. in l. 2. ff. de excusat. tutor.

Sæpius controuertitur pręsens locus in quæstione illa si in criminalibus probationes coniugantur, in qua nota tres aureas decis. quarum prima est *Verall. decis. 4. part. 2.* vbi fuit dictum,

dictum, quod coniecturæ vehementes, quæ sufficiunt ad probandã falsitatem, si tendunt ad eundem finem coniungũtur, & faciunt plenam probationem, limita hanc decisionem dupliciter, & primò in iis, quæ sunt facilis probationis, *Boer. in decis.* 319. Limita secũdò in casu *Caputaq. in dec.* 4. *part.* 2. affertur 2. loco solemnis *Afflict.* 364. vbi fuit decisum, quod duo testes deponentes de duabus confessionibus factis, absente parte, diuersis locis, & temporibus non probant, neque coniungi possunt. Tertiò ponderanda est pulcherrima *decisio Vm.* 200. sed num in antiquis testes iungantur ad probandum, & *Ann. in sing.* 516. asserit fuisse decisum negatiuè in causa *Vniuersitatis Lauri*.

COLLECT. 759.

Ad l. 4. §. si Iudex, ff. de re iudic.

Regulariter instrumentum non habet executionem paratam, hoc dicit, & ita decisum referunt, *Oſaſch. in decis.* 129. *de Franch. in decis.* 118. *Boer in decision* 195. *Thesaur. in decis.* 26. Limita primò in instrumento guarentigiato habente executionem paratam statuto sic dictante *Seraphin. in decis.* 331. *& Boer. d. decis* 195. & ratio est quia instrumentum guarentigiatum habet vim sententiæ, *Raud. in decis.* 29. sublimita hanc limitationem locum minimè habere quãdo instrumentum esset illiquidum. *Rot. Auen. in decis.* 39. *diuers. Mynsinger. obseruat.* 69. *centur.* 3. Limita secundò contra tertium, quia statutum, quod tribuit executionem paratam instrumento guarentigiato non habet locum, si agitur hypothecaria contra tertium, sed solum contra debitorem, vel eius hæredem, ita *Franc. Marc. in decis* 394. Declara 3. limitationem principalem procedere in instrumento perfecto, quia instrumentum, quod per statutum executionem habet, debet esse perfectum, *Afflict. in decis.* 238. 2. limitatur principalis regula in vltimis voluntatibus, nam instrumẽtum vltimæ volũtatis habet executionem paratam, *Boer. d. decis.* 195. limitatur tertiò in instrumento obligationis penes acta Curiæ facto, quod habet executionẽ paratam, quam retardare non potest exceptio litis pendentiæ super absolutione iuramenti in ea præstiti, *Afflict. in dec.* 30. *& in dec.* 387. *Rot. Genue. in dec.* 28. *de Franc. in cit. decis.* 118. aliquid per *Thess. in decis.* 26. *nu.* 15. Limitatur quartò, quando debitor consensit velle exequi, & exequutionem in bonis fieri, *Balb. in decis.* 226. Limitatur quintò in instrumento in forma Cameræ *Ant. Faber. in decision.* 49. & aliquid per *Thess. in decis.* 126. *n.* 11. Limita sextò, in depositionibus testium ad perpetuã rei memoriam receptorum, *Boer. in decis.* 295. Limitatur septimò in instrumento depositi quod habet eandem executionem, *Ego in dec. curia Archiepiscopalis* 122. Sed quando vide *Boer. in sæpius cit. dec.* 195. *nu.* 7. An autem instrumenta possint executioni mandari, absque partis citatione, vide decisionem *Franch. Marc.* 393 & an mandentur executioni in alieno territorio, vide *eundem in decis. prædicta*.

COLLECT. 760.

Super c. 1. vt lite pendente in 6.

Disponitur, quod lite pendente vno ex electis mortuo, vel cedente non potest aliter eligi: qui tex.

an locum habeat inter præsentatos, vt vno mortuo, vel cedente, alter præsentari non possit, magna est altercatio inter Decisionarios: *Maynar. in decis. Tholos.* 39. *p.* 5. decidit idem esse in præsentationib. laicorũ post quadrimestre non ante, cum eo tempore illis cumulare liceat iux. terminos *c. cum autem, de iurepatron.* quos not. ad doctrinam *Io. And. in d cap.* 1. & ratio est secundum *Rubin. in decisio.* 29. quia cum patronus intra quadrimestre viuente primo præsentato possit accumulare, multo fortius eo mortuo; contrariam opinionem tenuit *Rot. Lituan. decision. diuers.* 90. decidens *cap.* 1. vt lite pendẽte procedat etiam in præsentatis, quorum vno mortuo, vel cedente alter præsentari nõ possit etiam intra quadrimestre, dicens iura facientia mentionem de cumulatione habere locum quando præsentatio facta est de vno & non quãdo plures fuerunt à principio præsentati, & adinuicem litigant, in quibus militat ratio finalis d. c. ne Ecclesiæ propter lites dispendia patiantur, nihilominus Rota Romana sæpius iudicauit secundum decis. Lituan. verum hanc Rot. decis. intellige, quando lis penderet inter duos præsentatos à diuersis patronis; nam tunc non est licitum variare, nec vno defuncto potest alius præsentari, secus autẽ vbi lis verteretur inter alios, quia tunc non prohibentur patroni præsentari, aliàs sequeretur quod posset de facili impediri patronus introducendo litem super beneficio, & ita fuit decisum in vna *Bergome. Capellaniæ* 19. *Iunij* 1579. *coram Bubalo.* ad ornatum huius text. not. auream decis. *Crescent.* 10. *de iurepatron.* vbi fuit dictum quod patronus post præsentationem vnius ante litem non poterit post litem cumulando præsentare collitigantem alias voces patronorum non habentem.

Collect. 761.

Super Bar. in l. tutelas, ff. de capi. dimin.

QVæritur si familiæ idẽtitas præsumatur, tu decisiuè loquendo dicas, quod multis modis probata censetur Primò ex eodem cognomine argum. *decis. Seraph. Rot. Roman.* 18. *par.* 1. hinc est quod pluralitas cognominum non præsumitur, *Balb in decis.* 19. & licet in eadem familia possint esse nobiles, & ignobiles, vt refert decisum *Ann. sing.* 359. tamen probata nobilitate vtriusque familiæ debet omnino iudicari vnam esse familiã, *Ego in dec curia Archiepiscopalis* 90. Præsumitur secundò identitas familiæ probari ex iisdem insignibus, hinc est quod bastardi, seu naturales nõ possint vti insignibus, & vt vulgo dicitur armis, quibus vtuntur illi de familia, *Anton. Fab. in decis.* 4. *C. de verborum significat. Thessau. in decis. fin. num.* 33. licet contrarium seruari de consuetudine, testatur *Guid Pap. in decis.* 580. verùm debent isti naturales deferre arma, & insignia domus, cum aliqua differentia ponendo barrã per transuersum incipiendo à parte sinistra versus dexteram ad differentiam insignium nobilis, vt refert decisum *Papon. arrest.* 1 limita si vsus insignium fuisset per naturales præscriptus, vt in casu *decis. Rot. Pedem.* 1. refert *Thessaur fil. in decision.* 45. *par.* 2. Probatur tertiò per testes de auditu, nam testes de auditu, & fama probant generis nobilitatem, & familiæ identitatem, vt in specie decidit *Vesall. in decis.* 277. *par.* 1. Probatur quartò per tractatus ab

ab iisd. de familia peractos, *Ann. in consilio* 106.

COLLECT. 762.

Super pragm. prima, de extract. animalium.

FRumenti, & nonnullorum extra ciuitatem prohibetur extractio, hoc dicit, cuius pragmaticæ ratio est ne deficiat in Regno, *Afflict. in decis.* 290. Amplia primo, vt prohibita extractione lignorum secundùm pragmat. censeatur pariter prohibita nauium extractio, prout in terminis decidisse *Rot. Delph.* testatur *Boer. in decis.* 177. Amplia secundò, vt extrahens prohibita, amittat animalia, *idem Boe. in dec.* 178 Amplia tertio, vt pariter amittat etiam non prohibita extrahi *Thess. Fil. in dec.* 52. Amplia quartò, vt pœna, de qua in tex. extẽdatur etiam ad extrahentem farinam licet de extractione frumenti loquatur, ita in propriis terminis decidisse Curiam Panormit. testatur *Mastril in decis.* 139. quam not. ad singularem doctrinam *Bar. in l. quæsitum.* §. 1. *ff. de legatis* 3. ex qua infero ad aliam *decis. Ro. Auenion.* 62. vbi fuit dictum quod appellatione materiæ veniat materiatum, & è contra, nunc limita, & primo in casu pulcherrimo *Thess. in decision.* 152. vbi fuit decisum, quod prohibita extractione granorum ab aliquo loco, vt conseruetur vbertas non extenditur ad exteros extrahentes fructus bonorum propriorum. Amplia quinto, vt etiam Barones habentes merum, & mistum imperium possint facere huiusmodi proclamata tẽpore carestiæ, vt pluries decisum vidisse refert *Frãc. Marc. in dec.* 230. 236. & 512. Limita secũdò, in casu dec. *Ro. Aue.* 40. vbi fuit dictum, quod probata extrahendi libertate virtute præscriptionis 30. vel 40. ann. cessat prohibitio extractionis. Limita tertiò, vt non comprehendat minorem extrahentem *Rubi. decis.* 21. Limita quartò in repertis in itinere, *Balb. in decision.* 90. quæ autem sit pœna sancita contra extrahentes frumentra. vltra dispositâ per hanc pragmat. omnino videas decisionem *Ioseph. Ludou. in decis. Perus.* 80.

COLLECT. 763.

Super clem. 1. de supplenda neglig. Prælatorum.

BEneficia regularia regularibus, secularia secularibus conferenda sunt, h. d. cum quo concordat *Concil. Trid. sess.* 24. *c.* 13. & 15. *de reformat.* vbi prohibentur beneficia regularia secularibus conferri. Limita primò, vt non procedat in Ecclesiis parochialibus, seu curatis secularibus, ad quas promoueri potest monachus *Caputaquens. in decis.* 85. *par.* 1. quam not. ad *tex. in c. quod Dei timorem*, *de statu monachorum*; sed contrariam sententiam tenuit *Rot. in dec.* 5. *de Iurepatron.* & 28. *de preb. in nou.* & *Bellam. in decis.* 715. & 750. Limita secundò ex dispensatione pontificia, hoc enim casu poterũt tam beneficia, quàm pensiones monacho conferri, *Verall. in decis.* 213. Limita tertiò in Canonico regulari cui absque dispensatione potest parochialis conferri *Bellam. in decis.* 172. licèt cum dispensatione beneficia simplicia conferri possunt, vt fuit resolutum in vna *Papien. Iurispatron.* 6. *Martii* 1598. coram Domino Decano, & extat declaratio Sacr. Congregationis. Limita quartò in casu decis. *Rot. diuers.* 772. *part.* 1. Limita

quinto nisi esset mutata qualitas beneficij, ad quod requiritur quadraginta annorum possessio cum bona fide, *Rot. decis. 2. de praeb. in nou.* quam not ad ornatum *tex. in c. cum de benefic. eod. tit. in 6* & fuit pariter resolutũ in vna *Trident. prioratus* 17. *Nouembris* 1594. *coram Domino Orano*, & in vna *Bracharen. Monasterij* 19. *Decembris* 1598. *coram Domino Pamphilio* in qua dictum est, quod vt recedatur ab anteriori statu regularitatis beneficij necessarium est, quod ostendatur posterior status secularitatis, qui sit legitimè praescriptus per possessionem quadragenariam sublatis prouisionibus apostolicis, & earum temporibus, quae non mutant statum *Achill. de Graff. in decis. fi. de iurepatron.* nisi appareat esse factas animo mutandi statum, vt fuit dictum in vna *Ostunen. Cappellania* 19. *Ianuar.* 1598. *coram Seraphino.*

Collect. 764.

Super c. quod autem, de Iurepatron.

IVspatronatus donari non potest inconsulto Episcopo, h. d. Amplia primò, etiam si fieret donatio filio viuente patre *Rot. decis. diuers.* 999. *p.* 3. Amplia secundo, vt talis donatio ab Episcopo non confirmata sit ipso iure nulla, *Seraphin. in decis. Rot. Rom.* 884. *p.* 1. Amplia tertio, vt licet Patronus possit donare ius praesentati reseruato sibi iurepatronat. requiritur tamen Episcopi consensus, vt fuisse resolutum in *Rot. in vna Cassanen. benefic.* 29. *Aprilis* 1580. refert idem *Seraphin. in decis.* 456. Amplia quartò, vt superueniente Episcopi consensu omne ius transferatur per donationem iurispatronatus. vt fuisse resolutum in vna *Astorens. prioratus* 18. *Decembris* 1598. scribit *Seraphin. in decis.* 1305. & ratio est, quia consensus Episcopi in hoc casu potest praecedere & subsequi ad instar consensus paterni iuxt. *decis. Affl. dl.* 280. Amplia quinto in pulcherrimo casu *decision. eiusd.* 725. vbi fuit resolutum, quod in donatione omnium, & quorumcumque bonorum mobilium, & immobilium, Iurium, & actionum comprehenditur etiam Iuspatronatus, & pariter est necessarius consensus Episcopi. Nunc limita praefatam Regulam multipliciter, & primo quando donatio fieret compatrono, quia valet sine consensu Episcopi, vt fuisse in Rot resolutum testatur *V rall. in decision.* 131. *par.* 2 Limita secundò in casu decisio. *Seraphin. Rot. Rom* 13 2. vbi fuit dictum, quod quando ponatur Iuspatronatus Ecclesiasticum laico non valet donatio, non adhibitis sollemnitatibus in alienatione rerum Ecclesiae requisitis, & ex causa euidentis vtilitatis, & sic in tali casu non exigitur consensus Episcopi. Limita tertiò, in antiquis, quia licet non appareat consensus Episcopi valeat donatio, vt est *decisio. mea curia Archiepiscopalis Neapolit.* 313. Limita quartò in casu *Maynard. in decis.* 13 *lib.* 5. Pro ornamento huius text. animaduertas in praxi, quod bona donata Ecclesiae, quae non constat fuisse data pro dote non arguunt Iuspatronatus, sed donans dicitur potius benefactor, quàm patronus, & dictator, quàm dotator, vt fuit dictum in vna *Aretina Cappellania* 10. *Martij* 1595. refert *Seraphin. in decision.* 1105.

& vide quae circa hanc mat. scripsi in *Coll. st. super capit. illud, de Iurepatronat.*

Collect.

COLLECT. 765.

Super §. nequaquam, in Auth. de Monachis.

MAlus præsumitur bonus, & per consequens vitã mutasse, quando per triennium continuum laudabilem vitam duxit, h. d. & ita decidit *Rot. Rom. in vna Romana legati die Veneris 28 Maij 1568. coram Seraphino*, intellige primo procedere, quando talis delinquens magnã egisset pœnitentiam, puta quia ingressus fuit religionem *Thoming. in decis. 29.* Intellige secundo, quando probaretur pluries ei occasionẽ similis mali venisse, & tamen eum abstinuisse, vt decidimus *nos in Curia Archiep. Neapo.* refero *Ego ipse in decis. 129.* Sed quæro circa ornatum huius text. à quo tempore dicti tres anni sint computandi, sì à die commissi delicti, vel oporteat quod prius de delicto gratia obtineatur, & à die obtẽtæ gratiæ triennium incipiat. Respond. quod incipiant tres anni à die commissi delicti, vt refert fuisse per *Rot.* decisum, *Gramat. decis. seu theorema. 23.*

COLLECT. 766.

Super l. si seruum, C. de seruo corrupto.

AD limitationem huius tex. not. quod legib omnibus conatum punientibus hodie per consuetudinem generalem totius Italię derogatum est *Cacher. in decis. 19. in fin. Ioseph. Ludou in decision. Lucens. 5 Boer. in decis. 316. Thess. in decis. 143 Grumm. in decis. 2. Rviz. in dec. 3. Rot Luuana, Balb. in decis. 21. Gaspar Thesau. in decis. Rot. Pedimont. 24. part. 2. Mastrill. Rot. Sicilia 155. part. 2.* hinc prouenit primo, quod conatus etiam in atrocioribus pro consummato crimine non habetur quando pœna est statutaria, vt aliquid per *Afflict. in dec. 21. n. 10. Gram. in decis. 2. nu. 13. 15. & 18. & in decis. 74. num. 5.* hinc prouenit secundo, quod Iudex vbi per legẽ punitur affectus, ac si fuisset consummatus potest arbitrio suo pœnam minuere *Afflict. in decis. 276.* Intellige primo conclusionem principalem procedere quoad pœnam ordinariam, secus quoad extraordinariam, *Thesau. in decision. 343. & Gramm. cit. decis. 2.* vt licèt affectus non puniatur si non fuerit secutus effectus. Limitatur tamen quando deuentum est ad actum proximum, & immediatum, vt in specie refert in Senatu decisum *Anton. Fab. in decis. fi. C. de pœnis.* Intellige secundo in grauibus delictis, non autem in atrocissimis *Boer. in decis. 316.*

COLLECT. 767.

Super l fin. vbi Bar. Cod. de diuersis rescript.

LOquitur de clausula nõ obstante cuiusuis, ac virtus; Limitatur primò vt non extendatur ad concordata, seu ad priuilegia in vim pacti, vt in *Rot.* decisum testatur *Crescent. decis. 2. de priuileg. Puteu in decis. 47. lib. 1. Ioan. Paul. in d. c. 87. & 109.* Limitatur secundo, in casu *d. cis. S. 3 21 cod. tit.* vbi fuit dictũ, quod priuilegia clausã in corpore iuris non censentur sublata per aliam superuenientem dispositionem iuris communis habentem in se clausulam generalem non obstantibus priuilegiis. Limitatur tertio in priuilegiis Cardinalibus concessis, quia non reuocantur per hanc clausulam, nisi de ipsis Cardi-

nalibus expressa fieret mentio, ita *Achill. de Graff. in decis. 7. de priuileg.* Limitatur quarto, vt non comprehendat priuilegia ex causa onerosa concessa, ita animaduertendo decidit *Crescen. in decision 5. de priuileg.* Limita quintò, in casu *eiusdem in dec. 1. eod tit.* Limitatur sexto in casu *decis. Putei. 6. lib. 3.* vbi fuit dictum, quod clausulæ quantumcumq; generales non derogant priuilegiis, seu pactis à Sede Apostolica confirmatis. Limitatur septimò in casu *decis. Mynsing. cent. 4. obseru. 70.* vbi fuit dictum quod priuilegium per hanc clausulam concessum non includit casum publicæ vtilitati contrarium. Limitatur octauò, vt per hanc clausulam non censeantur sublata statuta, ac consuetudines generales, ita refert decisum *Rot. in decis. 1. de praebend. & dignitat. in nou.* Limitatur nonò, vt non operetur nisi priuilegiatis volentibus priuilegiis vti, *Achill. de Graff. in decision. 1. de priuileg.* Limitatur decimo in casu pulcherrimo *dec. Rot. 6. de constitutionib. in nou.* vbi fuit dictum, quod clausula generalis non tollit beneficium, seu priuilegium Ecclesiæ concessum. Limitatur vndecimo in casu *eiusdem in decis. 18. de rescrip. in antiq.* vbi fuit decisum, quod neque tollat actum iuratum hæc clausula nisi de illo specificè fiat mentio, quam decisionem diligenter no. *ad glossam in c. cùm non deceat. de elect. in 6.*

Collect. 768.

Super l. Fulcinus, § cùm hoc. ff. ex quib. caus. in poss.

QVando aliquid requiritur qualificatum non sufficit illud interuenire illa qualitate, h.d. Infero primo *ad decis. Viu. 331.* vbi fuit decisum, quod qualitas restringit subiectum, cui adiicitur, & ex diuersitate qualitatum diuersificantur actus, & dispositiones. Infero secundo *ad decision. Ambros. Rot. Perus. 43.* vbi ius patronatus relictum proximiori, & seniori de familia non habenti has qualitates non competit. Infero tertio, ad *decis. Mynsing. cent. 4. obseru. 16.* vbi fuit dictum, quòd minori, cui conceditur beneficium restitutionis in integrum, si læsus fuerit, hac qualitate non probata non competit. Infero quarto *ad decis. Triuis. Rot. Ven. 15.* vbi sponso, cui competit ius accusandi necem sponsæ suæ, denegatur, sponsalium qualitate minimè probata. Infero quintò *ad decision. eiusdem Triuis. 46.* vbi fuit dictum quod confessio qualificata in criminalibus semper in totum debet acceptari cum sua qualitate, vel in totum respui, non autem diuidi, & pro vna parte acceptari, & alia non. Infero sexto *ad dec. Capyc. 5.* vbi pragmat. *odia litium*, quæ disponit, vt causæ inter coniunctos compromittantur locum non habeat, si qualitas consanguinitatis non probatur. Infero septimo *ad decis. de Franch. 644.* vbi creditor qui vult obtinere virtute *l. scripturas, C. qui potiores in pignore*, necesse est, vt probet requisita, ac qualitates *in d. l.* Infero octauo *ad decision. Caputaquens. 89.* vbi qualitas, quod testes debeant esse in causa matrimoniali omni exceptione maiores, debet articulari, & probari, quam diligenter nota ad ampliationem *text. in cap. 1. de consanguinitate & affinit.* Infero nonò *ad decision. Mynsinger. cent. 3. obseruat. 98.* vbi qualitas doli, quæ exigitur in causa fractæ pacis si non probatur interuenisse quis

quis puniri nequit *Gayl lib. 3. obser. 12. 13. & 76.* Infero decimò *ad decis. eiusdem 100. eadem cent.* vbi iurisdictio limitata ad certam qualitatem non extenditur ad incrementum. Infero vndecimò *ad decision. eiusdem 80. cent. 4.* vbi fuit dictum, quod quādo agitur de pœna alicuius specialis constitutionis, nisi omnes eius qualitates doceantur, & verificētur in casu de quo agitur, pœna non committitur. Infero duodecimò, *ad decis. eiusd. 40. cent. 1.* vel qualitas institutæ actionis, vel accusationis probari oporteat, quod intellige, quando qualitas adiecta crimini, alteraret crimen, & pœnam *Balb. in decision. 22.* Infero decimotertiò *ad decis. Mynsing cent. 4. obseru. 70.* vbi qualitas iuramenti obseruanda est, ac exprimenda. Infero decimoquartò *ad decis. eiusdem 99. cent. 1.* vbi qualitas petitionis in iurisdictione confirmanda, attendenda, ac probanda est. Infero decimoquintò *ad dec. Afflic. 290.* vbi fuit decisum, quod qualitas, quæ confert iurisdictionem in primis verificanda est.

COLLECT. 769.

Super l. alio ff. de alimentis legatis.

SEdet hîc mat. executorum vltimarum voluntatum, super qua primò animaduertendum est, quod eorum potestas in dubio non præsumitur insolidum *Balb. in decision. 99.* & propterea fuit decisum in Sac. Consil. Neapol. quod si sunt dati plures executores in testamento, & vnus tantum citatur, processus fit nullus, vt refert *de Franch. in decis. 612.* quam nota ad ornatum *text. in c. si duobus de procurator.* Animaduertendum secundò, quod executorū potestas, seu authoritas maxima est; & primò, quia si testator alicuius loci disposuit, quod bona sua distribuatur Sacerdotibus pro missis celebrandis arbitrio suorum executorū, quod prædicti executores possunt distribuere Sacerdotibus, qui non sunt de loco, ita *Cappel. Tholos. in decis. 128.* quam not. ad limitationem *tex. in l. à testatore, ff. de cond. & demonstr.* Secundò quia executor poterit disponere, seu exequi in beneficium legatorū piorum, non obstante quod testator per prius disposuit *de Franch. in decis. 568.* Tertiò, quia executor potest esse minor 18. ann. & fœmina, ita decisum testatur *Iacob. Thoming. in dec. 91. p. 2.* Quarta Potestas est, quia legatum si est factum, vt distribuatur inter pauperes post mortem, poterit executor facere distributionem in vita *de Franch. in decis. 706.* quam diligenter not. ad magistralem Doctrinam Bar. *in l. cùm pater, § à filia. ff. de lega. 2.* Quintò, quia executores testamēti pro eorum administratione habent tacitam hypothecam, omnino videndus *Peguer. in decis. Catal. 131.* Sexto, quia deputati ad Virgines maritandas possunt pecunias ad illum actum dicatas date virginibus Deo profitentibus *Garz. in decis. 52.* Septimo, quia possunt exequi legata pia pendēte lite inter consanguineos, præstita tamen cautione de restituendo in casu retractationis. *Idem in decision. 35.* Octauò, quia in executore præsumitur, quod fuerit electa industria personæ, & propterea non potest substituere alium in sui locum *Viu. in decis. 305.*

COLLECT. 770.

Super Pragmat. prima, de suspic. Officialium.

Causa suspicionis allegata debet decidi per Collegas, absente ipso recusato, h.d. ad huius pragmat. ornamentum, animaduerto nonnulla requiri, vt suspicio subsistat. Primò enim, quod proponatur decisio ante conclusionem causæ principalis, vt *in pragm tt.5. infra eodem tit.* quæ licèt comprehendat personas priuilegiatas, non tamen propterea huiusmodi personæ priuilegiatæ excluduntur à restitutione in integrum eis competente aduersus lapsum fatalium, vt fuisse decisum per *Sacrum Consil.* refert *de Franch. in decis.431.* Limita in suspicione de nouo superueniente, quæ dummodo clara, & euidens sit, potest opponi in qualibet parte iudicij, ita *Thoming. in decision.229. par.2.* idque fuit pariter decisum per pragmat. Ducis Ossunæ, quæ incipit, (Vniuersis, & singulis præsentium.) Secundò requiritur, vt si suspicio concernat personam actuarij debeat probari iuramento *Milanens. in decis.15. lib.1.* Tertiò quod in causis suspicionum non detur appellatio *de Franch. in decis.408.* qui ibidem declarat, num id procedat tam in decretis diffinitiuis, quàm in incidentibus, verùm licèt appellatio non admittatur, potest tamen dici de nullitate, vt fuisse in Sac. Cons. decisum refert *Tapp. in d. pragmat.4.* requiritur, vt non examinetur aduersarius in causa suspicionis, licèt bene officialis ipse *Thessaur. in decision.5.* & de aduersario extat decisum in Sacr. Consil. in suspicione proposita per Ducem Nuceriæ in personam Consil. de Ponte in causa vertente inter Marchionem Fuscaldi, & d. Ducem, refert *nouiss. in pragmatica nostra.*

COLLECT. 771.

Super l. exceptiones, ff. de exceptionib.

EXceptio quæ competit principali, fideiussori quoque competit, h.d. Ex quo infertur primò, quod fideiussoris obligatio accessoria est ad illam principalem *Balb. in dec.31. p.1.* Infero secũdò, quod fideiussore existente soluendo non potest carcerari principalis, pulchra, ac omnino videnda decisio *Valasc.11.* quam not. ad ampliationem doctrinæ *Bar. in l.3. §. tutores ff. de suspectis tutoribus, supra firmatam Reg. tex.* Limita primò in beneficio *c. Odoardus de solutionib.* quia non porrigitur ad fideiussorem clerici, vt fuit decisum in Curia Archiepiscopali Neapol. *Ego in decis.121. eiusdem Curiæ,* cuius decisionis ratio fuit, quia cùm præfatum beneficium sit personale, propterea non extenditur. Limita secũdò, in beneficio cessionis bonorum, quæ principali cõpetit, quia fideiussori non conceditur *Balb. in decis.521. par.5.* quam not. *ad text. in §. fi. de exceptionib. inst.* Limita tertiò in casu decisionis Senatus Sabaudiæ, de qua per *Anton. Fab. in decis.1. C. de fideiussore minoris*, vbi fuit dictum, quod beneficium restitutionis in integrũ, quæ minorib. competit, non porrigitur ad eorum fideiussores, intellige tamen, quando non alia contemplatione fideiussit, nisi vt creditoribus cautum sit, vt voluit *Balb in decis.15. & idem Faber. cit. decision.* Limita quartò, in casu *eiusdem in dec.6. C. ad Velleianũ*, vbi exceptio Velleiani, quæ mulieri competit, fideiussori non prodest, quam not. ad ornatum *text. in l. mulieres, C. eod. tit.* Limita quintò in exceptione declinatoria fori, quæ competit clericis, quia non porrigitur ad laicos

laicos eorum fideiussores, vt pluries in quamplurimis Italiæ Tribunalibus decisum restatur *Rot. Lips in decis.* 90. præsertim Neapol. vt pulchrè per *Afflict. in decis.* 206. *Germa. Mynsing. centur.* 1 *obseru.* 15. *Sabandiæ* refert *Ant. Fab. in decis.* 1. *Franciæ* testatur *Guid. Pap. in decis.* 561. & est receptissima opinio apud Decisionarios. Limita sextò in exceptione executionis sententiæ, quæ si lata est contra principalem, non potest exequi contra fideiussorem sine nouo processu, intellige tamen iuxta distinctionem *Guid. Pap in decis.* 26. quam nota *ad Bart. in l.* 1. *iudicatum solui.* Limita septimo in dilatione quinquennali, quia non competit fideiussori, *Barz. in decis.* 77.

Collect. 772.

Super l. societatem, §. arbitrorum, vbi Bart. ff. pro socio.

Contra sententiam arbitri licet regulariter actio non datur, habet tamen locum reductio ad arbitrium boni viri, h. d. Amplia primo licèt fuerit renunciatum arbitrio boni viri, & reuisionis ipsius, cum pœna, quia nihilominus potest recurri absque metu pœnæ, si grauis læsio prætendatur, ita *Guid Pap. in dec.* 519. *Balb. in decis.* 158. *Magon. in deci Lucens.* 98. *Papon. lib.* 6. *ti.* 3. *arrest.* 1. & ad mat. *Boer. in decis.* 284. Amplia secundo, vt nec iuramentum firmet, hanc renunciationem per rationem, quam scribit *idem Guid. Pap. in dec.* 519. ad quam vide *Ioseph Lud. in decision. Lucens.* 27. *Cass. ad in decis.* 1. *de empt. & vend. Capell. Tholos. in decisio.* 168 *DD. de Rot. in decisio.* 2 *de arbitris.* Limita ampliationem obtenta absolutiona, vt in terminis *Borgnin. in decis.* 9. *de iudiciis.* ad quam vide pariter *Ludou. in decision. Lucens.* 48. Amplia tertiò, vt petens laudum rescindi, non censeatur contrarius reductioni ad arbitrium boni viri, *B. llam. in decis* 299. Amplia quartò, vt compromittens si sit læsus, nedum reductionis beneficium habeat, verum etiam possit recurrere ad remedium *l.* 2. *C. de rescind. vend.* vt refert decisum *Mynsing. cent.* 1. *obser.* 33. Amplia quinto etiam si læsus esset in sexta parte debiti, vt pulchrè animaduertit *Guid. Pap. in cit. decis.* 519. *& Ioseph. Lud* 27. *Rot. Lucens.* Amplia sexto, vt etiam à sententia nulla peti possit. *Magon. in decis. Lucens.* 98. Amplia septimo, vt reductio hæc peti debeat coram Iudice rei *Mynsing. obser.* 61. *cent.* 3.

Collect. 773.

Super l. 1. *C. de arbitris.*

A Sententia arbitri non datur appellatio, quia ex ea actio non oritur, h. d. Limita primò in reductione ad arbitrium boni viri, quæ similis est appellationi, *Affl. in decis* 51. *Franc. Marc. in decis.* 151. *par* 2. Limita secundo in casu *decis. Gayl. obseru.* 149. *lib.* 2. vbi fuit dictum, quod si Iudex ad quem remittitur vt ad bonum virum si pronunciauerit bene, vel male arbitratum à sententia poterit appellari, de cuius limitationis veritate vide *Boer. in decis* 284 *Papon. lib.* 6. *tit.* 3. *arrest.* 23. *&* 4 Limita tertio in Camera Imperij, in qua recipitur appellatio à sententia arbitri, *Mynsi g cent.* 4 *obseru* 68 Limita quarto in casu *deci. Card. Put.* 394. *lib.* 1. vbi fuit dictum quod stante appellatione à laudo, & sic vt vides præsupponit posse appellari, non potest agi ad pœnam ap-

positam in compromisso in euentum, in quem à laudo foret appellatum. Limita quintò vbi laudum contineret enormissimam læsionem, vel iniquitatem manifestam, nam tunc admittitur appellatio, etiam si cum iuramento sit compromissum, vt decisum refert *Gayl. obseru.* 150. *lib.*1. quæ autem dicatur enormis læsio, seu iniquitas, vide optimam *Guid. Pap. decis.* 253. Limita sexto, vt hodie admittatur appellatio cùm ad instar iudiciorum redacta sint arbitria, vt refert decisum in Senatu Sabaudiæ *Anton. Fab. decis.* 6. *C. de arbitris*, qui pariter refert decisum, quod si elapsum fuerit tempus appellandi tacitè censetur consensum fuisse arbitrorum sententiis. Amplia limitationem hanc in casu *decis. eiusdem* 8. *eod. tit.* vbi fuit dictum, quod etiam arbiter attentare dicitur, si in spretum appellationis aliquid innouauerit. Limita septimo, in sentētia lata ab arbitris iuris, *Balb. in decis.* 129. quam not. ad text. *in terminis* hoc decidentem, *in cap. ab arbitris, de offic. delegat.* & videas pariter *Mynsing centur.* 4. *obseru.* 68. & vide etiam *Gayl. obseru.* 33. *lib.*1. vbi optime declarat, qui tales arbitri dicuntur. Limita octauo à sententia arbitri ex necessitate statuti, vel præcepto Iudicis electi, ita decisum refert *Balb. in decis.* 466 quam reponas ad text. *in l. arbitrio, ff qui satisdare cogantur.*

Collect. 774.

Super §. si quis igitur, in Auth. de instr. fide & cautel.

Nimis controuertitur inter Decisionarios text. iste in quæst. illa si testes deponentes super recognitione scripturæ priuatæ debent deponere se fuisse præsentes, & vidisse eam scribi, & in affirmatiuam decidisse Sacrum Neapol. Cons. testatur *Affl. in decis.* 181 quam opinionem suo tempore iterum tenuisse idem Sacr. Cons. scribit *Grammat. in decis.* 84. & de alia simili decisione videndus est *Ann. alleg.* 84. *part.*1. cum qua tandem opinione Consilij Neap. concurrit *Rot. Pisan.* refert *Mart. in decis.* 45. verùm contrariam sententiam pluries tenuit Rot. Romana, vt scilicet sufficiat, quod testes deposuerint se habere notam manum, quia probant recognitionem, vt pulcherrimè testatur *Rot. diuers. in decis.* 124. *part.* 2. *Achill. de Graff. in decis.* 2. *de fide instru. Paleot. in decis.* 173. *Peregr. in decis.* 273. intellige tamen, vt hæc Rot. opinio procedat aliis concurrentibus adminiculis, de quibus per *eandem Rot. diuers. in decis.* 553 *part.*1. Intellige secundò, vt procedat tantummodo de stylo Curiæ Romanæ, vt testatur *Rot. diuers. in decis.* 570. *part.*1.

Collect. 775.

Super Pragmat. 5. §. 19. *de administr. vniuersit.*

In præsenti §. interdicitur Syndicis Electis, & Vniuersitatib. actus donationis. Amplia hunc text. vt hodie vniuersitates, & plateæ non possint se congregare pro donãdo absq; expressa licentia Proregis, vt est sancitum per pragmat. 9. incipientem Ancorche, & tenuit pariter *Guid. Pap. in decis.* 106. Nunc limita, & primo, vt possit vniuersitas donare pro remuneratione seruitiorum sibi factorum, ita decisum refert *Guerr. in decis.* 1. Limita secundò, vt non procedat in donatione quæ fieret Principi, nam illam facere possunt solùm decuriones

cutiones etiam non congregata vniuersitate, *Th. ff. in decis. 259* Limita tertio in donatione quæ fieret ab vniuersitate Baroni, vt ab eo eligatur in suam Cameram reseruatam, nam talis donatio valet, vt fuisse iudicatum per *Sac. Concil.* iunctis aulis referente *Consiliar. Theodoro* in causa *Vniuersitatu Sancti Seuerini cum Domino Ferdinando Gonzaga*, refert *Nouissimus in pragmat. 5. tit. nostro.*

COLLECT. 776.

Super Pragmat. 8. in tit. de composit.

QVibus competit successio, competit querelandi, & remittendi actio, h.d. Ex qua infero *ad decis. de Franch. 611.* vbi fuisse decisum testatur quod ad eum spectat ius querelandi ad quem spectat successio bonorum secùdùm dispositionem præfat. Pragm. & ita ille Nepos admissus fuit ad querelandum de morte Patrui, quamuis alius fuerat hæres institutus, & sic S.C. habuit pro absoluto à contrario sensu, vt cui non competit successio, nec etiam competat ius querelandi. Infero secundo *ad decis. Senatus Mediolan.* de qua per *Clar in q. 58. vers. seq. quid si inter haredes*, vbi refert bis Senatū decidisse, quod soror exclusa per fratres à successione bonorum, censeatur pariter exclusa ab eisdem à iure querelandi de morte fratris occisi. Infero tertio, *ad decis. de Franch. 512.* vbi fuit dictum, quod cùm tutori non competat ius succedendi per consequens non habet ius querelandi, ac querelam remittendi absque decreto Sacr. Concil. Infero quarto, ad pulchram *decis.* de qua per *D. de Ponte de prouis. fisci i solitis, §. quarto*, vbi refert pluries fuisse decisum, quod si soror dotata, quæ erat præsens tempore compositionis, & non querelauit, sit exclusa à iure querelandi.

COLLECT. 777.

Ad Bart. in l. quid dicitur, ff. de verbor. obligat.

EST locus originalis in illa dubitatione quando filij intelligantur vocati vti filij, vel vt hæredes, in quo dicas primò quod in antefato succedunt vti hæredes non autem vti filij, vt nouissimis temporibus fuisse iudicatum in Sac. nostro Consilio testatur *de Franch. in decis. 182.* licèt contrariam sententiam approbasse *id Sacr. Cons. tempore Afflict.* ipsemet testatur *in decis. 314. & 307.* sed possunt hæ decisiones conciliari dicendo, quod *de Franch.* loquitur attenta consuetudine Neapolit. *Afflict.* verò extra Ciuitatem Neapolis in locis, vbi attenditur ius commune, & filij succedunt etiam non hæredes, nec Patris & matris, ita *Vrsill. in cit. decis. 314. & de Franch. in d. decis. 182. nu. 14.* Dico secundò quod emphyteusis Ecclesiæ simpliciter concessa Patri, absque mentione filiorum censetur pro se, & filiis non vt hæredibus concessa, ita decidisse *Rot. Rom.* testatur *Verall in decis. 302.* Dico tertiò in Iurepatronatus Ecclesiastico succedunt vti hæredes non vti filij *Balb. in d. cis. 99.* quam nota ad ornatum text. *in clem plures, de Iurepatronat.* Dico quartò quod in donatione facta contemplatione matrimonij veniunt filij, tanquam filij, non tanquam Patres hæredes, prout ita fuisse decisum in Sacr. Concil. testatur *Molf in consil. 2. posito in Comment. ad consuetud. Neapol. num. 2. in causa D. Isabellæ de Gheuara vxoris quondam Goffredi Palagani cum*

creditoribus quondam D Francisci de Gheszara eius Patris. Dico quintò, quod Pater dum stipulatur pro se, & filiis, semper in dubio præsumitur stipulari pro filiis, vt hæredibus, ita testatur *Lanar.in consil* 89. Pro coronide huius mat. animaduertendum est, quod antefatum matri, filio præmortuo, non iure hæreditario acquiritur, sed ex iuris dispositione virtute pacti, prout fuisse decisum in Sacr.Cons. in causa Scipionis Staibani Liciensis, referente Consiliar. *Vespulo* refert *Ann.in cons.* 74.

Collect. 778.

Super l. hoc iure, § .ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æstiu.

PRæscriptio immemorabilis habet vim tit. h. d. & legitimi titul. pulchrè *Verall in decis.* 355. *par.* 2. habet secundò effectum vt loco priuilegij habeatur *Osasch. in decis. Pedem.* 95. *nu.* 14. *Afflict. in dec.* 254. Tertio habet vim constituti *Papon.l.*12.*tit.*3.*arrest.*3. & aliquid per *Afflict. in decis.* 239. *in fin.* Quartò, quia regalia possunt præscribi per tempus, cuius initij memoria non extat *Balb. in decis.* 29. Limita in regalibus, quæ sunt in signũ vniuersalis dominij, & subiectionis, quæ imprææscriptibilia sunt *Franc Marc. in dec.* 234. Quintò quia Princeps non potest restituere aduersus præscriptionẽ immemorabilem, *Ego in decis. Cur. Archiepisc.* 29. Sexto quia contra Principem potest tali præscriptione pręscribi, ita *Osasch. in decis.* 56. Septimò, quia clausula, nulla præscriptione obstante, non excludit præscriptionem immemorabilem *Papon lib.* 3. *arrest.* 4. & aliquid per *Afflict. in decis.* 254. *num. fin.* Amplia etiam si lex tolleret quamcunque præscriptionem, vel si adesset clausula, non obstante quacumque præscriptione, *Guid. Pap. in decis.* 409. Octauò, quia inuestitura præsumitur obtenta à Domino, quando quis per id tempus fuit in possessione bonorum, *Thess. sil. in decis.* 27. *part.* 2. Nonò effectum habet, de quo per *Anton. Fab. in decis.* 5. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *ann.* vbi præscriptio immemorabilis, siue centum annor. nunquam censetur exclusa, præterquàm in casibus à iure expressis. Decimò, quia præscribitur 100. ann. spatio annua pensio, *idem in decis.* 19. *tit. cit.* quod amplia procedere etiam si essemus in legato pensionis annuæ ad pias causas, *idem in decis.* 20. *eod. tit.* supradicta omnia limita multipliciter, vt per *Papon. lib.* 2. *tit.* 3. *arrest.* 10.

Collect. 779.

Super l. fin. C. de exceptionib.

EXceptio Judicis incompetentiæ debet opponi ante litem contestatam, h.d. & ratio est, quia aliàs videtur consentire in Judicem, *Anton. Faber in decis.* 2. *Cod. de Iudiciis*, hinc est, quod semper Judicis recusatio debet proponi ante litem contestatam *Franc. Marc. in decis.* 725. *Mynsing obseru.* 59. *centur.* 4. *Andr. Gayl. obseru.* 38. *nu.* 11. *lib.* 1. quam *ad gloss celebrem in l. cùm specialis, Cod. de iudiciis*, reponas, aliàs semel Judice approbato non admittitur recusatio, *Papon. lib.* 7. *tit.* 9. *arrest.* 13. Limita ex causa, quia tunc etiam si semel approbatus fuerit, recusari poterit, vt refert *in Rot. decisum Verall. in decis.* 191. *part.* 2. *& idem in decis.* 7. *part.* 3. *& Mynsing. obseru.* 59. *centur.* 4. *Lanfr. Bal. in decis.* 110. Limita secundo, si illa superuenisset post contestatam litem, *Gayl. obser.* 33. *lib.* 1. Limita tertiò nisi exceptio redderet iudicium retro nullum, aut funditus eradicaret iurisdi-

iurisdictionem Iudicis *Balb. in decis.* 67. Limita quarto in rustica muliere, & milite, quibus licitum est ob iuris ignorantiam Iudicis suspecti recusationem post litem contestatam proponere, *Ego in decis. Curiæ Archiepiscopalis 91. par. 2.* Animaduertẽdum tamen est pro huius mat. ornamento, quod vbi Iudex opposita fori declinatoria se ingerit contendendo pro suâ iurisdictione, ac si esset pars, non potest tanquam suspectus cognoscere, an sua sit iurisdictio *Balb. in decis.* 259. Idem est quando notorium est illum non esse Iudicem competentem, & in aliis casibus, de quibus per *Anton. Fabr. in decision. fin. C. de appellat.*

COLLECT. 780.

Super l. omnes, C. de præscrip. 30. ann.

Actiones omnes tam personales, quàm reales præscribuntur spatio 30. ann. h. d. & ita *Afflict. in dec.* 13. *& Rot. Genuen. in decis.* 20. *&* 203. quemadmodum eodẽ tempore præscribitur conditione *ex l. idem in decis.* 139. Item iuri petendi executionem alicuius decreti *Cartar. in decis. Bo. Genue.* 124 *Afflict. in decis.* 145. *& Achill. de Grass. in decis.* 5. *de sententia, & re iudicata.* Iterum Iuri implorandi officium Iudicis nobile *Balb. in decis.* 99. Item omnis actio personalis *Mohed. in decis.* 145. Item facultati dicendi testamentum nullum præscribitur spatio 30. ann. *Pap. lib.* 12. *tit.* 13. *arrest.* 6. Item ius agendi ad supplementum legitimæ *Mohed. in decision.* 5. *de præscript.* Item ius adeundi hæreditatem ex testamento præscribitur spatio 30. annorum *Card. Pute. in decis* 54. *lib.* 3. quod amplia procedere etiam hærede ignorante & tunc potest agi iudicio possessorio hæreditatis *Osasc. in decis.* 56. *nu.* 7. *& sequen.* & quid de communiori inter duas vniuersitates sine Regio assensu *Afflict. in decis.* 254 Item officium Iudicis nõ præscribitur nisi spatio 30. ann. *Guid. Pap. in decis.* 416. Infertur quod dictio, quandocũque, non excludit præscriptionem 20. annor. etiam si esset adiectum iuramentum *Boer. in decision.* 182. Item socius possidens rem communem insolidum præscribitur spatio 30. ann. *Papon. lib.* 12. *tit* 3. *arrest.* 7. Item iuri retrahendi, & non currit, nisi à die scientiæ *Ioseph. Lud. n. in decis. Lucens.* 52. Item ius inuestiẽdi præscribitur spatio 30. ann. *Papon. lib.* 12. *tit.* 3. *arrest.* 13. Item spurius præscribit bona paterna 30. ann. spatio *Valasc. in decision. Lusitania* 111. Item quanto tempore pręscribat Vasallus aduersus Dominum vide *Boer. in decision.* 181.

COLLECT. 781.

Super §. nos igitur, in Authen. de testament. imperfect.

Testamentum factum inter liberos valet absque solitis sollemnitatibus, dummodo Pater scribat diem, & nomen hæredis, h. d. Quod amplia primo procedere nedum in testamento in scriptis, verùm etiam in nuncupatiuo *Gayl. obseru.* 112. *lib.* 1. Amplia secũdò, vt in eo valeant fœminæ deponere *Boer. in decision.* 240. Amplia tertio, vt cæci testamentum inter liberos minorẽ sollemnitatem requirat *Balb. in decision.* 29. & aliquid per *Boer. in d. dec.* 240. *nu.* 2. *Ioseph. Lud. in decis Perus.* 2. *nu.* 34. Amplia quartò, vt legatum ex minus sollemni voluntate relictum, liberis vel piæ causæ debetur *Rot. Auen. in decision.* 87.

Amplia quinto, vt tale testamentum nedum sustinetur inter liberos, verũ etiam inter Nepotes, & nepotes ex filio *Boer. in decis. 241.* Nunc limita & primò quando solum ratione solemnitatis tale testamentum esset imperfectũ, secus si voluntaris *Gayl. d. obser. 112.* & aliquid per *Boer. in decis. 240. nu. 4.* Limita secundò in filio naturali cui beneficium huius §. non est concessum *de Franc. in decis. 399.* & aliquid per *Boer. in cit. deci. num. 11.* Limita tertio, quando huiusmodi testamẽtum magnam contineret inæqualitatem *Card. Pute. in dec. 431. li. 1.* Limita quartò in casu, vbi non esset coram testibus publicatum *Card. Put. in decis. 97. lib. 3. Crescent. in decis. 3. de testamentis.* quam *ad tex in l. ex ea scriptura, ff. de testam.* reponas, quod amplia procedere etiam in testamento ad pias causas condito *Guid. Pap. in decis. 517.* & facit *Mynsing. obseru. 28. cent. 2. & Achill. de Graff. in decis. 1. de test.* Amplia tamen hunc text. procedere, etiam si alius scribat & Pater subscribat *idem Card. Put. in decis. 235. par. 1.*

COLLECT. 782.

In c. videtur, qui matrimonia accusare possint.

CONsanguinei, & affines admittuntur in testimonium in causa matrimoniali, h. d. Et propterea infertur, quod matris testimonium admittitur in matrimonio per filium contrahentem *Balb in decis. 22.* quam *ad text. in c. super. de testibus* reponas. Amplia vt parentes admittantur etiam inuitis coniugibus *Alex Raud. in decis. 90.* Intellige si pro eorum proprio interesse compareant *Achill. de Graff. in decision. vni. qui matrimonia accusare possint.* Limita tex. quando adest disparitas inter coniuges, quia tunc parentes non admittuntur, ita decidendo animaduertit *Triuis. in dec. 10. part. 1.* & ita intelligi debet *text. in c. super. de t. stibus.*

COLLECT. 783.

Super Extrauag. Execrabilis de simonia.

QVæ quatuor pœnas infligit cõtra retinentes plura beneficia curata, primò quia ipso iure sunt omnib. priuati. Secundò quia sunt inhabiles ad Sacros ordines. Tertiò ad quæcumque beneficia Ecclesiastica. Quarto ipso iure beneficia illa esse Sedi Apostolicæ affecta, & ita *Thoming. in decis. 29.* Circa quem text. de vnica quæstione contingit dubitare, scilicet an execrabilis spoliatus veniat restituendus, & dicas affirmatiuè, si ex actis constet illum execrabilem, ita *Caputaq. in decis. 325.* & ratio est, quia decretum irritãs appositum in d. extrauag. inficit titulum, & possessionem *Rot. decis. 17 de restit spolia. in antiq. Bisig. et. in dec. 1. eo. tit. B. lla. in dec. 536.* & aliquid per *Cassador. in decis. 3. de rescrip.* Ratio secũda est, quia quando constat notoriè de non iure agentis spolia non restituuntur *Rot. dec. 13. de restitut. spoliat. in antiq.* nec spoliator admittitur ad probandum execrabilitatem ad excludendum *ead. Rot. dec. 11. de restitut. spolia. in antiquis.*

COLLECT. 784.

In c. cùm de beneficio, de prebendis in sexto.

AGitur de mat. status beneficij, pro cuius cognitione animaduertendum

uertendum ad duo; Primò, quod quando cõstat de anteriori statu beneficij illud attendi debet *Seraph. in decis.29.par.1.* quod si non probetur aliquis status antecedens, tunc sufficit vltimus status, vt fuit dictum in vna *Regien. Decemnalis prioratus 5. Maij 1586.coram Pamphilio.* Hinc est quod ad effectũ validitatis impetrationis, & collationis sufficit vltimus status, & vltima possessio, *Card. Puteus in decision.2.lib.3. Cæsar.de Graff.in decis.4. deprobat.* quas *ad text. in cap. querelam, de electione* reponas. Animaduertendum secundo, quod beneficij status mutatur spatio 40.annor. *Card. Put. in decision.138.lib.1.*& habetur in text. nostro; verùm, vt procedat nonnulla concurrere habent. Primo, quod ille qui possidet beneficium, illud habeat titulo institutionis, vt fuit decisum in vna *Perusin.s.beueniatu 19.Martij 1589.coram Pamphilio.* Secundo requiritur, quod collationes sint factæ ab eo, qui habet potestatem mutandi statum illius beneficij, *Bellam.in decis.715.* & fuit dictum in vna *Florentina commenda 25. Iunij 1589. coram Comitulo*, hinc est quod beneficij statum non mutat prouisio Papæ *Achill de Graff.in decis 13. de Iurepatron. Caputaqu.in decis.180.par 3.Card.Pute. in decision.7. de Iurepat.* & fuit dictum in vna *Imolen.Iurispatr.20.Martij 1593. coram Pamph l o*, & nullus Prælatus inferior Episcopo potest mutare statum beneficij, *Balb. in decis. 22.* verùm in probanda qualitate beneficij, quando non constat de contrario, multum deseruiunt prouisiones Papæ, quæ, etsi non mutant statum illum tamen declarant, & corroborant *Thoming.in decis.99. par 1.* & fuit dictum in vna *Iordonen. prioratus 5. Maij 1595.coram Orano.* Tertio requiritur bona fides. *Ego in decis. Curia Archiep. Neap. 29.*

COLLECT. 785.

Super l.quid Nerua ff.depositi.

Lata culpa dolo æquiparatur, h. d. ad cuius mat. ornamentum notãdum quod culpa multis modis dici potest, & primo quod magna negligẽtia dicitur lata culpa, quæ etiam dolo æquiparatur *Guid. Pap. in decis. 473.* quam not. ad *l.magna negligentia, ff.de verb.signif.* Item culpa dicitur deuiatio ab ea diligentia, quã adhibent homines diligentes eiusdem conditionis, & professionis *Ioseph. Ludou. in decis. Lucens.10.* & culpa arguit eum, qui non fecit quod sibi ipsi similes fecissent licèt non præsumatur, nisi probetur, *Afflict.in decis.13.* ideò debet probari ab eo, qui illam proponit, *Cappell.Tholos.in dec.346.* Item mala electio est in culpa, *Ioseph.Ludou.in dec. Lucens.22.* quam not. ad *l.quia tam, ff. commodati.* Item dicitur quis in culpa trib.modis. Primo, si nõ fecerit quod diligens fecisset. Secundo si contra pactionem fecerit. Tertio si fuerit in mora *Rot.Genue.in decis.205.* Notandum secundò, quod lata culpa in criminalib.non æquiparatur dolo, *Osasc. in decis.104.* Limita quoad pœnam pecuniariam *Guid. Pap. in dec.447.* & culpa præcedens casum, punitur, vt voluit *idem Osasch.in dec.104.*

COLLECT. 786.

Ad glos.c.celebrem, in clemen.1. de prebendis.

Ex præsenti gloss. vtilis sumitur conclusio, quod clausula posita

in executiuis non mutat principalem dispositionem, secus si addicitur in dispositiuis, seu in verbis proœmialibus, quia tunc semper mutat seu alterat; ad cuius Regulæ ornamentum seu corroboratione allego quatuor decisiones. Prima est Rot. Pedem. de qua per *Caber. in dec. 164.* vbi clausula adiecta in concessione feudi, scilicet ad habendum, tenendum, possidendum, & quicquid placuerit perpetuo faciendum, inducit licentiam alienandi, si fuerit posita in verbis dispositiuis inuestituræ, secus si in executiuis, & in respicientib. executionem. Secunda est *decis. Thomin. Rot. Lipsien. 9.* vbi clausula quod nõ possit reuocari posita in donatione causa mortis operatur, vt dicatur inter viuos donatio, si fuerit in proœmio posita, secus si in executiuis quã perpetuò not. ad intellectum *text. in l. quod dicitur, ff. de donatione causa mortis*. Tertia est *de Franch. Neap.* vbi secundùm cõcessum pro te, & liberis cum clausula apposita in fine priuilegij, in quo dicitur mandantes, qui respondeant tibi, liberis, & hæredibus, dicitur potius ex pacto & prouidentia, quàm hæreditarium, quia non in principio, quia induceret alterationem, sed in fine adiecta fuit. Quarta allegatur *Caber. in decision Rot. Pedemont. 163.* vbi refert Senatum cum eadem distinct. transiisse in causa concessionis feudi, cum insertione clausulæ tanquam francum.

COLLECT. 787.

Super clausi. Decreti irritantis.

HÆc clausi. nonnullos habet effectus, Primus est, quia inficit titulũ, & possessionem, adeò vt spoliatus non sit restituendus, *Bellam. in dec. 536. Balb. in dec. 22. Cassad. in decis. 7. n. 3 de regulis Cancellariæ, & idem Cassad. in dec. 1. de causa possessionis, & proprietatis, Verall. in dec. 15. p. 3.* Secundus, quia refertur ad proximam, & præcedentem eo immediatus dispositionem, *Boer. dec. 119. nu. 5.* Tertius, quia ligat etiam ignorantes *Cassad. in decis. 7.*

COLLECT. 788.

In l. si vinum, ff. si certum petatur.

INteresse quanti plurimum debetur, h. d. Intellige à die moræ commissæ *Ant. Fab. in dec. 9. C. de vsuris*, & ratio est, quia sine mora interesse nõ debetur, *Rot. Genue. in decision. 137. & 139 61. & in decis. 192.* Aliquid per *de Franch. in decis. 23. & Caual. in dec. 10. de cõtractib. par. 2.* & quomodo creditor debet formare articulos, ac probare, vide per *Rot. Genue. in decis. 117.* Intellige secundò, vt non attendatur istud interesse in carestia immoderatè, vt decidit *Carroc. in decis. 35* & ratio est secundum *Ga z. in decis. 9.* quia non debet attendi tempus immoderatæ carestiæ. Intellige tertio secundùm casum *decis. Ant. Fab. 26. C. de vsur.* vbi fuit dictum, quod frumenti mutuò dati æstimatio, quanti plutimi præstanda quidem est à die litis contestatæ, sed non accessiones eius æstimationis, quia stricti iuris contractus est; ad mat. vide *Afflict. in decis. 316. & Annam, cons. 65.*

COLLECT. 789.

Super gl. magistra. in Clem. beneficiorum de decimis.

CIrca quintum quæsitum glo. tenet Cappellanias esse verè, ac pro-

propriè beneficium Ecclesiasticum, quia sic sunt per Episcopum ordinata *c. quæsitum 1. q. 3.* Tu verò dicas cõtrarium. Primò, quia pactum factum ratione talis Cappellaniæ sine Papæ authoritate non inducit Simoniam *Rot. diuers. in decis. 365. p. 2. Verall. in dec. 356. part. 2.* & ita resoluit *Rot. in vna Calaguritana Cappellania de Grabalos.* Secundò, quia talis cappellania posset obtineri à laico, vel fœmina, nisi voluntas fundatoris contrarium declararet *Rot. diuers. decision. 265. part. 2. & in dec. 264. num. 1. & 182. par. 1.* Tertiò, quia non requiritur ætas 14. ann. quæ requisita est ad obtinendum beneficium Ecclesiasticum, iuxta terminos *Conc. Trid. sess. 21. cap. 11* & ita declarauit Sacr. Congregatio Concilij vt refert *Rot. in decision. 482. par. 1. diuers.* Quartò, quia ratione talis Cappellaniæ non tenetur quis ad recitationem officij *Sayr. in d. cis. 1. de religiosis domibus.* Quintò, quia fundator beneficij, licèt non possit postea aliquid immutare absque consensu ordinarij, *Caputaq. in dec. 290. part. 2.* secus tamen in Cappellaniis. *Ego in decis. Curia Archiep. Neapol. 13* Sextò, quia potest laicus patronus illũ conferre, si testatoris voluntas ita voluerit, *Guid. Pap. in decis. 187.* Septimò, quia non potest quis ad titulum illius tanquam ad titu. beneficij ad sacros ordinare, *Thoming. in decision. 29.* quam ad limitationem *cap. non licet, de præbendis*, reponas. Limita in eo qui obtinet Capellaniam in Cappella Papæ, quia ad illius tit. poterit ordinari, *Sayr. in dec. 59. de temporib. ordinat.* Octauò, quia Episcopus in talibus Cappellaniis ius instituendi, seu destituendi, nec visitandi, nec aliud ius Diœcesanum habet *Farinac. in decis. 31.*

COLLECT. 790.

Super glo. in l. precibus, C. de impuberum, & aliis substit.

SVbstitutio cõpendiosa facta verbis communibus, & per verbum substituo valet omni tempore, vt fideicommissaria, hoc dicit, & ita *Balb. in decis. 21.* & malè existente in medio semper iudicatur fideicommissaria, *Afflict. in dec. 367.* Quod amplia etiã si à matre fieret substitutio compendiosa filio, seu impuberi, siue puberi, *Cappel. Tholos. in decisi n. 81.* Amplia secundò, vt præfata substitutio nõnullas sub se cõtinet substitutiones, nam si fieret pupillo pupillarem, & vulgarem continet, item, & fideicommissariam post pubertatẽ, si verò fieret extraneo, vel puberi contineret vulgarem, & fideicõmissariam, ita *Franc. Mar. in dec. 172. p. 2.* quamuis compendiosa verbis directis non possit fieri puberi, secus si fieret per verbum cõmune, *Guid. Pap. in decis. 534.* Amplia tertiò, vt substitutio compendiosa facta à Pagano per verbum commune substituo, quandocumque continet etiam vulgarem; ita *Franch. Marc. in decis. 78. p. 2.* quam nota *ad text. in l. verbis ciuilibus, ff. de vulgari & pupillari.* Item substitutio hæc continet etiam casum impotentiæ, *Cresc. in decis. 1. de testamentis.*

COLLECT. 791.

Super l. affectionis, ff. de donationibus.

REgulariter meretricibus donari potest, h.d. Limita primò in clerico *Balb. in decis. 337.* Sublimita pro benemeritis, & seruitiis, quia tunc potest Clericus suæ Concubi-

næ donare, ita *Afflict. in decis.* 102. & *Capyc. in dec.* 102. licèt in dubio nō sit standum assertioni de meritis, factæ per Clericum donantē Concubinæ, aut meretrici, nam aliunde merita sunt probanda, *Maynard. in decis.* 90. *li.* 2. Limita secūdò in Doctore *Garc. in decis.* 29. quam amplia procedere etiam in Licentiato arg. *dec. de Franc.* 111. & ratio est, quia de proximo doctorādus pro Doctore habetur, *Thomin. in decis.* 19 quam not. ad *tex. in l. fi. ff. de testamento militis.* Limita tertiò principaliter in casu *dec. Capp. Tholos.* 141. vbi fuit dictum, quod adulter in testamento suo non potest Adulteræ donare. Limita quartò, in milite, qui pariter suæ concubinæ donare prohibetur, *Papon. li.* 3. *arrest.* 3. *tit.* 18. quā not. *ad text. in l.* 2. *C. de don. inter virum, & vxorem.* Sublimita stante iuramento, quia eius virtute confirmatur donatio, ita *Thessau. in decision.* 111. Limita quintò in militibus in prœlio, ac in continuo exercitu existentibus, ita *Anton. Gama in decision. Rot. Lusit.* 365. tandem ad huius l. ornamentum vide *dec. Fran. Viu. Aquilan.* 195.

Collect. 792.

In l. vt vim. ff. de Instit. & Iure.

VIm vi repellere licet, h.d. Amplia etiam alium occidendo *Maynar. in decis.* 21. Intellige adhibito inculpatæ tutelæ moderamine, quod quidem attenditur secundùm periculum illius, qui ab iniecta iniuria defenditur, siue seipsum, siue alium defendendo, *Sayr. in dec.* 39. *de homicidio.* Amplia secundò in casu eiusdem *in dec.* 14. *de homicidio.* vbi fuit dictum, quod occidens se defendendo cui fuga fuisset iniuriæ, & dedecori non peccat. Amplia tertiò, vt liceat aggressorem ad sui defensionē necessariam præuenire, *Maynard in dec.* 23. *li.* 2. Intellige quando is statim sine mora esset aggressurus, secus si ex interuallo, quia tunc multis aliis modis, puta me absentando, vel non exeundo domo, aut in locum tutum recipiendo mortem effugere possum, *idem Sayr. in dec.* 41. *de homic.* Amplia quartò, vt homicidium in dubio iudicari debeat subsequutum fuisse potius ad defensionem, quàm ad vindictam, *Cæsar. de Barz. in dec. Ro. Bono.* 181. Amplia quintò in casu *decisionis eiusd.* 181. vbi fuit dictum quod si aliquis fuit percussus, si in aduersariū percutiendo modum excesserit ad sui necessariam defensionem fuisse censetur.

Collect. 793.

Super l. filiusfamilias ff. de donat.

FIliusfamilias donare non potest, h.d. Amplia primo, vt nec rem, quam Pater sibi donauerit *Ann.* qui refert decisum *in alleg.* 73. *p.* 2. Amplia secundo etiam in bonis maternis *de Fran. in decis.* 71. Amplia tertio procedere etiam in bonis aduentitiis, in quibus vsusfructus patri acquiritur, *Balb. in dec.* 39. Amplia quarto, vt talis donatio non firmatur iuramento, *Ant. Fab. in decis.* 6. *C. de donat.*

Collect. 794.

Super l. quid si nobis, § assidua, ff. de aedilitio edicto.

STylus nonnullos habet effectus. Primò, quia sententia lata contra stylum est ipso iure nulla, *Guid. Pap. in decis.* 292. Secundò, quia potest tollere sollemnitatem citationis

Osasc.

*Osasc.in dec.*22. Tertiò, quia potest allegari ad decisionem causarum, *Capp. Tholos.in dec.*115. Quartò, quia potest allegari pro iure siue tendat ad litem ordinandam, siue decidẽdam, *Afflict. in decis.*253. *Guil. Pap. in dec.*198 *& Rot. Genue.in decision.*206. Quintò, quia semper attendi debet *Maynard.in dec.* 11. *Cappel.Tholos. in decis.*115. Sextò, quia filius est legitimus interpres statutorum, seu decretorum, *Guid. Pap. in dec.*50. Septimò, quia hypotheca omnium bonorum solita poni cẽsetur apposita si fuerit omissa *Boer. in decis.* 182. Idem in clausula constituti *de Benint.Rot.Bonon. in decision.*30. nam illa quæ sunt de stylo quotidiano habẽtur pro expressis, *Boer.in decis.*117. & consueta habentur pro expressis licèt nil de illis actum est, *Rot.Genue.in dec.* 16. Octauò, quia dispositio hominis, seu legis intelligenda est, prout de stylo solitum est fieri, *Card. Put. in decis.*353.*lib.*3. Nonò, quia Notarius simpliciter rogatus, intelligitur rogatus apponere clausulas consuetas, *Valasc in decis.*119. & aliquid per *Capyc.in dec.*159. *Gram.in dec* 61. *Rot.Genue. in decis.*16.13. quia quando dubitatur de stylo alicuius Curiæ potest Iudex se informare nemine citato *Rot.Genuen. in decis.*106. & aliquid per *Magon in decis Lucan.*87. an autem stylus loci contractus vel iudicij, in cuius territorio bona sunt sita debeat attendi, vide *Guid.Pap.in decis.* 262. De stylo autem Curiarum vide plenè per *Ioseph. Ludou. in decis.Perus.* 96. *& Lucan.*36. & an stylus Iudicis delegantis attendendus sit, vide *Franch.Marc.in decis.*666 *p.*2.

COLLECT. 795.

Super l.1.C.de crimine sacrilegij.

AD ornatum huius tex. animaduertendũ, sacrilegium nil aliud esse, nisi sacræ rei violationem, secundùm *Peguer. in decis.*24. ex qua infertur non committere sacrilegium illum, qui monialem conuersam nondum tamen professam carnaliter cognouit, *Thom. Triuis. in decis.Rot.Venet.*57. *p.*2. & ratio est, quia adhuc sacrata non est secundùm *Balb.in decis.*29. licèt aliter dicendum, si sacratam cognouisset iuxta terminos *dec. Pedem. apud Caher. in decis.*103. quamplurimum confert ad intellectum *c.de virginibus* 27. *qu.*1. tamen nonnulli ausi sunt asserere sacrilegium dici pariter etiam, si in laicum quis irruerit, dum tamen hoc intus Ecclesiam attentatum fuerit, & sic locum sibi vendicaret dispositio *tex.in l.si quis in hoc genus, Cod.de episc.& cler.* prout *de Franch. in decis.*402. *Balb.in decis.*313. *Thoming. in decis.*59. hinc fit secundò, quod sacrum de sacro auferens est sacrilegus *Capp.Tholos. in decis.*274. *Papon. lib.*24 *tit.*10. *arrest.*3.*&* 4. Animaduertendum secundo, quod crimen sacrilegij nonnulla habet specialia. Primò, quia non gaudet immunitate Ecclesiæ, *Cappel Tholos. in decis.* 422. *& de Ponte in decis.* 14. Secundò, quia est crimen misti fori, & propterea in eo locus est præuentioni, *Ant.Fab.in dec.*1.*C.de Crimine sacrilegij.*

COLLECT. 796.

Super c.cum pridem, de pactis.

BEneficiorum collatio debet fieri purè, non conditionaliter, hìd. cum *gloss.in cap.de electionibus, de electione in* 6. Ex quo infertur primò, quod non valet beneficij collatio facta clerico sub conditione, quod illud

trat seu resignat liberè, cùm sit ei aliud pinguius beneficium ...h.in dec. 13. Infertur secundò, quod non potest ordinarius in collocatione exigere iuramentum à collatore de non resignãdo cum pensione nec in fauorem alicuius *Sayr. in decis. 1. vt Eccl. siastica beneficia.* Infertur tertiò, quòd præsentatio ab vno ex patronis laicis facta sub conditione, vt præsentatus aliquid soluat, vel eroget etiam in vtilitatem Ecclesiæ est simoniaca, *Crescen. in decis. de simonia* quam nota ad limitationem Consilij Decij 128. licèt in eius fundatione quæuis conditio addici posset *de Amat. Rot. Marchia in decis. 4.* Infertur quartò ad resignationem, quæ fit coram ordinario, quæ debet esse simplex, libera, & absque conditione *Garz. in dec. 3.* Infertur quintò, quod non valet collatio, & vt simoniaca reprobatur facta cum onere legendi sacram scripturam, *Vitall. in decision. 241. p. 3.* Limita nisi appareret, quod in fundatione, vel ante collationem huiusmodi onus adiectum esset *Caputaquens. in decis. 241. part. 1.* Infertur sextò, quod collatio beneficij cum pacto, vt dimidium fructuum alteri detur est simoniaca *Sayr. in decis. 21. de simonia.* Infertur septimò, quod simonia committitur Episcopo dicente, conferam tibi tale beneficium, si tu mihi 20. impensas pro alendo prædecessorem, *Idem in decision. 74. eodem tit.*

COLLECT. 797.

In l. si fortuito, ff. de incendio, ruina, & naufrag.

SI fortuitò incendium factum sit venia meretur, h. d. Et num si alicuius culpa factum præsumitur, vide *dec. Ioseph Lud. Rot. Perus. 15.* hinc est, quod statutum, quod Villa tenetur resarcire damna per incendium illata valet, & Valla tenetur virtute huius statuti, licèt ignoretur origo incendij, *Mag. n. 1 i decis. 24. Rot. Florent.* indicia verò à quibus incendium præsumatur immissum, habes per *Thess. in decis. 14* hinc fit, quod conductor propter incendium ad damni emendationem non tenetur, nisi constet de culpa ipsius *Gayl. obseru. 21. lib. 2* & ratio est, quia incendium connumeratur inter casus fortuitos, & ad hoc vt conductor ad illud teneatur necesse est, quod locator probet determinatam personam, *Magon. in dec. 111. Rot Floren* nec tenetur de incẽdio commisso in domo culpa aliorum *Papon. lib. 2. tit. 11 arrest 1.* & licèt non sit infligenda pœna corporalis pro incendio, vbi casu fortuito interuenit, incendiarius tamen tenetur ad damni æstimationem *Franch. Marc. in decis. 61.* & vt ab incendio quis excusetur quid probari debet vide *Afflict. in dec. 57.* nec in hoc casu dominus tenetur ex facto familiæ, *Gram. in decis. 9. Magon. in dec. 11. And. Gayl. obseru. 21. lib. 2.* & quod quando casu fortuito sequutum sit non tenetur vide *decis. Mynsing. cent. 6. obser. 88.* & vide *Franc. Marc. in decision. 421.* De pœna autem incendij, vide *eundem Mar. in decis. 154. par. 2. & in decis. 417. Gayl. obser. 22. li. 2. Rot. Auen. in decis. 74. Ioseph. Ludou. in decision. Peru. 29. Gram. in decis. 9.*

COLLECT. 798.

Super c. ex insinuatione. de procurator.

BEneficia Ecclesiastica sunt clericis conferenda, non autem laicis,

cis, h.d. & ratio est, quia laicus est incapax spiritualium *cap. causam de praescrip*. Amplia primò, quamuis ille cui confertur beneficium, incederet in habitu, & tonsura, & reputaretur clericus, quia si adhuc constat de veritate non teneret collatio beneficij, vt fuit resolutū in *Ro.* 13. *Decembris* 1547. *teste decis. Peregrin.* 57. *lib.* 1. *in manuscripta*, quæ decisio non caret contradictoribus, quia adest glos. & alia Rot. decisio contrarium tenentes: glos. est in *c. fin. in fine de institutio. decisio Rot. est de probat. in antiqu.* vbi clarè dicitur, quòd collatio facta clerico non incedenti in habitu, & tonsura sit valida. Amplia secundò, vt nec talis collatio sustinetur, licèt statim post illam clericus efficiatur, nam cum fuerit ab initio ipso iure nulla non cõualescit *Balb in decision.* 29. & *cit. decis. Peregrini* 57. *lib.* 1. Amplia tertiò, vt procedat etiam in clericis coniugatis, quia quamuis potiatur priuilegio can. & fori quò verò ad collationem beneficij habetur pro mero laico, *Ego in dec. Curiæ Archiepiscopalis Neapol* 99. Nunc limita & primò quando Papa dispensauerit, quia ex Papæ dispensatione laicus potest tenere beneficium, vt in propriis terminis decidit *Verall. in dec.* 138. *part.* 2. *& in decis.* 24. *part.* 3. Limita secundò si laico fuisset concessum beneficium, sed in sustentationem, concurrentibus Ecclesiæ vtilitate, & seruitiis factis *Seraph. in decis.* 12. *par.* 1. Limita tertiò quando verè beneficia non sunt, vt in Cappellaniis iuxta decisio. *Guid. Pap.* 177. Limita quartò in casu *Cresc. in decis.* 4. *de præsump.* vbi fuit dictum, quod collatio Papæ facta eadem die, qua quis electus fuit clericus, in dubio præsumitur collationem subsequutam fuisse clericatum.

Collect. 799.

In l. 1. *& 2. ff de donat. inter virum, & vxor.*

DOnatio inter virum & vxorem prohibetur, h.d. Amplia primò, vt nec vxor potest donare filiis, vel filiab. mariti ex alia vxore *Papon. lib.* 11. *tit.* 1. *Arrest.* 3. Amplia secundò, vt prohibitus donare non potest cõfiteri in alio contractu *Cresc. in decis.* 2. *de conc. p̄su.* Nunc limita & primò in casu *Boer. in decis.* 203. vbi fuit dictum, quod mulier, quæ viro donauit omnes acquisitiones præsentes, & futuras, intelligitur de factis constante illo matrimonio. Limita secundò, quia firmatur iuramento. *Guid. Pap. in decis.* 190. *Boer. in dec.* 92. *Cappel. Tholos. in decis.* 261. *Gayl. obseru.* 40. *lib.* 2. aliquid per *Gramm. in decis.* 103. *num* 73. *Thess. in decision.* 32. *Caual. in decis.* 18. *num.* 20. *par.* 2. *de contractibus.* Sublimita primò, vt ab hoc iuramento possit peti absolutio *Guid. Pap. in decis.* 224. Sublimita secundò in iuramento assertorio *Balb. in decis.* 99. Limita tertiò, vt hæc donatio confirmetur morte coniugum *Franc. Marc. in decision.* 130. *Mynsinger. obseruat.* 33. *centur.* 2. *Gayl. obseru.* 91. *lib.* 2. Intellige si traditio interueniet & non aliter, vt aliquid per *Afflict. in decis.* 359. *numer.* 3. quam not. ad *gloss. in l.* 2. *Cod. de dote cauta non numerata.* Intellige secundò, si non apparet de expressa, vel tacita reuocatione, quia si appareret, etiam mors nullam induceret confirmationem *Gayl. obseruat.* 91. *lib.* 2. Limita quartò, vt licet inter coniuges sit donatio prohibita, non tamen recompensatio, *Papon. lib.* 11. *tit.* 1. *arrest.*

14. Limita quintò, vt valeat pactum inter coniuges factum, vt vno ipsorum præmortuo sine liberis superstes succedat, *Mynsing. obseru. 35. cent. 2.* & ratio, quia habet vim reciprocæ donationis, *Gayl. obseru. 126. lib. 2.* Limita sexto, vt valeat donatio causa mortis, *Mynsing. cit. obser. & cent. Gayl. obser. 91. lib. 2.* Limita septimò in donatione facta contemplatione matrimonij, *Franch Marc. in decis. 850. & 851.* Limita octauò, vt valeat inter futuros coniuges facta ante contractum matrimonium, non autem post, nisi vir sit ignobilis, vel senex, & vxor nobilis, vel iuuenis, nam tunc valet etiam post contractum matrimonium *Afflict. in decis. 61. Gayl. obseruat. 40. lib. 2.* Limita nonò, vt valeat quando datur aliquid annuum pro alimentis *Franch. March. in decis. 333.* Limita decimò, in donatione remuneratoria *Osasc. in decis. 100. Franch. Marc. in decis. 22. par. 2.* Limita in casu *Boer. in decis. 208.* vbi valet pactum, quod dos, aut pars dotis non restituatur. Limita vndecimò in donatione reciproca *Boer. in decis. 353. & 355.* verùm non debet claudicari *Papon. lib. 11. tit. 1. arrest. 34.*

Collect. 800.

Super Doctr. Bar. in l. amplius, ff. rem ratam haberi.

ESt locus originalis, receptus in illa iuris conclusione, si promittens soluere cum iuramento compensationem opponere possit, iuramento non obstante. Pro parte affirmatiua, Faciunt primò, quia qui cōpensat, soluere dicitur *Rot. Genuen. in decision. 16.* Secundò, quia promissio dandi, seu faciendi habet à iure tacitam conditionem, vt promittens liberetur siue compensando, siue soluendo *Balb. in decision. 102.* & aliquid per *Osasch. in decis. 92. num. 7.* Tertiò adducitur decisio *Cappell Tholos. 93.* vbi compensatio vim solutionis obtinet, nec obstat *Capyc. in decis. 133.* dicentis esse fictam solutionem. Quartò facit ad hoc quia quemadmodum exceptio solutionis potest opponi contra executionem rei iudicatæ ita compensationis, vt deciderunt *Frãc. Marc. in dec. 148. par. 2. Gayl. obseru. 17. lib. 2. Magon. in decision. 42. Rot. Florent. Cappell. Tholos. in dec. 163. Osasc. cit. decis. 92.* quemadmodum etiam in causa appellationis, aliquid per *Guid. Pap. in decis. 436.* Quintò adducitur *Rot. Florent. in decis. 5.* vbi fuit dictum, quod compensans dicitur soluere, & compensatio extinguit debitum, sicut ipsa solutio, ex quibus omnibus concludo posse opponi compensationem, non obstante iuramento, & hanc eand. sententiam in decidendo vltra *Osasc. in decis. 92. & Franch. March. in decision. 148. par. 2.* tenuerunt *Balb. in decis. 21. Maynard in decis. 23. lib. 2. & Cappell. Tholos. in decis. 139.* Contrariam tamen opinionem tenuerunt *Afflict. in decis. 163. & idem in decis. 381. Capyc in dec. 167. Ioseph. Ludou. in dec. Perus. 15. Rot. Auen. in dec. 111.* sed ad conciliandas has opiniones affertur notabilis distinctio per *Osasc. cit. decis. 92. num. 34. Afflict. in dec. 163.* vbi etiam distinguit inter debitorem diuitem, & pauperem *Capyc. in decis. 167.* vbi pariter distinguit & *Magon. decis. 42. Rot. Florent.*

Collect. 801.

In l. Et fine, §. Papinianus, ff. de minoribus.

Sub-

SVbhastatio semel tantùm fieri potest, h.d. Limita primò in casu *decis. curiæ Archiepiscopalis Neapolit.* 129. vbi fuit dictum quod contractus arrendamenti solemniter, & legitimè stipulatus, & celebratus cùm pluribus substantialibus, & iusto pretio, non succurritur beneficio restitutionis in integrum, nisi Ecclesia cui cõpetit d. beneficium. Limita secundò, quando subhastatio esset nulliter facta, & absque legitimis solemnitatibus, prout contigit quando absque præsenti pecunia facta reperitur *Rot. collect. à Farinac. in decis.* 63. tunc enim iterum fieri poterit. Limita tertio in casu *decis. Guid. Pap.* 536. vbi fuit dictum. quod si res minoris, seu vniuersitatis fuerint venditæ ad incantum, quod si alius plus offerat, quod audiatur, ex qua decis. habes *tex. limitatum in l. si tempora, C. de fide instr. lib.* 10. quem text. decidendo ampliat *Franch. de Claper. in decision. vnica procedere, in quauis persona siue priuilegiata siue non.* Sublimita hanc limitationem, ac illam intellige quando beneficio minoris ætatis impetrata sit ad id restitutio, quia tunc potest fieri aliud bandimentum, & vt rursus admittatur licitatio *idem de Claper. in decision.* 2. *caus.* 5. ad quam facit *text. in l & si fine, in vers. quæsitum, vbi Bald. not. ff de minoribus.* Limita quarto in fisco, qui si fuisset læsus in venditione arrendamenti, quod si reperitur qui plus offert, quod audiendus est non obstante venditione perfecta, ita *Afflict. in decis.* 340. Limita quintò, vt semper rescindi possit venditio facta sub hasta existente læsione vltra sextam, & propterea poterit iterum licitari *Anna allegat.* 43. *par* 1. & facit *Capyc. in decis.* 37. quemadmodum esset nulla, quando fieret contra pupillum indefensum *Rot. collect. à Farinac. in decis.* 115. Item facta contra formam statuti *Eadem Rot. in decis.* 247. Generaliter ad hanc mat. not. quod facultas licitandi præscribitur spatio 8. dierum, ita decisum refert *de Claper. in decision. vnic. caus.* 4. Not. 2. quod data læsione in subhastatione, est in electione ementis, reliquum pretium cum interesse soluere, vel rem vnà cum fructibus pro rata pretij non restituti restituere, vt fuit decisum in Sac. Consil. in quadam causa inter Franciscum Labella, & Sebastianum Fonsecam in anno 1562. refert *Vrsil. in decis.* 340.

COLLECT. 802.

Super §. 1. de haeredib. institutn.

REgulariter iudicare debet Iudex secundùm communem opinionem, h.d & ita *Cassad. in decis.* 5. *n.* 13. *de constitut.* Limita primò, quando contra illam, tex. clarus esset atque apertus *Balb. in d. c.* 59. Limita secundò, quando notoriè maledicit communis opinio, vel rationabiliter conuincitur *Guid. Pap. in decis.* 277. Limita tertiò, quando altera opinio esset magis communis *Ioseph. Lud. in decis.* 66.

COLLECT. 803.

Super c. ex tua, de clericis non resident.

EPiscopus potest ob non residentiam beneficiati deuenire ad priuationem beneficij, h.d. Limita primo, si consensu capituli dispensatum fuerit super residentia *Franch. March. in decis.* 835. Intellige secundò in beneficiis curatis, & in omnib. aliis residentiam exigentibus *Sayr. decis.* 18. *de.*

cleric. non residen. Intellige tertio, & limita si adesset cõsuetudo percipiendi fructus in absentia *Franch. Marc. in dec.* 834. *par.* 2. Intellige quartò, iuris ordine seruato scilicet vt præcedant tres citationes successiue factæ *Ego ipse in decis. Curiæ Archiepisc. Neapolit.* 59. Amplia vt non sufficiat vnica peremptoria *Seraphin. in decis.* 27. *par.* 1. Subintellige quãdo persona esset in certo loco *Gam. in dec. Rot. Lusitaniæ* 15. Subintellige secundo, nisi esset præfixus terminus per constitutionem Synodalem, quia tunc nõ esset opus alia citatione *Franch. Mar. in dec.* 833. Intellige quinto, dummodo expectentur per sex menses, quod limita quando præcessisset citatio personalis, quia tunc etiam sex mensibus elapsis potest ordinarius procedere ad priuationem, vt fuit resolutum in vna *Zamoren. Cappell.* 12. *Iunij* 1589. *coram Illustriss. Mantica.* Intellige sexto dummodo istæ tres citationes emanentur in loco beneficij, vt fuit decisum in causa *Salaman del preuso* 1567. *coram Seraphino*, & ita declarauit *Sac. Congregatio Concil. in vna Vmbraticen.* Animaduertendum tamen est, quod à sententia priuationis beneficij non datur appellatio, ita decidisse *Rot. refert Bisignet. decision.* 3. quam intelligas quoad effectum suspensiuum. *eadem Rot. teste Seraphino in dec.* 1346. *p.* 2.

Collect. 804.

In l. fin. C solut. matrim.

Dos promissa, seu præsumpta dicitur etiam dos, h. d. Hinc est, quod statutum loquens de dote data habet locum etiam in dote præsumpta, nempe si mulier nubat traditis bonis suo viro, nulla facta constitutione legis *Osasc. in decision.* 21. *Ioseph Lud. in dec. Perus.* 9. *par.* 3. Hinc fit secundo, quod statutum loquens de dote habet locũ etiam in dote promissa *Guid. Pap in decision.* 165. *Boer. in dec.* 22. *num.* 7. *Magon. in dec.* 86. *Gayl. obseru.* 79. *lib.* 2. *Guid. Pap. in decis.* 274. *Mynsing. cent.* 2. *obser.* 5. Quod amplia procedere etiam muliere non cognita *Boer in decis.* 39. & aliquid per *Capyc. in decision.* 176. *num.* 31. Quod subamplia vt procedat etiam in statuto de lucro dotis, quia habet locum etiam in vxore desponsata, nondum tamen cognita *Gayl. obseru.* 80. *lib.* 2. *Boer. in decis.* 39. *Mynsinger obseru.* 79. *cent.* 6. & aliquid per *Afflict. in decis.* 61. *num.* 4. Limita tamen conclusionem principalem text. non procedere quando statutum expresse faceret mẽtionem de dote soluta, quia tunc non habet locum in promissa, nisi ex communi vsu loquendi dos promissa pro data acciperetur *Gayl. obser.* 79. *num.* 2. *lib.* 2. vel qui soluere debebat dotem fuit in mora soluendi dotem, nam his duobus casibus statutum habet locum etiam in dote promissa *Papon. lib.* 15. *tit.* 4. *arrest.* 13. Limita secundò quoad lucrandum antefatum, quia tunc dos promissa non dicitur verè dos, cum pro ea non soluatur antefatum *Afflict. in decision.* 242. *Gramm. in decis.* 67. quam ad ornatum celebris *glo. in Authent. dos data in verbo ipso iure. C. de donat. ante nuptias* reponas. Sublimita nisi à marito concessa esset dotanti dilatio ad dotem soluendam *idem Afflict. in decis.* 333 Limita tertio, si dotis promissio esset incerta, quia tunc numquam valet etiam si facta sit à Patre *Anton. Fab. in dec.* 2. *C. de dotis promiss.* Limita quarto in casu *decis. Anton. Fabr.* 12. *Cod. de dotis promiss.*

Collect.

COLLECT. 805.

Super l.fi.C si per vim,vel alio modo.

COlloco hic mat.clausulæ, vocatis vocandis, quæ nõnullos sub se continet effectus, & primo, quia facit executorem de mero mixtũ,qui tenetur seruare formã rescripti, aliàs nulliter agit *Rot in decis.30.de rescriptis in nou. & decis.12. de offic.deleg.* quam not.*ad tex.in c.exhibita eod.tit.in nou.*& fuit dictum in *causa Mediolanen Parochialis* 16. *Martij* 1588. *coram Platto.* Hinc infertur, quod delegatus cum præfata clausula tenetur seruare formam *c statutum,de rescript. Ego in decis.* 239. Item operatur quod posita in gratia si in euidentem non possint Commissarij præcedere extraiudicialiter, sed debent præcedere iudicialiter, *Crescen in decis.11.de priuileg* vt fuit dictum in causa *Leodien.sensus* 29. *Ianuar.*1590.*coram Orano,& 15 Ianuarij* 1597. *coram Cordoua*; ex qua decis. Infero quod stante hac clausula,possessio per executorem data est nulla *Seraphin.in dec.*1239. & fuit dictum in vna *Ferrana Parochialis* 3.*Iulij* 1589 *coram Pamphilio.*Item hæc clausula tollit vitium subreptionis.*Ego in dec.Cur. Archiep.Neap.*121. quam ad limitationem, *c.super literis, de rescrip.* reponas, & nota ad *Cons.Card.*92.*num.*2.Item stante hac clausula, possessio capta appellatione pendente, vel tempore dato ad appellandum,est nulla,& attentata *Rot.Lipsien. in decis.*29. & fuit resolutum in causa Syracusana beneficij 19.*Martij* 1597 *coram Pamphilio.*

RES vnita, assumit naturam rei, cui fit vnio, ad hoc soleo allegare hunc locum,pro cuius ornamẽto infero ad *dec. DD.de Rot.*11. *de rebus Ecclesiæ non alienand.* vbi fuit dictum, quod quando beneficium est vnitum, & alteri annexum perdit nomẽ beneficij, & non debet dici beneficium sicut ante vnionem dicebatur, ad quod facit *decis.Balb.*9. vbi quemadmodum separatio facit duo, ita vnio vnum, quam not. *ad l.eum qui ædes,ff de vsucaptonib.* Subinfero secundo,quod nec vacare dici potest,quãdiu non vacat illud cui vnitum est, vt refert in Senatu Sabaudię decisum *Anton.Faber. in decision.* 64. *Cod. de sacrosanct. Ecclesiis*, quam pariter not. *ad glos. celebrem in c* 1. *de exc ssibus Prælatorum.* Infero tertio *ad decis. Anton. Fab.* 74 *C.de sacrosanct.eccles.* vbi fuit dictum, quod beneficium vnitum vsq; adeò amittit nomen,&effectum beneficij, vt nec à Summo Pontifice conferri possit,nisi reuocata, aut suspensa vnione, etsi in conferendis beneficiis plenissimam potestatem habeat *cap. puncta per mundum* 9. *q.*3. Subinfero quarto *ad decis. curiæ Archiepiscopalis Neap.* de qua *per me ipsum in decision.*155.vbi Ecclesia vnita parochiæ assumit, ac consequitur priuilegia eiusd.Parochiæ.Subinfero quinto,ad *Decisio.Sacra Congregationis*, vbi si Ecclesia in qua consueuit deseruiri per Vicarium vniatur Ecclesiæ, in qua nulla exigitur residentia assumit illius naturam, & propterea non requiritur Vicarius, quemadmodum prius.

COLLECT. 806.

Super Dict. Bart.in l.si conuenit. §.nuda ff.de pignor.actione.

COLLECT. 807.

Super c.licet,de supplenda negligentia Prælatorum.

SI ij, ad quos spectat, non prouident de beneficiis vacantibus infra tempus præfixum ad superiores gradatim fit deuolutio, quod amplia idem iuris esse vbi prouident indignis, seu inhabilibus, vt fuit resolutum in vna *Toletana Portionis 9. Decembris 1591. coram Mantica*, quam *ad c. cum in cunctis, §. fi. de elect.* reponas. Subamplia procedere etiam in patronis laicis, *Rot. decis. 5. de Iurepatr. & Crescent. in decis. 15. eod. titul.* & est decisio *Rot. in causa Valent. Iurispatr. 20. Martij 1589.* In impetratione verò beneficij deuoluti necesse est in primis deuolutionem probare, nec sufficit claus. certo modo, ita *Cassad. in decis. 5. de prabend. & Crescent. in decis. 18. eod. tit. Caputaquens. in decis. 253 par. 1. Mohed. in decis. 17. de prabendis*, & fuit resolutum in vna *Maceraten. beneficij 1594.* & facit *decis. Bellam. 734.* Amplia secundo principaliter, vt post sortitum effectum deuolutionis non potest Episcopus purgare moram, *Franch. Marc. in decis. 1238. part. 1.* & ratio est, quia post factam executionem non admittitur purgatio moræ *Mohed. in decision. 9. de verbor. significat.* Amplia tertiò, vt tempus istud non à die renunciationis, sed ratificationis currat, ita decidit *Rot. penes Bisgnet. in decis. 1. de elect.* Nunc limita præfatam tex. conclusionem & primò non procedere in beneficiis manualibus ad nutum amouibilibus, quia in eis locum non obtinet deuolutio, *Mohed. in decis. 9. de prabend. & dignitat.* quam ad *text. in c. 2. de prabendis in 6.* reponas. Limita secundò in beneficiis regularibus quæ pariter sub præfata reseruatione non cadunt, *Cardin. Put. in decision. 180. lib. 3.* licèt contrarium, & bene teneat *Gonzalez. glos. 5. §. 6. num. 55.* qua supposita infero ad *decis. Franc. Marc. in decis. 1237.* vbi si deuolutio de regulari Ecclesia ad Diocœsanum fiat iuxta terminos *Clement. vnica de suppl. negligentia Prælat.* Diœcesanus non potest conferre Presbytero seculari, sed regulari tantum. Limita tertio in capitulis exemptis in quib. non fit deuolutio ad Prelatum, nec è contra *Franc. Marcb. in decis. 1237. par. 1.* Limita quarto, in iurisdictionalibus, quia non fit deuolutio, *idem in decis. 1236. par. 1.* Limita quintò, quando Prælatus esset impeditus *idem in decis. 1233.* & de aliis nonnullis ad hanc mat. pertinentibus, vide *Franc. Marc. in decis. 1235. par. 1.*

COLLECT. 808.

Super l. 1. C. de sacrosanct. ecclesiis.

SCripsi de priuilegiis piæ causæ in Collect. super *Auth similiter, Cod. ad l. Falcidiam.* Hic tamen vltra illa addas nonnulla, & primo quia contra legatum ad pias causas non admittitur compensatio *Medic. in decis. 22.* Secundo priuilegium, quia quamuis filiusfamiliàs testari nequit secus tamen erit ad pias causas, ita *Anton. Fab. in decis. 40. C. de sacrosanct. eccles.* quam not. ad limitationem *text. in c. licet de testamentis in 6.* Tertio, quia legatum pensionis annuæ pio loco relictum finitur spatio 100. annor. *Faber. in decis. 20. Cod. de praescript. 30. ann.* Quarto, quia in testamento ad pias causas subintelligitur claus. derogatoria *Maynard in decis. Tholos. 21. lib. 5.* Quintò, quia ob præteritionem posthumi à patre ignoranter factam legata vitiantur, nisi ad pias causas relicta fuerint, *Idem in decision. 13. lib. 5.*

COLLECT.

COLLECT. 809.

Ad gl. in l. sicut, C. de præscript. 30. annor.

IVdicis officium triginta ann. spatio præscribitur, h.d. Ex qua glos. infero, quod mandatum executiuum pro debito cõcessum, quod post 30. annos relaxari non possit, vt decisum refert in prætorio *Genue. Flam. Cartar. in dec.* 120. & ratio in promptu est secundum *Fab. in decis.* 3. *C. de rescindenda venditione. Afflict. in dec.* 245. dicens sententiæ executionem præscribi 30. annis, quam decis. amplia dupliciter, & primò etiam si sententia in rem iudicatam transiisset *Balb. in decis.* 90. Amplia secundò, etiam si victor fecerit aliquid, ex quo apparet noluisse illum recedere à iure sibi quæsito *Ant. Fab. in decis.* 12. *C. de præscript.* 30. *annor.* Nunc singulariter limita vbi executio sententia esset cœpta, & non finita, ita pulchrè *Achill. de Graff. in decis.* 5. *de sententia & re iudicata.*

COLLECT. 810.

In gloss. in c. ex parte, vbi Abb. de offi. delegati.

BEneficium debet resignari in manibus superioris *Balb. in decis.* 22. & facit *text. in c. admonet. de renunciatione.* Hinc deducitur, quod renunciatio beneficij facta coram notario sine Prælati authoritate est nulla, ita *Sayr. in decision.* 1. *de renunciatione*, non debet tamen renunciare ad fauorem certæ personæ, quia sic esset simonia *Rubin. in decis.* 22. nisi fieret in manibus Papæ *Cardin. Put. in decis.* 175. *lib.* 3. & hoc de stylo Romanæ Curiæ à multis seculis seruato. Hinc secundò, quod si resignatio fieret liberè coram ordinario cum intentione, quod conferetur Titio, & idem subsequeretur fieri collatio non valeret, tanquam simoniaca, vt decidit *Garz. in dec.* 3.

COLLECT. 811.

Super l. arbitrio ff. qui satisd. cogantur.

HIc intendo enumerare casus omnes decisos, qui arbitrio Iudicis remittuntur, & primò Iudicis arbitrio remittitur, an quis dicatur relapsus *Rot. Auen. in decis.* 1. Item an fideiussio sit præstanda in causa reconuentionis *de Fran. in decis.* 311. *par.* 2. Item tempus torturæ *Ego in decis. Curia Archiepisc. Neap.* 39. Item an quis sit fideiussoribus relaxandus in criminalib. *de Laurent. Rot. Auen. in decis.* 5. quam reponas *ad text. in c. si clericos. de sententia excommunicat. in* 6. Item arbitrio Iudicis remittitur an sit deneganda audientia *de Franch. in decis.* 271. *part.* 2. Item quando aliquid sit probandum statim, & incontinenti, vel de proximo *Guid. Pap. in decis.* 132 Item quando aliquid dicatur fieri incontinenti, vel interuallo *Ioseph. Ludou. in decis. Lucen.* 24 quam summopere nota ad intellectum illius quæstionis quando defensio dicatur ad offensam, vel defensam facta, & ad glos. celebrem *in l.* 3. *Cod. de erroribus aduocator.* Item an læsio dicatur enormis, vel enormissima *Guid. Pap. in decis.* 35. Item quæ dicatur causa ardua ad finem deferendi iuramentum vulgò *sopra l'altare di S. Antonio*, *Th. Grau. in decision.* 61. Item an quis dicatur pauper, vel diues *Farinac. in decision.* 13. Ad ornatum tamen huius mat. nota primo, quod arbitrium Iudicis debet esse regula-

tum secundum subiectam mat. *Osas. in decision.* 71. Ideo Iudex debet regulari suum arbitrium secundum ius commune *Benint. in decis.* 31. aliquid per *Ioseph. Ludou. in decis. Lucens.* 3. *& in decis.* 24. eo tantùm quod Iudex in arbitrariis reprehendi non potest *DD. de Rot. in dec.* 47 *de appellat. in Nou.* & aliquid per *Ioseph. Ludou. in dec. Lucens.* 1. *& in decis.* 3.

COLLECT. 812.

Super l. si sterilis, §. 1. ff. de action. empti.

INteresse damni emergentis, & lucri cessantis debetur, h. d. intelligas dummodo quinque concurrant primò, quod sit solitus negociari, & mercari *Osas. h. in decis.* 143. *Franch. Marc. in decision.* 107. *part.* 2. *Polid. Rip. in decision.* 1. *Afflict. in decis.* 20. aliquid per *Rot. Genue. in decision.* 1. *numer.* 43. *& seq.* & an consideretur in contractibus bonæ fidei, & stricti iuris, Vide *Capyc. in decis.* 19. *& Cardin. Put. in decision.* 237. *lib.* 1. Verum Mercatori debetur ex omni contractu, vt refert decisum *Magon. Rot. Florent. in decision.* 32. requiritur secundò, vt probetur debitorem fuisse in mora *Rot. Genue. in decision.* 18. & requiritur etiam, vt probet se potuisse negociari tempore moræ *Balb. in decision.* 29. Interesse verò lucri cessantis sine mora debetur, cum sufficiat, vt sit mercator *Gayl. obseru.* 6. *libr.* 2. quam reponas ad *gl. celebrem in l.* 3. *§. nunc de officio, ff. de eo quod certo loco.* Amplia vt debeatur etiam mulieri negocianti, verùm post moram non antè *Rot. Genue. in decision.* 28. Amplia secundò, vt omni iure debeatur in solito negociari, vt aliquid per *Rot. Genue. in decis.* 41. 70. 16. *&* 139. Amplia tertiò deberi etiam propter moram irregularem *Seraphin. in decis.* 31. Intellige hoc procedere in minori non autem in maiori *Rot. Genue. in decision.* 30. *numer.* 7. sed an interesse debeatur minori iure actionis, Vide *Rot. in decis.* 61. Tertiò requiritur vt creditor probet se habuisse merces paratas ad emendum, & ob defectum pecuniarum omiserit illas emere *Mohed. in decision.* 208. *Card. Put. in decision.* 237. *lib.* 1. *Peguer. in decis.* 32. *&* 33. *Mynsing. obseru.* 56. *cent.* 4. & aliquid per *Rot. Genue. in decision.* 16. 19. 37. *&* 139. Quartò vt non veniat ex causa deficientiæ solutionis, quia emptor rei non soluens non tenetur ad duplex interesse, nempe pretij non soluti, & lucri cessantis, sed tantùm ad interesse pretij non soluti respectu fructuum perceptorum tempore executionis liquidandorum *Mynsing. obseru.* 55. *centur.* 4. *& Afflict. in decis.* 20. Animaduertendum tamen pro huius mat. fundamento, quod æstimatio lucri cessantis Iudicis arbitrio committitur *Gayl. obseruat.* 6. *lib.* 2. *Magon. in decis.* 103. *Rot. Florent. Gomez. Leo in decis.* 98. *in decis. diuers.*

COLLECT. 815.

Super c. diuersis fallaciis, de clericis coniugat.

CLericus matrimonium contrahens ipso facto amittit beneficium, h. d. Amplia primo in casu decis. *Rot. prima eod. titul. in Nou. & in decision* 21. *de probat. in antiq.* vbi fuit dictum hoc procedere etiam non sequuta copula. Secundo procedere etiam

etiam in pensionibus, *Caputaq. in decis. 313. par. 2.* Amplia tertiò, in casu *decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. 49.* vbi fuit decisum quod si sponsa de præsenti antequam sit cognita, ingrediatur monasterium, non recuperabit clericus beneficium, quam not. ad ornatum *tex in c. ex publico de conuers. coniugator.* Amplia quartò, etiam si contraheretur matrimonium à clerico absque Parocho, & testibus, & sic non seruata forma *Concil. Trid. sess. 24. c. 1. de reformat.* vt fuit resolutum in vna *Lucana de Insula 6. Iunij 1575. coram Lancellotto*, mihi tamen contrarium verius videtur in prædicta difficultate, nempe quod contrahens matrimonium sine Parocho, aut testibus non perdat ipso facto beneficium, licèt possit priuari sic contrahens scienter, vt voluit *Thoming. in decis. 39.* nam matrimonium istud nullum est ex defectu formæ contractus, & ex actu nullo, & propter defectum formę, seu sollemnitatis non incurritur pœna, vt fuit dictum in vna *Hipporegien. Canonicatus 22. Octobris 1584. coram Orano.* In beneficiato autem in sacris constituto matrimoniū contrahente de facto dicendum est indistinctè non perdere ipso facto beneficium, cùm sit omnino inhabilis ad matrimonium contrahendum, *Maynard. in decis. 29. lib. 2.* Pro ornamento huius tex. nota, quod clericus beneficiatus absque dispensatione potest matrimonium contrahere, licèt ipso iure vacent beneficia, *Minad. in decis. Neapol. 34.*

COLLECT. 814.

Super c. quamuis, de rescriptis in 6.

SEdet in hoc tex. mat. clausulę dūmodo alteri nō sit ius quæsitum, super qua notare debes nonnullos eius effectus, & primò quia præseruat ius quod habet præsentatus ex præsentatione, *Rot. in decis. 13. & 17. de prabendis in nou. Bellam. in dec. 167.* & aliquid per *Cresc. in decision. 7. num. 3. de Iurepat.* Declara procedere post acceptam præsentationem, secus si collatio fiat ante acceptationem, nā tunc nullum ius habet præsentatus, vt fuit dictum in vna *Firmana beneficij 21. Octobris 1594. coram Mantica.* Limita secundò, in præsentato à medietate patronorum, si aliàs præsentatus ab altera medietate habeat gratiam cum ista clausula, quia hoc casu non dicitur tale ius quæsitum, quod possit impedire derogationem medietatis iurispat. & possit Episcopus alteri gratificari, *Seraphinus in decision. 100. vol. 2.* Item operatur hæc clausula, vt de eo tempore constet alteri ius quæsitum, gratia sit nulla, vt fuit dictum in causa *Ludren. primiceriatus 13. Nouembris 1596. coram Pamphilio.* quam amplia etiam si ius sit alteri quæsitum ex electione, vel præsentatione, *Rot. decis. 13. de prabend. in nou. Crescent. in decis. 7 de Iurepat.* & fuit dictum in causa *Pisana Cappellania 10. Martij coram Blanchetto.* Limita hoc si ius quæsitum esset ex oppositione, vel acceptatione expectantis ante factam collationem, quia tunc per hanc clausulam non præseruatur, *Rota in decis 27. de conces. prabend. in antiq. Bellamer. in decis. 167.* Tertius huius clausulæ effectus est, quia præseruat collationem etiam imperfectam, *A. bill. de Gr. ff in decis. 4. de prabendis, Cardin. Put. in decision. 125. lib. 2.* & fuit dictum in vna *Iaderen. primiceriatus 23. Iunij 1595. coram Pamphilio.* Limita hunc effectum, quando collatio est pura,

secus si conditionalis, *Cassad. in dec. 24. super regulis*, & aliquid per *Achill. de Graff in dec. 4. nu. 17. de prob.* Quartus effectus, quia reddit gratiam cōditionalem, *Ego in decis. 29.* & fuit dictum in vna *Hosti n. Cappella 7. Nouembris 1595 coram Seraphino.* Declara tamen effectum non includere propriè conditionem, cùm non suspendat gratiam, sed præseruet iura, ita vt constito de iure alterius gratia reddatur nulla, *Achill. de Graff. in decis. 18. in fine de probationib.* & ideò cùm non sit suspensiua gratia, hæc clausula non eget iustificatione, *Vitall. in decis. 30. par. 2.* & fuit dictum in vna *Placentina Cappellania 29. Martij 1566. coram Pegna.*

Collect. 815.

Super Concil. Trident. sess. 7. c. 13. de reform.

PRæsentati, seu electi, vel nominati à quibusuis Ecclesiasticis personis, ad quæuis Ecclesiastica beneficia, non instituuntur, nec cōfirmantur nisi fuerint prius à locorum Ordinariis examinati & idonei reperti, h. d. Limita primò in casu *decis. Rot. diuers. 16. par. 2.* vbi fuit dictum, quod ex ipso quod aliquis sit admissus, & ordinatus sacris ordinibus præsumitur habilis, & idoneus ad beneficia simplicia, ita vt nouo examine opus non sit, quam not. ad *text. in c. accepimus, de atat. & qualit.* & aliquid per *Boer. in dec. 149. nu. 16* reque *Conc. Trid. sess. 14. de reformat.* aliquid in contrarium disposuit, vt censuit Sac. Congregatio. Sublimita nisi noua causa post promotionem superuenit, *Balb. in decision. 29.* Limita secundò, vt examinari non debet, qui est notoriè litteratus, vt decidimus in Curia Archiepiscopali Neap. testor *Ego ipse in decis. 121.* quam not. ad *glos. in c. nullus 24. dist.* & in graduatis, quod excusantur ab examine, ex quo iam sunt examinati, & approbati ab Vniuersitatibus, ne fiat iniuria dictis Vniuersitatibus, latè discutio *Ego in decis. 15.* Limita tertiò in eo qui semel est examinatus, & approbatus ad vnum beneficium simplex, quia non ampliùs examinatur ad aliud simplex, *Raud. in decision. 35* & ita seruari in Curia testatur *Gonzalez. glos. 4.* Sublimita quando examen esset pro forma assignatum, quia tunc nullatenus omitti potest, vt sæpe resolutum in *Rot.* & signanter in vna *Calaguritana beneficij de Ornillos. 1587. coram Pamphilio.* Sublimita primam limitationem quatenus diximus ordinatum in sacris esse habilem absque nouo examine ad beneficia simplicia, vt non procedat, quando aliqua causa de nouo superueniat, quò minus necesse esset examinari *Caputaq. in decis. 123. num. 16. par. 3.* Sublimita secundò in casu *decision. Sayr. 2. de præbendis, & dignit.* vbi fuit dictum, quod idoneus reputatus ad sacros ordines, non ideo reputatur idoneus ad beneficium simplex. Limita quartò in casu *decisionis Rot. 14. de probat. in Ant.* vbi fuit dictum penitus inlitteratum esse habilem ad beneficia simplicia, quæ non requirunt industriam, & consilium, quam nota ad originale dictum *Præpositi in c. 1. dist. 36.* vbi etiam definit, quid sit illiteratus, dicens esse illum, qui non habet aliqua principia, & propterea infertur quod in beneficio simplici non est magis idoneus Baccalaureus quàm Sacerdos, cùm sufficiat scientia mediocris etiam quod non adsit

talis

talis litteratura iuxta *decif. Rot.* 14. & sic fuit prælatus Sacerdos clerico Baccalaureo, vt fuit decisum *coram Pamphilio die* 28. *Iunij* 1600. *in vna Bergensi beneficij de ruba redonna*; pro coronide tamen huius mat. vide *dec. Cappel. Tholos.* 479.

Collect. 816.

In l. si quis cum testamento, ff. de testamentis.

EX testamento non completo nihil debetur, h.d. Ex quo infertur quod si testamentum non fuerit publicatum, quamuis aliàs fuerit perfectum, nec etiam valere potest cum *decisio. Taffredi* 22. quam not. ad *text. in l. ex ff. de testamentis, & ad l. fideicommissa §. quoties ff. de legatis* 3. sed grauis dubitatio, quæ ex præfatis iuribus colligitur, est, si id procedat pariter in testamento inter liberos, vt puta si manu propria scriptum, non tamen publicatum coram testibus, & Notario, valeat, in qua dubitatione pro parte negatiua tenuerunt *Crescent. in decis.* 3. *de testam. Card. Put. in dec.* 97. *lib.* 3. *Balb. in decis* 394. qui omnes mouentur illa ratione, quod quamuis testamentum imperfectum inter liberos valeat, non tamen si non ratione sollemnitatis, sed voluntatis inualidum reperiretur, & cum publicationis defectus, in voluntate potiùs, quàm in solemnitate consistat, vt voluit *Rubin. in dec.* 95 verùm præfatam conclusio. velim limites, quando testamentum esset scriptum per testatorem, vel alium in schedula testamentaria, quia dato quod non esset ipsa scriptura publicata coram testibus, valebit inter liberos, sufficit enim quomodocumque Patris iudicium declaratum sit, vt disposuisse, & testatus dicatur inter liberos, vt in propriis terminis scribit *Guid. Pap. in decis.* 517. Amplia hanc limitationem nedum procedere in testamento inter liberos, verùm etiam ad pias causas, vt decisio particularis est *Mynsinger. centur.* 2. *obseruat.* 98. & ratio est, quia quod testamentũ propria testantis manu scribatur plurimum addit ad validitatem ipsius, vt pulchrè decidit *Achill. de Graff. in decis.* 1. *de testamentis.* Sublimita limitationem non procedere in filio naturali, vt est decis. *Gayl. obseru.* 112. *Boer. in decision.* 240. *de Franch. in decis.* 399. Limita secundo quando contineret magnam inæqualitatem *Card. Put. in decis.* 431. *lib.* 1. Amplia secundo primam limitationem nedum sustineri inter liberos, verumetiam inter Nepotes, vt decisum scribit *Boer. in decis.* 241. Amplia tertio, nedũ si ipse scribat, verùm si alius eius nomine, ipséque subscribat *Idem Card. Put. in decis.* 237. *lib.* 1. & quando ex minus solemni voluntate inter liberos legatum debeatur, vide *decis. Rot. Auenion.* 87. *in decis. diuers.*

Collect. 817.

Super l. censemus, C. de litigiosis.

RES litigiosa, lite pendente, nec alienari, nec in alium transferri potest, h.d. *iuncta l. lite pendente.* Sed antequam ad huius l. limitationem deueniamus, necesse erit videndum, quando, & ex quibus res litigiosa dicatur, & dicas primo, quod sequestrum, quod fit ante litem motam licèt non inducat litis pendentiam, facit tamen rem esse litigiosam, *Magon. in decision.* 31. *Rot. Florent. Papon. lib.* 18. *tit.* 5. *arrest.* 19. Secundò

supplicatio facit pariter rem litigiosam, vt decisum refert *Guid. Pap. in decis.337.* quod amplia vt duret etiam perempta instantia, *Osasc. in decision. 65. & idem Guid. cit. decis.* Tertiò contrahitur etiã vitium litigiosi per litis contestationem, *Osasc. in decis. 144. n. 8.* Quod amplia procedere tam in actione personali, quã reali, *Guid. Pap. in decis. 337.* Item per citationẽ & quæ ad illius validitatem concurrere debent, vide *eund. in decision. 448.* licèt per solam citationem non inducatur res litigiosa secundùm *Mynsing. obser. 26. cent. 4.* contrarium tamen fuit decisum, vt refert *Papon. lib. 7. ti. 8 artic. 1. Card. Pute. in decis. 329. lib. 3. Gayl. obseru. 74. lib. 1.* Nunc tamen limita regulam textus nostri multipliciter, & primo vt licèt res litigiosa alienari nõ possit, potest tamen dari consilium, de re litigiosa vendenda, *Guid. Pap. d. decis. 337.* Limita secundò, vt non cõtrahatur per litem nullam cum falso procuratore *Osasc. in decis. 144.* quemadmodum nec per litem iniustam, *Cassad. in decision. 7. de dolo, & contumacia. & decis. 5. vt lite pendent.* lis autem nulla dicitur, quando non adest iurisdictio, *Verall. in dec. 47. part. 3.* Limita tertio quando lis esset super possessione rei, quia non facit rem ipsam litigiosam, sed possessionem dumtaxat, & per consequens non impeditur eius alienatio, *Cassad. in decision. 6. de rescripi. Franch. March. in decis. 76. & 90. Idem Cassad. in decis. 4. vt lite pendente. Osasch. in dec. 144 Benint. in decis. 48.* Limita quarto, in actione personali post litem contestatam, quia potest summa petita dari in solutum, & de illa cessio facta valet, & cessionarius agere potest, *Guid. Pap. in decision. 479.* Limita quintò, vt actor lite pendente potest sibi acquirere nouum ius agendi, ex *Bellam. in dec. 102. & Rot. in decis. 5. de rescrip. in no.* Limita sextò in casu *Mynsing. in cent. 1. obseru. 55.* Limita septimò, vt quamuis prohibeatur alienari, non tamẽ permutari, vt per *Afflict. in decis. 95.*

COLLECT. 818.

Super l. si conuenire et, ff. de iurisd. omnium Iudicum.

FActum de litigando coram Iudice non suo, qui stare nõ cogitur, h.d. Limita primo in casu *decis. Guid. Pap. 77.* vbi fuit decisum quod submittens se alienæ iurisdictioni, prout in casu tex. nostri, nõ potest pœnitere vbi promiserit forum nunquam declinare, huiusmodi enim clausula operatur, vt dispositio hæc minimè procedat, vt decisum refert *Rub. in decis. 91.* Limita secundo in casu *decis. Curia Archiepisc. Neap. penes me 322.* vbi fuit dictum, quod dispositio l. nostrę minimè procedat quando Iudex cuius iurisdictio est prorogata erat pręsens, & prorogationem acceptauit. Limita tertiò quando renunciatum est fori priuilegio, vt decisum refert *Iaffr. ed. Balb. in decis. 48.* Limita quartò notabiliter, quando pactio illa esset iurata, virtus enim iuramenti operatur, vt partes ab eorum promissis recedere minimè valeant, ita decidit *Iaffred. in decis. 48* quam not ad *text. in l. cùm filius, §. 1. ff de leg. 2.*

COLLECT. 819.

Super c. licèt, de prabendis in 6.

SCripsi nõnulla in mat. reseruationis in *Collect. super c. præsenti, eodem tit.* Nunc in præsenti tex. enumerabo quibus

quibus ex causis, & quarum personarum beneficia reseruata censeantur, & dic primò quod beneficia vacantia in Curia, prout in text. & ita decisum refert *Farin. in decis.* 99. Amplia primò præfatam decisionem, siue vocatio contigerit per obitum siue per resignationem, prout ita decisum testatur *Verall. in decis.* 325. *part.* 3. Amplia secundò, etiam si per sententiam priuationis latam in Curia vacauerit *Caputaquens. in decis.* 327. *par.* 3. Limita hanc ampliationem in casu *decis. Rot. fin. de sentent. & re iudic. in antiq.* & vide aliam *Verall.* 91. *part.* 1. Secundò reseruata sunt beneficia familiarium Papæ, *Thom. Fastol. in decis.* 11. quam not. ad text. *in cap. fin. de verb. signific. in sexto.* Tertiò, reseruantur etiam beneficia Capellanorum Papæ, *Bellam. in decis.* 654. quam pariter not. ad extrauagant. *regimen.* Quartò, vnio ad vitam facta à Papa inducit reseruationem, ita vt ea dissoluta Ordinarius non possit conferre, *Cassad. in decis.* 2. *super reg. de vnionibus*, & ratio est propter appositionem manus Papæ, optimè *Crescent. in decis.* 2. *de parochis.* Quintò Commenda Papæ inducit reseruationem, *Put. in decis.* 158. *lib.* 1. quod amplia siue de vacante, siue obtento, *Crescent. in decis.* 4. *de prabend.* Amplia secundò, etiam in commenda præsumpta, *idem in decis.* 6. *eod. tit.* Sextò, Accolitorum beneficia *Put. in decis.* 81. *part.* 3. Septimò beneficia Protonotariorum, *Verall. in decis.* 39. quam amplia procedere tam in Protonotariis participantibus, quam in non participantibus, *Put. in decis.* 313. *part.* 3. Octauò beneficia vacatura per assecurationem incompatibilium sunt pariter reseruata, ita *Rot. in decis.* 65. *de rescript. in antiq.* Nonò, beneficia subcollectorum, *Crescent. in decis.* 8. *de concess. preb.* num autem beneficia resignata ex causa permutationis in Curia dicantur reseruata, videas *Rot. in decis.* 4. *de rerum permut. in antiq.*

COLLECT. 820.

Super cap. 1. de statu regular. in 6.

MOniales post earum ingressum, non possunt à claustris exire, h. d. cum quo congruit text. *Concil. Trid. sess.* 25. *cap.* 5. *de regularib.* & tandem est confirmatum per *Bullam Pij V. editam in anno* 1553. Limita primò in causa infirmitatis, vt in text. & idem *Pius Quintus* declarat, vt fuit decisum *in anno* 1569. & 1600. *in Monialibus Ciuitatis Nolæ.* quæ cum in Nolano territorio aquę excreuissent, & induxissent aëris putredinem, atq; ex hoc in dies Incolæ morerentur, à Monasteriis egressæ ad domos consanguineorum in ciuitate Neapolis, & aliis locis se contulerunt, vt refert *Tapp. in pragm prima, de monialibus.* Limita secundò in casu *decis. Sayr.* 30. *de regularib.* vbi fuit dictũ, quod quamuis infirmitas iustam inducat causam, vt Monialis à Monasteriis exeat intelligi debeat iuncta etiam Monasterij paupertate. Limita tertiò ex causa incendij, vt in litteris *Sanctiss. eiusdem Pij V.* & est pariter decisum, vt testatur *Rubin. in decis.* 29. Limita quartò, vt non procedat in Monialibus, quæ non vouent substantialia Religionis, sed tantùm collegialiter viuunt sub quadam norma, & habent Abbatissam, *Sayr. in decis.* 6. & 7. *de statu Monachor.*

COLLECT. 821.

Super Concil. Trident. in genere.

INtendo hic congerere decisiones omnes, quæ ad nonnulla Concil. Trid. capita conferuntur. Et primo quæro num dispositio *cap.14.sess.24.* priuans concubinarios tertia parte fructuum, extendatur etiam ad distributiones quotidianas, & fuit in affirmat. decisum per *Sayr. in decis.7. de verbor signific.* Secundò dubitatur quomodo intelligantur verba illa *Conc.sess.24.cap.12.* nec illius possessio suffragatur, decidit *idem in decis.6.eod. tit.* Tertiò dubitatur si facultas concessa Episcopis absoluendi vigore *Conc.sess.24 c.6. de reform.* sit abrogata per Bullam Cœnæ, decidit affirmat. *Sayr. in decis.16. de sentent.excommunic.* Quartò dubitatur num dispositio *c.18. sess.25. de regularib.* per quam excommunicatur mulierē cogens Monasterium ingredi, locum sibi vendicet ingressu nō sequuto, fuit dictum quod non per *Sayr. in decis.51. de sentent.excomm.* Quintò dubitatur num dispositio *cap.7. sess.14.* volens, quod existens in articulo mortis à quocunque Sacerdote valeat absolui, locum habeat etiam si præsens esset. Superior, vel proprius Sacerdos affirmat. *Sayr. in decis.21. de pœnitent.* Sextò dubitatur num dispositio *cap.14. sess.25. de reformat.* priuans tertia parte fructuum, ac obuentionum omnium Clericos concubinarios, locum sibi vendicet in simplici incontinentia, decidit affirmatiuè, *Sayr. in decis.4. de adulteriis.*

COLLECT. 822.

Super cap. cùm adeo, de rescript.

BEneficia Ecclesiastica laicis conferri non possunt, h.d. Limita primò in casu *decis. Rot.13. de probat. in antiq.* vbi fuit dictum, quod beneficium potest conferri laico incedenti in habitu clericali, & de proximo clericando. Limita secundo in casu *decis. Crescent. 3. de præsumpt.* vbi fuit decisum, quod præsumitur in dubio Collationem primæ tonsuræ præcessisse beneficium. Limita tertiò in permutatione beneficij, quæ per Procuratorem laicum fieri potest, *Rot. decis.11 de rer. permut. in antiq.* Amplia primò text. vt etiam de ordine annexo beneficio, seu præbendæ sit necessario facienda mentio ab impetrante, *eadem Rot. in decis. 41. de rescr. in antiq.* Sed contrariam sententiam tenuit nouissimis nostris temporibus *eadem Rot in vna Aboleri. Canonicatus 16. Iunij 1589. coram Gipsio.* Infero *ad decis. Rot. 265. part. 2.* vbi fuit dictum, quod beneficium non dicitur Ecclesiasticum, cuius sit capax laicus, & fœmina.

COLLECT. 823.

Ad decis. de Franch.

LOquitur de demanio, dicēs, nil aliud esse, nisi quoddam ius vniuersitatibus competens. Quod amplia primo, vt istud ius competat, nedum quando venditur terra, & iurisdictio ipsius vniuersitatis, verùm etiam quando aliqua particularis iurisdictio, vt putà iurisdictio Siclæ, Portulaniæ, vt fuisse iudicatum in causa vniuersitatis Tugnani, cum eius veili Domino Comite Aspri, refert *de Curte in d. tract. Feud. cap 3.* Amplia secundo in casu *eiusdem loc. citat.* vbi fuit decisum, quod si duo sunt Barones, quorum vnus habet iurisdictionem criminalem, alter verò ciuilem, si ille qui habet criminalem procedat ad venditionem ipsius, habenti

benti ciuilem potest hoc casu vniuersitas petere se debere præferre, vt sæpius per Regiam Cameram decisum fuit, quod not. quia est contra authoritatem Frezz. Amplia tertiò in casu *decis. eiusdem num. 69.* vbi refert Regiam Cameram decidisse, quod si plures terræ vnico pretio emptæ fuerint, liceat vni ex illis petere demanium, quod intellige quãdo terræ illæ essent penitus separatæ, licet vnico pretio emptæ, secùs si sub vna essent baronia. Amplia quarto, vt ius istud competat etiam vni de vniuersitate, etiam cæteris contradicentibus, dum tamen petens, omne onus in se suscipiat, *idem in decis. citat. num. 70.* Limita, vt non admittatur vniuersitas ad demanium elapso anno, *idem in decis. citat. num. 50.* Sublimita limitationem, vt admittatur ad beneficium restitutionis in integrum infra quadriennium, *idem numero 51.*

COLLECT. 824.

Super cap. cum illorum, de sentent. excommunicat.

COmmuniter recurrunt DD. in hoc text. quando quæritur num absolutio excommunicationis sit Papalis, vel Episcopalis, & distinctionem afferunt, quod ad Papam pertinet, quando grauis est percussio, ad Episcopum vero, quando leuis, cuius distinctionis occasione, Dico primo, quod in Curia Archiepisc. Neapolit visa fuit leuis percussio alapa in loco publico illata, *Ego in decis. eiusdem Curiæ 90.* quamuis de iure acerrima sit inflicta pœna contra alapa percutientem, *Viu. in decis. 46. Gramm. in decis. 14. & Thessaur. in decis.* 224. Dico secundo, quod festiuitas diei, putà alicuius Sancti non facit percussionem esse grauem, ita animaduertit decidẽdo *Put. in decis. 291. part 1.* Dico tertiò, quod nec pariter iudicatur grauis percussio, si infertur coram persona in dignitate existente, secus habente iurisdictionem, *idem in decis. 303. part. 1.* quam not. ad limitationem text. *in l. atrocem, C. de iniuriis.* Dico quartò, quod in Curia Auersana fuit iudicata grauis percussio cuiusdam, qui proiecit pileum in faciem Prioris Religionis, *Ego in decis. 229.* quam pariter not. ad ornatum *alleg. cap. 73.* Dico quintò, quod spuens in personam clerici, licet sit excommunicatus, non tamen absolutio erit Papalis, cùm numeretur inter leues iniurias, *Franc. Marc. in decis. 849 part. 1.* quam not. ad *gloss in cap si quis suadente Diabolo.* Dico sexto, quod non iudicatur grauis percussio, nisi tria concurrant. Primò factum consummatum. Secundò animus iniuriandi. Tertiò violenta, *idem in decis. 821. part. 1* Dico septimò, quod statur arbitrio Ordinarij, quæ percussio datur grauis, vel leuis, *idem in decis. 823. part. 2* & ab isto arbitrio potest appellari, vt iudicauimus in Curia Archiepiscop. Neapol. *Ego ipse in decis. 122* quam nota ad ornatum *glos. in cap. cupientes, de electione, in sexto.* & num pendente hac appellatione possit iudex procedere ad actum appellationis, & in Curia Archiepiscopali Neapol. negatiuam sententiam tentam fuisse, *Ego retuli in mea decis. 121* & num iudicatur notarius percussor ille, qui coram maiori parte conuentus clericum à sede expellit, vel brachio violenter trahit, decisum affirmatiuè, *Sayr. in decis. 41. de sentent. excommunicat.*

COLLECT. 825.

Super Bulla Nicolai V.

SCripsi in *collect.* 41. *in mat. censuum.* Nunc hic addas nonnulla ex quibus contractus censualis redditur nullus, ac illicitus, & primò, si in eo adiiciatur pactum quod per certum tantùm tempus durare debeat, ita *Rot* decidisse testatur *Farinac. in decis.* 296. Secundò, si census fuerit impositus super bonis fideicommisso subiectis cum expressa prohibitione alienationis, *idem in decis.* 304. Tertio si in eo opponatur pactum, quod venditor teneatur intra certum tempus census redimere, *idem in decis.* 313. & ratiò est secundùm *Guid. Pap. in decis.* 478. quia transitet in contractum mutui per huiusmodi pacti adiectionem. Quartò redditur pariter illicitus ex constitutione super omnibus bonis, & pacto de retrouendendo, & conuentione & post reluitionem census emptor possit remanere in castro, super quo census est impositus per sex menses, ita *Rubin. in decis.* 91. licèt contrarium decidisse *Rot* testatur idem *Farinac. in decis.* 312. Quinto si constituatur cum pacto, quod liceret emptori, eiúsve heredibus venditorem ad census redemptionem, & restitutionem pretij cogere, idem *in decis.* 325. Limita in casu *eiusdem Rot. in decis.* 340. vbi fuit dictum, quod impositio census sub conditione redimendi certo elapso tempore valida est, si maximè fuerit facta cum reseruatione beneplaciti Apostolici, ac fuerit à Pontifice confirmata. Sexto censetur extinctus, ac illicitus per actus retrosimiles. Septimò, si fuerit impositus super Casali hypothecis obligationibus, si modo pretium Casalis valorem, & summam illius census, onerúmque aliàs impositorum non excedat, *idem in decis.* 345. Octauò redditur illicitus ob alienationem corporum, vt fuisse in *eadem Rot.* decisum testatur *Farinac. in decis.* 827. Nonò si addicitur conditio, vt in casu, quo debitor esset morosus in solutione tertiarū, teneatur soluere aliquid creditori, ita *Macerat. in decis. Papiæ* 112. *casu prima.*

COLLECT. 826.

Super cap. cum nostris, de concess.

SEdet hîc materia clausulæ, amoto quolibet detentore, quæ nonnullos habet effectus, & primò, quia habet vim expressionis coloratæ possessionis, de qua est facienda mentio, aliàs gratia esset subreptitia iuxta textum nostrum, & propterea hæc clausula præseruat gratiam à subreptione, vt est punctualis *decis. Ro*. 38. *de rescript. in antiq* & ita pariter fuit dictum in vna *Colonien. Canonicatus* 20. *Maij* 1601. *coram Pamphilio.* Limita hunc effectum quando hæc clausula non esset apposita, in litteris principalibus gratiæ, sed in litteris executiuis, *Rota decis.* 69. *de rescript. in antiq.* verùm animaduertas pro huius clausulæ intelligentia, quod si esset dictum amoto detentore absque vitio spolij, intelligitur de detentore facti, non autem Iuris, vt est *decis. in terminis Put.* 17. *par.* 1. Animaduertas secundò, quod si dictum sit, amotis quibuscunque, non tamen authoritate Apostolica prouisis, non capit prouisos ab Ordinario vigore indulti, vt fuit dictum in causa *Toletana beneficiorum* 5. *Aprilis* 1593. *co-*

1593. *coram Orano*, & ratio est secundum *Cassad. in decis.* 8. *de prabend.* quia cum indultum in beneficiis spectantibus ad Ordinariũ nil operetur, in aliis verò remouet tantùm obstaculum reseruationum. Secundus effectus est, quia hæc clausula facit executorem de mero mistum, vt fuit dictum in causa *Zamoren.* 4. *Iunij* 1591. *coram Gypsio.* Amplia effectum hunc etiam si non sit dictum illicito, sed tantùm quolibet detentore, *Put. diuers. decis.* 1791. *part.* 3 & fuit pariter dictum in vna *Abulen. beneficiorum* 17. *Iunij* 1374. Tertius effectus, quia claus. amotis quibuscunque detentoribus præterquam à nobis prouisiones habentes, posita in breue præseruat omnes prouisiones Apostolicas factas etiam ab antecessoribus, & excludit tantùm prouisiones inferiorum, *Farinac. in decis.* 393. & fuit resolutum in causa *Aquilana Canonicatus 6. Octobris 1586 coram Blanchetto*, licèt contrarium, quod præferantur habentes prouisiones ab ipsomet Papa immediatè fuit tentum in causa *Salamantina beneficij de Buenas* 31. *Ianu.* 1596. *coram Corduba in Vicentina beneficij* 22. *Iunij* 1589. *coram Licta.*

Collect. 827.

Super cap. proposuit. de concess. prab.

PApa est supra positiuum ius, h. d. & ideo est totius mũdi omnium Ecclesiarum ordinarius Episcopus, *Bellam. in decis.* 754. & claue discretionis non errante habet potestatis plenitudinem, & est supra ius, & multa de potestate ipsius. Vide per *Franc Marc. in decis.* 455. & 1120. ac de effectu illius authoritatis per *Boer. in decis.* 2. *num.* 21. Item solus Papa potest cum bigamo dispensare, *Rot. in decis. vnica, de bigamis.* Item scienter promouendo defectuosum videtur tacite in defectu dispensare, *Rot. in decis. vnica. de filiis Presbyterorum.* quam reponas ad ornatum *l. quidam consulebat, ff. de re iudicata.* Item vbi Papa posuit manus, Ordinarius nil agere potest, *Papon. lib.* 2 *tit.* 8. *arrest.* 15. Item in dubio præsumitur pro facto Papæ, *Garz. in decis.* 19. Item fœmina ex Papæ priuilegio excommunicari potest, *Sayrus in decisione* 70. *de sententia excommunicationis.* Item in manibus Papæ potest resignari beneficium ad fauorem secus in manibus Ordinarij, *idem Garz. in decis.* 3. Item Papa dispensare potest super omni iure humano, & sic vt Diaconus fiat Miles Sancti Ioannis, & pugnando, & occidendo non sit irregularis, *Sayrus decis.* 1. *de his qua vi.* Item potest dispensare, vt Episcopus ducat vxorem, *idem in decisione* 14. *de sponsalibus.* Item potest derogare iuripatron. laicorum, licet necesse sit facere specialem mentionem, quod sit laicorum, *Faber in decis.* 7. *C. de Iurepatron.* licèt prouisio Apostolica non immutat statum beneficij, *de Graff. in decis. fin. de Iurepatron.* Item quia in alienatione rerum Ecclesiasticarum facta authoritate Papæ non requiruntur aliæ sollemnitates, *Capyc. in decis.* 16. *Rot. diuers. in decis.* 420. *part.* 2. & *in decis.* 65. *eadem part.* & *in decis.* 378. ratio est, quia authoritas Papæ supplet omnes defectus *Seraphin. in decis.* 1307. Item authoritate Papæ potest pensio extingui, alias esset simoniaca, *Gratian. in decis.* 159.

Collect. 828.

Super clement. causam, de electione.

DE citatione per edictũ latè ſcripſi in *collect.* 117. verũ quia tex. iſte eſt celebris in præfata materia, quia ponit requiſita ad huius citationis validitatem, ideò illa tu confirma cum deciſionib. Requiritur igitur in primis, vt hoc remedio vti intendens, exprimat aliquot loca citandi domicilio vicina & in duobus, vel tribus locis citationis edictalis ſchedulæ debet affigi, vt veriſimiliter ad citati notitiam illa perueniat, ſeruata in reliquis forma conſuetudinaria locorum, ita *Rot. in deciſ.* 5. *de reſcript. in nou.* & optimè *Thom. Triuiſ. in deciſ.* 55 *part.* 5. *Rot Venet. Gayl. obſeru* 57. *lib.* 1. requiritur ſecundo, vt incerto loco ſit perſona citanda, nec ſciatur, aut ſciri poſſit vbi moratur, prout ita deciſum in Senatu Luſit. refert *Gama in deciſ.* 15. Intellige primo cùm agitur de citatione eius, qui habet ius in te, *Surd. in deciſ.* 5. quod ſi agatur de iure ad rem, vt in præſentato ex vi iuriſp. aliquorum ad aliquod Sacerdotium, Sacellum, Altare, aut vt vulgo vocant Capellaniam tunc ſufficit citatio ad Eccleſiam, vt eſt *punctualis deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neapol. penes me* 21. Intellige ſecundo cum locus licèt eſſet incertus, verùm in longinquis partibus, vt decido *Ego ipſe in deciſ. eiuſdem Curiæ* 91. Intellige tertio, cùm agitur de conſtituendo aliquo in ficta contumacia, ac propterea contra ſententiam audiendum, vt decidit *Verall. in deciſio.* 118. requiritur tertio, vt aliquis intereſſe habens alio modo citari non poſſit, cùm ab edictali citatione Iudex incipere nequeat, niſi in perſonam, vel ad domũ ſolitæ habitationis executio citationis fieri non valeat, vt deciſum refert *Gayl. obſer.* 17. *lib.* 1. quam nota ad *tex. in c. cauſam. quæ de dolo & contumac.* vel ſi allegaretur non poſſet tutus acceſſus haberi ad domum, ſecundùm terminos *deciſio. Rot. Rom.* 45. *part.* 3. *diuerſ.* requiritur quartò, vt nedum perſona citanda, ſit in certo loco, verùm quandoquidem perſona ipſa ſit incerta, exemplum collige primo ex *dec. Vitt.* 309. *de citatione patronor.* quod quando ſunt certi debent ſpecialiter vocari, quod ſi incerti, ſufficit illos edictali citatione vocari. Secundo ex *deciſ. Capyc.* 100. *de citatione credittor. in inuentario* Tertio per *deciſ. Achill. de Graſſ.* 4. *de teſtamentis.* ſcilicèt, quod non agatur de incurrẽdo in pœnam excommunicat. vel huic ſimilis, quia tunc erit neceſſaria citatio perſonalis, & non ſufficit edictalis, vt dicit deciſum *Mohed. in deciſi. fin. de dolo & contumacia*, ex qua infero ad *deciſio. Verall.* 116. *part.* 1.

COLLECT. 829.

Super l. quoties. C. de iure dotium.

AEſtimatio facit emptionem, h. d. adeò vt vir, ſiue eius hæredes tempore reſtitutionis dotis teneantur tantùm reſtituere pretium rerum æſtimatarum non autem rem ipſam, & ita *Balb. in deciſ.* 39. cum qua concordat *l. ſi inter virum. C. de eo. tit.* Limita nunc, & primo in caſu *deciſio. Fabri* 43. *C. de iure dot.* vbi fuit dictum, quod in fundum etiam æſtimatum habet mulier regreſſum, ſi maritus non ſit ſoluẽdo, & ſic hoc in caſu æſtimatio rei in dotem datæ non facit emptionem. Limita ſecundo, quando æſtimatio fieret ad effectum ſciẽdi valorem rei, quia tunc non facit emptionem; & ſic periculum non tranſit in maritum, vt in puncto decidit

cidit *Rot.diuers.decis.* 136. *part.* 2. & in dubio præsumitur potiùs factã fuisse ad sciendum rei valorem, quam ad inducendam emptionem, *Egb in decis.* 125. Limita tertiò, quando vir tempore cõsignationis dotis esset inops, quia tunc tenetur restituere rem æstimatam, non autem illius pretium, & ratio est, quia cùm vir sit pauper, lex non potest fingere, quod breui manu vir dederit pretium vxori pro æstimatione, & restitutione dotis, vt in propriis terminis refert decisum *Rubin. in decis.* 29. Limita quartò vt in casu *Anton. Fabri in decis.* 44. *C. de iur. dot.* vbi fuit decisum, quod in duobus casibus æstimatio emptionem non facit, & si mulier rem æstimatam reperere potest, scilicet in subsidium, aut eo casu, quò conuenisset, vt non obstante æstimatione eædem species redderentur, & in hoc casu neq; expensas dotis causa factas marito reddi oporteret. Limita quintò, & intellige text. procedere, quando à principio res æstimatæ viro consignantur, non autem quando à principio datur viro fundus inæstimatus, & ex interuallo fiat æstimatio, quia per talem æstimationem non censentur partes velle, quin res illæ desinant esse dotales, sed æstimatio illa dicatur facta ad declarationem deteriorationis, & meliorationis, ex eleganti doctrina *Bald. in l. ex inuentione, C de pactis*, licèt contrà afferat *decis. Ioseph. Ludou. Perus.* 89.

COLLECT. 830.

Super l. neminem, C. de exhibendis reis.

CArcerari nemo potest, nisi præcesserit Iudicis mandatum, h.d. Amplia vt pariter procedat in excarceratione, quia non possunt liberari carcerati absque Iudicis licentia, ita decidisse testatur *Vin. in decis.* 202. Subamplia primò etiam si esset carceratus pro debito pecuniario, *Balb. in decis.* 33. Subamplia secundò etiam accedente consensu creditoris, *Rot. German. in decis* 129. Subamplia tertiò etiam si captura attenta fuisset ab incompetenti Iudice, ita *Th ff in decis.* 200. Amplia secundò, vt nec pariter quis citari debeat ad informandum nisi constet legitimè de delicto, ac Iudicis præcesserit mandatum, *Vin. in decis.* 121. Nunc limita & primò in delictis atrocioribus, ac praui exempli, in eis enim non attenditur ordo, vt per *Afflict. in decis.* 191. & propterea potest quis carcerari, etiam nulla præcedente Iudicis licentia, ita decisum in Senatu Sabaudiæ scribit *Fab. in decis.* 2. *C de exhibendis reis.* Limita secundò in repertis delinquere in fragranti crimine, quia possunt capi propria authoritate, *Iaffred. in dec.* 29. Amplia hanc limitationem procedere etiam contra personas ecclesiasticas, quia non possunt capi à Iudice laico absque mandato sui iudicis, *Sayr. in decis* 49. *de sentent. excommun.* Limita tertiò in casu *Vin. in decis* 201.

COLLECT. 831.

Super l. ex hac lege, ff si quadrup. pauperiem.

FIlij, & hæredes occisi possunt agere saltem ad damna, & interesse eius, quod potuit lucrari occisus, h.d. Amplia primò in casu *Card. Put. in decis.* 280. *lib.* 3. vbi fuit dictũ, quod hæres filius Doctoris occisi potest agere pro damnis, & interesse contra

interfectores pro tempore, quo verisimiliter occisus viuere potuisset, secùs in hærede extraneo. Amplia secundò, vt compositio in iuribus fiscalibus facta, ius partis interfecti non lædit, *Marc. in decis. 18. part. 1.* Amplia tertio, vt condemnatus ad tale interesse non admittatur ad cessionem bonorum, *Peguer. in decis. 6.* & de materia vide *de Franch. in decis. 358.* Amplia quartò, etiam si occisus esset iuuenis, quia eius parentes, liberi, & hæredes possunt petere operas, quas potuisset occisus exercere tempore suæ vitæ, *Marc. in decis. 391. part. 2.* Amplia quintò in casu *d. cis. Cappell. Tholos. 22.* vbi fuit dictum, quod homicida nedum ad damna, & expensas condemnari poterit, verum etiam ad honorem sine partis requisitione, quam refert, & sequitur *Magon. in decis. Rot. Lucens. 91.* Amplia sextò in casu *decis. Achill. de Graff. vnic. de iniuriis,* vbi fuit dictum, quod filij, & hæredes Aduocati interfecti possunt agere saltem ad damna, & interesse. Subamplia etiam licet habuissent artificium, ex quo se alimentari potuissent, *Bal. in decisione 333. part. 2.* Amplia septimò, vt veniant pariter expensæ factę in curatione, & in medicinis, *Thoming. in decis. Rot. Lipsiens. 122. part. 2.* Nunc limita præfati text. conclusionem, & primò, vt non omnibus debeatur tale interesse, sed aliquibus personis, de quibus decisum refert *Papon. Rot. Francia, lib. 24. tit. 2. arrest. 5.* Limita secundò, vt agere quis non possit ad æstimationem membrorum, & vitæ, cùm liber homo nullam patiatur æstimationem, *Ioseph. Ludou. in decis. Lucens. 62.* Limita tertiò, vt ratio interesse iuxta modum temporis, aut annorum, quibus verisimiliter quis potuisset viuere, habenda sit, vt decisum *Franc. Marc.* refert *in decis. 225.*

COLLECT. 832.

In l. nuper, C. de naturalib. liber.

PEr subsequens matrimonium filij legitimantur, h. e. Amplia primo, vt non requirantur instrumenta dotalia ad hunc effectum, *Thessaur. in decis. 85* licèt requiratur consensus liberorum, *Franc. Marc. in decisione 682. part. 2.* & *idem in decis. 685. Osasch. in decis.* verùm not. quod ad effectum legitimationis prolis sufficit probare matrimonium, per instrumentum dotale, reputationem, & famam, *Cardin. Put. in decis. 72. lib. 2.* Limita nunc regulam text. & primò, vt non procedat in spurio nato ex coniugato, & soluta, quia non legitimatur per subsequens matrimonium, *Osasc. in decis. 119.* quidquid contrarium tenentes asserant, præsertim *Franc. Marc. in decisione 682.* Limita secundò, vt non procedat quando mulier esset tali conditione, cum qua commodè, & pro dignitate naturalium matrimonium contrahi non posset, *Cappell. Thol. in decis. 220.* Limita tertiò in filio nato ex Moniali in Monasterio degenti, quia non efficitur legitimus per matrimonium subsequens mediante dispensatione contractum in præiudicium substituti, *Rot. Auen. in decis. 6.* Limita quartò, vt non procedat quotiescunque cum ea matrimonium contraheretur quam viuente vxore cognouerat: ita *Ego in decis. Curia Archiep. Neapol. 91.* Limita quintò, ex filio nato ex damnato coitu, quia non potest legitimari, nec per subsequens matrimoniū, nec per rescriptū Principis, *Fab. in dec. 5. C. de naturalib.*

turalib.liber. verùm si potuisset legitimari per Principis rescriptum, non posset feudo succedere, vt decisum refert *Mynsing centur*.5.*obser*.42.quam ad ampliationem *tex.in* §.*si quis naturales,si de feudo defuncti* reponas.

COLLECT. 833.

Super clauf.fine praiudicio.

HÆc clausula sine præiudicio iurium suorũ habet nonnullos effectus, & primo quia præseruat ius quod habet, *Card.Put.in decis*.32.*lib*.2. & ita pariter fuit resolutum in vna *Romana domorum* 5.*Martij* 1586.*coram Seraphino*. Est enim clauf. hæc præseruatiua Iurium, *Idem Put. in decis*. 197.*num*.23.*lib*.1. *&* *in decis*.115 *num*. 1.*lib*.2. & ita fuit resolutum in vna *Caputaqu*. 17. *Iunij* 1577. *coram Blanchetto*,vt apparet *in d.c*.17. *lib*.1. *diuers*. & ideò nullum ius tribuit, sed tantùm præseruat, si quid aliquid habeat, vt fuit dictum in vna *Valentina Pensionis* 3. *Iunij* 1601. *coram Licta*, & est præseruatiua omnium Iurium,& reddit quidquid geritur conditionale, & ideò operatur, vt quatenus inferat præiudicium, perinde sit, ac si actus non fuisset factus, *Rot. diuers. decis*.107.*lib*.2.& aliquid per *Card. Pute in d c* 32. *num*.1.*lib*.2. Secundus effectus huius clausulæ est, quia apposita in absolutione ab excommunicatione ob recursum ad Iudices laicos nullum ius tribuit aduersario,sed tantùm præseruat si quid habet *Bald. in decis*.22. & fuit dictum in vna *Valentina pensionis suprà cit. coram Licta*. Limita tamen eius virtutem, vt non procedat nisi in expressis tantùm, quia in non expressis nil operatur, ita *Card.Put.in decis*.133.*lib*.3. *Verall. in dec*.284.*lib*.1.&fuit resolutum in vna *Romana hæreditatis* 18. *Aprilis* 1575. *coram Aldobrandino*.

COLLECT. 834.

Super l.si quis testium,C.de testibus.

IN mat.repulsę scripsi in *Collect*.10. hic addas nonnullos casus,in quibus repulsa cessat,& primo,prout in text. quod producens testem pro se non potest illum repulsare, & ita *Rubin. in decision*.123. cessat secundo in iudicio manutentionis *Anna alleg*.84. cessat tertio in casu *decis. eiusd*.67. vbi blasphemanti Deum nulla datur repulsa, nisi in capite inimicitiæ, *Boer. in decis*.301. cessat quarto quando nõ fuit petita, vel reseruata in publicatione, *Ioseph. Lud. in decis. Perus*.86.*nu*. 4. quam not.ad *text.celebrem in c. præsentium, de testibus*. cessat quintò, in casu *decis. Afflict*.266.vbi fuit dictum, quod repulsa non datur in secunda instantia testium examinatorum in prima instantia. Limita primò,quando vellet repulsare ex causa falsitatis vt deciditur per *Mastrill. Rot. Siciliæ in decis*.97. *part*. 1. Limita secundò quando in prima instãtia essent proposita capita repulsæ,verùm nõ probata, quia tunc in secunda instantia poterunt testes repulsari. *Thessau. in decis*.259. Limita tertiò,in casu decis. *Anna in sing*.442. vbi refert, quod in anno 1553.fuit concessa repulsa testiũ examinatorum in prima instantia in causa Troiani Miraballi cum Diana Miraballa, & dicit hoc euenisse forsan quia illa DD. impedita fuit repulsare: Limita quartò si adesset in contrarium consuetudo, quia illa existente poterunt testes in secunda instantia repulsari, ita refert decisum *Guid.Pap in decision*.500. cessat sexto,

in iudicio possessorij summariissimi, & demum in quauis alia causa summaria, ita decidit *Capyc. in decis.* 55. & ad eandem mat. vide *eundem in decis.* 13. cessat septimo, post conclusum in causa, vt decisum refert *Capyc. in decision.* 158. quam reponas ad *text. in c. praesentium, de testibus*, num autem sententia non dato termino ad repulsam sit nulla, vide *decis. Triuis.* 54. *part.* 1. *in negat.*

Collect. 835.

Super l. ingenuum, ff. de statu hominum.

Sententia lata in causa status facit ius, quoad omnes, h. d. Ex quo infero ad decis. *Anna in sing.* 468. vbi sententia lata in fauorem vnius fratris in Sedilibus iuuat alteri fratri consanguineo, vt decisum refert *in anno* 1548. *in causa delli Pandoni cum Sedili Capuano.* Infero secundo ad *decis. Fabri* 15. *C. de reiudic.* vbi fuit dictum, quod sententia per quam pronunciatum est, quem esse haeredem cum beneficio legis, & inuentarij nocet omnibus creditoribus etiam non vocatis, quasi statum afficiat, & conditionem personae. Infero tertio ad *decis. Rot. Rom.* 24. *eod. tit. in Nou.* vbi sententia lata inter duos litigantes in causa status praeiudicat etiam tertio. Infero quarto, quod cùm sententia lata in causa legitimationis contineat causam status, propterea facit ius, quoad omnes, vt est *decisio Rot. diuers.* 108. *part.* 3. Infero quintò quod regulariter sententia inter alios lata non facit ius, nisi quis sit intrusus lite pendente, *Rot. decis.* 545. Infero sexto ad *decis. Rot. Rom. teste Achill. de Graff. in decision.* 5. *de sententia, & reiudic.* vbi fuit dictum, quod sententia in causa status, putà declarans beneficiũ esse patrimoniale, vel non facit fidem, inter omnes reddit rationem, quia pariter quoad omnes ius facit. Limita tamen supradicta omnia in casu *decis. Rot. Rom.* de qua per *Mohed. in decis.* 8. *de sent. & reiudic.* vbi fuit dictum, quod sententia lata in causa status non facit ius, quoad omnes, nisi fuerint citati, vel habuerint scientiam litis.

Collect. 836.

Super c. per venerabilem, qui filij sunt legitimi.

Imperator non potest legitimare in terris Ecclesiae, h. d. & ratio secũdum *Balb. in dec.* 33. *par.* 2. quia esset mittere falcem in messem alienam, iuxta terminos *cap. per venerabilem de electione.* Limita primo reg. tex. in casu *decis. Verall.* 74. *par.* 2. vbi fuit dictũ, quod Imperator potest filium etiam Sacerdotis Patre petente in terris Ecclesiae legitimare, & reddit rationem, quia legitimatio est actus voluntariae iurisdictionis, & propterea non consideratur ad *text. in l.* 1. *ff. de offic. proconsulis.* Amplia hanc limitationem, nedum procedere in Imperatore, verumetiam in habente causam ab eo, vt refert decisum *Rot. Lips.* 91. *par.* 1. Limita secundo in casu eiusdem *Verall. in decis.* 76. *p.* 2. vbi Imperator in terris Ecclesiae poterit legitimare etiã Clericum filium Clerici patre petente, nec obstat, quod sit clericus, quia ista qualitas quae nõ facit ad actum, non est considerabilis, vt dicit ita decisum, *Verall. vbi suprà, & Balb. in decis.* 325. Limita tertiò, vt possit Imperator in terris Ecclesiae etiam non sibi subditum

subditum legitimare, vt refert decisum Capp. in decis. Rot. Rom. 78. p. 2. & ratio est secundum eundem in decis. 75. p. 2 quia legitimatio est actus fauorabilis, & propterea non consideratur an sit subditus, nec ne, qui si ita esset non procederet in clerico secundum quod refert Rubin. in decision. 22. Sublimita nisi concurrat patris, atque filij consensus, alias legitimatio esset nulla, vt est dec. Rot. Rom. de qua per Achil. de Graff. in dec. 7. in tit. qui filij sunt legitimi. Sublimita secundo in clerico, vt in eo non subsistat Imperatoris legitimatio, nisi quoad bona tantum, vt refert in Rot. decisum, idem in decis. 8. qui filij sunt legitimi.

Collect. 837.

Super Regula de infirmis resignantibus.

PEr istam regulam editam à Iulio III. annullantur resignationes beneficiorum factę intra viginti dies computandos à die infirmitatis, vsq; ad diem obitus resignantis, vt poteris videre per Rebuff. in Prax. benef. super hac regula, quam plenè explicat ad partes, & Garz. tom. 2. de Benef. par. 11. c. 3. de renunt. qui alias allegat, & praecipuè Flamin. Paris. de resignat. lib. 12. per totum, qui per quatuordecim quaestiones materiam examinat. Sed quaero vlterius circa dictam regulam, num habeat locum extra Curiam, scilicet in resignantib. extra illam. Respondetur affirmatiuè, prout resolutum fuisse videbis apud Cresc. in decis. 12. tit. de renunciat. & apud Cassad. in decis. 31. qui diffusius de ea. Itē procedere regulam in quacunq; permutatione siue de aequali, siue de inaequali contra Sarnensis sententiam super hac regula q. 19. decisum testatur Achill. de Graff. dec. vnic. super hac eadem regula. ex eo quia tentum fuit, rationem finalē illius regulae non fuisse vnam tantum, scilicet ad euitandas fraudes, sed posse alias rationes considerari, & aliam saltem impulsiuam, quia scilicet testator cogitatione mortis turbatus, non bene potest considerare de persona idonea Ecclesiae proficienda, l. iubemus, C. de testament. & l. haeredit. & suggest. iuxta not. in l. penult. Cod. si quis aliq. test. prohib. vel coer. Melius tamen meo iudicio Sarnen. opinio refellitur per decis. Cassad. 32. ex eo quia vt ibi num. 10. in dicta regula possumus considerare duas rationes finales, fraudis videlicet, & successionis, ac propterea in permutatione, de aequali cessaret prima ratio, militat tamen ratio successionis, & vbi duae sunt rationes finales sufficit altera §. affinitatis Instit. de nuptiis cum similibus. Quae ratio successionis tantò magis stringit in casu dictae decis. Cassad. 32. in Commendatario resignante, tamen vt ibi poteris videre quaest. de Commendatario adhuc remanet dubia per ipsum.

Collect. 838.

Super l. 2. C. de nautico foenore.

HIc tractant DD. mat. assecurationis, super qua pluries dubitari contigit, & primò num assecuratores super vno vaxello teneantur, si fiat oneratio super alio, & Rot. Sicilia, teste D. Francisco del Castillo in decis. 3. decidit pro negatiua, cuius decis. ratio est, quia promissio assecurationis non extenditur de vno casu ad alium, vt decidit Rot. Genuen. in decis. 25. per text. in l. si vnius, §. ante omnia ff. de pact. Secunda ratio est, quia

in contractibus assecurationis inspici debet, quid actum sit inter contrahentes *Balb. in decis.* 19. Secunda est quæstio num assecurationis obligatio præsupponat onerationem, & eadem *Rot. teste eadem in decis.* 73. decidit pro affirmatiua. Tertiò principaliter dubitatur num assecurator possit allegare remedium *l.* 2. *Cod. de rescind. venditione.* & in hoc est videnda decisio *Rot. Lusitaniæ, teste Valasco in decision.* 18. cuius decis. ratio est, quia cùm contractus iste verè, ac propriè contractus dicitur, propterea in eo, sicut in cæteris contractibus læsio allegari poterit, *Rub. in decis.* 99. Quartò dubitatum fuit, quid si tempore contractus assecurationis merces essent deprædatæ, vel Nauis submersa, aut dirempta an valeat assecuratio, in qua dubitatione *Rot Lusitan.* transiuit cum præfata distinct. scilicèt quod aut assecuratus ignorabat eo tēpore iam deprædatas esse merces, seu Nauim submersam, & valet assecuratio, alioquin si sciebat non valet, ita *Valas. in decision.* 64 cuius distinctionis diuersitatis ratio est, quia primo casu sine dolo, & fraude contraxerit, posteriore verò casu cum dolo maximo, ex quo lucrum capere non debet *Salic. in decis.* 149.

COLLECT. 839.

In l. cum ad præsens ff. si certum petat.

Conditio nil ponit inesse, & propterea actum suspendit, h.d. Nec refert an sit negatiuè, vel affirmatiuè concepta quoad effectum, vt actus dicatur cōditionalis, *Osa. in dec.* 145. Ex quo text. infero primò, quod actus conditionalis non probat, nisi probetur purificatio conditionis, *Bellam. in decis.* 135. Infero secundò, quod ius non dicitur quæsitum ex actu suspenso conditionali, & imperfecto, *Rot. Genue. in decis.* 1. Infero tertiò, quod conditione pendente non dicitur quis habere ius in re, nec ad rem *Bellam. in decis.* 666. quam not. ad *text. in c. dudum de concess. prabenda.* Infero quartò, quod omne quod geritur ante conditionem purificatam nil valet, *Card. Put. in decision.* 283. *li.* 2. cuius illationis ratio est, quia ex actu conditionali agi non potest, nisi purificata conditione *Verall. in decision.* 338. *part.* 1. *& in dec.* 35. *part.* 2. Infero quintò, quod pactum appositum in conditione; ea non verificata, non inducit dispositionem, *Rota Genuen. in decision.* 192. *Afflict. in decis.* 355. & ratio est, quia dispositio conditionalis futura, & merè casualis conditione suspensa, non potest aliquem sortiri effectum ante huiusmodi conditionis euentum, *Bellam. in decision.* 123. Infero sextò, quod obligatio conditionalis non habet paratam executionem, vt refert decisum *Papon. lib.* 10. *tit.* 1. *arrest.* 1. Infero septimò, quod pars non potest venire cōtra accordium factum sub conditione, si placebit Curiæ ante placentiam Curiæ, *Io. Gall. in decis.* 210. Infero octauò, quod legatum conditionale non potest repudiari ante conditionis adimplementum, ita *Bellon in decision.* 22. *Rot. Genuen.* Nunc limita regu. *text. in casu Bellam. in decision.* 717. *&* 213. vbi debitum in diem, & sub conditione, etiam ante conditionem transmittitur ad hæredem.

COLLECT. 840.

Super l. dies festus, C. de feriis.

Nul-

NVllus actus iudiciarius potest exerceri tempore feriato, h.d. Limita primò in executione sententiæ, quæ fieri poterit tempore feriato *Guid. Pap. in decis.* 215. & *Cappell. Tholos. in decis.* 158. Quod amplia in illis temporibus, quæ in honorem Dei inducuntur, sed à populo, & clero non obseruantur, vt sunt dies hebdomadæ Sanctæ, *Thessaur. in decis.* 95 Limita secundò in interpellationibus debitores in mora constituentibus, *Rot. Lituan. in decis.* 29. Sublimita si deberent fieri iudicialiter *Guid. Pap. in decis.* 215. Limita tertiò, vt valear iudicium agitatum tempore feriato ob necessitatem introducto, *Guid Pap. in decis.* 221. Limita quartò in omnibus actibus voluntariæ iurisdictionis, vt decisum refert *Papon. lib.* 7. *tit.* 10. *arrest.* 5. Limita quintò in causis criminalibus, vt est mea *decis. Curia Archiepisc. Neapolit.* 29. Limita sextò, vt feriæ non noceant in iis, quæ concernunt periculum animarum, *Crescent. in decis.* 1. *de feriis.* Limita septimò, vt testes possint interrogari die feriato, vt decidit *Coler. Rot. Germania* quam not. ad ornatum text. *in cap. per tuas* 29 *de testibus.* Intellige cum die non feriato iurauerint *Guid Pap. in decis.* 225. & ratio est, quia in depositionibus testium inspicitur tempus iuramenti, *Rot. Bonon. penes de Benintend. in decis.* 11. Limita octauò in casu *decis. Lasf. ed.* 2. vbi fuit dictum, quod executio instrumenti habentis executionem paratam potest fieri die feriato, ob necessitatem hominum. Limita nonò, quod tempore feriato potest decerni, & confirmari tutor *Balb. in decis.* 333. Intellige quando non exigitur causæ cognitio, aliàs secus *Peregr. in decis. Patau.* 91. & propterea infertur, quod decretum Judicis in alienatione rei minoris, quia exigit causæ cognitionem non potest interponi die feriato, *Lanfranc. in decis.* 353.

Collect. 841.

In l. si parentibus, vbi Bart. ff. de inoffic. testament.

SCripsi de legitima liberorum in *collect.* 105. *super Authent. nouissima, C. de inoffic. testam.* Nunc verò agendum duxi de legitima, quæ matri debetur; Pro cuius l. intelligentia constituas conclusionem sic, matri debetur legitima, etiam si veniret excludenda virtute substitutionis fideicommissariæ, vt in propriis terminis, *Afflict. in decis.* 38. Amplia primò, nedum legitimam, verùm etiam Trebellianicam detrahere possit ex fideicommisso filio grauato decedente pubere, *idem in decis.* 367. *in fine*, & ita decidit pariter *Papon. in lib.* 20. *tit.* 3. *arrest.* 30. Amplia secundò in casu *decis. Mynsing obseru.* 43. *centur.* 3. vbi fuit dictum, quod consuetudo excludens maiorem à successione, ad legitimam non extenditur. Amplia tertiò, vt nec per substitutionem pupillarem factam in forma legati, seu fideicommissi particularis, excluditur mater à legitima, ita in propriis terminis *Afflict. in decis.* 310. Amplia quartò, vt hæc legitima hodie sit acta instar legitimæ descendentium, *Thessaur. in decis.* 172. *Afflict. in decis.* 24. Amplia quintò, quòd mater à filio instituta, & grauata de restituendo, non imputat fructus in quartam *Thessaur. in decis.* 58. quam not. ad limitationem text. *in l. Papinian.* §. *vnde, ff. de inoffic. testam.* an autem fructus percepti per ascendentes imputentur in legitimam, vide *Guid. Pap. in decis.* 478. Nunc limita

suprà firmatam text. conclusionem, & primò nō procedere vbi filius, vel filia haberent filios etiam naturales, *Cassad. in decis. vnic. de successionibus ab intestato.* Limita secundò, si mater transiret ad secunda vota, quia tunc non succedunt filiis ab intestato, etiam in legitima, stantibus aliis filiis fratribus defuncti, *Boer. in decis.* 185. Limita tertiò, quando mater esset instituta à filia in duabus partibus hæreditatis, quas consuetudo dat agnatis, *idem Boer. in decis.* 185 Animaduertas primò ad huius text. intelligentiam, quod legitima matris est tertia totius secundùm opinionem de qua per *Rubin. in decis.* 21. Secundùm verò aliam est tertia tertiæ secundùm *decis. de Franch.* 63. Animaduertas secundò, quod vbi per statutum filia prohiberetur instituere matrem, nisi in certa parte, tunc legitima matris censetur inclusa in parte illa, in qua potuit, ideò tunc illam mater non potuit detrahere in reliquis bonis, vt est *decis. Papon. lib.* 10 *.tit.* 1 *.arrest.* 1.

Collect. 842.

In l. mulieri, & Titio, ff. de condit. & demonstrat.

IN iis quibus succeditur Jure speciali cessat Jus accrescendi, h.d. & ita refert decisum *Balb. Iaffred. in decis.* 49. Item cessat quoties adest illa clausula, quod nil aliud petere possit, *Rot. Auenion. decis.* 4 *diuers.* Item si testator illud prohibuit, vt decidit *Bellam. in decis.* 749 Item non habet locum in contractibus post acquisitionem semel factam. Ideo emphyteosis duobus concessa mortuo ex comprehensis in inuestitura sine filiis alteri non accrescit, *Magon. decis* 8. *Rot. Lucens.* Limita quando ab vno recepta emphyteosis, & ab eodem veluti à fonte ad alios deuoluta, inter eos fuit diuisa, quia tunc vno decedente sine liberis, eius pars accrescit alteri sine liberis, *idem Magon. in decis* 62 *Rot. Florent.* Item in contractibus, intellige tamen post emolumentum quæsitum *Guid. Pap. in decis.* 101 quam diligenter nota ad limitationem text. *in l si mihi & Titio ff. de verb. oblig.* Item cessat inter succedentes diuerso iure, vt in terminis decidit *Rot. decis.* 6 *de testamentis, in antiq.* Item cessat quando portio non est omnino defecta, vt in casu *decis. Capyc.* 158. Item existente in contrarium testatoris mente, quia tunc portio amissa potius heredi, quàm legatario accrescit, vt decidit *Card. Put. in decis.* 407. *lib.* 3. *& in decis.* 424. *eod. lib.* & vide etiam *decis. Verall.* 125. *part.* 2. & tunc ius accrescendi vnitum cum præfato substituto, si est pupillaris excludit matrem, vt in propriis terminis decisum refert *idem Card. Put. in decis* 329 Item cessat postquam legata agnita sunt, *Verall. in decis.* 124. Intellige tamen maximè postquam recedit à legato post agnitionem *Balb in decis.* 21.

Collect. 843.

In l. 1. *C. de in litem dando curatore.*

CVrator ad lites debet dari pupillo litiganti, h.d. & propterea infero, quod minor ad litem, curatorem accipere debet, & cogitur *Boer. in decis* 92. Amplia primò, vt procedat istud nedum ad lites præsentes, verumetiam ad futuras, *Cappell. Tholos. in decis.* 72. Amplia secundò etiam pupillo tutorem non habenti, vt decidit *Balb. in decis.* 124. Amplia tertiò,

vt possit

vt possit dari Curator ad litem pupillo etiam non petenti, *Mynsing. cent. 2. obseru 31.* Amplia quartò, vt iudicium agitatum cum filiofamilias minore, non firmatur authoritate patris, nisi etiam interuenerit Curator ad litem *Lanfranc. in dec. 307.* Amplia quintò, vt si fiscus patiatur teo dari curatorem, eidem incumbit onus probandi, hunc non esse minorem, *Rot. Auen. in decis 63.* & ita pariter decidimus Nos in Curia Archiepiscop. Neap. *refero Ego ipse in dec. 18.* Amplia sextò, vt possit dari curator pupillo etiam tutorem habenti, *Affl. in decis. 256.* Intellige quãdo tutor nollet sui copiam facere, & tunc debet citari prius ipse pupillus, si est maior infantiæ, & deinceps datur curator ex officio liti, *Affl. in dec. 262.* Nunc verò limita, & primò, vt processus factus cũ minore nullo curatore constituto litigans per procuratorem cum iuramento constitutum valet, *Guid. Pap. in decis. 35. Boer. in decis. 92. Balb. in dec. s. 68.* Limita secundò in casibus, vbi tutor esset dandus, *Verall. in decis. 158. part. 1.* Limita tertiò *in casu decis. Iaffre. in decis. 309.* vbi fuit dictum quod gesta per minorem sine curatore coram arbitris valent, licèt possit restitutione petere.

COLLECT. 844.

Super l. post contractum ff de donat.

DIximus suprà ex quibus præsumatur simulatio, hîc tamen nota priuilegia huius criminis, quæ sunt videlicet primò, quia coniecturis probatur *Rot. Genuen. in decis. 184* licèt debent clarè concludere, cum in dubio simulatio non præsumitur *Verall. in decis. 421. part. 2.* & idem tenet *in decis. 163. part. 2.* Secundò, quia licèt decretum Iudicis in contractu vendicationis omnem fraudis suspicionem tollit, vt *idem Verall. cit. decisio. 163.* non tamen prodest contractui simulato, quin possit simulatio allegari & probari, *Iaffred. dec. 183.* Tertiò quia licèt contra instrumentum non admittitur testium depositio, verum simulatio bene potest probari per testes contra instrumentum, *Marc in decis. 48. & 434.* Quartò quia tabellio simulatum instrumentum conficiens pœna amputationis manus, & perpetuæ infamiæ plecti debet, *Mynsing obseru. 65. cent. 6* Quintò, quia dominium ex contractu simulato non transfertur *Balb. in decis. 91. & Afflict. in decis. 72. nu. 10* Sextò, quia simulatione instrumenti, rei veritas non mutatur, *Marc. in decis 46.* Septimò, quia quando allegatur simulatio debet quælibet ipsius species, specialiter, & expressè deduci *Bellam. in dec. 715.* Octauò, quia exceptioni simulationis renunciari non potest, *Mar. in decis. 483.* Limita cum iuramento, vt in casu *eiusdem in decis. 507.* ad materiam huius priuilegij, vide *Osas. h. in decis. 42. Afflict. in decis. 62. Grammat. in decis. 76. & 89. Franc Marc. in decis. 2. & 483. & 507.*

COLLECT. 745.

In cap. at si clerici, de iudiciis.

COnfessio facta coram Judice incompetenti, non probat coram competenti, h. d. Sed nota, quod valebit quoad duos effectus. Primo, quia ex ea poterit apponi ad torturam, sicut si extraiudicialiter esset confessus, *Balb. in decis. 103.* quam not. ad text. *in l cap. quinto, ff de adulter.* Secundò, quia poterit cogi perseue-

rare in tali confessione coram Iudice competenti, vt fuit decisum in *Curia Archiepisc. Neap.* refero *Ego ipse in decisio. 99.* Limita quando cõfitens doceret de errore, ac de causa variandi *Rubin. in decisio.* 31. quam not. ad notata *in l. magistratibus, ff. de iurisdictione omn. iudi.* Intellige primum effectum, vt confessio extraiudicialis non prosit, nisi quoad inquirendum *Rot. in decis. 1. de confessis.*

COLLECT. 846.

Super cap. cum nullus, de tempor. ord. in sexto.

AB Episcopo originis potest quis ordinari, h. d. Sed necessaria erit dubitatio in hoc text. quæ concurrere debeant, vt quis dicatur originarius, & primò, vt non ex electione, sed ex natiuitate sit ciuis, ita *Rot. Aragon* decidisse testatur *Sesse in decis.* 30. Secundò requiritur, vt eius parentes ibi domicilium contraxerint, & propterea ita fuisse in *Rot.* decisum testatur *Rot. diuers. decis.* 317. Tertiò requiritur ad finem, vt loquitur text. vt sit origo propria, non autem paterna, ita testatur decidisse *Balbus in decis 339. part. 3.* non tamen definit, priuilegia originis habere ille, qui in vico, vel in suburbiis ortus fuerit *Fab. in decis.* 17. *C. de verb. signific.* Limita in casu *eiusdem Fabri in decis. Sabaudia* 18. *C. eod. tit.* vbi fuit dictum quod vt quis non dicatur Albinus sufficit paternæ originis ratio, licet alibi natus ipse proponatur.

COLLECT. 847.

Super cap. feries, de testibus.

HIc sedet materia termini ad impugnandum scripturas circa contenta, ac ad concomitantiam: Super qua fuit primò dubitatũ num de iure concedi debeat, & fuit iste pũctus distinctione resolutus, quod scilicet quando contentum in scriptura fuit enunciatum in libello, ita vt reus poterit se defendere, tũc post præsentationem scripturarum non datur alius terminus, sed quãdo non esset enunciatum, & scriptura adduceret aliquid noui, datur terminus ad defendendum, ita fuisse decisum in *causa Baronis Varaualli cum Sedili Capuano* refert *Ann. sing.* 503 fuit secundò dubitatum, num in causis summariis, in quibus sola facti veritate inspecta proceditur, concedatur, & in hoc videndus est omnino *Capyc.* qui *in sua decis.* 55. refert quod in Sacro Consil. semper fuit denegatus, quam decis. diligenter not. ad ampliationem text. *in clem sæpe, de verbor signifi.* Fuit tertiò dubitatum num testium repulsa tantum petita censeatur impugnationi renunciatum, & *Capyc. in decis.* 68. negatiuè decisum refert, qui aliud est testes impugnare, & aliud est testes repulsa e secundùm *Balb. in decis.* 129.

COLLECT. 848.

Super cap cum venerabilibus, de religiosis domibus.

EPiscopus fundatam habet intentionem super omnibus locis existentibus in sua diœcesi, h. d. & propterea infero primò, quod manuteneri debet Episcopus quasi in possessione exercẽdi iurisdictionem, quoad omnes eius subditos in quacunq; parte suæ diœcesis, etiam ad inuitos, & ita fuit tentum in vna *Tirasonen. iurisdi-*

Iurisdictionis, coram Ach: ll. refert *Verall. in decis.* 101. *part.* 2. Infero secundò, quod manuteneri pariter debet Episcopus cum Capitulo in quasi possessione exercitij iurisdictionis causarum criminalium iuxta terminos *cap Episcopus nullus* 25. *quæst.* 7. & ratio esse potest, quia vltra fundatam intentionem, quam de iure communi habet, vt refert decis. *Verall. in decis. Rot. Rom.* 102. *part.* 2. cognitiò causarum criminalium concernit ea, quæ Episcopalis dignitatis sunt, *Sayrus in decis.* 3. *de elect.* quamplurimum facit ad ornatum *c. accedentibus, de excessib. Prælat* Limita si essemus in inferioribus Episcoporum iura quasi Episcopalia habentib. vt est decis. Rot. 100. *in collect. crimin. à Farinac.* & ratio poterit esse, quia in generali mandato non venit cognitio causarum criminalium *Farin. in decis.* 150. Infero tertiò ad *decis. eiusdem Verall.* 306. *part.* 1. vbi fuit dictum, quod Episcopus potest suam iurisdictionem exercere, in quacunque parte suæ diœcesis, & contra quoscunque etiam inuitos in ea existentes, quod extenditur etiam ad suos Vicarios. Quartò allegatur *decis. in terminis Rot. diuers.* 78. *part.* 1. vbi Episcopus tam in criminalibus, quàm in ciuilibus habet intentionem fundatam contra Abbatem, vt in simili decidit *Cappell Tholos in decis.* 308. *Guid. Pap. in decis.* 559. an autem eandem fundatam intentionem habeat contra Cappellanos vide *Rot. diuers. decis.* 727. quam confert ad intellectum *cap cum appella. de priuilegiis*, & si possit Cappellanos Regiarum Triremium visitare, vide *Sayr. in decis.* 1. *de foro compet.* Amplia supradicta omnia vt nedum in spiritualibus, verum vt primus Ciuis potest depascere sua animalia in diœcesi, & propterea lite pendente est manutenendus, vt fuit decisum in *causa Episcopi Bouini, cum Duce eiusdem in anno* 1572. testatur *Anna sing* 365 non tamen potest Episcopus vi fundatæ intentionis visitare Abbatias exemptas, quæ sub tuitione Romani Pontificis immediate existunt *Monald. in decisione congr.* 51.

Collect. 849.

In cap. ex parte, de Cappellis Monachor.

Generalis derogatio non porrigitur ad constitutiones Conciliares, h.d. & ratio, est, quia constitutio Conciliaris tacitè continet clausulam derogatoriam, & propterea ei non derogatur per clausulas generales *Caputaq. in decis.* 168. *part.* 1. fuit secunda decisio eiusdem *Ver.* 176. vbi Concilium Lateranen. à Leone X. celebratum requirit specialem derogationem, hinc fit, quod si in priuilegio concessionis Iurispatronatus fuerit dictum, non obstantibus quibuscunque constitutionibus, non porrigitur ad constitutiones Conciliares, nisi nominatim de illis facta fuerit mentio *Rot. in decis.* 122. *nu.* 1. & *in decis.* 123. *num.* 1. & *seq. p.* 1. *diuers.*

Collect. 850.

Super cap. ex parte, de accusat.

Monacho litiganti, ac Abbatem accusanti sunt decernenda alimenta ac litis expensæ, h.d. intellige iuxta qualitatem suæ personæ, & redituum Monasterij, vt refert *Rot. in decis.* 335. *in nou. Vesta in decis.* 17. Intellige secundò si fuerit in quasi possessione status Monachatus, vt dicit *Tanis in decis.* 111. *Rot. in decisione*

processum, & mandatum pertinent *Ego in decis.* 13. & aliquid per *Ioseph. Ludou in decis. Lucan.* 5. *num.* 35. Infertur secundo, quod negligentia procuratoris similiter non nocet, & quando possit excusari. Vide pulchram *decis. Benintend. Rot. Bonon.* 26. *Franc. Marc. in decis.* 48 *Gayl. obseru.* 45. *lib.* 1. Infertur tertiò, quod scientia procuratoris non constituit Dominum in mala fide *Rubin. in decis.* 91. & aliquid per *Capyc. in decis.* 86. *nu.* 8. Infertur quarto, quod Procurator non appellans, non præiudicat Domino pauperi *Garz. in decis.* 22. Idem si collulerit cum aduersario, propterea his in casib. Dominus poterit appellare post decem dies, *Guid. Pap. in decis.* 436. *Balbus in decis.* 397. aliàs sententia lata contra procuratorem citatum, & contumacem, qui non appellauit, mandatur executioni contra Dominum, si fuit lis cum ipso procuratore contestata, *Lanfranc. in decis.* 179. Sed tunc potest agi ad interesse contra procuratorem, *Cassad. in decis.* 5. *de appellat.* aliquid per *Benint. in decis.* 26. *nu.* 6. quia procurator tenetur appellare, quo non existente soluendo conceditur restitutio ad appellandum, *Cappell Thol in decis.* 101. Infertur quinto, quod Procurator ad agendum non præiudicat Domino, transigendo *Iass. ed. in decis.* 13. & facit *Afflict. in decis.* 4. *num.* 3. Infertur sexto, quod Procurator non cēsetur habere mandatum ad faciendum Dominum incidere in pœnam, *Ioseph Ludo. in decis. Lucan.* 50. *Magon. in decis. eiusdem Senatus* 51. Infertur septimò, quod confessio Procuratoris coram arbitro facta, petempto compromisso nō præiudicat, *Afflict. in decis.* 148. & de confessione procuratoris, quando nocet Domino. Vide aliquid per *eundem in decis.* 14. *Ioseph. Ludou. in decis. Lucan.* 5. *Bellam. in decis.* 694. *Franc. Marc. in decis.* 59. *Cappell. Tholos. in decis.* 392 *Put. in decis.* 396. *lib.* 2. & *Bellam. in decis.* 164.

COLLECT. 853.

Super l. fin. C. de ordine cognit.

SCripsi de alimentis lite pendente in *Collect. super l. si instituta*, §. 1. *ff. de inofficioso testamento.* Addas hic primo, quod debentur fratri litem habenti contra fratrem in petitione hæreditatis, *Guid. Pap. in decis.* 561. *Bisignett. in decis.* 2. *de iudiciis*, *Afflict. in decis.* 1. Item vxori agenti contra virum, qui ipsam è domo eiecisset sub prætextu perditæ vitæ, *Vesta. in decis.* 162. & 167. *Crescent. in decis.* 233. *Afflict. in decis.* 10. secus tamen si ex se voluntariè recessisset, *Tanis. in decis.* 11. *Peguer. in decis.* 20. Item vxori, quæ sub nomine accusaretur *Bellamer. in decis.* 88. Item accusato aut aliàs conuento ex causa proprij status agenti consulitur de propriis alimentis, pendente iudicio, vt in eo defendere possit iuxta text. nostrum *Rot. decis.* 143. Item lite pendente super præbenda Ecclesiæ poterit interim ipse possessor de fructibus eius se alere, *Cappell Tholos. in decis.* 77. insuper *Decretum Concil. Trident. sess.* 24 *cap.* 20. quod in causis matrimonialibus coram loci Ordinario in prima instantia agitandis, non possit quisquam in secunda, vel tertia instantia trahi extra prouinciam, nisi præstitis alimentis, & litis expensis, docto prius coram eodem Ordinario de vera paupertate illius, qui extra prouinciam trahitur *Crescent. in decis.* 233. Item sunt pariter alimenta præstanda impetrantibus beneficium, *cap. Odoardus*, *Cassad. in decis.* 6,

de appellation. Animaduertendum tamen pro huius materiæ generali cognitione, quod huiusmodi litis alimenta postquam decreta fuerint, exhibenda sunt vsque ad finem litis, *Vesta in decis.* 146. *&* 183. *Aegid. in decis.* 159. atque nedum sint præstanda in prima instantia, verumetiam in causa appellationis, *Afflict. in decis.* 10. *Bisign. in decis.* 2. & ita fuit resolutum *in Rot. in vna hereditatis, de Lenis in anno* 1547. vt refert *Vesta in decis. 1. de alimentis.* & sententia lata super alimentis tantum continet etiam litis expensas, si in libello fuissent omnia petita, vt fuit pariter resolutum in *vna de Visinis* 1552. *coram Chissanen.* Animaduertendum secundò, quod non sunt semper vniformiter decernenda, sed iuxta qualitatem personæ, & rei, de qua lis vertitur taxanda Judicis arbitrio, *Bellam. in decis.* 256. idcóque non eodem tenore taxari solita per Dominos de Rot. qui interdum ea decreuerint ad summam 50. ducatorum filio litiganti, licèt nõdum constaret de qualitate bonorum, quæ in iudicio peterentur, interdum autem decreta ad centum, cum facultate addendi, & minuendi iuxta formam futuræ probationis redituum, quandoque decreta ad certum tempus, & ex causa prorogatum, vt refert *Vesta in decis.* 31. 144. *&* 226. *Afflict. in decis.* 11. *Boer. in decis.* 324. quandoque vt quartam partem reditus eius rei, de qua agitur *Seraphin. in decis.* 55.

COLLECT. 854.

Super l. si cui, § idem Imperator, ff de accusat.

IN loco delicti quilibet conuenitur, h. d. & ita decisum testatur *Rot. Auen. in decis.* 114 *Franc. Marc. in decis.* 920. *part.* 2. Amplia etiam si aliàs haberet priuilegium ne conueniatur, nisi de certo loco *Balb. in decis.* 22. & tractatus delicti puniri potest in loco, quo factus fuerit, si delicti animaduersio facta non fuerit, *Franc. Marc. in decis.* 178. *part.* 2 & mandans fieri delictum, non in loco mandati sed delicti puniri potest, *Rot. Auen. in decis.* 114. *Guid. Pap. in decis.* 104. *Marc. in decis.* 178 *part.* 2 & attenditur status eius temporis in quo reperitur *Grammat. in decis.* 10. & delicti tempus attenditur ad fundandam iurisdictionem, *de Franch. in decis.* 417. Nunc limita regulam text. & primo in fure, qui potest puniri in loco, vbi captus fuit cum re furtiua, *Capyc. in decisione* 104. *Boer. in decis.* 218. *Peguer. in decis.* 29. Limita secundo quando Judex domicilij, vel originis præuenit in cognoscentem Iudicem delicti, quia tunc nullo modo potest prætendere remissionem, *de Franch. in decis.* 88. *& in decis.* 147. Limita tertiò, vt pœna non possit infligi in loco delicti, nec ad eum fit remissio ad terram alterius Principis diuersi Imperij, vbi fuit commissum delictum *Boer. in decis.* 29 *Cappell. Tholos. in decis.* 320. Limita quartò, si delinquens ibi non reperitur, quia tunc in alieno territorio citari non potest *Marc. in decis.* 179 *part.* 2. Limita quintò in pupillo, seu alia miserabili persona delinquẽte, *Franc. Marc. in decis.* 83 *part.* 2. Limita sexto in casu *decis. Papon. lib.* 7. *tit.* 7. *arrest.* 58. vbi in criminalibus subditus alicuius feudatarij non potest petere se remitti ad Judicem loci dicti sui Domini, nisi ipse hoc petat, sed an Judex domicilij, siue originis possit de quocunq; crimine alibi commisso inquirere, & an teneatur remittere:

tere ad ordinarium loci commissi delicti, vide *Grammat. in decis. 26. Boer. in decis. 270. Ioseph. Ludou. in decis. Luca. 16. Franc. Marc. in decis. 331. part. 2. de Franch. in d. cis. 66. Magon. in decis. Luca. 36. Th. ss. in decis. 90.* pro affirmatiua *Guid. Pap in decis. 202. Cappell. Tholos. in decis. 320. & Boer. in decis. 29.*

COLLECT. 855.

Super l. fin. ff. de quaest.

SCripsi in materia iudiciorum in collect. super cap. *cùm in contemplat. one, de regul. iur.* Nunc in præsenti text. addas nonnulla, quæ ad torturam inducendam sufficiunt, & primo mulier noctu interfecta, est præsumptio contra maritum, vt is illam occiderit, ideò concurrentibus aliquibus indiciis potest torqueri *Boer. in decis. 261.* Item mendacium *Franc. Marc. in decis. 92. part. 2.* Item homo, qui inimicum capitalem habebat, si occisus in via reperiatur, & ignoretur occisor, præsumitur ab inimico interfectus, quoad torturam *Fran. Marc. in decis. 766. part. 2.* Hinc est, quod si inimicus occisi apparatum fecerit, & præter consuetudinem per loca insolita visus sit deambulare, suspicione non caret, *idem in decis. 181. part. 2.* Item inculpatio socij in certis casibus specialib. facit indicium ad torturam, *idem Marc. in decis. 250. part. 2. Papon. lib. 24. tit. 8. arrest. 5. Peguer. in decis. 5.* Item testes corrupti faciunt indicium ad torturam contra corruptorem, *Papon. lib. 24. tit. 13. arrest. 3.* Item dictum familiæ asserentis de exportatione armorum, *de Franch. in decis. 379.* & de vulneribus sibi illatis, *Rot. Lucens. in decis. 21.* Item testes infames, viles, & blasphematores, licèt non probent cõtra inquisitum, quoad condemnationem, secus tamen quoad indicium faciendum, *Franc. Marc. in decis. 182. part. 2.* aliquid per *Gramm. in decis. 11.* Item testes audientes clamorẽ occisi faciunt indicium, sed quale, vide *Papon. lib. 24. tit. 9. arrest. 4.* Item dictum impuberis *Cappell. Tholos. in decis. 38. Marc. in decis. 182. part. 2.* Item ex confessione facta coram vno Judice posteà negata, potest confitens torqueri *Papon. lib. 24. tit. 9. arrest. 3.* Item confessio facta coram Judice incompetenti facit indicium ad torturam coram competenti *Boer. in decis. 90. Bell. am. in decis. 720. Guid. Pap. in decis. 121. Balb. in decis. 102.* Limita vbi huiusmodi confessio non in specie, sed in genere esset probata *Peguer. in decis. 17.* Item assertioni mãdatarij, & dicto creditur contra assassinum mandantem, concurrentibus aliis coniecturis, ita refert decisum *Gramm. decis. 32.* Item sanguis ex occiso fluens in præsentia accusati, *Boer. in decis. 166. Franc. Marc. in decis. 183. part. 1. & 190. part. 2. Papon. lib. 24. tit. 9. arrest. 5. Th. ss. in decis. 177. Sesse in decis. 111.* Item fugiens cum gladio euaginato de domo occisi, *Ego in decis. 390.* & aliquid per *Gramm. in decis. 42.* Item vestis omissa, vel aliud indumẽtum repertum apud occisum facit indicium ad torturam cõtra eum cuius erat vestis, *Papon. lib. 24. tit. 9. arrest. 4.* Item minæ & alia iactantia, *Magon. in decis. Lucens. 89. Peguer. in decis. 17. Th. ss. in decis. 24. Balb. in decis. 96.* Item contra Notarium decem sunt indicia ad torturam in materia falsitatis, *Ioseph. Ludou. in decis. Lucens. 17.* Nota tamen quod in nonnullis casibus indicia purgantur, primo per indicia amicitiæ, vel consanguinitatis, *Franc. Marc. in decis. 325. part. 2.* Item secundò reus

probans fuisse in alio loco longè distanti à loco delicti se purgat ab indiciis, *idem Marc.in decis.* 282. *part.* 2. Tertiò tollitur indicium ex eo quod quis fuerit in actis pronunciatus bonæ vocis, conditionis, & famæ *Osasc. in decis.* 72. & ad mat. not. 2. quod vnum indicium ad torturam non sufficit *Marc.in decis.* 253.*part.* 2.

COLLECT. 856.

Super l.penult. §.*ad crimen,ff.de publicis iudiciis.*

PRocurator in causa criminali interuenire nõ potest, h.d. hinc est, quod procurator generalis ad causas datus, non potest comparere in causa criminali sine speciali mãdato, *Guid.Pap.in decis.* 338. cuius ratio est, quia in generali mandato non venit cognitio causarum criminalium, *Farin.in decis.* 152.*Rot.Rom.* Limita primò quando causa criminalis esset incidens, ciuilis vero principalis, *Seraphin. in decis.* 29. Limita secundò in casu *decis.Crescent.* 2.*de dolo & contum.* vbi fuit dictum, quod excusator admittitur ad allegãdum causas absentiæ, quam not.ad text. *in l.absentem, C. qui excus. non poss.* Limita tertiò in coniuncta persona, quæ in criminalibus admittitur, *Faber in decis.fin. C.de procurat.* & facit *decis.Capyc.* 5.*num.* 3. Limita quartò, datis responsionibus per inquisitum, inde ad media causæ criminalis Procuratot admittitur *Guid.Pap.in decis.* 338. Limita quintò, quando id quod allegatur per procuratorem est seorsum à crimine, quia tunc potest interuenire, vt refert in Senatu Mediolan. decisum *Clarus* § *fin.vers.quarto*; licèt contrarium, & melius refert decisum *de Franch.in decis.* 314. Limita sextò, quatenus admitteretur ad allegandum causas absentiæ, *Franc. Marc.in decis.* 164. *Guid. Pap.in cit.decis.* 338. Limita septimò in casu *decis.Iaffredi Balbi* 482. vbi fuit dictum, quod procurator fuit admissus in causa criminali, cùm non debuisset admitti, nec fuit per hoc obiectum per partes, non vitiatur ob id processus, licèt contrariam sententiam tenuit *Rot.decis.* 154. *de procurat. in nou.* & quando non admittatur procuratot in criminalibus vide *de Franch.in decis.* 327.

COLLECT. 857.

Super Concil.Trident.sess 25.*cap.* 14. *de reformat.*

HAbetur hîc pœna contra clericos concubinarios, quæ est priuatio tertia parte fructuum obuentorum beneficiorum suorum, & alia pœna, de qua in text. Amplia primò, vt per hunc text. non impediatur Episcopus clericum concubinarium puniri pœna pecuniaria, *Ego in decis. Curiæ Archiepisc. Neapolit.* 99. & ita declarauit Sacra Congregatio Concilij. Amplia secundò, vt non solùm tertia parte fructuum, sed etiam distributionum quotidianarum priuentur, *Sayr.in decis.* 7.*de verbor signific.* Sæpe enim beneficiorum nomine veniunt distributiones quotidianæ, *Rot.in decis.fin. de prebend. & dignitatib. in antiq.* Amplia tertiò, vt pœna hæc extendatur etiam cõtra clericos simplicem fornicationem committentes, ita *Sayr.in decis.* 4.*de adulter.* Amplia quartò, vt vltra hanc pœnam clericus notorius fornicator est suspensus, & celebrando fit irregularis, *idem in decis.* 1.*de cohabit.at.cleric.* quamuis contrarium declarauit Sac. Congregatio.

gregatio. Amplia quintò, vt locum habeat etiam si quis clericus modò cum vna, modò cum alia comprehendatur *Rubin. in decis.* 29. Supradictam autem pœnam limita quando tres monitiones non præcesserint, vt in vna *Tullen. Monasterij Sancti Mansueti* 26. *Ianuarij* 1597. coram Pegna fuit per Rotam resolutum his verbis, clericus concubinarius etiam publicus non est ipso iure beneficiis priuatus, non venit priuandus nisi quando post legitimas monitiones indurato animo in concubinatu persistit.

Collect. 858.

Super l. manifestæ turpitudinis, ff. de iureiur.

IS, qui iuramentum defert, vel iurare, vel iuramentum referre tenetur, aliàs habetur pro confesso, h.d. Limita primò in infami, qui quemadmodum non admittitur ad iusiurandum, ita nec ad deferendum iuramentum, *Faber in decis.* 17. *C de rebus creditis.* Limita secundò in casu *eiusdem in decis.* 26. *eodem tit.* vbi euenit aliquando casus in quo iurare cogitur is, cui delatum est iusiurandum, nec ei conceditur, vt possit referre. Limita tertio in casu *eiusdem in decis.* 9. *eodem tit.* vbi in personis timoratæ conscientiæ huius l. dispositio non procedit. Limita quarto in casu *Rot. noui. collect. à Farinac. in decis.* 213. vbi non præstatur iuramentum huius legis quando petenti obstat receptio rei vendicatæ. Amplia vt huius legis dispositio procedat tam ante, quam post probationes tentas, ita decisum refert *Gratian. Rot. March. in decisione* 111.

Collect. 859.

Ad Bald. in l. pactum, quod dotali in 1. *q. C. de collat.*

EST locus originalis in illa conclusione, quod renunciatio personalis extinguitur deficientib. personis, quorum contemplatione facta fuerit. Infero primò ad pulchram *decis. Capyc.* 195. vbi fuit dictum quod quando filia renuntiat, existentibus masculis, ipsis mortuis, antequam Pater moriatur, quod filia admittitur ad successionem Patris, non obstante renunciatione, & ratio est secundùm *Garz. in decis.* 29. quia renunciatio prædicta dicitur respectiua siue contemplatione masculorum facta meritò ipsis deficientibus succedit. Infero secundo ad *decis. de Franch.* 591. *par.* 4. vbi pariter refert per Sac. Cons. decisum. Infero tertiò *ad decis. eiusdem Sac. Cons.* de qua per *Lanar. in cons.* 49. vbi in dubio semper renuntiatio præsumitur facta in beneficium masculorum; & propterea ipsis deficientibus extinguitur.

Collect. 860.

Super Concil. Trid. sess. 23 *cap.* 6. *de reformat.*

DIsponit, quod ante decimumquattum annum, nullus ad Ecclesiasticum beneficium admitti debet, ex quo text. corrigitur *decis. Rot.* 1. *de atat. & qualit. in antiq.* vbi minor 14. annis poterat obtinere præbendam in Cathedrali, corrigitur secunda *decis. eiusdem Rot.* 2. *eod. tit. in antiq.* vbi minor 14. annis poterat obtinere officium simplex in Cathedrali. Amplia nunc hanc dispositio. Sac. Concil. vt Episcopus non valeat dispen-

ſare *Thoming in deciſ.Rot.Liuſ.9 1.par.2.* Nunc limita & primò,niſi in fundatione aliter dicatur, quia non eſt ei derogatum, vt in vna *Gerund. Beneficij 12 Iunij 1579. coram Illuſtriſſimo Lancellotto*, in qua fundatione mandauit præſentari eos, qui ſunt de ſuo genere,& præſentari Presbyterum ſi adſit,quo non exiſtente,eum qui intra annum poſſit promoueri, & ſi nec talis adſit, voluit præſentari clericum, & cum occurrente vacatione fuiſſet præſentatus clericus de ſuo genere, qui negabat alios adeſſe reſeruarunt Domini de Rot.an ex quo non probatur, quod præſentatus eſſet conſtitutus in quartodecimo anno,prout Concilium requirit, ſed tantum in duodecimo anno ei obſtaret dictum Concilium,in qua difficultate Illuſtriſſimi Cardinales cẽſuerunt non obſtare, ita *Rot.diuerſ.in deciſ.48 2 pare.1.* Limita ſecundo in caſu *deciſ. Garz.52.* vbi fuit dictum, quod hoc cap. Sacr.Conc. non prohibet quin ille, qui iam quartumdecimum ſuæ ætatis annum attingit, licèt nondum expleuerit, poſſit beneficium ſimplex obtinere, vt declarauit etiam Sac.Illuſtriſſimorum Congregatio, quam nota ad ornatum *gloſſ.in clement generalem, in verb.18. de ætat. & qualit.*

COLLECT. 861.

Super cap.1.§.quin etiam Epiſc. & Abb.in l'ſibus feud.

DIſponitur in præſenti text. maxima illa,quod fœmina ſemel excluſa perpetuo cenſetur excluſa. Limita primò in pulcherrimo caſu *Ambroſ. Rot.Epiſcop.Peruſ.44.* vbi fuit deciſum,quod quando fœminę ſunt excluſæ per ſtatutum cum clauſula illa,donec, & quouſque extent maſculi,tunc intelliguntur excluſę temporaliter, id eſt maſculis ſuperſtitibus, ita vt illis deficientibus veniant reintegrãdæ ad illorum portionem. Limita ſecundò in feudalibus,in quibus fœmina ſemel excluſa ob maſculorum exiſtentiam, non intelligitur perpetuo excluſa,ita *Mynſing centur.5. obſeru.74.* Limita tertiò,in caſu *Rubin. in deciſ.91.* vbi fuit deciſum, quod vbi ceſſat excluſionis ratio ceſſat pariter fœminæ excluſio.

COLLECT. 862.

Super cap.cùm olim,de verborum ſignificat.

LEx iſta inducitur ad hoc,vt Princeps poſſit ad ſui libitum reuocare priuilegium: ad cuius confirmationem primò adducitur *Capyc.in deciſ.166.* vbi fuit dictum, quod priuilegium conceſſum ſubdito poteſt ad nutum Regis reuocari, etiam non ſubſiſtente cauſa, ſed quid quando tranſiiſſet in vim contractus vide *Cacher.in deciſ. Pedemont.90.* Secundò adducitur *Verall.in deciſ.277.part.2.* vbi Princeps poteſt,ac cenſetur reuocare priuilegium,aliud concedendo priuilegium. Tertiò adducitur *Creſcent.in deciſ.5. de priuilegiis*, vbi etiam, quod quando priuilegium feciſſet tranſitum in contractum poterit per Principem ad tempus reuocari, ac ſuſpendi. Quartò adducitur *Theſſ.in deciſ.Pedem.227.* vbi Princeps poteſt feudi naturam in aliqua parte alterare. Quinto adducitur *Anna allegat. 69.* vbi Princeps demanij priuilegium pro coronide reuocare, videas *deciſ. Creſcent. 11. de priuilegiis*, vbi an

reuocatio priuilegij sit priuilegiato intimanda.

COLLECT. 863.

Super constit. diuæ memoriæ.

CVius dispositionem amplia primo, vt in dubio præsumatur reuocationem præcessisse assensum, *Balb. in decis.* 329. *part.* 1. *& Anna in sing.* 637. Amplia secundò in casu *Gras. in decis.* 31. vbi quidam vendit feudum absque regio assensu, deinde huiusmodi venditionem reuocat iuxta dispositionem huius Constitutionis, postmodum emptor impetrat assensum, ac venditor ratificat dictum primum contractum, an ille assensus extendatur ad huiusmodi ratificationem, fuit decisum, quod non; Nunc limita, & primò in casu eiusdem *Garz. in decis.* 18. vbi fuit dictum, quod vassallus alienans rem feudalem, vt allodialem, atque liberam non possit hodie in Regno reuocare huiusmodi alienationẽ vigore huius Cõstitutionis, quam not. ad auream doctrinam *Frezz. in comment. ad eundem pragmat. fallent.* 2. Limita secundò in casu *Afflict. in decis.* 111. vbi fuit decisum, quod nec pariter locum sibi vendicat in dote, quando scilicet fit obligatio feudi pro restitutione dotis, saluo assensu regio, quam decisionem not. *ad consil. de Ponte* 10.

COLLECT. 864.

Super cap. calumniam, de pœnis.

VIctus Victori condemnatur in expensis, h. d. Verùm principalis dubitatio, quæ circa hoc principaliter contingere potest, est, num sententiam primi Judicis habens pro se, an, & quando ad expensas, si coram secundo succumbat, teneatur, in qua affertur primo *decis. Cappell. Thol.* 222. vbi ille, qui sententiam in prima instantia obtinuit, si in secunda succumbat, debet in omnibus expensis, tam primæ instantiæ, quàm appellationis condemnari; affertur secunda *decis. Rot.* 10 *de dolo & contu.* quæ transiuit cum distinct. s. quod aut appellatus ex nouiter per appellantem deductis succubuit, & tunc ad expensas minimè teneri debet, ratio illa affertur; nam in alieno facto errauit, sententiamque primo pro se habuit, qua ratione mota fuit iterum *Rot. teste Verall. in decis.* 292. si vero appellatus ex eisdem antiquis actis succumbat, tũc ex quo de iniustitia primæ sententiæ apparet, expensas reficiet, ratio affertur propter iuris ignorantiam, quæ neminem excusat, & ita pariter iudicauit *Chisanen. in decis.* 55. affertur tertia *decis. Iaffred.* 8. vbi cum eadem transiuit distinctione.

COLLECT. 865.

Super cap. cum M. Ferrarien. de constit.

AD hunc text. qui tãgit mat. protestationis, quæro num protestatio censeatur repetita in quolibet actu facto post protestationem; Respondetur primò, quod sic, si durat eadem causa prima, propter quam fuit protestatum *Balb. in decis.* 29. quã facit ad originale dictum *Felin. in d. c. nu.* 70. Respondetur secundò, idem Juris est in emphyt. vendente emph. cum protestatione, saluo assensu directi Domini, nec aliter, nec alio modo, quia huiusmodi protestatio repetita censetur in actu traditionis. *Menad. in decis.* 24. *Mart. Rot. Pisan. in*

decis. 194. Intellige tamen præfata procedere in actibus extraiudicialibus, secus verò in iudicialibus, *Mohed. in decis.* 44 *de iudiciis, Cardin. Put. in decis.* 111. incipit, fuit dictum in vna Placentin. & ita fuit pariter resolutum in vna Meleuitan Iurisdictionis coram *Decano* 7. *Decemb.* refert *Verall. in decis.* 406. *part.* 2. Limita nisi essemus in protestatione facta ex causa, quia durat semper durante causa, & non censetur repetita, *Achill. de Graff. in decis.* 413. Subintellige dummodo ille non faciat actum directè contrarium protestationi, quia censetur protestationi renunciare, licèt protestatio esset generalis, vel specialis, tacita, vel expressa, *Rot. decis.* 6. *de caus. poss. & propriet.* & melius *in decis.* 15. *de offic. delegat. circa fin. in nou.*

Collect. 866.

Super cap. cum in cunctis, §. cum verò, de electione.

PEr promotionem ad Episcopatum vacant omnia beneficia, h. d. Amplia primò, vt pariter amittat facultatem transferendi pensiones, *Bsignett. in decis.* 3. *de prabendis.* Quæ facultas non censetur data, nisi exprimatur *Caputaquens. in decisione* 315. *part.* 2. & ratio est, quia huiusmodi facultas tanquam odiosa, est digna speciali notificat. vt per *Rot. in decis.* 331. *in nou. Bellam. in decis.* 752. Amplia etiam si esset data retentio beneficiorum, quia non comprehenditur dicta facultas, quia talis retentio seu dispensatio dicitur subreptitia, & non valet, quia cùm sit quasi quædam noua concessio secundùm *Cassador. in decisione* 3. *de constitut.* in ea omnes qualitates, & clausulæ quæ tertio præiudicarent, sunt exprimendæ, *Rota in decisione* 13. *de prabend. in nouis.* & ita fuit resolutum in vna *Mediolan. en pensionis*, refert *Verall in decis.* 18. *part.* 2. Amplia secundò in beneficiis *Randen. in decis.* 22. Intellige tamen præfatum text. dupliciter, & primò in casu *decis. Seraphin.* 90. vbi non ante vacant beneficia per promotionem ad Episcopatum, nisi post consecrationem, nisi data retentione. Intellige secundò non ante, nisi à die adeptæ possessionis, adeptio tamen pacifica esse debet, iuxta *decis. de Graff.* 2. *de electione.*

Collect. 867.

Super l. si dictum, ff. de euict.

VEndiror non tenetur de euictione, nisi ei fuerit facta denunciatio, hoc dicit. Amplia etiam venditore sciente litem moram, *Capyc. in decis.* 106. *Franc Marc. in decisione* 581. quas ad locum *Bartol* communiter receptum *in l denunciasse, § quid ergo, ff. de adulteriis* reponas, & sic limitatur *Reg. eum qui certus, de regul. iur. in* 6. Limita primò in sex casibus, de quibus per *Cappel. Tholos. in decis.* 408. Limita secundò, quando venditor est præsens in iudicio tempore litis motæ contra emptorem, *Rot. Genuen. in decis.* 15. & ratio esse poterit propter iuramentum de defendendo, quod habet vim denunciationis, ita in propriis terminis *Franc. Marc. in decis.* 482. Limita tertiò, vt non sit necesse denunciare tertio possessori existente facto principali, *Ego in decis. Curia Archiepisc. Neapol.* Limita quartò, vbi necessitas denunciationis esset remissa, quia tunc non est opus denunciatione molestiæ, ad hoc vt emptor

emptor possit agere de euictione, *Maynard. in decis.* 9. *lib.* 5. & aliquid per *Cagyc. in decis.* 21. & per *Rot. Genuinf. decis.* 28 *num.* 17. Limita quintò, vt fieri non debet fideiussori, *ad. Rot. decis.* 15 Limita sextò, vt absenti venditori non sit opus denunciare, *Gomez Leo in decis.* 12. *diuers.* Limita septimò, quando certum est, eum non habere defensiones, *Rot. Auen. in decis.* 111. Limita octauò in casu *decis. Fabri* 25. *C. de euictionib.*

Collect. 868.

Super clauſ. non aliter, nec alio modo.

ALibi scripsi de hac clausula. Nunc hic not. nonnulla alia, præsertim decisiones manu scriptas. Hæc igitur clausula operatur primò, vt emphyteuta, vel vassallus alienans sine consensu Domini non cadat à iure suo, etiam sequuta traditione, *Guid. Pap. in decis.* 163. & aliquid per *Gramm. in decis.* 49. *num.* 3. *&* 4. & fuit dictum in causa *Rauenaten. bonorum* 21 *Iunij* 1599. *coram Pamphilio, & in vna Senogallien. bonorum* 2. *Iunij* 1597. *coram Orano*, declara procedere quando res tradita de facili potest recuperari, secus si esset difficilis recuperationis, vt puta Castrum esset alienatum, & traditum, quia hoc casu cùm traditio sit Domino captiosa clausula hæc non suffragatur, *Ego in decis.* 29. Item hæc clausula est adeò præcisa, vt non recipiat alienam interpretationem, nec aliam modificationem à verbis separatam, *Seraph. in decis.* 300 *part* 1. & fuit dictum in vna *Bononien. de Bouis* 21. *Februarij* 1597. *coram Mellino, & in Roman. Domus* 9. *Decembris* 1588 *coram Seraphim*. recipit tamen declarationem à principali dispositione, vt fuit dictum per *Balb. in decis.* 22. Item hæc claus. inducit cōditionem *Caputaq. in decis.* 82. *part.* 3. *Cassad. in decis.* 2 *de Simon a*. & fuit dictum in vna *Bononien. translationis pensionis* 23. *Ianuarij* 1579. *coram Aldobrandino*, vt patet in *decis. diuers.* 446. *num.* 5. *part.* 1. & fuit dictum in vna *Rauena. bonorum* 21. *Iunij* 1591. *coram de Bobiis.* Item hæc claus. inducit etiam formam, vt aliquid per *Boer. in decis.* 243. *num.* 11. & fuit dictum in vna translationis pensionis 27. *Iunij* 1566. *coram Grato*. Item est resolutiua, & facit perinde, ac si nihil actum sit *Guid. Pap. in decis.* 163. & fuit dictum in vna *Bonon. de Thobaldis* 13. *Februarij* 1598. *coram Lilla.*

Collect. 869.

Super gloſſ. celebr. in clem. præſenti, de cenſibus.

CItari debet pars, quando sententia declaratoria profertur pœnæ incursæ, h. d. & communiter allegatur, & ita decisum testatur *Rot. decis.* 5 *de litis contesta. in nou. & decis.* 19. *de sentent. excommun. in antiq & Mohed. de is* 3. *de dolo & contum.* & adeò est vera ista conclusio, vt licèt excommunicatio lata sine citatione, & sine monitione, vel Juris ordine teneat, quamuis iniusta 11. q. 3. cap. 1. & *Rot. decis.* 8 *de sentent. excommun in antiq. & in decis.* 3. *eod tit. in antiq.* nihilominus ipsa sententia declaratoria excommunicationis à iure lata incursæ est nulla, si non præcessit partis citatio, *Rot. decis.* 20. *de sentent. excommun. in antiq.* Limita primò, si declaratoria excommunic. fiat super excessu notorio, quia non est opus citare excom-

municatum *Balb. in decis.* 99. quam not. ad text. *in cap. peruenit, de appellat.* Limita secundò nisi sit dubium de fuga citandi, quia tunc potest declarari incurrisse pœnam omissa citatione, *Ego in decis. Curiæ Archiepiscop. Neapolit.* 112. quam reponas ad originale dictum *Panorm. in cap. cùm non ab homine in* 12. *columm. de iudicijs.*

COLLECT. 870.

In cap. cùm ad Monasterium, §. tales, de statu Monachor.

LOquitur de beneficio manuali, quod in rei veritate, nihil aliud est, nisi illud, quod non confertur in perpetuum, sed ad nutum conferentis, & propterea non dicuntur verè, ac propriè Ecclesiastica beneficia *Balb. in decis.* 29. Ex qua infero primo, quod non cadit sub rigorosa reseruatione, vt fuit resolutum in vna *Calaguritana preceptoria de Villel. coram Puteo de anno* 1546. *Achill. de Graff. decision.* 9. *de prabendis*, quam amplia procedere, quamuis tale beneficium manuale vacet per obitum, quia quamuis sit manuale, nihilominus per obitum vacare dicitur *Rot. diuers. in decis.* 739. *part.* 1. *num.* 4. Infero secundo, quod beneficia manualia non includuntur sub regula de annali, *Mohed. in decis.* 10. *de causa poss. & propriet.* referens ita resolutum in vna *Albigan. Cappell.* 25. *Ianuarij* 1549. *coram Nouato*; Infero tertio, quod nec etiam comprehenduntur in reg. de triennali, *idem in decis.* 169. *& Rot. diuers. in decis.* 739. *part.* 1. Infero quarto, quod de tali beneficio non valet vnio, nisi facta mentione manualitatis, *Cassad. in decis.* 4. *de prabendis, Simonett. in decis.* 31. Infero quintò, quod beneficium manuale non venit appellatione dependentis in rescripto, *Cassador. in decis.* 10. *de prabendis*, & aliquid per eundem *in decis.* 12. *num.* 2. & tenuit *Rot. decis.* 8. *teste Achill. de Graff. de prabendis*; Infero sextò, quod nec venit propriè appellatione beneficij, *Cappell. Tholos. in decis.* 90. cuius ratio est, quia deficit vnum requisitum, ex substantialibus beneficij, scilicet perpetuitatis, *Franc. Marc. in decis.* 1072. nec deficit esse manuale per Summi Pontificis confirmationem, *idem in decis.* 1073. *part.* 1.

COLLECT. 871.

In cap. vnico, de voto, in sexto.

INter alia in præsenti text. refertur Axioma illud, quos Deus coniunxit homo non separet, pro cuius dicti ornamento affertur *decis. Sayr.* 14. *de sponsalibus*, vbi Papa ex causa dispensare potest, vt Episcopus in quo spirituale coniugium adest cum eius Ecclesia, vt vxorem ducat, non tamen debet contrahi matrimonium contra formam dispensationis Papæ *idem in decis.* 17. *eodem tit.* Affertur secundo, Ex regula tamen supra posita infertur quod Papa non potest dissoluere matrimonium iam copula consummatum *Franc. Marc. in decision.* 674. Quamuis secus dicendum sit in matrimonio rato quoniam subsistente iusta causa, ac coniugum interueniente consensu valeat in illo dispensare, *idem in decis.* 675. Quando verò dicatur matrimonium consummatum, & quando ratum, vide eundem *in decisione* 677. *parte secunda*, & an Papa possit dispensare cum aliquo Principe circa matrimonium iam consummatum dissoluendum,

dum,& cum alia conttahendum, videndus est *Boer.in consil 20.* Potestas verò ordinaria,& absoluta quę dicatur latè *Thess.in decis.90.* Pro cotonide huius materiæ ad duo animaduertendum est,&primò quod pendente lite super separatione, vxor debet stare, & habitare cum marito, vt decisum refert *Ioan.Papon lib.1.tit.4.arrest.4.* Animaduertendũ secundò, quod dissoluto matrimonio nondum consummato, non fit condemnatio expensarum, & interesse contra illum, cuius causa fuit dissolutum, *idem Papon lib.15.arrest.3.tit.1.*

COLLECT. 872.

In cap. fin. de restitut. spoliat. libro 6.

Ecclesia spoliata possessione decimarum, non auditur petendo restitutionem, nisi probet possessionem legitimam, h.d. Infero primò, *ad decis.Rot.3. de restitutione spoliator.* vbi fuit dictum, quod spoliatus pensione, ad hoc, vt obtineat, necessariò docere debet de iure suo, & proptereà Ecclesiæ spoliatæ petenti restitutionem obstat exceptio Notarij, non Iuris *eadem Rot in decis.2.eod.tit.in Antiq.* quamuis *Balb. in decis.90.* dicat conclusionem hanc in beneficialibus tantummodo causis locum sibi vendicare, secus in profanis *l.fin. ff.de vi armat.* & ideò existente pro vera *Balb. decisione.* Infero ad aliam *Rot.5. cit.tit.* vbi fuit dictum, quod spoliatus beneficio debet probare se habuisse possessionem, ab eo, qui authoritatem habebat instituendi. Infero secundò, quod spoliatus beneficio, quod propter extrauagantem execrabilis, retinere non poterat, non restituitur, *Crescen.in decis.6.de restitutione spoliator. Card.Put. dec.99.li.1. Io.Paul.in dec.112. Rot.dec.15.de restit.spolia.* Infero tertiò, quod spoliatus petens se restitui in causa beneficiali, aliqualiter tenetur colorare titulum, *Rot. dec.20. cit. tit. in antiq.* licèt *ead. Rot.dec.21.* dicat sufficere, vt probet possessionem per traditionem datum, & facit *dec. Mohed. 11. de restit. spolia.* non dicitur tamen habere titulum coloratum ad obtinendam restitutionem *de Graff.in decis.1.cit.tit.*

COLLECT. 873.

In l.11.§.qui duobus, ff. de publiciana.

In re duobus vendita, ille præfertur, cui prius fuit tradita, licèt tempore esset posterior, h. d. quamuis scripsi de hac materia super *Collect. in l.quoties, C.de rei vindicat.* Not.tamen hic aliquas ad hanc regu. ampliationes,& sunt primò, vt procedat etiam quando primus emptor, qui fuit adeptus possessionem, non habebat instrumẽtum, sed probauit emptionem testibus, nam tunc debet præferri posteriori emptori habenti instrumentum *Magon. in decision 135. Rot. Floren.* Limita hanc ampliationem quando primus emptor in contractu emptionis habet constitutum: nam virtute constituti debet præferri secundo emptori, cui realiter res fuit tradita, vt aliquid per *Afflict. in decision.139. Capp. in decis. 182.* Sublimitas qnando alienans, qui se constituit possidere, tempore contractus, non possidebat. *Guid. Pap. in decis. 112. & Capic. cit. decision. 182. numer.9.* Amplia secundò procedere etiam in emptore secun-

do, cui per constiturum res fuit tradita, præfertur priori emptori, cui res tradita non fuit, *Borgnin. in decision. 27. p. 2.* & ratio est, quia quoad hoc constitutum habetur pro reali traditione, *Achill. de Grass. in decis. 1. de emptione, & venditione*, & *Cacher. in dec. 33. Rot. Pedemont.* Nunc limita, & primo, vt regula tantummodo procedat in rebus corporalibus, in quibus ille præfertur, cui res prius fuit tradita, tamē secus est in incorporalibus, in quib. prior semper est potior, *Franch. Marc. in decis. 422.* Limita secundo in casu *dec. Lucen. penes Mago. 21.* vbi fuit decisum, quod primus emptor cum hypotheca speciali præfertur secūdò, cui res fuit tradita. Limita tertio, quādo primus emptor non soluit pretium, quia tunc secundus, qui soluit, & fuit inuestitus, præfertur *Guid. Pap. in decis. 112.* Limita quartò in Ecclesia vendente duobus, quia hoc casu præfertur ille, cui prius Ecclesia vendidit *Ego ipse in decision. Curiæ Archiep. 139.* Limita quinto in donatione facta à Principe, vt refert decisum *Gayl. obseru. 55 lib. 2.*

Collect. 874.

Ad glos. celebr. in Clem. 1. in Verb. capituli, de hæreticis.

1. Allegatur ad quæst. Capitulum succedere Episcopo Sede vacante in iis, quę iurisdictionis sunt, & primo intelligas de iurisdictione ordinaria, non autem de delegata, *Seraph. in dec. 29. p. 1.* ex qua infero *ad dec. Bellam. 166* vbi Capitulum Sede vacante non potest vti iurisdictione à Papa pro mortuo Episcopo delegato. Infero secundo ad illam *Peregrin. 93.* quod Capitulum nō potest expedire processus pauperum expectantium purificare loco Episcopi sani. Intellige secundo, quod & si Capitulum succedat in iurisdictione, non tamen in emolumento proueniente ex ipsa iurisdictione, vt illud, quod prouenit ex sigillo Curiæ, vel aliàs vndecumque ad Prælatum pertinente, *Ego in decis. 21. Curia Archiepisc. Neap.*

Collect. 875.

Super Spec. in tit. de decimis, in fine.

Communis scribentium cōclusio recepta ex Spec. hæc est, quod Episcopus, vel Parochus, cui decimæ debētur, potest dicere debitori decimarum, non colligas fructus sine præsentia mea, vel Nuntij mei, *Balb. in dec. 59.* Amplia, vt possit apponere custodes in agro, pro custodia fructuum, cū agatur de eius interesse, etiam quod debitor contradiceret, *Cappell. Tholos.* vbi add. *in dec. 452* Limita quando in contrarium adesset consuetudo, *Guid. Pap. in decis. 283.* Sublimita quando talis consuetudo præstaret occasionē surripiendi, nam tunc seruanda non esset, & ita fuit resolutum *in Rot. Rom. in vna Segobien. decimarum* 10. *Octobris* 1583. *coram Aldobrandino* In Regno Neap. seruatur quod Episcopus, vel Sacerdos potest apponere custodes, ita decisum refert *de Fran. dec. 117. & Anna in sua alleg. dec. 90* & de alia consuetudine soluendi decimas, vide *Rotam. Auen. in dec. 14.*

Collect. 876.

Super Assensu Apostolico.

Dubitari solet primo loco circa præsentem materiam, an assensus

sus Apostolicus ex diuturnitate temporis 30. annorum præsumatur, negatiuam partem tenuit *Afflict. in dec. 107. B lib. in decis. 29* cōtraria opinio, quod beneplacitum Sedis Apostolicæ præsumitur per cursum 30. anno. probatur per *decis. Rot. diuers. 379. p. 2.* & fuit resolutum in vna *Roman. Casalis L. nchezza 28. Iunij 1593. coram Seraphino.* & in vna *Mediolanen. rescissionis permutationis 10 Iunij 1597. coram Pamphilio*, & sæpissimè in aliis causis. Amplia siue assensus fuerit enunciatus, siue non *Put. in decis. 365. lib. 2.* & istud tempus non currit, nisi à die scientiæ, seu patientiæ, cuiuslibet Prælati successoris, *Caual. in decis. 46. part. 1 num. 29.* Limita si infra spatium 30. annor. aliqua lis per partes mota fuisset, quia tunc cessaret vis præfatæ præsumptionis, *Rot. diuers. decis. 160. numer. 6. vol. 2.* nec sollemnitas ex diuturnitate temporis præsumitur, vbi ex instrumentis constar, sollemnitatē fuisse defectiuam, & minus legitimam *Cassidor. in decis. 3. de procurat. Caual. in decision. 29. par. 2.* & licet assensus præsumatur, non tamen præsumitur decretum commissariorum, etiam elapso 30. anno. tempore *Ego in decis. n. 129. Cur. Archiepisc. Neapol.* Quæro secundò an alienatio facta sine assensu Apostolico possit rescindi ad omne arbitrium contrahentium. Respondetur negatiuè, quia huiusmodi sollemnitas fuit introducta fauore Ecclesiæ, si ipsa vult stare contractui, non potest altera pars venire contra, quia claudicat contractus ad fauorem Ecclesiæ, vt fuit dictum in vna *Romana Palatij die 15. Martij 1594. coram Pamphilio*, & in vna *Romana domus 4. Decembris*, & in vna *Segobien. prastimonij 24. Octobris coram Cantuccio*, pro quorum ornamento allego primò *decis. Put. 310. lib 1.* vbi fuit dictum, quod contractus cum Ecclesia factus ex defectu sollēnitatis, non potest contra Ecclesiam declarari nullus, si Ecclesia illi contractui vult stare. Secundo allego *decisio. Crescen. 1. de locato*, vbi conductor rei Ecclesiæ ad euitandam solut. pensionis, non potest excipere consensum superioris, non interuenisse in locatione. Quæro tertiò an assensus Apostolicus probetur verbis enunciatiuis, scilicet ex verbis Notarij asserentis interuenisse assensum, & dicas negatiuè, vt in puncto decidit *Garz. in decis. 27.* & ita fuisse iudicatum in Cons. Neap. tenet, & sequitur *Frez. in assensu super feudis quæst. 24.* Quæro quartò an alienatio facta cum reseruatione assensus Apostolici possit antequam Papa requiratur, reuocari, dicas negat. & ita *Farinac. in decis. 204.*

Collect. 877.

Super c. si Episcopus, de pœnitentiis, in sexto.

ABsoluere à casib. reseruatis nō possunt, nisi potestatē habentes, h. d. Et propterea infertur, quod pœnitentiarius Cathedralis ex sola vi sui officij à casibus reseruatis absoluere nequit, ita *Sayr. in decis. 44 de pœnitentiis*, quemadmodū etiam eis non competit Ius imponendi publicas pœnitentias *Farinac. in decis. 100. Rot. Rom.* & ratio est, quia est dignitatis Episcopalis *Balb in dec. 10.* quam not. ad text. *in cap. accedentibus, de exceß. Prælat.* Limita in eo, qui haberet iura Episcopalia, vt decidit idem *Sayr. in dec. 9. de sponsalib.* Infertur secundò, quod Parochus nō potest absoluere

à casib. reseruatis, ob id quod credat nociturum pœnitenti, vt ad Episcopum mittatur *idem in decis.45. de pœnitentiis* Infertur tertiò, quod pœnitentiam impositam à Superiore in absolutione à reseruatis, Inferior mutare non potest, quamuis contrarium decidat *idem Sayr. in decis.* 46. *eodem tit.* Infertur quartò *ad decisio. eiusd.* 47 *de pœnitentiis*, vbi fuit dictum, quod Papa facultatem absoluendi à casib. reseruatis Episcopo, eo inuito concedere potest *idem in decis.* 47. *eodem titul.*

Collect. 878.

Super l. 2. C de iis, quæ vi, metusque causa.

Actus subsequens spontaneus purgat meticulosum præcedētem, h.d. Infertur primò, quod per actus contrarios subsequutos, *Osasc. in decis.* 142. dicit quod purgatur metus. Infertur secundò, quod per solutionem spontaneam purgatur promissio meticulosa, *Balb. in dec.* 21. & habetur etiam in text. & quomodo istud procedat, vide etiam *Affl. dt. in dec.* 336. *num fi. Boer. in decision.* 100. *nu.* 15. Infertur tertiò *ad decis. Curia Archiepisc. Neap.* 29. vbi fuit dictum, quod vis, quæ præcessit, non attenditur, quando post vim sequitur actus voluntarius approbans actum, in quo vis interuenit, quam not. ad originale dictum *Bart. in l. Cæsar. num 9 ff de publicanis.* Infertur quartò quod metus censetur purgatus tacito consensu causato, lapsu longi temporis à ratificatione, *Cacher. in decision.* 179. Limita tamen hæc omnia, vt non procedant durante causa metus, quia tunc per nullum actum purgare poteris, *Rot. Auen. in decis.* 115. *diuers. &* ita etiam *Ioseph Ludou in decis. Lucen.* 18. & aliquid per *Osas. in tit. decis.* 179. *nu.* 12. & ratio est, quia durante causa censetur etiam durare metus, vt decidit *Caputaquens. in decis.* 2. *part.* 2. *& Ego in decision.* 91. ad quod vide etiam *decisionem Anna* 114 *par.* 1 & ad mat. quando scilicet ex quibus metus purgatus censetur vide *Boer. in decisione* 100. *& Ioseph. Ludou. in decis. Lucan.* 12.

Collect. 879.

Super l. fin. § fin. ff. de legatis 2.

Loquitur de clausi. omni meliori modo, &c. quæ nonnullos sub se continet effectus, & primò, quia operatur, vt actus valeat eo modo quo valere potest, vt fuit dictum in causa *Macerat. tutela* 25. *Octobris* 1577. *coram Lancellotto*, vt patet *in decision. diuers.* 77. *lib.* 1. & iterum in vna *Roman. rescissionis transactionis* 21. *Nouembris* 1585. *coram Blanch tto.* Secundò, quia posita in Decretis, vel similibus actibus est magni ponderis, pro eorum substantia, *Put. in decis.* 230. *part.* 2. Intellige quando modus expressus est inualidus, secùs quando est validus, quia tunc nil operatur *Rot. Diuers. decis.* 396 *lib.* 1. Tertiò operatur, vt testamentum sustineatur, vt nuncupatiuum *eadem Rot. decisio.* 100. *lib.* 3. & aliquid per *Afflict. cum Vrsill. in decision.* 144. & fuit resolutum in vna *Romana nullitatis testamenti* 28. *Maij* 1582. *coram Aldobrandino.* Quartò, quia facit relictum habere vim institutionis, *Balb. in dec.* 23. Intellige secundò, quando clausi. esset apposita ipsi relicto, secus quando esset apposita in fine claus. codicil-

dicillaris, vt fuit resolutum in causa *Reatina hereditatis 3. Martij 1600. coram Iusto*; Quintò, quando hæc clausula habet copulam, &, vel alia dictio copulatiua, etiam vltra expressa, secus si simpliciter, & absque copula ponatur, quia tunc non operatur nisi circa expressa, *Verall. in dic. 273. lib. 2. & in decision. 124. part. 2. & Paleot.* qui dicit ita *Rot.* seruare *in decision. 467. numer. 7. lib. 3. Achill. de Graff. in decis. 1. de verborum significat.* & fuit dictum in causa *Gerunden. Anniuersariorum 4. Martij 1575. coram Achill. de Graff. vt in decision. 1. eiusdem de electione numer. 4.* Sextò, quia æquipollet clausulæ codicillari *Rubin. in decision. 52. part. 2.* & fuit resolutum in causa *Roman. hereditatis 1. Aprilis 1591. coram Seraphino.* de nonnullis aliis effectibus huius clausulæ, Vide *decision. Ioseph. Ludouic. Rot. Perus. 117.*

COLLECT. 880.

Super c. ij qua, de maioritate & obedient.

SCripsi nonnulla de authoritate Capituli Sede vacante in Collectan. 610. Addas nunc in præsenti textu qui decidit quod Capitulum succedit in omnibus Episcopo mortuo. Amplia primò, vt trãseat in Capitulum Ius Commendandi ad sex menses, iuxta *cap. deinceps, de electione, Franch. Marc. in decis. 1240. parte 1.* Amplia secundò, vt Capitulum possit condere statuta super spectantibus ad ipsum *Papon. lib. 1. arrest. 3.* Amplia tertiò, vt possit Capitulum cum illegitimo dispensare ad ordines minores *Seyrus in decision. 34. de temporibus ordinat.* Limita in casu *decis. Balb. 99.* vbi fuit dictum, quod facultas quæ competit Episcopo exequendi vltimas defunctorum volũtates, non transit in Capitulũ, quam nota *ad text. in cap. Ioannes, de testamentis*; Limita secundo in casu *decis. Parisien.* de quo per *Papon. libr. 1. titulo 3. arrest. 3.* vbi fuit dictum, quod Capitulum non succedit, nisi in Iurisdictionalibus, id est us, quæ ad spiritualem iurisdictionem spectant, & propterea fuit decisum contra Capitulum Niuercense, qui absque consensu Episcopi Canonicum misit in carcerem; Limita tertiò, in iure regaliæ, exemplum habes per *Franc. Mar. in dec. 91.* Limita quarto, vt non succedat in priuilegio primæ instantiæ, ita in Camera Imperiali decisum refert *Gayl. lib. 1. obseru. 30.* & eadem *Camera Imper. in verbo Capitulum*; Limita quintò in casu *Franch. Marc. in decision. 92. part. 2.* vbi fuit dictum, quod Capitulum non succedit in Iurisdictione temporali, puta de Iurisdictione, quæ mouetur de feudo, & de homagio Principis; Limita sextò in Iurisdictione, quæ Episcopo competit iure speciali, seu delegationis *Balb. in decision. 522. & idem Marc. in cit. decis.* quas nota ad ornatum celebris *glo. in Clem. 2. de hereticis*. Amplia hanc limitationem per *Achil. de Graff. in decision. 3. de officio Vicarij*, Limita septimò, vt non succedat in collatione beneficiorum, quod intellige, quando collatio purè, & simpliciter ad Episcopum pertineret, secus si ad Prælatum, & Capitulum simul *Franch. Marc. in decision. 93.* quam not. ad textum *in c. 1. ne sede vacante in 6.* Limita octauò in præiudicium absentium, *Franc Marc. in decision. 1194. & Papon. arrest. 9. libro 3.*

COLLECT. 881.

Super c. cùm dilecti. de emptione, & vendit.

PVlchra admodum, ac controuersa est quæst. illa inter Scribentes, si in remedio *l. 2. C. de rescindend. venditione* veniant pariter fructus restituendi, quæ quidem apud Decisionarios remansit indubitata, vt videre licet.

Primò *Decisionem de Fran. 119.* vbi refert Sact. Cons. semel, atque iterum ita decidisse.

Secundò *Decis. Rot. Flor. apud Magon. 23. in fine*, vbi refert, quod Ro. ad ita iudicandum fuit illa ratione mota, quia emptor habuit titulū coloratum, & bonam fidem ad faciendum fructus suos, & venditori imputandum, cur non prius de suo iure expertus sit.

Tertiò *Mynsing. cent. 4. obser. 73.* referens decisum, quod in remedio nō debent restitui fructus, tum quia emptor non potest dici in mora, quę causa est fructuum restitutionis, tum etiam, quia si vnus ex contrahentib. habet rem, alter habet pretium, tum denique, quia si in cōtractu emptionis non sit positum pactum retenendi, non tamen debentur fructus, nisi à tempore moræ.

Quartò *Decisionem Ann. Cons. 14.* referens per Magnam Curiam decisum, quod siue agatur remedio *l. 2. C. de rescin. vend. siue beneficio restitutionis in integrum*, in neutro venire fructuum restitutionem.

Quintò *Decis. de Fran. 496.* vbi refert decisum, quod quemadmodum quando emptor offert rem vēditam relaxare, non tenetur ad restitutionem fructuum, ita nec similiter ad interesse supplementi pretij.

Sexto *Decis. eiusd. de Franc. 241. & Rot. decis. 116. in nouis*, vbi ita pariter decisum referunt.

Quam supra firmatam conclusionem limita.

Et primo in casu *Rot. Portugalliæ*, de qua per *Gamam in decis. 9 4.* vbi refert decisum, quod enormissima læsio annullat, & non rescindit contractum, & ob id condemnatus tenetur ad restitutionem fructuum, & facit ad idem *decis. Fabri 4. Cod. l. de rescindenda vendit.* vbi emptor, qui venditorem enormissimè læsit, non habet electionem supplendi iusti pretij, & ad omnium fructuum restitutionem condemnatur; Sublimita in casu *eiusd. in decis. C eodem tit.* vbi fuit decisum, quod quando venditio fuit facta cum pacto de retrouendendo, non annullatur ex causa enormissimæ læsionis, nec quoad fructus. Amplia quando rescissio contractus sub hasta facta fieret, etiam ex immodica læsione, quia non veniunt fructus restituendi *idem in decis. 26. eod. tit.* Limita secundò in casu *decis. de Franc. 495.*

COLLECT. 882.

Super c. nimis, de excessib. Prælat.

DE personis, quæ tenentur ad processiones accedere, hîc habetur, super quo tex. decisiuè procedendo; Dicas primo, quod omnes clerici Diœcesis tenētur accedere ad processiones, vt fuit dictum in Curia Archiepiscop. Neap. *Ego in decis. 90* & est declaratio Sacr. Congregationis hisce verbis, Congregatio censuit clericos omnes diœcesanos quantumuis exemptos, si beneficia etiā simplicia in Diœcesi obtineant, teneri,

teneri, & compelli possunt ab Episcopo, vt accedant ad processiones. Secundo Clerici nedum beneficiati, verumetiam obtinentes officium in Ecclesiis, *Balb. in decis.* 359 *p.* 2. & pariter est declaratio Sacræ Congregation. Tertio Monachi, vt fuisse decisum in Curia Episcop. Papiæ testatur *Anton. in decis.* 35. Amplia vt procedat tam in possessorio, quàm in petitorio, vt est punctualis decisio *Cappel. Tholos. in decision.* 485. & his accedat *Conc. Trid. sess.* 25. *cap.* 1. *de regularibus.* & declaratio Sacr. Cōgregationis. Amplia secundò, vt Monachi compelli valeant ad processiones accedere nedum pœnis pecuniariis, secundùm quod refert *Gratian. in decis. Rot. Marchiæ* 232. verumetiam censuris, secundùm quod refert decisum in Curia Episcopali Papiæ *Macerat. in dec.* 35 *dub.* 2. & ratio est secundùm *Medices in decis.* 21. quia cum Concil. Trid. non aperiat modum compellendi, propterea remittitur arbitrio Episcopi. Quarto Confraternitates laicorum pariter compelli possunt vt testatur decisum Papiæ, *Macer. in dec. eiusd. Curiæ* 66. pro cuius decisio. corroboratione accedat alia *Sayr.* 5. *de offic. ordin.* vbi fuit dictum, quod huiusmodi cōfraternitates quoad temporalia non subsunt Episcopo, secus verò quoad spiritualia. Limita tamen ea, quæ de regularibus diximus, vt non procedant in illis regularibus, qui in strictiori clausura viuunt, & in illis, qui absunt à Ciuitate vltra dimidium miliare, *Gratian. in decision.* 235. & fuit declaratum per Sacram Congregationem. Limita secundo quando processiones celebrarentur pro leui causa, secus si ex magna causa fierent, vt puta in nouo introitu Principis, vel Legati, vel eminenti peste, aliòve flagello, *Cappell. Tholos. in dec.* 484.

COLLECT. 883.

Super Rubrica Cod. de in integrum restitutione.

SCripsi in materia restitutionis in integrum, *in Collect.* 186. hîc verò notabiles casus omnes vsque adhuc decisos, in quibus minoribus conceditur restitutio in integrum enumerabo, & primo si minor confessus fuerit in iudicio, vel extra absque curatore restituendus est, si allegat se læsum, *Afflict. in decis.* 208. *Ioseph. Ludou. in decision. Lucens.* 17. & aliquid per *Boer. in dec.* 63 Item aduersus dolū de præterito succurritur, *Osas. in decis.* 87. *Afflict. in decis.* 370 Item ad producendū testes post didicita testificata, *Bellam. in dec.* 38 *Afflict. in dec.* 216. *Osas. cit. decis.* 87. Item aduersus statutariam præscriptionem *Guid. Pap. in dec.* 31. & *Afflict. in decis.* 370. Item aduersus præscriptionem, *Ioseph. Ludou. in dec. Lucan.* 48. Sed an concedatur aduersus præscriptionem conuentionalem vide *Franch. Marc. in decis.* 514. *p.* 2. Item aduersus aditionem hæreditatis, vel aduersus confectionē Inuentarij, dummodo probet se minorem *Guid. Pap. in decis.* 141. & 142. Item restituitur ad retractum, *Boer. in decis. n.* 63. Item aduersus sententiam Principis, *Boer. in decis.* 147. & an contra sententiam Senatus, vide *Afflict. in decis.* 356. *Fran. Marc. in dec.* 253. & 254 *p.* 2. & articulus minoris petentis se restitui aduersus sententiam valet, *Bellam. in decis.* 3. *Caid. Pat. in decis.* 306. & 307. *p.* 1. *Mynsinger obseru.* 21. *cent.* 4. Amplia vt etiam post tres sententias possit aduersus petitiones omissas petere

restitutionem in integrum *Rot. Auen. in decision.2. Cassad. in decis.1. de restitut. in integrum. Cappel. Tholos. in decis. 54. Mynsinger. obseruat. 84. centur. 3.* Licèt quando petitur restitutio in integrũ aduersus diffinitiuam requiritur libellus, *Capp. Tholos. in decis. 55.* & primus Iudex restituit, quando non est appellatum, *Franch. Marc. in decision. 55. par. 2.* Item restituitur ad mulctum ratione contumaciæ debitum *idem in decis. 74. par. 2.* Item ad beneficium resignatum probata læsione, *Card. Put. in decis. 437. lib. 1. & in decis. 9. lib. 3.* Item aduersus obligationem causa liberandi Patrem à carceribus factam, *Papon. lib. 15. tit. 1. arrest fin.* non tamen restituitur ad examinandum testes reprobatos *Capyc. in decision. 62. Guid. Pap. in decis. 53.* Item non restituitur ad appellandum *Osas. in decision. 158. Boer. in decis. 247. Bellam. in decision. 334. Balb. in decision. 319. Mynsinger. obseruat. 17. centur. 4* aliquid per *Capyc. in decis. 96. num. 14. Guid. Pap. in decis. 32.* & idem quando petit restitutionem aduersus rem iudicatam, *Franc. Marc. in decis. 53. & 54. par. 2. Afflict. in decis. 210.* Item aduersus contractum, quando non probat se læsum, & minorem *Franch. Marc. in dec. 516. par. 2. Mynsing. obseru. 16. cent. 4. Osasch. in decis. 158.* Limita si læsio esset notoria, *Cappel. Tholos. in decis. 390.* Item contra contractum iuratum. Limita data enormissima læsione, *Afflict. in decis. 322. Franch. Marc. in dec. 21. par. 1. & in decis. 481. part. 2. Guid. Pap. in decision. 143. Card. Put. in decis. 194. 203. & 205. lib. 3. Rot. Diuers. decis. 38. p. 2. Gyl. obseru. 41. & 63. lib. 2.* Item non restituitur si se maiorem iurauerit, *Rot. Auen. in decis. 78.* Item aduersus contractum bene gestum *Boer. in decision. 23. & 57.* Item minori Doctori, *Franch. Marc. in decis. 686. Balb. in decision. 569.* Item minori aduersus minorem *Ioseph. Ludou. in decis. Perus. 54.*

COLLECT. 884.

Super c. ex literis, de Iurepatronatus.

IVs Patronatus nec emi, nec vendi potest, licèt cum vniuersitate bonorum transeat, h.d. & ita decisum testatur *Achill. de Graff. in dec. 1. de Iurepat.* Ex quo tex. infero primò ad decis. *Rot. Roma.* de qua per *Statilium Pacificum 191.* vbi fuit dictum quod in venditione hæreditatis quendam Lutij Scoppæ facta per Ioãnem Scoppam transiisse Iuspat. quod in dicta hæreditate existebat; & sic poterit secũdo inferri Iuspatron. transire in emptorem, *Balb. in decis. 59.* Infertur tertiò *ad decis. Achill. de Graff. 9 de Iurepatr.* vbi fuit decisum, quod Iuspatr. competens filiis, & successoribus dicitur translatum cum vniuersitate bonorum per cessionem à filio factam de omni iure, quod in hæreditate habebat; Infertur quartò, quod in venditione territorij, cum sit aliquid vniuersitatis venit Iuspa. nec in hac venditione est necessaria Iurispatron expressio, ita *Rot. in propriis terminis in decis. 4. de Iurepatr. in Antiquis.*

COLLECT. 885.

Super c. eos, de temporibus ordinationum.

ORdinans Clericum alienum absque sui proprij Episcopi dimissorialib. per annum à collatione ordinationũ est suspẽsus, h.d. Limita primò

primò in casu *decisio. Sayr. 62. de temporib. ordin.* vbi fuit dictum, quod ignorantia probabilis Episcopum ordinantem subditum alienum à suspensione excusat; hodie in hac re consulenda est Bulla Sixti V. quæ incipit, Sanctum, & Salutare; vbi ordinans minoribus, vel maiorib. scienter, aut ignoráter, nisi debita diligētia adhibita iustus error, & probabilis facti ignorantia eum excusat, à collatione quorumcunque ordinum, atq; ipsius tonsuræ, & ab execurione omnium munerum Pontificalium, eo ipso suspensus est; cuius tamen Bullæ vigorem Clemens VIII. postea temperauit; Limita secundo, quando præfatam ordinationem Episcopus proprius ratificasset; quia valida est, & tunc ordinans atque ordinarius in nullam pœnam incurrunt, *Caputaq. in decis. 116.* quæ ratificatio fieri debet in tempore antequam Clerico sic promoto conferantur beneficia, alioquin collatio non valet, *Balb. in dec. 9.* quia ratificatio non retrotrahitur in præiudicium tertij *Rubin. in decis. 29.* Limita tertiò, vt Clericus taliter ordinatus non priuatur priuilegio Clericali, pulchrè *Franc Marc. in dec. 175 par. 1.* quia quamuis sit malè promotus, habet tamen characterem Clericatus, *Decis. Curia Archiepiscop. Neap. 33.*

COLLECT. 886.

Ad Bar. in l. liberorum, ff. de verb. signifi at.

HVnc locum reportant DD. in quæstione illa; num masculi ex fœminis descendentes veniant masculorum appellatione, quia *Anton. Faber in decision. 1. C. de verborum signifi.* affert distinctionem, quod aut testator in excludendis fœminis, rationem habuerit conseruandæ familiæ, aut non, vt posteriore casu comprehendantur, priore non item. Accedit secundo loco *idem Fab. in decis. 2. C. eod. tit.* vbi non decedit cum masculis ille, quo viuo nepos ex filia nondum conceptus sit. Tertiò affertur *decis. Rot. diuers. 6. p. 1.* vbi fuit decisum, quod filij masculi descendentes ex fœminis veniunt liberorum appellatione, quando testator non habuit rationem ad familiam. Limita hanc décis. per illam *Ant. Fabri 5. C. de verborum signific.* vbi fuit dictum, quod descendentes ipses intelligimus in feudis, qui ex linea masculina, non autem fœminina suscepti fuerint.

COLLECT. 887.

In l. quem Alexandrum, Cod. de adulteriis.

COlligo Reg. ex hoc text. quod regulariter nemo cogitur aliquid inuitus facere. Limita primò in Aduocato, qui potest per Iudicem cogi ad patrocinandum pro personis miserabilibus, ita decisum refert *Capp. ll. Thol. [illegible] in dec. 481.* Limita secundò in casu *Grammat. in dec. 89.* vbi cogitur quis vendere domum suam pro ampliatione Monasterij. Limita tertiò in casu *Cappel. Tholos in decis. 484.* vbi fuit dictum, quod Archiepiscopus potest compellere religiosos ciuitatis exemptos venire ad processionem, quam nos ad ornatum *text. in c. nimis, de excess. prælat.* Limita quartò in casu *decis. Fabr. 1. Cod. vt nemo inuitus*, vbi fuit dictum, quod quandoquidem.

quis cogitur agere. Limita quintò in casu *eiusd.in dec.3. eod.tit.* vbi qui agit ex *l.diffamari.* ex actore fit reus, & sic cogitur litigare. Limita sextò in casu *eiusd.Capp.in decis.*446. vbi habens in horreo bladum potest cogi ad vendendum, si semel exposuit venale.

Collect. 888.

Super notat.per Isern.in §.imperialem.

Scripsi in materia assensus in Collect.50. Nunc in præsenti constituo Regulam cum ampliat. & limitat. Regula sit, prout in text. feudum sine Regio assensu alienari non potest. Amplia primo vt necessarius sit etiam in pacto de vendendo feudum *de Franc.in decis.*48.licèt contrariũ fuisse decisum per Sac. Cons. in causa Magnifici quondam Ascanij Rotæ cum Illustriss. Ascanio Columna refert *de Ponte in consil* 86. cui decisioni Ego libenter adhæreo, ac secundum illam iudicarem, nam Iura prohibentia feudalium alienationem sine assensu prohibente contractum, per quem quæritur ius in feudo, & sic illius effectualem venditionem, donationem, & similes alienationes, at in casu isto nulla fuit facta alienatio, aliud enim est vendere, aliud promissio de vendendo, *l.in bona fidei, ff.de eo, quod certo loco*, vt retulit *idem in consil.* 85. Amplia secundo in casu *Afflict.in dec.* 355. vbi fuit dictum, quod si fuit præstitus super alienatione facienda, non operatur si erat iam facta, & *idem Afflict. in decision.* 268. & facit decis. Regiæ Cameræ Summariæ in causa inter Regium Fiscum, & Octauianum Carafam, de qua per *Ann. sing.* 80. Amplia tertiò in pretio prouento ex re feudali, quia non consignatur creditoribus non habentibus assensum, vt fuit decisum in causa Martini Seguræ, refert *Anna sing.* 104. Subamplia licèt creditores sine assensu essent anteriores, quia vendito feudo ad instantiam creditorum de pecunia redacta satisfacit creditoribus cum assensu, ita *de Franch.in decis.* 64. qui ponit limitationem, quando quis feudum emisset cum pacto de retrouendendo, & contraxit debita cum assensu, & sine, nam facta redemptione liberatur creditoribus anterioribus, licet sine assensu, prout ita fuisse decisum in Sac. Cons. refert *idem de Franch. in cit. decis.* 64. Amplia quartò, etiam si de assensu esset facta reseruatio, quia tradita possessione nihil operatur, etiam si esset adiecta clausula, nec aliter, nec alio modo *idẽ de Franch. in dec.* 267. Amplia quintò in casu *dec. Capyc.* 156 vbi fuit dictum quod valida est cessio super feudo absque Regio assensu. Amplia sextò vt pariter sit necessarius in retrocessione de re feudali *de Franch. in decis.* 88. *in* 2. *dubio*, vbi assignat rationem, quod postquam feudum erat concessum mediante Regio assensu, & erat descriptum in quaternionibus Regiæ Cameræ, & pro illo per hæredes erat solutum Regium releuium, hoc casu, quia assumpserat naturam feudi quaternati, in eius retrocessione requirebatur Regius assensus. Nunc limita in alienatione subfeudi, in qua sufficit assensus Baronis, prout ita fuisse per *Sacr. Consil.* decisum scribit *Afflict. in dec.* 241.

Collect. 889.

Super c.ordinarij, de offic.ordinarij in sexto.

In

IN spiritualibus, seu beneficialibus quis tenetur ostendere titulum, alias intrusus dicetur, h. d. & ratio est secundum *Balb. in decision.* 500. quia spiritualia sine titulo, nullo modo possideri possunt. Limita primò in casu *decisionis Boer.* 513. vbi fuit dictum, quod debitor tenetur soluere beneficiato debitum petenti, nec tenetur exhibere titulum debitori illud petenti. Limita secundo in casu *Fabr. in decision.* 47. *C. de sacrosanct. eccl.sis*, vbi beneficij possessor, si ab alio aliquid petat, quod ad beneficij causam, fructúsque spectat non est arctandus, vt doceat de titulo, satis est si se doceat beneficij possessorem. Limita tertiò in casu *decisionis Rot* 467. vbi fuit dictum, quod probata possessione non habet agens aliter probare de titulo. Limita quartò in casu *eiusdem Rot. in decis.* 4. *in nouis*, quæ tenet, quod quando possessor beneficij, qui agit ad iura, seu pensionem Ecclesiæ debitã, haberet possessionem recentem, debet probare titulum, secus si possessio esset antiqua, nec adesset aliqua præsumptio cõtra possidentem. Limita quintò in casu *decisionis Capy.* 6. vbi in eandem sententiam descendisse Sacrum Consilium testatur, quomodo autem titulus probatur, dic, quod non probatur per confessionem aduersarij, vt pulchrè decidit *Boer. in decis.* 89. *Rota decision* 19. *de restitutione spoliat. in nouis*, & *Faber. in decis.* 83. *Cod. de sacrosanctis Ecclesiis. Cappell. Tholos. in decis.* 475.

COLLECT. 890.

Super c. qui clericum, si de feudo fuerit controuers.

QVæstionis non minus controuersæ est apud Doctores, num in feudo Clericus siue Monachus succedere possit adeo vt *Balb. in dec.* 91. dicat tot in ea esse sententias fere, quot capita: cuius varietatis meminit pariter *Thomin. in dec.* 39. *par.* 1. possunt tamẽ hæ omnes in tres principales opiniones reduci. Prima est negatiua, quod scilicet Clericus, siue quiuis alius Religiosus vllo pacto valeat in feudo succedere, ita fuisse in *Imperiali Camera* decisum refert *Mynsing. cent.* 5. *obseru.* 58. eandémque opinionem secutam fuisse *Rot. Pedem.* testatur *Cacher. in dec.* 27. vbi facit regulam negatiuam, Clericum aut alium, qui religionem vouerit feudum retinere, vel in eo succedere non posse, eandem tamen aliquot fallentiis illustrat, vt ibi videre licet, & eandem pariter tenuisse Senat. Mediolanen. refert *Polid. Rip. in obseruat.* 91. qui omnes mouentur per *text. in c.* 1. *ad finem, de feudo fœminæ*, qui expresè vult, quod qui Clericus efficitur hoc ipso feudũ amittit, quod & rationem habet, nemo enim militans Deo secularibus se negociis implicare debeat *Boer. in decis* 22. Altera opinio est distinguentium, quod aut scilicet feudum talis naturæ, siue qualitatis sit, quod seruitium pro eo debitum æquè præstari possit per Clericum, siue Monachum, sicut per ipsum Vassallum, & tunc succedat, an non sit talis conditionis, & tunc excluditur à successione, & ita est *Afflict. in decis.* 320. Tertia est *Capy. in decision* 10. & 31. vbi refert decisum, quod feudum transit ad Monasterium in vita Monachi tantum, vtcumque sit Ego autem priorem opinionem, tanquam veriorem, & communionem semper se-

quutus sum, vt apparet in *mea decision.* 121. de Cardinali verò; num succedat in feudo deuoluto post Cardinalatum per legitimam successionem, videndum est omnino optimum singulare *Anna* 70.

COLLECT. 891.

Super l. si quis in conscribendo. C. de Episcopis, & Clericis.

Locus est ad quem communiter recurrunt DD. in materia renunciationis priuilegij Clericalis, Sed volo, vt hic adnotes nonnullos esse in iure actus contrarios, ex quibus inducitur tacita renunciatio clericatus, inter quos primus est dimissio clericalis habitus, quia hoc casu nedum priuilegium clericale amittit, verùm tacitè clericatui renunciasse præsumitur, *Fab. in decis.* 9. *C. de Episcopis & Clericis*, & qualis, ac quomodo esse debeat clericalis habitus, vide omnino *Guid Pap.* optimè distinguẽtem *in decis.* 138. Limita tamen, vt per vnicam omissionem hoc minime procedat *Cappel. Tholos. in decis.* 104. & de alio effectu dimissionis habitus vide *Anton. Fab. in dec.* 56. Secundò censetur tacitè quis clericatui renunciare per assumptionem militiæ secularis, & adeo hoc verum putant, vt ipso iure amittat beneficium Ecclesiasticum, *idem Fabr. in decis.* 25. *C. eod. tit. & Balb. in decis.* 91. Amplia in casu *eiusdem Fabri in decis.* 14. *Cod. de iurisdictione omnium iud.* vbi fuit dictum, quod Clericus in habitu secularis militiæ repertus ipso iure censetur clericatus priuilegio renunciare. Tertius est casus secundum *Ann in all gat.* 98. *volum.* 1. vbi clericus beneficiatus petendo inuestituram sui fratris præmortui, videtur tacitè renunciasse clericatui, & beneficio, quia contrarius actus est clericatui militare in seculo, secundum *Balb. in decis.* 139. Quartus casus est per matrimonium contractum, & de nonnullis aliis actibus videas solemnem *decis. Capyc.* 161. & de renunciatione clericatus videas *decis. Viu.* 512. quæ omnia supra dicta non procedunt in nostra Curia Archiepisc. Neap. in qua nunquam admittitur clericus ad renunciationem clericatus, nisi interposito decreto *Ego in decis.* 100. *eiusd. Curiæ.*

COLLECT. 892.

In c. vnico de clericis non residentibus.

Variant Decisionarij in quęst. illa, si appellatione distributionum quotidianarũ veniant fructus, & quod non veniant refert *Ant. Fab. in decis.* 15. *C. de Episcopis, & clericis*, asserens diuersum ius esse in fructibus, & in distributionibus, hinc est, quod indultum à Papa concessum de fructibus, qui residentibus in Ecclesia dantur, vel de toto, quod quis perciperet, si Ecclesia resideret, non continet quotidianas distributiones *Cassad. in decis. vnic. de cler. non residentibus*; Facit secundò, quod distributiones quotidianæ non computantur in valore beneficiorum, *Rot. dec.* 39 *de prabendis in antiq. & decis.* 134. *eo. tit. in Nou.* Facit tertiò, quod licet super fructib. beneficij possit imponi pensio, non tamen super distributionibus quotidianis, *Put. in dec* 34. Quartò allegari potest *decis. eiusd. Put* 375. *p.* 2. vbi reseruatio fructuum alicui concessa, nõ veniunt distributiones quotidianæ; Quintò, quia in condemnatione fru-

fructuum non veniunt distributiones quotidianæ, *Rot. diuers. decis.* 618. *part.* 1. Intellige si non fuerint perceptæ, aliàs secus, *Balb. in decis.* 37. Sextò facit *decisio eiusdem Rot* 402 *par.* 1. vbi distributiones non dicuntur de corpore beneficij, & hæc est ratio cur in condemnatione non veniunt, *Boer. in decis.* 340. *Verall in decis.* 29. *part.* 1. *Card. Put. in decis.* 383. *lib.* 1. *Ro decis.* 170. Nunc supra firmatam regulam limita quinque modis, & primò quando beneficium non consisteret in aliis fructibus, nisi in distributionibus, quia tunc vt condemnatio in aliquo verificetur debentur distributiones, saltem illæ, quę residentibus dantur, *Mohed in decis.* 6. *de prabend. Cauteraq. in decis.* 19. *Put. in d c* 375. *lib.* 2. Limita secundò, quando ab intruso essent perceptæ distributiones, quia tunc veniunt in condēnatione fructuum, *Rot. diuers. decis.* 618. Limita tertiò nisi protestatio facta ipsi possessori apud acta, quod aut possidens resideat, & intersit horis, & sic interessendo percipiat distributiones, aut possessionē dimittat, quia tunc veniunt distributiones, *Rot. diuers. decision.* 11. *par.* 1. *Put. in d. c.* 239. *lib.* 2. *Papaz. in decis.* 2. *de renunciatione in Nou.* & fuit resolutum in vna *Oueten. fructuum coram Robustero.* 16. *Iunij* 1567. Limita quartò quando intrusus dedit impedimentum executioni literarum de capien. possess. ad fauorem prouisi Apostolici, nam tunc etiam tenetur ad distributiones, *Put. in decis.* 385. *lib.* 1. & fuit resolutum in vna *Pla . . . fructuum* 5. *Maij* 1584. *coram O . ano* Limita quintò, quando quis esset condemnatus in fructibus perceptis, & qui percipi potuissent, quia tunc veniunt pariter distributiones, *Balb. in decision.* 29.

Collect. 893.

In l. 1. ff. ex quibus causis maiores.

MAioribus etiam cum causa in integrum restitutio conceditur, h. d. Hinc fit primò, quod maior impeditus propter iustum impedimentum ad comparēdum in termino ad dilationem est restituendus, *Afflict. in dec.* 19 Secundò restitutio in integrum respectu læsionis est concedenda hæredi maiori minoris *Afflict. in decis.* 211. *Capyc. in decis.* 109. Tertiò maiori litis consorti minoris *Afflict. in decis.* 213. *Cappell Tholos. in dec.* 56. Quartò maior in beneficio restitutionis in integrum adiuuatur, si vnà cum minore non soluerit canonē inter illos indiuisum *Caual in decision.* 30. *par.* 2. Quintò impeditus instrumento vti, ante sententiam, vel etiam ex iusta ignorantia restituitur secundùm *Capyc in decis.* 52 *Balb. in decis.* 439. Sextò minore restituto ad productionem nouorum restium post dididicita testificata restituitur, & maior ad *idem Capyc in dec.* 170. & ratio est, quia beneficium restitutionis in integrum dicitur esse commune *Afflict. in decis.* 79. Septimò maior conuentus ex contractu paterno, aliquid per *Grammat in deci.* 52. *num.* 5. Octauò restitutio in integrum ex generali *claus. si qua mihi iusta causa, &c.* datur maiori non negligenti, puta si non confecerit inuentarium intra tempus statutum, *Guid. Pap. in decis.* 473. quamuis contrarium referat decisum *Cappel. Tholos. in decis.* 55 Nonò maiores etiam restituuntur ex capite ignorantiæ aduersus præsumptionem, *Ioseph. Ludou. in decis. Lucan.* 48. Decimò infirmitas præstat

iustam causam ad petendam restitutionem in integrum. *Benin. in dec.* 16. Item paupertas aduersus lapsum fatalium, *Card. Put. in decis.* 446. *li.* 1. Vndecimo conceditur etiam maiori aduersus sententiam latã prætextu falsarum probationum, *Cappel. Tholos. in decis.* 55. Item ex capite læsionis contra diuidentem, *Papon. lib.* 15. *arrest.* 6. & de restitutione, quæ solet concedi maiori, fundata super dolo partis, vide per *eundem lib.* 16. *tit.* 3. *arrest.* 13.

Collect. 894.

Super l. adoptio non iure facta, ff. de Adopt.

CONfirmatio operatur supplementum defectus existentis in cõfirmato, hoc dicit. Hinc est, quod Princeps si confirmauerit aliquam dispositionem, ex certa scientia, non potest amplius allegari nullitas illius dispositionis, *Minad. dec.* 43. & confirmatio Superioris validat concessionem nulliter obtentam, *Cappell. Thol. in decis.* 432. & per eam tuetur possessionem, *Balb. in dec.* 13. Hinc est, quod confirmatione actus maioris authoritas redditur, *Franc. Marc. in dec.* 330. quod procedit etiam si confirmatio fieret per Iudicem inferiorem, *Gayl. li.* 2. *obser.* 1. Limita nunc multipliciter, & primò in Papa confirmante, qui non præsumitur voluisse confirmare simoniacam permutationem, *Verall. in decis.* 203 *p.* 1. nec confirmatio Papę extenditur ad illicita *Caputaq. in decis.* 204. *p.* 1. Num autem tempus concordiæ confirmationis attendatur, an autem ipsius concordiæ, Vide *eundem in decis.* 205. *p.* 1. & quod confirmationis tempus sit attendẽdum, vide *eund. in dec.* 209. *p.* 2. Et ad mat. *idem Verall. decis.* 206. *par.* 2. Operatur etiam confirmatio Papæ, quod pacta tendentia ad cultum diuinum confirmata à Papa, debent ab altera parte obseruari, etiam ad alia contradicente *Crescen. in decis.* 1. *de pactis.* Limita secundò si prima dispositio esset nulla, quia tunc confirmatio nil operatur *Rubin. dec.* 17. Ad Praxim autem huius mat. nota duo. Primò quod citari debet pars ad videndos actus inter partes confirmari, *Gayl. obseru.* 1. *lib.* 2. tamen contrarium scribit *Guid. Pap. in decis.* 477. Secundò quod priuilegium, si innouetur, partis citatione non est opus, si innouatio fiat per eum, qui de nouo illud concedere potest, & in renouatione, ius tantùm antiquum confirmatur, *Franch. Marc in decis.* 456. *Balb. in decis.* 25. Limita tertiò, quando actus esset nullus, ex defectu consensus, quia tunc confirmatio subsequens nil operatur, *Crescent. in decis.* 1. *de confirmat. vtil. vel inutil.*

Collect. 895.

Ad gloss. in clem. per literas, de prębendis.

IN verbo Ecclesias posito in præsenti glos. colligo conclusionem, quod attenditur tantum qualitas, & natura beneficij principalis, non autem vniti. Ex qua infertur primò, quod in impetratione debet exprimi principale, nec opus est exprimere vnitum, *Rot. diuers. decis.* 786. *p.* 1. Infertur secundò quod in beneficio vnito non habet locum Reg. de triennali, quia regula loquitur in possessore titulo beneficij, & qui possidet beneficium, vt vnitum, non possidet vt titulum beneficij, sed vt mẽbrum

Rot.

*Rot.diuerſ.dec.*202.*p.*2. & fuit reſolutum in *vna Romana S. Priſcia coram Ch ſanen. & in vna Beneuentan. Sancti Fiſti de anno* 1552. *coram eodem*, vt per *Caputaquenſ.in deciſ.*349.*par* 3. Limita in regula de annali, quæ locum habet *Caſſa*1 *dec.*2 *de cauſ poſſeſſ. & propr.* Infertur tertio, quod litteræ vnionis non dicantur litteræ de beneficio, ſed de proprietate, & re profana *Rot. in deciſ.*2. *de rebus Eccl.ſia non alienand.* Infertur quartò, quod per vnionem omnia emolumenta beneficij vniti tranſeunt in Eccleſiam, cui facta eſt vnio, & ad eam pertinent *Rot.deciſ.* 758. & 799 *p.*1.*diuerſ.*

COLLECT. 896.

Super c.nouit de his,quæ fiunt à Prælatis.

EPiſcopus facit vnũ corpus cum Capitulo, cuius corporis ipſe eſt caput, h.d. Ex quo text. infero, quod Canonici, & Capitulum debent ſedere iuxta ſuum Epiſcopum, & præferri Vicario *Gratian. in Diſcept.* 110. Infero ſecundo ad deciſio. *Sayr.*2.*de maiorit.& obedien.* vbi fuit dictũ, quod Abbas priuilegiatus, vt mitra, baculo, & aliis inſigniis Epiſcopalibus vti poſſit, licet alias dignitates Epiſcopo inferiores præcedere debet, Capitulum autem Eccleſiæ Cathedralis collegialiter ſedens non præcedit; Infero tertio ad *dec.eiuſd.*3. *eod.tit.* vbi fuit pariter deciſum, quod Prior Eccleſię collegiatæ, canonicus, atque Capitulum præcedere non poteſt.

COLLECT. 897.

*Ad Doctrinam Innocent. in cap.*1. *de Iurepatr.*

IVſpatronatus nõ ad hæredes ſanguinis, ſed bonorum transfertur, h.d. Limita primo in caſu *dec. Papiæ penes Macerat.* 87. vbi fuit dictum, quod quando Iuſpatron. eſt familiare, ſiue de familia, quilibet de familia ſuccedit, licet non ſit hæres; Limita ſecundo ſi ex coniecturis appareret de contraria mente fundatoris *Rot. diuerſ deciſion.*167.*par.*2. Limita tertio in fideicommiſſario, qui licet hæredi ſimilis ſit, in eum tamen non transfertur Iuſpatron. *Gutt. Pap. in dec.*507. Limita quarto in eo hærede, qui non actualiter hæreditatem apprehenderit, apprehenſio enim actualis neceſſaria eſt in hærede ad acquirendum Iuſpatr. *Caputaquenſ.in deciſ.*35.*part.*2. *Achil.de Graſſ in dec.*9. *de Iurepatr. Bellam in deciſ* 701. Sublimita in caſu *Caſſad. in deciſ.* 7. *de cauſa poſſeſſ. & propriet.* In Iurepatr. autem, in quo ad præſentandum vocantur maſculi, fœminæ, & hæredes, an ſint vocati ordine ſucceſſiuo, an vero ſimul, ita cum illis de parentela veniant etiam hæredes extranei, vide *Macera. in deciſ. Papiæ* 7. *part.*1. & de mat. vide *deciſ. Caualc.*33. & 3. *volum.*3.

COLLECT. 898.

Super c.breui,de Iureiurando.

DIfficultas excuſat à pœna, h.d. Amplia primo procedere etiã in præcepto Superioris, vt eſt punctualis *dec. Afflict.*328 quam reponas ad originalem locum *Bart. in l.mulier ff.de l commiſſoria*, & ſic habes intellectum deciſum ad *text. in cap ea quæ fiunt, de regulis iuris in* 6. Amplia ſecundo etiam ſi pro obſeruantia promiſſionis eſſet pœna vna cum iura-

mento adiecta, quia faciendo totum suum posse nedum à pœna, verum & à periurio excusatur, vt in casu *dec. Afflict.* 295. Ampliа tertiò, vt pariter à pœna excuset legitimum impedimentum, vt refert decisum, *Papon. li. 12. tit. fin. arrest. fin.* Amplia quartò in casu *decis. Gramm.* 83. vbi fuit dictum, quod iusta causa litigandi reum à pœna conuentionali excusat, quamuis non actorem, secundum *Balb. in decis.* 99. Amplia quinto in ignorantia, quia etiam à pœna excusat, vt decisum refert *Gayl. obseru.* 48. *lib.* 2. Amplia sextò dolo cessante, quia ad pœnam incurrendam necesse est dolum concurrere, vt est dec. in terminis *Rot. Rom.* de qua per *Verall. in decision.* 233. *p.* 2. Amplia septimò in casu *decis. Balb.* 359 vbi fuit dictum, quod oblatio impedit commissionem pœnę, & cursum vsurarum futuri temporis; Amplia octauò in minore ætate, quę pariter præbet excusationem, licet non ab extraordinaria *de Fran. in decis.* 250. *Mastrill. in dec. Sicil.* 61. *Del Castill. in decis eiusdem Curia* 22. Amplia nonò, vt in pœnis non incurratur, nisi præcedat Iudicis sententia declaratiua *Magon. in decis.* 16. *Rot. Florent.* & *Rota Roman.* pulchra est pariter decis. *Achill. de Graff.* 1. *de pœnis*, & ad materiam vide *Gram. in dec* 5. Amplia decimò in casu *decis. Mohed.* 196. vbi fuit dictum, quod obligatus ad aliquid faciendum, sub certa pœna, non incurrit in illam propter scientiam, nisi illi facta intimatione; Amplia vndecimò in casu *dec. Rot.* 10. *de testamentis in Antiq.* vbi pœnalis clausula quantumcunque possibilis, si dispositioni impossibilis adiungitur non tenet, an autem obligatione principali sublata corruat pœna, vide *Rot. Auen. in decis.* 103.

COLLECT. 899.

Super c. 1. *de offic. delegat.*

HIc enumerantur qualitates, seu conditiones, quas Conseruator habere debet; Tu verò adde decisas, & primo, quod debet esse in dignitate *Balb in dec.* 122. ex quo infero, quod cum Canonicatus sit dignitas, poterit per consequens Canonicus fieri Conseruator *Verall. in dec.* 33. *p.* 1. Secūdo, quod per seipsum exerceat, & propterea non potest Subconseruatorem deputare *Macerat. in decis. Papia* 16. *part.* 1. & ratio est secundum *Sayr. in decis.* 1. *de offic. deleg.* quia Conseruator non habet iurisdictionem ordinariam, sed delegatam, licèt vti ordinarius possit cuilibet alio Iudici inhibere *Macerat. in dec. Papia* 17. *par* 1. Tertiò, quia debet esse cōtentus suis iuribus, & propterea non potest suam iurisdictionem, nisi in casibus à iure expressis exercere *Rot. diuers. decis.* 171. *par.* 2. Hinc infero, quod Conseruator vbi est datus ad certū tempus, finito tempore finitur eius officium *Rot. dec.* 5. *de offic. delegat. in Antiq.* & *de Conseruatore* vide nonnulla practicabilia per *Macerat. in decis. Rot. Papia* 15. *part.* 1.

COLLECT. 900.

Super c. super quibusdam, §. præterea de verb. signif.

GAbellarum impositio spectat tantum ad Imperatorē, Reges, & Principes, non recognoscentes Superiorem, & Conciliū generale, atque eos, qui habent ex immemorabili consuetudine, h.d. Ex quo infer-

infertur primò ad *decis. Mart. Rot. Pisan.* 160. vbi fuit dictum, quod feudatarius Imperatoris, etiam si habuisset regalia in concessione, non posset imponere nouam gabellam, quam decis. not. ad pulchrum text. *in cap. innouamus, de censib.* Infertur secundo *ad decis. Balb.* 117. *part.* 1. vbi habens merum, & mistum Imperium, nisi sit persona, quæ Superiorem non recognoscit, ius imponendi gabellas non habet. Infertur tertiò ad notabilem *decis. Rot. diuers.* 29 *part.* 1. vbi fuit decisum quod licèt inter regalia numerentur gabellæ & pedagia, *c.* 1. *quæ sint regalia*, concessis tamen regalibus simpliciter & indefinitis, nunquam intelligitur concessa facultas imponendi nouas gabellas, & noua vectigalia. Infertur quartò ad *decis. Sayr.* 13 *de censib.* vbi gabellas, ac datia noua imponere potest Dux Mantuæ sine metu excommunicationis. Infertur quintò ad *decis. eiusdem* 16. *eod. tit.* vbi fuit decisum quod gabellam imponere, ius est Principi reseruatum, quod not. ad text. *notabilem in l. vectigalia, C. vect. noua institui non posse.*

COLLECT. 901.

Super cap. quamquam, de censibus, in sexto.

CLericus pro bonis patrimonialibus gaudet priuilegio clericali, h.d. & ita fuisse decisum in Curia Episcopali Papiæ, testatur *Macerat. in decis.* 97. referens Curiam illam decidisse, Clericum non collectandum pro eius patrimonialibus bonis, & ratio est secundùm *Balb. in decis.* 339. *part.* 2. quia dicta bona vti accessoria personæ eodem frui debent priuilegio, quæ exemptio nedum de iure diuino, verùm positiuo est, *Osasch. in decis.* 68 Amplia primò, vt Clericus eodem fruatur priuilegio, etiam pro bonis ei ex successione prouenientibus, vt decidẽdo animaduertit *Guid. Pap. in decis.* 381. licèt communis obseruantia in contrarium sit in Regno Neapolit. vt Clericus pro emptis, & donatis, hoc non gaudeat priuilegio. Amplia secundò, procedere etiam in bonis donatis à Patre filio, vt ad Sacros ordines promoueatur, quia priuilegio immunitatis Ecclesiæ gaudet, *Macer. in decis. Rot Episc. Papia* 88. *part.* 1. quam nota ad *doctr. Fel in c. Ecclesia S. M. de constitutionib.* Amplia tertio, in casu *decis. Sayr.* 12. *de censib.* vbi fuit dictum, quod Sacerdos bona patrimonialia habens, & ordinatus ad illa, ad soluendum collectas arctari minimè potest, quæ notanda est ad *gloss. in c. tuis de praebend. & dignit.* Amplia quarto in casu *Viu in decis.* 28. vbi fuit dictum, quod Clericus pro bonis patrimonialib. habet electionem fori, quemadmodum, & pro eius persona, secundùm quod refert decisum *Ann. alleg* 146. *part.* 1. Amplia quinto in casu *Vrsill. in decis.* 257. vbi refert decisum per Sacr. Consil. per Sacr. Consil. quod Clericus pro bonis patrimonialibus habet beneficium restitutionis in integrum. Amplia sexto in casu *decis. Guid. Pap.* 381. vbi facit dictum, quod pro bonis quocunque tit. per Clericum quæsitis, collectari non possunt.

COLLECT. 902.

Super l. fin. §. fin. C. de temporibus appellat.

IVri appellandi potest etiam per pactum renunciari, hoc dicit. Hic tamen nota quod in nonnullis casi-

mutilatione debilitauit, *Cappell. Thol. in decis.* 207. Infero secundò, quod incidunt in irregularitatem nedum Iudices, verum Cancellarij, & alij executores, & ratio est, quia hoc iure est expressum, *Triuis. Rot. Venet. in decis.* 30. *part.* 2. Infero tertiò, quod irregularis est, qui vtitur ordine sacro, quem non habet, non potest ascendere, *Sayrus in decis.* 3. *de cleric. non ordinat. ministrant.* Infero quarto, quod irregularis est missans in loco interdicto, *idem in decis.* 2. *de sentent. excommunicat.* quam diligenter nota ad text. *in cap. is cui, eod. tit. in sexto.* Infero quintò, quod irregularem non facit defectus partis membri, nisi causet deformitatem aut vsum ordinis impediat, *Sayr. in decis.* 63. *eod. tit.* Infero sextò, quod non est Irregularis Diaconus, qui præsente Parocho, & annuente puerum baptizat, *idem in decis.* 67. *eod. tit.* Infero septimò, quod Irregularis est, qui ante ætatem ad Sacerdotium se promoueri facit, *idem Sayrus in decis.* 68. *eod. tit.* quam nota ad text. *in cap. vel non est, de tempor. ordinat.* Infero octauò, quod cartilagine auris carens, non efficitur irregularis, *Sayr. in decis.* 72.

Collect. 905.

Super cap. 1. § . quinetiam Episcopum vel Abbat.

ISte text. optimus est pro disputanda illa quæstione, si fœmina semel exclusa per existentiam masculorum, intelligatur perpetuò exclusa, & in primis se offert locus *Cappell. Tholos. in decis.* 459. vbi fuit decisum, quod si filia dotata semel fuit exclusa, eo quod tempore mortis Patris extabant filij masculi, licèt posteà decesserint, nihilominùs semper clausa remanebit. Secundò offertur locus *Mynsing. centur. 5. obseru.* 73. vbi fuit dictum, quod feudum concessum pro se, & hæredibus, non includit fœminam, fallit, si concessum sit pro se, & suis hæredibus masculis, & fœminis, quia deficiente masculo, fœmina succedit, & sic semel exclusa, non censetur perpetuò exclusa. Tertio expenditur decis. de qua per *Ann. in consil.* 109. vbi paritérque omnia supradicta limita per *decis. Rot Episcop. Perus. penes Ambros.* 46. *part.* 2. vbi fuit decisum, quod fœminę per statutum exclusæ: donec & quousque extent masculi, non censentur perpetuò exclusæ: sed masculis deficientibus veniunt reintegrandæ ad earum portionem, cuius decisionis rationem affert *Senatus Pedem penes Cacher. in decis.* 23. vbi fuit dictum, quod in hoc casu fœmina non dicitur exclusa, sed potiùs temporaliter suspensa, ita vt deficientibus masculis successio redit ad ipsam secundùm eundem.

Collect. 906.

Super cap. 1. de arbitris, in sexto.

IN maiori summa inest minor, hoc dicit. Limita primò in sententia, ita decidisse testatur *de Franch. in decis.* 355. quam diligenter nota ad textum istum, & ad *l. inter pares, ff. de re iudica.* Limita secundò in dictis testium, in quibus in maiori summa non inest minor, ita pulchrè *Iaff. ed. in decis.* 151. & ratio est secundùm *Fabrum in decis.* 23. *Cod. de probationib.* quia dictum testis debet esse clarum, ac extendi minimè debet. Sublimita primò, nisi sit summa temporis, *Monald. in decis. consil.* 25. *part.* 2. Sublimita secundo,

nisi constaret, testes de eadem numeratione deponere, *Garz. in decis. 22.*

Collect. 907.

Super l. contractus, C. de fide instrumentorum.

Contractus quando in scriptis dicatur celebratus, & quando non; variæ opiniones referuntur, vt hic p. ęsertum ad hunc text. perpetuò notanda est *decis. Fabri 14. C. eod. tit.* vbi ponit discrimen, quod est inter contractum in scriptis, & cõtractum scriptum, videnda est secundo *decis. Senat. Pedem.* de qua per *Thess* 198. vbi distinguit, quod aut de substantia contractus est, vt sit scriptura, vel inter partes cõuenitur, quod aliter nõ valet, quod conuentum est, & tunc necessariò sequitur ad firmandam conuentionem, vt fiat instrumẽtum, & scriptura intercedat, & semper interim erit locus pœnitentiæ, aut verò dictum est, quod de conuentione, & pacto firmato cõficiatur insttumentum, & non est de substantia contractus, vt redigatur in scriptis, & tunc quia tale instrumẽtum ad solam probationem requirit scripturam, & non perficiet contractum, sed erit ante scripturam perfectum, & licèt instrumentum non sit factum, non licebit contrahenti pœnitere, hæc ille.

Collect. 908.

Super c. 1. de celebrat. missarum.

Beneficium Ecclesiasticum obtinuit, & quilibet in Sacris constitutus ad recitationem Diuini officij tenetur, hoc dicit. Limita primò in casu *Sayr. in decis. 10. de ætat. & qualit.* vbi fuit dictum, quod horas Canonicas recitare non tenetur, qui possidet beneficium, de quo nulliter est prouisus, & ratio est secundùm *Fabr. in decis. 9 0. C. de Episc. & cleric.* quia intruso æquiparatur, qui nec similiter ad recitationem tenetur. Limita secundò in Subdiacono, cui fuerat dispensatum, vt ducat vxorem, qui ad horas Canonicas non tenetur, *idem in decis. 24. de celebr. missar.* Limita tertiò, vt nec pariter recitare teneatur, qui possessionem beneficij non est adeptus, *idem in decis 14. eod. tit.* Limita quartò in cæco, nec dispensatione aliqua eget, *Balb. in decis. 523. part. 3. & idem Sayr. in decis. de celebrat. missar* Limita quinto, in militibus religiosis pensionarij, nec ad officium B. Mariæ tenentur, *idem in decis. 17. eod. tit.* Limita sextò in obtinẽte beneficium litigiosum, vel si eiusdem fructus reperirentur sequestrati, *Balb. in decis. 22. part. 1.* Intellige secundùm Less. dummodo probabile sit, ipsos in lite fore esse perditores, & fructus minimè recuperaturos. Pro coronide tamen huius mater. ad duo animaduerten. Primò, quod beneficiarius horas nõ recitans pro rata fructuum restituere tenetur, *Sayr. in decis. 12. de celebr. missa.* quam nota ad ornatum text. *in cap. fi. de rescript. in 6.* Intellige secundùm eundem *in decis. 12. eod. tit.* vbi fuit dictum, quod beneficiatus horas non recitans primis sex mensibus solum peccat, postea verò fructus etiam restituere tenetur. Animaduertendum secundo, quod Canonici horas in Choro collegialiter recitare tenentur, *Sayr. in decis. 13. eod. tit.*

Collect. 909.

Super cap. cum oporteat, de accusat.

Judex

IVdex inquirere, non præcedente infamia, non potest, h.d. Amplia primò in casu *Sayr. in decis. 8. de accusat.* vbi fuit dictum, quod inquisitionis iudicium infamiam præcedere debet, etiam quoad regulares, nec sufficit vnius, aut duorum depositio de delicto. Amplia secundò in casu *Balb. in decis. 91.* vbi hoc nec procedere asserit existente consuetudine in contrarium. Nunc limita & primò in delictis atrociorib. ac praui exempli, *Faber in decis. 2. C de exhibendis reis.* Limita secundò in casu *decis. Rot. Rom. 2. de accusat.* vbi fuit decisum quod potest Ordinarius inquirere contra certam personam, nulla infamia præcedente, & lite non contestata, dummodo suspicio aliqua contra eandem personam adsit.

COLLECT. 910.

Super l. 1. § item illud, ff. ad Syllan.

ANte omnia debet Judici constare de corpore delicti, h.d. Amplia primò, procedere etiã quando esset puniendus ille, qui auxilium delinquentibus præbuit, quia puniri non poterit, nisi prius legitimè constet de principali delicto illius, cui dicitur præstitum auxilium, ita decidisse testatur *Ro. Lucens. diuers. decis. 37.* Amplia secundò, in casu *eiusdem Rot. in decis. 39.* vbi fuit dictum, quod non constito de corpore delicti, non potest deueniri ad torturam. Amplia tertiò, in casu *decis. Senatus Medsolanen. penes Iul. Clar. in § fin. quæst. 4.* vbi fuit dictum, quod quando est delictum facti permanentis, cuius vestigia remanent, non dicitur constare de delicto, nisi Judex locum ipsum oculis subiiciat. Limita tamen hæc omnia, vt non procedant in crimine assassinij, quia potest de tali delicto quis puniri, quamuis non constet de corpore mortuo, ita decisum in *Rota Sabaudia* testatur *Faber in decis. 8. Cod. de sicariis.*

COLLECT. 911.

Super Concil. Trid. sess. 24 cap. 6.

INter raptum & raptam matrimonium contrahi non potest, nisi rapta à raptore sit separata, ac in loco tuto & libero posita fuerit, h.d. Limita primò, vt raptus non committatur in virginem abductam causa matrimonij, consentientibus agnatis, licèt inscio, aut inuito curatore, *Anton. Fab. in decis. 1. C. de raptu virgin.* Limita secundò, his tribus concurrentibus, videlicet quando abducitur puella volens. Secundò, quod si æqualis ad contrahendum matrimonium, & tertiò, quod verè contrahatur, ita decidisse *Rot. Pisan.* testatur *Mart in decis. 19.* Limita tertiò, vt raptor non sit, nec dici possit ille, quem Virgo vltrò sequitur, licet eam stupret, ita videndus *Sayrus in decis. 1. de raptoribus.* Limita quarto, in casu *eiusdem in decis. 2. eod. tit.* vbi fuit dictum, quod raptus sine violentia committi non potest, & illum facere dicitur, qui per munera Puellæ persuadet parentibus inuitis, Nunc amplia dispositionem huius text & primo vt matrimonium contractum cum rapta non restituta, censendum sit ipso iure nullum, ita decidisse testatur *Sayr. in decis. 36. de sponsalib.* Amplia secundò vt raptor condemnandus sit parenti, qui accusationem instituit, non minus quàm fisco, idémque est si non de rapto, sed de clandestino matrim. actum est, *Faber in decis. 2. C.*

de raptu virginum, & an matrimonium contrahendum euitet pœnam raptus, quod non, tenet *Peguer. in decis. 42. Rot. Catalon.*

COLLECT. 912.

Super l. vnica, C. de confess.

CONfessus pro iudicato habetur, h. d. Limita primò in casu *Fabri Rot Sabaudiæ in decis. 1. C eod. tit.* vbi fuit dictum, quod vera est præfata conclusio, si prius constet admissum esse crimen, aliàs enim sola confessio non noceret, quam diligenter nota ad text. *in l. is qui cum quo, ff. de confess.* Limita secundo in casu *decis. Viu 68.* vbi fuit dictum, quod reo confesso debet dari breuis terminus aduersus confessionem, & sic quoad hoc non habetur pro iudicato, quam nota ad limitationem text. *in l. & quia proinde, §. 1. ff. ad leg. Aquil.* Sublimita nisi essemus in capto in fragranti crimine, *Ioan. Gall in decis. 122. Rot. diuers. Franciæ.* Sublimita secundò in delicto notorio, *Papon. lib. 3. arrest. 17.* Limita tertiò in casu *eiusdem Fabri in decis. 8. C. de confess.*; vbi fuit dictum, quod Iudex non potest habere pro condemnato ad pœnam ordinariam illum, cuius confessionem extorsit promissa impunitate.

COLLECT. 913.

Super cap. ex transmissa, de filiis Presbyterorum.

FIlij presbyterorum non possunt succedere in beneficiis Patris, h. d. Cum quo concordat *Constit. Clementis VII. anno 1530. & Concil. Trid. sess. 25. de reformat. c. 15.* Amplia primò, vt procedat etiam in filiis naturalibus procreatis ante Clericatum, *Balbus in decis. 29.* & patet ex verbis *Cons. ibi, qui non ex legitimo nati sint matrimonio*, & ita censuit Sacra Congregatio. Amplia secundo, vt collatio ei facta sit ipso iure nulla, *Say. in decis. 1. de const.* Amplia tertiò, vt nec iuuet Regula de triennali contra dictum decretum Conc. vt fuit resolutum in vna *Calaguritana Canonicatus 3. Iunij 1612.* & ita pariter declarauit *Sacra Congregatio.* Nunc limita & primo non procedere in illis beneficiis, quæ Pater dimiserit ante hanc Constitutionem, vt fuit resolutum in vna *Calciaten. coram Domino Fabio* refert *Farinac. in decis. 81.* Limita secundo, quando beneficium erat portio tempore quo pater illud obtinebat, & postea fuit factum Canonicatus, *Achill. de Grass. in decis. 3. de filiis presbyter.* Limita tertiò, vt non procedat in nepote legitimo ex filio illegitimo, ita pulchra, ac omnino videnda *Sayr. in decis. 9. de filiis presbyter.* & ratio est secundùm *Balb. in decis. 21.* quia cùm prohibitio hæc sit odiosa, extendi non debet, & ita pariter censuit *Sacra Congregatio Concilij.* Limita quartò, in illegitimo religioso effecto, ita *Sayr. decis. 4. de filiis presbyt.*

COLLECT. 914.

Super c. cum p. tabellio de fideiussor.

TRactant DD. materiam extractionis instrumentorum; Pro cuius ornamento animaduertẽdum, quod instrumenta sunt extrahenda parte citata, vt testatur *Rot. decis. 1. de fide instrum.* & *ead. Rot. decis. 15 de testib.* & facit alia decis. *Rot. collect. à Farinac. 549.* vbi fuit resolutum, quod scripturæ

ſcripturæ extractæ ex Archiuio repoſito penes Capitulum, nō citata parte aduerſa ad videndum, collationari non probant: Nunc limita, & primò non procedere quando fuerunt extracta partim ab eiſdem Notariis, partim à ſucceſſoribus in officio, & habentibus facultatem Regiam illa extrahendi, quia cenſentur eſſe in forma probanti, iuxta *deciſ. Card. Put. 14. de fide inſtrum. Caputaq. in deciſ. 351. part. 2.* nec in his terminis loquitur *deciſ. 1. de eod. tit. ſupra cit.* & ita fuit dictum in vna *Mediolanenſ. Iuriſprud. 29. Ianuarij 1589. coram Comitulo*; Limita ſecundò, quando pars eſt in cauſa ne formiter extrahatur, *Peregrin. in deciſ. 159. lib. 2.* & ita fuit reſolutum coram *Seraphino in vna Cartaginen. portionis 14. Nouembris 1594.* & in vna *Aſtrogienen. Prioratus 13. Ianuarij 1598. coram Mellino.*

Collect. 915.

Super l. fin. C. de præſcript. 30. ann.

RESTITUTIO contra præſcribētem ex capite ignorantiæ datur, h. d. Amplia primò procedere etiam ex capite clauſ. generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, *Oſaſch. in deciſ. 56.* & aliquid per *Ioſeph. Ludou. in deciſ. Peruſ. 48. nu. 23.* Amplia ſecundò procedere contra præſcriptionem tam longi temporis, quàm longiſſimi, & etiam 40. ann. *Afflict. in deciſ. 37. 40. & 329. Boer. in deciſ. 29. Mohedan. in deciſ. 13. Rot. Genuen. in deciſ. 203.* & aliquid per *Ioſeph. Ludou. in deciſ. Lucenſ. 48. num. 22. & in deciſ. 52. num. 47. Benintend. in deciſ. 69.* exemplificari poterit in illo, qui in alterius ius ſuccedit, cui propterea conceditur reſtitutio, *Afflict. in deciſ. cit. Borgnin. deciſ. 16. de contractib. part. 2.* Amplia tertiò, vt nedum detur contra præſcriptionem principalem; ſed etiam contra quadriennium *Rot. Auen. in deciſ. 97. diuerſ.* Amplia quartò in caſu *deciſ. Theſſ. 133.* vbi fuit dictum quod reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ datur aduerſus præſcriptionem 30. annor. etiam ſi non ſit deducta in iudicium infra quadriennium à die læſionis. Limita quando ignorantia non eſt probabilis, ſed adeſt præſumptio ſcientiæ, *Theſſaur. in deciſ. Pedemont. 132.*

Collect. 916.

Super l. pretia rerum, ff. ad legem falcidiam.

PONIT modum probandi valorem rei. Tu dic, quod multis probatur modis, & primò æſtimatio alicuius fundi non debet fieri reſpectu menſuræ, & ſecūdùm illam eius probari valorem, ſed reſpectu bonitatis eiuſdem fundi, *Affl. in deciſ. 58.* Secundò probatur per libros æſtimi authoritate publica factos, *Franc. Marc. in deciſ. 484. & in deciſ. 63. part. 2.* & facit *doctr. Bart. commun. recepta in l. 3. C. de pred. & om. rebus naui lib. 10.* in dubio enim præſumitur rem tantùm valere, quantùm eſt æſtimata in communi, *Balb. in deciſ. 23.* Tertio probatur per documenta, & inſtrumenta facta de aliis locis vicinis, æquè bonis, *Franc. Marc. in deciſ. 484.* aliquid per *Borgnin. deciſ. 15. de contract. part. 2. & in deciſ. 24.* Quarto res tantùm valet, quantum vendi poteſt, *Balb. in deciſ. 22.* Intellige primò, vt inſpici debet, quantum vendi poterit in loco publici fori, *Afflict. in deciſ. 23.* & aliquid per *eundem in deciſ. 316.* vnde ſi poſſet vendi multò pluris, vel multò mino-

tis extra forum non debemus illud inspicere, *Franc. Marc. in decis.* 484. *Rota Gen. uen. in decis.* 144. *num.* 6. Intellige secundo, quando emptor sciebat rei qualitatem, secus si ignorabat, *Ego in decis.* 22. & aliquid per *Franc. Marc. in ead. decis. num.* 17. Intellige tertiò habita ratione temporis, quia pretia rerum ex temporum varietate mutantur, *Franc. Marc. in decis.* 63 *part* 2. Hinc est, quod vt iustum pretium dicatur, debet inspici qualitas rei, quantitas introituum, & venditionis tempus, *Rubin. in decis.* 33. aliquid per *de Franc. in decis.* 54. *num.* 10. *Osasch. in decis.* 41. *Marc. in decis.* 483. Quinto probatur per venditiones factas in loco eodem tempore, *Maynard. in decis.* 579. *part.* 2. *& idem Marc. in pluries cit. decis.* 484. *num.* 38. Sexto probatur per arrendamenta, licèt contra *Cassad. in decis.* 20. *de probat.* neque valor rei probatur per testes deponentes de auditu, quia ille non percipitur ex auditu, *Verall. in decis.* 264. *part.* 3. licèt bene probat, si deponit de communi sententia, *Gomez Leo in decisione* 97. *diuers.*

COLLECT. 917.

Super cap. fin. de consuetud. in 6.

SEdet materia optionis, & dicas, in quampluribus casibus cessat optionis beneficium. Et primo in membris separatis à canonicatu, & præbenda *Verall. in decis.* 282. *part.* 2. Quod intellige quando sumus in resignationibus factis in manibus Papæ, *idem Verall in decis.* 281. *part.* 2. Secundo, in præbenda vacante in Curia, quæ prætextu consuetudinis optari non potest, *Rot. decis.* 3. *de consuetudine, in nou.* Tertio, hæc consuetudo in Ecclesia, in qua adsunt maiores, & minores præbendæ, tollitur per clausulas derogatorias in litteris Apostolicis positas, *Rot. decis.* 5. *de consuetudine.*

COLLECT. 918.

Ad Bart. in l. legata, ff. de legatis primo.

LOquitur de repetitione testium pro cuius ornamento primo animaduertendum, quod testes si in repetitione referant se ad examen primum, in omnibus, & per omnia probant, licèt primum examen esset nullum ex defectu sollemnitatum, *Verall. in decis.* 287. *part.* 1. testis enim primo examinatus si contingit illum reperi, liberum est ei ad primum examen se conferre, *Ba'b. in decis.* 19. Intellige si per extensum deponat, aliàs non auditur secundùm quod in Prætorio Franciæ refert decisum *Papon. lib.* 24. *tit.* 8. *arrest* 6. *Mynsing. obser.* 64. *centur.* 3. Intellige secundo dummodò in repetitione subsequatur partis citatio ita *Capyc. in decis.* 35. *& Rot. Bonon. teste Barz. in decis.* 138. Amplia principalem conclusionem in casu *decis. Guid. Pap.* 72. vbi fuit dictũ, quod Judex potest facere iterato examinari testem post didicita testificata, & si deponens se referat primo examini, valet; Amplia secundò, in casu *decis. Papon. lib.* 9. *tit.* 1. *arrest.* 23. vbi quando testes examinati ad perpetuam rei memoriam possunt referri primo examini. Amplia tertiò, in teste, qui virtute monitorialium deposuit, repetendus est in forma Judicij, & potest se ad primum examen referre, ita *Anton. Fab. in decis.* 40. *C. de testibus.*

COL-

COLLECT. 919.

In c. pæn. 3 q 9.

SVbstantia depositionis testium consistit à iuramento, h.d. Er propterea *Iaff. ed. in decis.* 59. scripsit, quod examinario refertur ad tempus iuramenti, quam ad *l. si quando, vbi Bartol. C. de testib.* reponas, licèt partium consensu remitti possit, *Crescent. in decis. 4. de testibus, Gayl. obseru.* 101. *lib.* 1. & adeo ad tempus iuramenti refertur, quod sufficit, vt testes iurent intra dilationem datam ad probandum licèt postea deponant, vt decisum referunt DD. *de Rot. in decis. 13. de probat. in nou. & in decis. 8. eod. tit. in nou. & in decis. 3. de dilat. in nou. & in decis.* 1. *Bisignet. de testibus*, & aliquid per *Boer. in decis.* 194. *num.* 19. Hinc secundo infertur, vt si testes iurent die non feriata, & deponant die feriata, valet depositio, *Guid. Pap in dec.* 125. & *Boer. cit. decis.* contrariam sententiam tenent *Bellam. in decis.* 714. & *Benint. in decis. Bonon.* 11. Hinc tertio infertur, quod tempus datum ad probandum non currit, dum disputatur super aliquo emergenti in causa iuramenti, *Iaffred. Balb. in decis.* 185. Infertur quartò, ad *decisionem Fabr.* 8. *C. eod. tit.* vbi fuit dictum, quod tunc testes habentur pro auditis, cum iurauerint, cùm omnis actus testium referatur ad iuramenti tempus.

COLLECT. 920.

Ad gloss. in l. assiduis, in vers. confessata, C. qui potior.

DVo dicit, primò, quod confessio dotis receptæ non præiudicat creditoribus anterioribus; Secundo quòd est, num maritus confitens possit exceptionem non numeratæ dotis obiicere; quoad primum animaduertendum est, quod confessio mariti de dote recepta cōstante matrimonio, non valet regulariter etiam facta cum iuramento, *Gomez Leo in decis. 6. diuers.* ideò creditores possunt opponere, & probare dotis confessæ simulationem etiam post lapsa tempora, *Papon. lib. 1. tit. 3. arrest.* 8. *Rot. Auen. in decis.* 25. est tamen verum, quod huiusmodi confessio receptæ dotis præiudicat creditoribus posterioribus, *Verall. in decis. 196 part.* 1. anterioribus verò creditorib. non nocet, *Affl. in decis.* 44. Intellige quando fieret post contractum debitum, aliàs secùs *Magon. in decis.* 68. *Rot. Florent.* quod amplia etiam si maritus renunciasset exceptioni non numeratæ dotis, *Medic. in decis.* 39. Limita primo, quando præcessit dotis promissio, & inde ex interuallo sequuta fuit confessio, nam tunc talis confessio nocet creditoribus, qui cum viro medio tempore contraxerunt, *Balb. in decis.* 90. & aliquid per *Magon. cit. decis.* 68. *num.* 10 *Rot. Auen. in decis.* 25. Limita secundò, quando creditor etiam solùm se fundasset super sola confessione mariti, nam tunc in pari causa dicta *decis. 68. num.* 12. Limita tertiò, quando creditores sciuerunt renunciationem, & intra legitima tempora non exceperint, *Fab. in decis.* 29. *C. eod. tit. Magon. vbi suprà num.* 8.

COLLECT. 921.

Super l. 2. C. de his quæ vi, metúsque.

SOlutio spontanea metum in promittendo purgat, h.d. Hinc est quod allegatio metus purgatur per actus cōtrarios subsequutos, *Osasc. in.*

decis. 142. actus enim subsequentes contrarij præcedentibus faciunt videre recessum à præcedentibus, presertim quando de illis reperitur expresè facta mentio, *Rubin. in decis.* 99. *& Cacher. in dict. decis.* 142. & quando metus dicatur purgatus tacito consensu causato lapsu longi temporis à ratificatione, vide *decis. Cur. Archiep. Neap.* 137. & aliquid per *Osasch. in decis.* 179. *nu.* 8 & quando solutio spontanea non purgat metum præcedentem, vide *Afflict. in decis.* 336. *Boer. in decis.* 100. *num.* 5. Animaduertendum tamen, quod metus nunquam censetur purgatus durante eadem causa metus, *Rot. Auen. in decis.* 113. *diuers. Ioseph. Ludou. in decis. Lucan.* 18. *Osasch. in decis.* 179. *Anna*, qui pariter refert decisum *in Sacr. Cons. in causa Beatricis Seruella cum Carlono Vespulo in anno* 1547. *in sing.* 341. *& Caputaq. in decis.* 221. *part.* 2. & ratio videtur, quia durante illa causa semper durare præsumitur *de Laurentiis in decis. Auen.* 113. *diuers.* verùm cessante causa certa illa durante, si sciens illa esse nulla exercet, ratificare videtur, ita *Sayr. in d. cis.* 2. *de his quæ metu.* licet *idem Sayr. in decis.* 5. *eod. tit.* dicat, quod professio ab initio ob metum nulla, per actus professorum, non validatur, nec tractu temporis conualescit, & quod durante causa metus, nunquam purgari potest, vide *decis. Seraphin.* 1176. *part.* 2.

COLLECT. 922.

In l. locatio, §. qui maximos, ff. de publicanis.

TRibus concurrentib. compellitur quis emere redditus fiscales, nempe si per tempus præteritum emeras, & maximos fructus perceperat, & pro futuro non reperiatur emptor, h.d. cum qua concordat *decis. Balb.* 99. Et propterea infero quod corruptas merces compellitur quis emere ratione publicæ vtilitatis, *Rubin. in decis.* 19. Infero secundò, quod si Respublica habet granum ad vendendum, omnes tenetur emere, nec aliquis excusatur, & è contra si vult emere, omnes coguntur vendere pro modo patrimonij, pulchrè *Franc. Marc. in dec.* 541. quemadmodum pro ædificandis scholis publicis, cogitur quis vendere, *idem in decis.* 534. sicut Ciues tempore carestiæ cogi possunt ad vendendum granum Reip. etiam viliori pretio, vt fuisse decisum testatur *Cappell. Tholos. in decis.* 44. Hinc infero ad *decis. Guid. Pap.* 91. *& Franc. Marc.* 40. quod quando ex aliqua constructione affertur maius commodum construi facienti, & Reip. quam sit incommoditas vicinorum, tunc vicini coguntur vendere. Infero pariter ad *decis. Cappell. Tholos.* 447. vbi fuit dictum quod Rustici compelli possunt ad portandum victualia in Ciuitatem ad vendendum; & aliquid per *Fran. Marc. in decis.* 539.

COLLECT. 923.

Super l. tutores, ff. de administrat. tutorum.

TVtores administrare non possunt, nisi decreta sit administratio, h.d. Et vltra istud necesse est cócurrere nonnulla alia de quibus per *Balb. in decis.* 134 Item debet promittere, vtilia facere, & inutilia prætermittere, verùm si in eius deputatione promisit hæc; Item rem pupilli saluam fore, & omnia alia, ad quę de Jure tenetur, licèt non promiserit in specie

ſpecie pupillum indefenſum non relinquere, tamen non dicitur legitimus, *Verall in deciſ.*313.*part.*3. & ratio eſt, quia ſufficit, vt per æquipollens adimpleatur, *Guid. Pap. in deciſ* 330. *Cappell.Tholoſ.in deciſ* 63 Item requiritur tertiò, vt cónficiat inuentarium, *Faber in deciſ.* 3. *Cod. de adminiſtr. tutor.* quam ad ornatum *l.tutor, qui repertorium, ff. eod.tit.* reponas; Hinc infertur primò, quod tutor non poteſt præiudicialia pupillis facere ante inuentarium confectum, *Verall.in deciſ.* 321.*part.*3. Infertur ſecundò, quod proceſſus factus cum tutore pupilli, qui non confecerit inuentarium, ſit nullus *Boer. in deciſ.*53.

Collect. 924.

In l.fin. C.de contrahend. empt.

Loquitur de iure congrui, ſuper qua animaduertas, vltra ea, quæ ſcripſimus in *Collect.*6. quod ius iſtud nonnullis caſibus ceſſat; Et primò in caſu *deciſ.Magon.*118. *Rot. Florent.* vbi fuit dictum, quod renuncians extraiudicialiter dando licentiam vendere volenti, quod vẽdat cui velit, non poteſt amplius in illa re vti iure congrui. Ceſſat ſecundò contra clericum, *de Franch in deciſ.*285. Ceſſat tertiò in caſu *de Franch. in deciſ.*383. vbi fuit dictũ, quod priuilegium, quod quis non conueniatur iure congrui, valet, & tunc emptor hoc iure non poteſt cõueniri; Ceſſat quartò, quando vicinus petit ius congruum, quia poteſt pœnitere, & recedere à ſua petitione, inuito emptore, *de Franch. in deciſ.*346. quamuis contrarium referat deciſum, quod ſcilicet non poſſit pœnitere, *Papon lib.*11.*tit.*7. *arreſt.* 9. *Boer. in deciſ.*48. habet tamẽ locum non ſolum in emptione, ſed etiam quando fit conceſſio ſub annuo cenſu redimibili in pecunia *de Franch. in deciſ.*392. & quid quando bona ſeparata ſimul venduntur, ſi poſſit vicinus non citatus, qui in vna re coheret, omnia bona retrahere, vel rem tantùm ſibi contiguam, vide *Magon. in deciſ.* 29. *Rot. Florent.* in hoc autem iudicio dicas, quod Judex loco rei eſt competens, remoto Judice domicilij emptoris, *de Franc. in deciſ.*389. & ita etiam deciſum refert *Thom.Triuiſ. in deciſ. Rot. Venet.*34. *part.*2. *& Papon.lib.*11.*tit.*9.*arreſt.*1.

Collect. 925.

Super l.in Eccleſiis, C.de Epiſcopis & Cleric.

Ad Eccleſiam, ſeu beneficium ſunt promouendi, qui de illa Ciuitate ſunt, vel oppido, h.d. Intellige in Regnis, vbi eſt tale priuilegium, ſeu conſuetudo, prout in Regnis Hiſpaniæ, *Gama in deciſ.* 91. vbi tamen non eſt tale priuilegium, ſeu conſuetudo poteſt conferri beneficium Clerico aliàs idoneo, vndecunque ſit, vt fuit deciſum in vna *Vallisolla præeminentiarum* 14. *Nouembris* 1603. *coram Illuſtriſſimo Pamphilio*, quam nota ad text. & ibi *gloſſ. in verb. vndecunque, in cap. ad decorem, de inſtitut.* bene tamen verum eſt, quod qui eſt de loco diœceſis beneficij, debet ſi eſt idoneus aliis extraneis præferri, *Balb.in deciſ.* 11. quemadmodum venit etiam aliis præferendus ille, qui eſt ex gremio Eccleſiæ, *Rota diuerſ. deciſ.* 413. *part.*1. quam nota ad text. *in cap. obitum* 61. *diſtinct.* & ad *cap. metropolitano* 63. *diſt* ſicut à ſimili dicimus inter duos præſentatos, aut aliàs habentes ius ad beneficia, tunc

enim cæteris paribus præferendus esset de iure naturalis, & qui est ex gremio Ecclesiæ extraneæ, *Rot.decis. 654.inter collect.as à Farinac.* & in concursu ad parochiales præferendos esse Clericos Ciuitatis ipsius exteris aliis, dummodo in maxima scientia non præcedant extraneis ipsis Ciuitatensibus, testor *Ego Curiam Archiep. Neap.decidisse in decis.129.* & in conferendis Cappellaniis, vide pulchram *decis. Achill.de Graff.169. ex num.9.* & ita aliàs decidit *eadem Rot.iuxta Solonantica Cappellaniæ del voto 3.Iunij* 1585. Limita tamen regulam text. cum omnibus supra adductis dupliciter, & primò in casu *decis.Rot.diuers.414.p.1.* vbi fuit dictum, quod vt locum habeat huiusmodi prælatio in beneficiis, non sufficit, vt sit naturalis ex matre in aliquo loco, sed ex Patre, quia quoad hoc, filius sequitur Patris originem, non autẽ matris, quam not.ad text. *in l.assumptio,§.filius,ff.ad municipalem.* Limita secundò in casu *decis.Rot.in antiq.76.de rescript.* vbi fuit dictum, quod si aliquis est oriundus de aliqua Diœcesi, si impetrat beneficium se Clericum Diœcesis beneficij, talis gratia valet, & non est subreptitia, quam ad limitationem *c.super litteris,de rescript.* reponas.

Collect. 926.

Super c.quæsitum,de rer.permut.

Beneficiorum permutatio, pacto præcedente, facta non valet, h. d. quemadmodum non valet si fieret inter tres, vel quatuor, *Verall. in decis.325. part.2.de contractib.* Item absque Summi Pontificis authoritate, *Garz.in decis.3.* Item si permutatio fieret iure proprietatis, *Balb. in decis.39.* Item facta de beneficio patronatus, absque patronorum consensu, intellige, vt possit annullari. *Guid.Pap.in decis.374.Franc.Marc.in decis.240.Bellam.in decis.177.179.181.& 751. Rota decis.5.de rerum permutat.in antiq. & in decis.10. de iurepatron. Cappell.Tholos.in decis.107* quemadmodum institutio, atque collatio facta non valet, *Guid. Pap.cit. decis. 374. Bellam. in decis.128. Mohed.in decis.325. Franc.Marc.in decis. 474.482.493.& 1140.* & quid si patronus non contradicat, *Cassad.in decis.1.de locat.o.* Idem concurrentibus positis per *Rot.decis.2. de præsumpt. Bellam.in decis.344.* Item expectans, qui habet dimittere beneficium, quod possidet si gratia habet effectum, non potest illud permutare, *Rot.decis. 14.de rerum permutat.* Item permutatio facta de beneficio vnito, *ead. Rot. in decis.3.eod.tit.in antiq.* valet tamen facta per procuratorem laicum, *Rota decis.11.de rerum permutat.in antiq.* Item facta sub conditione si placet patrono, *Rot.decis.12.eod.tit.* Item valet, licet permutantes in impetratione, non expresserint alia beneficia, *Rot.decis.15.eodem tit.* num autem resignantes beneficia ex causa permutationis ante sequutam, seu perfectam permutationẽ, perdãt possessionem negatiuè *Rot.in decis.16.* num minor valor vnius ex beneficiis permutatis arguit suspicionem fraudis negatiuè *Rota decisione secunda.* Item resignatio ex causa permutationis facta in Curia, non inducit reseruationem, si permutatio non sortiatur effectum, *Rota decisione quarta:* & beneficia per resignationem ex causa permutationis verè vacant, *Rot.decis.7.* & beneficium non videtur vacare, ex quo alteri permutantium est collatum, *Rota decis.5.* Pro huius tamen materiæ orna-

ornamento quæro primò, num permutantes possint ad sua beneficia redire, sine noua collatione, peritâ tamen licentiâ, & affirmatiuè respondit *Boer. in decis.* 97. & tunc an fructus debeant inuicem restitui, vide *eundem in decis.* 98. Quæro secundò, ad quem spectet rescissio permutationis beneficij, & ad Judicem Ecclesiasticum pertinere, refert *Papon. lib. 3. tit. 11 arrest. 5.*

COLLECT. 927.

Super cap. nemo deinceps, de elect. in sexto.

LOquitur de commenda. Ad cuius materiæ generalem cognitionem, nota quod commendatarius Ecclesiæ non dicitur Prælatus, sed habet quandam affinitatem cum prælatura, *Capyc. in decis.* 3. & propterea si fuit spoliatus, non potest agere remedio *cap. reintegranda, Put. in decis.* 206. *lib.* 3. & commenda afficit beneficium, *Cassad. in decis.* 32. & expectans non potest capere beneficium affectum per commendam cessante ea, *Mohed. in decis.* 129. quandoquidem tamen vim beneficij obtinet, quia commenda perpetui beneficij, afficit beneficium, *idem Put. in decis.* 158. *lib.* 1. & commendatum beneficium mortuo commendatario vacat, vt priùs, *Verall. in decis.* 144. *par.* 1. & quando cognoscitur beneficium esse commendatum, vel in titulum datum, vide *eundem Verall. in decis.* 145. & commenda cessat per superuenientiam noui tituli, *idem in decis.* 146. & requirit pacificam possessionem, sicut beneficium, *Put. in decis.* 22. *lib.* 2.

COLLECT. 928.

In l. item si verborum, §. 1. ff. de rei vendicat.

QVando propter vtilitatem publicam, quis cogitur rem suam vendere, tunc Princeps tenetur ad pretium, h. d. Et propterea infero ad *decis. Valasc.* 22. *Rot Lusitan.* vbi fuit dictum, quòd eo casu non tenetur, nec cogi potest venditor ad habendam fidem de pretio, hinc est, quod quãdo cogitur ab Ecclesia ad vendendum seruitutem altius non tollendi via publica intermedia, tenetur soluere pretium, *de Franch. in decis.* 223. idem pro extruenda, & amplianda Ecclesia, *Gramm. in decis.* 75. *& Franc. Marc. in decis.* 334. & quando pro vtilitate Reipub. tenetur quis vendere rem suam, & ei refundendum sit pretium, vide *Boer. in decis.* 322 *& Gomez. Leo. in decis.* 97. *diuers.* quam diligenter not. ad hunc text.

COLLECT. 929.

Super claus. promittens non contrauenire.

CLausula hęc, promittens omnia esse vera, & in nullo contrauenire: nonnullos sub se continet effectus. Et signanter primo, quia comprehendit omnem modum, etiam per quem indirectè contractui non statur, vt fuit dictum in vna *Romana rescissionis concordia* 12. *Januar.* 1579. *coram Aldobrandino*, vt apparet *in decis.* 233. *part.* 1. *diuers.* quam not. ad celebrem *gloss. in cap. vt inquisitionis § prohibemus, in verb. quocunque modo, de hæretic. in* 6. Secundo, quia vbi posita est præfata claus. operatur, vt censea-

tur inducta donatio inter viuos, ita vt sit irreuocabilis, *Ego in decis. Curiæ Archiepiscop. Neapol.* 99. quam nota ad originalem doctr. *Bart. in l. fin. Cod. de pact.* Tertius effectus est, quia quis non potest venire contra actum à se gestum, vt pulchrè refert in *Sac. Consil. Neapol.* decisum *Gramm. in decis.* 90. licèt loquatur quando est adiecta virtus iuramenti.

Collect. 930.

Super clem. 1. in fin. de homicid.

HOminem occidens defensionis causa non efficitur irregularis, h. d. Amplia primò procedere etiam in membri mutilatione, *Cappel. Thol. in decis.* 207. Amplia secundò etiam pro defensione rerum, *Garz. in decis.* 22. quam nota ad text. *in c. suscipimus, de homicid.* Amplia tertiò in casu *decis. Sayr.* 39. *cit. tit.* vbi fuit dictum quod moderamen inculpatæ tutelæ secundùm periculum illius attenditur, qui ab iniusta iniuria defenditur, siue seipsum, siue alium defendat. Amplia quartò vt ad mei necessariã defensionem licet occidere aggressorem, ac præuenire, vt in casu *Sayr. in decis.* 41. quod intellige quando incontinenti est aggressurus, secùs si ex interuallo, *Balb. in decis.* 29. Nunc limita, & primo in casu *eiusdem in decis.* 14. vbi fuit dictum, quod occidens se defendendo, cui fuga fuisset dedecori, licèt non peccat, erit tamen irregularis. Limita secundò in casu *eiusdem decis.* 30. vbi occidens inuasorem etiam si culpa inuasus sit. Limita tertiò in eo, qui ingressus est domum adulterandi, nam si se defendendo occidit Maritum, erit irregularis, *Sayrus in decis.* 42. *eod. tit.* Animaduertendum tamen, quod si causa defensionis euitabilis, quis modum excesserit, non per hoc erit homicida voluntarius, & propterea in eo cadere terminos *Concil. Trid. sess.* 24. *cap.* 6. *Sayr. in decis.* 9. *de homicid.*

Collect. 931.

Super Concil. Trid. sess. 24. cap. 18.

DIsponit, quod ad Parochiales ex dignis, & approbatis, eligendi sunt digniores, & magis idonei. Hic enim duo sunt dubia. Primo an eligens dignum ad beneficium, omisso digniori peccet mortaliter. Secundo an teneatur illi ad restitutionem, in primum DD. communiter docent promouentem eligẽtem, seu præsentatum dignum, omisso notabiliter digniori peccare mortaliter, ita *Sayr. in decis.* 22. *de pœnitentiis, Alex. Raud. in decis.* 35. quæ conclusio limitatur multipliciter, & primò vbi dignior esset alienigena, vel de alio Collegio, seu Ecclesia, quia tunc præfertur idoneus eiusdem Ecclesiæ, seu Collegij, *Rubin. in decis.* 339. quæ facit ad *c. nullus inuitis* 61. *distinct.* Limita secundo, quando magna cum difficultate dignior potest haberi, quia tunc non est standum in expectatiua, sed prouisio potest fieri de digno, *Ego in decis. Cur. Archiep. Neapol.* 12. Hinc Sac. Congr. Conc. censuit posse permitti præsentationem regularis ad Ecclesiam parochialem existentem in Regionibus, in quibus ob hæreses grassantes, & bella inita sit Sacerdotum Regularium inopia. Limita tertiò, vbi habens competẽtem literaturam, haberet pariter curialitatem antiquã, quia tunc si concurrit cum digniori, potest ob experientiam bene regẽdi,

quam

quam acquisiuisse præsumitur diu viuens in Curia præferri digniori, ita *Raud. in decis. 66. casu* 17. & ita extat *Bulla Leonis X. in Bullario, fol.* 191. Limita quartò, vbi esset excessus modicus, seu exiguus in magis idoneo, per respectum ad idoneum, *Balb. in decis.* 22. Quoad secundum non tenetur ad restitutionem, nisi quando beneficium debetur digniori ex aliquo statuto, vel lege, *Gratian. in decis.* 97.

Collect. 932.

Super l. 1 ff. de eo quod met. caus.

OMne, quod metu fit, ratum nõ habet Prætor, h. d. Ex quo infero primò, quod resignatio beneficij metu facta, est nulla *Mohed. in decis.* 32. & ratio est, quia tunc agitur contra diffinitionem resignationis, quæ est, vt sit iuris proprij spontanea facta refutatio, *Balb. in decis.* 29. Infero secundo, quod promissio facta metu non valet, vt refert decisum *Papon. lib.* 10. *tit.* 2. *arrest.* 4. Tertio iuramentum, *Afflict. in decis.* 263. Quarto testamentum factum metu, est ipso iure nullum, *Balb. in decis.* 29. quam nota ad *l. 1. ff. de testam.* Infero quintò ad dec. *Cappell Tholos. in decis.* 285. vbi fuit dictum, quod renunciatio beneficij facta causa permutationis metu, licet non sit ipso iure nulla, venit tamen annullanda, quam nota ad text. *in c. ad aures, & c. ad audientiam, de eo quod met. caus.* ad quod facit *decis. Rot.* 367. Infero sexto, quod metus interueniens rescindit conuentionem inter contrahentes, *Capyc. in decis.* 95 & aliquid per *Grammat in decis.* 103. *Ioseph. Ludou in decis. Lucens.* 18. Item solutio metu facta *Raud. decis.* 10. & quando solutio spõtanea purgat metum præcedentem, vide per *Afflict. in decis.* 336. & *Boer. in decis.* 100. *num.* 15. Item matrimonium, quod amplia, vt sit nullum etiam copula subsequuta, *Mart. Rot. Pisan. in decis.* 64. quam ad ampliationem *c. cum locum, de sponsalib.* reponas. Item professio ob metum reuerentialem parentum facta, non valet, *Sayr. in decis.* 91. *de regularib.* quam not. ad text. *in c. 1. de his qua vi metúsve caus.* Item absolutio ab excommunicatione, vel interdicto, *Rot. in decis.* 29. *in antiq* quam *ad ca. de maior. & obed. in 6.* reponas. Item metus dans causam contractui spirituali, ipsum rescindit, *Franc. Marc. in decis.* 791. *part.* 2.

Collect. 933.

Super l. 1. C. de sentent. & re iudic.

STandum est rei iudicatæ, h. d. Et propterea *Ego infero ad claus. parito*, quæ frequens est in *Rot. Rom.* quæ quidem reddit commissionem, & iurisdictionem conditionalem, vt pulchrè decidit *Card. Put. in dec.* 429. *lib.* 1. & ita fuit resolutum in vna *Calagurritana Cappell. S. Crucis* 13. *Ianuarij* 1589 *coram Orano*, & ideo non tribuit iurisdictionem priusquam sit paritum, *Balb. in decis.* 23. quam nota ad ampliationem *c. cum dilecta, de rescript.* & fuit resolutum in *dict. Calagurritana coram Orano*, nec sufficit quod sit paritum, nisi constet in actis de paritione, *Rubin. in decis.* 29. & fuit pariter resolutum in vna *Tarraconen. pensionis* 15. *Nouembris* 1593. *coram Gipsio*; Animaduertas tamen, quod hæc clausula præsupponit rem iudicatam, *Ego in decis. Cur. Archiepiscop. Neapol.* 123. & ideo si super expensis non adest res iudicata, quis illas soluere, & illarum respectu non obstat *claus. parito*, vt fuit resolutum in vna *Mediolan. Cappellania* 13. *Maij* 1599. *coram Seraphino*,

& ideo signatura nō solet dare hanc clausulam, nisi quando adsunt tres conformes, & sic non refertur ad condemnationem vnica sententia, licèt ob non interpositam appellationem, vel non persequutam, transiuit in iudicatum, vt fuit dictum in vna *Toletana pensionis* 12. *Decemb.* 1590. *coram Lieta.*

COLLECT. 934.

Super l. vnica, C. de mutatione nominis.

NOn licet mutare nomen, h.d. Hinc est, quod contrafaciens punitur pœna falsi, *Balb. in decis.* 29. quam not. ad text. *in l falsi nominis, ff. ad leg. Cornel. de falsis.* Hinc infero primo, quod Notarius suppones vnam personam pro alia, eadem venit pœna plectendus, *Sesse Rot. Arago. in decis.* 19. licèt regulariter Notarius non obligetur contrahentes cognoscere, vt decidit *Sacr. Cons. Neap.* vt apparet *in decis. Franc.* 263. Infero secundò ad pulchram *decis. Fabri* 1. *C. de mutatione nominis*, vbi fuit dictum, quod mutatio nominis in familiæ nobilioris iniuriam virgis, & exilio castiganda est, itémque pœna honoraria, ni reus sit infamis. Infero tertiò ad *decis. Sayr.* 2. *de pœnis*, vbi fuit decisum, quod mutare sibi nomen ad aliquid acquirendum, licet, dummodo seruus non sit, aut nisi ad fraudandum, aut damnificandum creditores, aut alios, id faciat.

COLLECT. 935.

Super l. edita, C. de edend.

PRo cognitione terminorum huius legis in qua pertractatur per DD. mater. cumulationis actionum. Animaduerto, quod actionum cumulatio regulariter est permissa, *Balb. in decis.* 22. quod procedere asserunt etiam lite contestata, si neque contrarietas, neque identitas insit, *Franc. Marc. in decis.* 80. *part.* 2. Ampliant primo procedere etiam in actione ciuili respectu criminalis, *idem in dec.* 910. & vide pulchram *decis. Thess.* 18. *Rot. Pedemont. Magon. in decis.* 91. *Rot. Lucan.* Hinc est, quod ciuilis, & criminalis actio ex eodem facto descendentes in eodem libello, sub vtraque specie possunt intentari, *Bellam. in dec.* 400. *Mar. in decis.* 227 *p.* 2. & 919. Ampliant secundò, vt remedia ad diuersa tendentia possunt cumulari, *Minad. in decis.* 31. Ampliant tertio in actione personali cum hypothecaria, *Guid. Pap in decis.* 108. *Boer. in decis.* 334. *Capyc in dec.* 80. *Mynsing obseru.* 58. *cent.* 1. quemadmodum rescindens, & rescissorium possunt in eodem iudicio intentari, *Guid. Pap. in decis.* 143. Item iudicium particulare incidens potest cumulari cum principali vniuersali, quādo illi non præiudicat, vt refert decisum *Papon. lib.* 7. *tit.* 8. item nullitatis & restitutionis in integrū, *Mynsing. cent.* 2. *obseru.* 25. non admittitur tamen cumulatio, quando actio prima ita se habet ad secundam, vt absolutoria lata in prima passibile est parere exceptionem rei iudicatæ in secunda, *Boer. in decis.* 334. aliquid per *Capyc. in decis.* 209. Item quando duę actiones ita se habent, vt vna proposita, condemnationéque sequuta, & exactione facta contingit liberatio ab altera, *Gramm. in decis.* 68. Item intentans remedium ex testamento, vel donatione non potest post litem contestatam cumulare viam intestati, vel ex codicillis agere, *Boer. in decis.* 33. *Afflict. in decis.* 13. *Mynsing. obseru.* 25. *cent.* 3.

COL-

COLLECT. 936.

In l. vnica. C. vt nemo inuitus.

NEmo cogitur accusare, vel agere, h. d. Et ita decisum scribit *Bellam. in decis.* 728. *Boer. in decis.* 225. Limita primo quando quis cœpit agere, nam actori non licet desistere post ius reo quæsitum, litis contestatione *Afflict. in decis.* 173 Limita secundò in remedio *l. diffamari*, *C. de ingenuis, & manumissis. Afflict. in decis.* 264. *Boer. in dec.* 255. *Benint. in decis.* 66. *Mynsing obser.* 78. *cent.* 3. *Gayl. obseru.* 9. *lib.* 1. Limita tertio in creditore, qui cogitur totum creditū petere, si debitor opposuerit, vt petat totam prætensam summam, & Iudex debet interloqui silentium esse imponendum nisi in termino assignato, creditor totam summam petat, *Ioseph. Lud. in dec.* 46. *Rota Lucan. Franc. Mar. in decis.* 911. *part.* 2. *Iaffred. Balb. in decis.* 413. Limita quartò indirectè, & per Iudicis officium, quia compellitur agere, *Bellam. in decis.* 728. Limita quintò, tertius potest cogere nolentem litigare in eo iudicio, vt litiget, & potest inuitum volentem à lite recedere, & defendere, *Benint. in decis.* 77. *Rot. Bonon.* & de aliis limitationibus, vide pulchram decis. *de Franc. Cons. Neapol.* 41. *Mynsinger. obseru.* 78. *cent.* 3.

COLLECT. 937.

In l. quid ergo ff. de iis, quæ notantur infamia.

QVando consensus requiritur certo, & determinato tēpore, ratihabitio postea sequens nil operatur, h. d. Et propterea infertur, quod ratificatio debet fieri eo tēpore, quo posset fieri actus, seu dispositio, *Guid. Pap. in decis.* 13. pulchrè *Balb. in decis.* 126. *Ioseph. Ludou. in decis. Lucens.* 18. *num.* 8. *&* 9. & ratio est, quia ratificatio non operatur, quando res non est integra, & aliqua mutatio est facta *Afflict. in decis.* 300. & aliquid per *Osasc. in dec.* 119. Intellige tamē dummodo id, quod ratificatur, dolum non contineat, quia actu dolus ratificari non potest, *Vrall. in decision.* 1. *par.* 3. Intellige secundò, dummodo non sit nullus, *Balb. in decision.* 253 Intellige tertiò, vbi consensus non requiritur ad solemnizandum actum, quia tunc debet interuenire in ipso actu, & non sufficit, vt postea interuenerit, *Osasc. in decision.* 166. Hinc fit, quod quando consensus non est pro forma, sufficit quandocunque interuenire ante, vel post actum, secus quando debet interuenire, cum certa solemnitate à principio, tunc enim non sufficit, vt postea interueniat *Mohed in decis.* 85. *& Gayl. obseru.* 47. *lib.* 1. & ad hanc conclusionem optimè adduci potest *decis. Affl.* 280. *de consensu paterno post compilatum processum cum filio præstito*, & propterea infertur, quod quando cōsensus alicuius requiritur nullo tempore limitato, ratihabitio retrotrahitur, & æquiparatur mandato, *Ro. Genue. in dec.* 76.

COLLECT. 938.

Super l. si. ff. rem ratam haberi.

REtrotractio nō fit in tertij præiudicium, cui medio tempore ius quęsitum fuit, h. d. Pro cuius conclusionis corroboratione faciunt *decisiones Osasc. h.* 119. *numer.* 16. *& Magon. Rot. Florent.* 21. Et propterea infertur

primò, quod ratificatio Domini superueniens, agnatis non præiudicat, *Osasc. in decis.* 115. Infertur secundò, quod obligatio inualida confirmata per ratihabitionem non operatur in præiudicium tertij, cui ius quæsitum erat ante ratihabitionē, & post obligationem, *Afflict. in decis.* 286. Infertur tertiò, quod in donationib. ratificatio potest præstari antequam sit alteri ius quæsitū irreuocabiliter, *Mohed. in decis.* 188. Infertur quartò, quod Dominus non potest ratam habere possessionem captam per alium nomine suo in præiudicium illius, qui medio tempore cœpit possessionem, tūc enim ratihabitio nihil operatur, vt decidisse *Rot.* testatur *Verall in dec.* 350. *p.* 2. Infertur quintò, quod restitutus ad aliqua bona, quæ aliquo modo amiserat, non intelligitur restitutus in præiudicium eorum, quibus ius iam quęsitum erat, *de Laurent. Rot. Aue. in decis.* 12. Infertur sextò, quod ratificatio non operatur post præstationem in præiudicium protestantis, *Rot Genue. in decis.* 177. Infertur septimò, quod ratificatio venditionis, non potest operari illius rescissionem, *Rot. Auen. in decis.* 100.

Collect. 939.

In l. fi. C. de Iure deliberandi.

TEmpus ad deliberandum hodie est vnius anni, h. d. Intellige primò quoad effectum transmissionis, secus quoad adeundam hæreditatem, *Franc. Marc. in decis.* 25. *parte* 1. Intellige secundò, nisi arctatum fuerit, quia Iudex potest deliberandi tempus instante creditore, vel substituto arctare *idem in decision.* 26. & 486. *part.* 2. & quale tempus detur hæredi super adeunda, vel repudianda hæreditate, vide *eundem in dec.* 455. *p.* 2. Limita tertiò, vt hæredi nō detur tempus ad deliberandum, si aduersarius offert se paratum, *Papon. lib.* 15. *tit.* 9. *arrest.* 5 Animaduertendum pro huius materiæ intelligentia, quod pendente deliberandi tempore, curator bonis dandus non est, sed res debent esse apud hæredem, *Franch. Marcb. in dec.* 487. *p.* 2. *& in decis.* 2. *p.* 1. & pendente hoc tempore Vidua potest petere sibi prouideri de bonis mariti *Papon. lib.* 15. *tit.* 9. *arrest.* 15.

Collect. 940.

Super l. qui vniuerso, § per colonum, ff. de acquir. poss.

POssessio non transfertur in hęredem, nisi apprehendatur, h. d. Et ratio est, quia licet possessio animo retineatur, non tamē solo animo adipisci potest, *Balb. in decis.* 212. Amplia textum procedere, etiā in filio hærede, quia in eum nō transit, nisi apprehendatur, pulchrè *Ioseph. Lud. in decis.* 69. quæ facit ad limitationem *l. in suis ff. de liberis & posth.* Amplia secundò iuxta illud, quod scripsimus in *Collect. in l. cūm hæredes ff. eo. tit.* procedere etiam in Iuribus incorporalibus, quę non transferuntur in hæredes, nisi apprehendantur, *Caputaquens. in decis.* 101. *p.* 1. Nunc limita non procedere, quando defunctus suo animo possidebat, & corpore alieno, puta per Colonum, tunc enim per ipsum Colonum acquiritur possessio hęredi sine corporali ipsius apprehensione, *Afflict. in dec.* 167. & 325. & ita etiā testatur *Ro Bonon* decidisse, *Petrus Benin. decis.* 12. Limita secundo, in casu *dec. Balb.* 12. vbi fuit dictum, quod quando quis

do quis constituit se possidere nomine alicuius, ac eius hęredum, tunc transfertur possessio, licèt nō apprehendatur, & propterea potuisse præfatum hæredem agere possessorio recuperandæ, vt *idem Benuit. in decis.* 12. Limita tertio in casu *decis. Card. Put.* 461. *lib.* 2. Ad ornatum huius tex. not. primò, quod possessio, quæ est in hęredē, dicitur noua possessio, aliquid per *Capyc. in decis.* 1. Secundò nota, quod hęres dicitur possidere animo, & corpore alieno, videlicet coloni, etiam si actualem possessionem non sit adeptus, *Magon. in decision. Lucan.* 38. *nu.* 5. quam not. ad dictam *l. cum haeredes, ff. de acquir. poss.*

Collect. 941.

Ad Rub. C. de excusat. munerum. lib. 10.

DIcas primò ad huius Rub. ornamentum, quod excusantur primo ciues ad solutionem onerum militarium, extante priuilegio, seu transactione, cum illis inita, & verbis generalibus concepta, quod ab omnibus muneribus immunis sit ita, *Osas. in decis.* 39. Secundo excusari debent Doctores legum, *Guid Pap. in decision.* 88. quod amplia procedere ab omni munere, siue personali, siue reali, *Balb. in decis.* 22. Tertio scholaris studens, *Fab. in decis.* 2. *Cod. de dignitati.* Quarto habentes 12. *liberos. Guid. Pap. in decis.* 401. Amplia, & limita multipliciter de quibus per *Thess. in pulchra sua decision.* 267. Limita tamen id minimè procedere in filiis bastardis, ita *Garz. in decis.* 4. Quinto numerus quinque liberorum excusationem tribuit à munere personali, idem in numero quinque nepotum natorum ex quinque filiis, fallit in munere personali cui est honor annexus, *de Franch. in decis.* 65. Sexto excusantur quandoque ratione dignitatis, seu officij, *Franch. March. in decis.* 457. Septimò pauperes, quorum industria ad victum, & alimenta omnino est necessaria, *Franc. Mar. in decis.* 490. Item nobiles, *Guid Pap. in decis.* 384. Item Clerici, *Idem Guid. Pap. in decis.* 381. quod amplia procedere etiam in Clericis primæ tonsuræ, *idem in decis.* 383. *Papon. lib.* 1. *tit.* 11. *arrest.* 5. Amplia secundo procedere etiam in bonis quæsitis per successionem, *Idem in decis.* 382. Item Aduocati, & eorum filij *Idem Guid. Pap. in decis.* 383. quemadmodum Doctores legum, *idem in decis.* 88. Item Consiliarij parlamenti, *Idem Guid in decision.* 376. & 377. Amplia hoc procedere etiam in eorum vxorib. *idem in decis.* 379. Amplia secundo procedere etiam in Iudicibus inferioribus, licèt de consuetudine seruatur contrarium, *Boer. in decision.* 146. & *Guid. Pap. in decis.* 378. & quid in Præsidibus vide per *Papo. li.* 5. *tit.* 11. *arrest.* 5. Amplia tertio etiam in eorum vxorib. post eorum mortem, *Guid. Pap. in decis.* 380. Item Medici, verùm intelligas, quādo actu legunt, aliàs secus *Ioseph Ludou. in decis. Lucens.* 6. quam not ad *l. medicos, C. de professoribus, & medicis, lib.* 10 Animaduertendum tamen, quòd à muneribus nemo venit regulariter excusandus, *Franc. Marc. in dec.* 458.

Collect. 942.

In l. Iudices, C. de seruis fugitiuis.

OB negligentiam quis venit puniendus, h.d. Intelligas primo procedere in qualiber specie, siue

fuerit magna, siue dissoluta, siue manifesta iuxta terminos *Guid. Pap. in decis.* 473. licèt non puniatur, nisi probetur, *Cappell Tholos. in decis.* 346. & aliquid per *Afflict. in decis.* 13. *num.* 17. *&* 18. nec imputari debet, vbi diligentia nihil proficeret *ead. Capp. Tholos. in decis.* 257. nec negligens dicitur & propterea puniendus, qui iustam ignorantiæ causam habet *Caputaqu. in decis* 241. *p.* 1. Animaduertendum tamen quod negligentia pręcisè non probatur, nisi quis teneatur ad factum certum, & limitatum tempore, & loco, & semper inspicitur, vt quis possit facere illud, quod immittit, vt pulchrè decidit *Verall. in decis.* 166. *part.* 1.

Collect. 943.

In c. cum dilecto, de his, quæ vi, metúsque.

Metum passo non subuenitur, nisi sit talis, qui caderet in cõstantem virum, h. d. Et propterea infero, quòd metus amissionis bonorum, vel honoris, est iustus, & æquiparatur metui mortis, *Gramm. in decis.* 18. Infero secundo, quod metus dicitur leuis, quando non cadit in constantem mulierem, *Ego in decis. Curiæ Archiep. Neap.* 21. & aliquid per *Afflict. in decis.* 336. *nu.* 15. Infero tertiò, quod excommunicatio dicitur iustus metus *Balb. in decis.* 22. Infero quartò ad metum mortis, qui quidem terret etiam homines constantissimos, *Ioseph. Lud in dec. Lucens.* 18. Infero quinto, quod Carcer est iustus metus, & propterea promissio, & fideiussio facta per carceratum non valet, *Franc. Marc. in decis.* 377. *par.* 2. & ita etiam *in decis.* 149.

Collect. 944.

Super Rubrica, C. ne filius pro patre.

Pater non tenetur pro filio, h. d. Amplia vt è contra nec filius pro debito Patris; *Guid. Pap. in dec.* 57. Limita primo text. quando Pater permiserit ei negociari, tunc enim tenetur, & eius hæres *Afflict. in decis.* 221. & ratio est, quia præsumitur intercessisse mandatum tacitum ex eo, quod Patre sciente, & patiẽte administrat, *Ioseph. Ludou in decision. Lucens* 55. Limita secundò in casu *Boer. in decis.* 221 vbi filius non cogitur se obligare pro patre, sicut nec è contra, nisi in causa redemptionis à carcere captiuitatis, quo casu filius recusans priuatur hæreditate paterna, vt aliquid per *eund. in decision.* 125. *n.* 14. Amplia secundo, vt Pater nec condemnationem filij etiam de legitima soluere, non tenetur, *Franc. Marc. in decis.* 199. *p.* 2. Sed an filius possit comparere in iudicio pro Patre, vide *dec. Franc. Marc.* 265.

Collect. 945.

Super clausu. & extraiudicialiter.

Operatur primo, vt sustineatur actus, licet non iustificetur ex actis, *Rot. Diuers. decis.* 429. *&* 716. *p.* 1. *& decis* 160. *p.* 2. & fuit dictum in *vna Romana* 20. *Martij* 1591. *coram Blanchetto*, & an posita in vna parte rescripti influat in alteram, vide *Iaffred. in decis* 29. Operatur secundò, vt non requiratur partis citatio, licèt aliàs esset necessaria *Thanis. in dec.* 95. Operatur tertio, vt neque necessaria sit in euidenti, vt pulchrè decidit *Crescent. in decision.* 12 *de priuileg.*

Collect.

COLLECT. 946.

In cap. de filiis Presbyteror. in 6.

ILlegitimè natus est irregularis, h. d. Limita primò in casu *decis. Sayr. 4. de filiis presbyt.* vbi fuit dictum, quod illegitimus factus Religiosus, ordines sacros sumere, & beneficia manualia habere potest, & rationem reddit *gloss. in c 1. de purgat. canon.* quia irregularitas tollitur per ingressum Religionis. Limita secundò in casu *eiusdem decis. 1. cit. tit.* vbi filius natus in figura matrimonij iustè credere potest se esse legitimum, ad hoc, vt ordinari possit. Limita tertio in bona fide ordinato, quia non est suspensus, *idem in decis. 2. cit. tit.* Limita quartò procedente Superioris dispensatione, quia tunc liberum est ei ordines sumere, *Ego in decis. Cur. Archiepisc. Neap.* 10. ad cuius ornamentum aduertendum, quod sicut Episcopus ex Jurisdictione ordinaria cum illegitimo ad ordines minores, & beneficium simplex dispensare potest, ita etiam, & Capitulum Sede vacante, cum eodem ad eosdem effectus dispensare validè potest, *idem Sayr. in decis. 34 de temp. ordin* Hinc fit secundò, quod dispensatio cum illegitimo ad ordines, ad beneficia non extenditur, *idem Sayr in decis. 7. de filiis presbyt.* ad materiam vide pulchram *decis. eiusdem 41. de temp. ord. & Caualc. in dec.* 28.

COLLECT. 947.

In l. 2. C. quorum appellat. non recipiuntur.

COnuictus, & confessus non appellat, h. d. Limita text. hunc quatuor aureis limitationibus, & primo in casu *decis. de Franch.* 559. vbi fuit dictum, quod conclusio huius text. non procedit, quando confitetur cum qualitate, quæ minueret delictum, & an huiusmodi confessio scindi possit. Vide *Cacher. in decis. 60. Rot. Pedem. Fabrum in decis. 1. C. de confessis, Triuis. in decis. 3. part. 2. Ioseph. Ludo. Rot. Lucens. in decis.* 19 Limita secundò in conuicto, & non confesso, quia tunc poterit appellare, & ratio est, quia defecit vnum prohibitionis ratio, *Monald in cons. decis.* 99. Limita tertiò in casu *decis. de Franch.* 451. vbi confessus, & conuictus in ciuilibus, non auditur appellans, vnde à contrario sequitur, quod in criminalib. appellare poterit. Limita quarto in casu *decis. Balb.* 462. vbi fuit dictum, quod manifestè conuictus, non appellat, secus in non manifesto conuicto, vel in confesso, quia potest appellare, & ratio diuersitatis in vtroque casu est, quia in notoriis non admittitur appellatio, *Anton. Fab. in decis. de appellat.* quam nota *ad gloss. in l. adiectos, C. de appellat.*

COLLECT. 948.

Super gloss. in verb constiterit, in clem. præsenti, de censib.

DIsponit, quod clauf. constito, seu si repereris, seu inueneris, requirunt partis citationem, & ita pluries fuisse in Rota decisum testantur *DD. eiusdem Rot. decis. 21. de rescript. in antiq. & decis. 15. de dolo & contumacia, in antiq.* & fuit dictum in causa *Meleuitana beneficiorum 29. Maij 1587. coram Seraphino.* Limita primò quando adesset etiam clauf. & extraiudicialiter, quia tunc non requirit partis citationem, vt pulchrè decidit

Crescent. in decis. 11. *de priuil. & Thanis. in decis* 95. Limita secundò non procedere quando narrata verificarentur ex actis, & coram eodem Judice, quia tunc esset conditio de præterito, quæ non suspendit, *Balb. in decis.* 89. quam nota *ad l. cum ad præsens, ff. si certum petatur*, *& Thanis. cit. decis.* 95. Limita tertiò, quando agitur de re modica, & paruo præiudicio, quia tunc nullam causæ cognitionem exigit, *Rot. decis.* 15. *de dolo & contumacia*, licèt aliàs secus, vt per *Guid. Pap. in decis.* 70. & fuit dictum in causa *Tirason. Cappellania* 7. *Maij* 1600. *coram Pamphilio, Bellam. in decis.* 68. & propterea hæc clausula reddit rescriptum conditionale, & quidquid facit Judex ante verificationem conditionis, nulliter facit, *Verall. in decis.* 71. *part.* 1. & fuit dictum in vna *Oriolen. decimarum* 26. *Februarij* 1590. *coram Orano.*

Collect. 949.

Super clausi. quorum tenores, &c.

NOnnullos producit effectus. Primo, quia operatur indiuiduam omnium expressionem, cum omnibus suis qualitatibus, vt fuit dictum *in causa Pampilonen. matrimonij* 44. *Maij* 1583. *coram Lancellotto, vt in decis.* 43. *lib.* 3. Secundo, quia inducit scientiam per modum fictum, & operatur quoad validitatem actus, vt fuit dictum in *causa Calciaten. Iurisdictionis* 16. *Ianuarij* 1587. *coram Rubeo*, non tamen operatur quoties Papa si sciuisset defectum, non ita rescripsisset, *Cardin. Put. in decis.* 49. *de prabend.* Tertio operatur effectum suum, etiam in gratia ad postulationem partis, *Rot. diuers. in decis.* 113 *part.* 1. & aliquid per *Cassad. decis.* 10. *super regulis.* Quarto, quia derogat, & tollit etiam priuilegia, & indulta habentia clausulam derogatoriam ad futura priuilegia, quamuis contrarium referat decisum *Verall. in decisione* 121. *part.* 1. Quinto operatur, vt censeatur facta mentio clausula sublata, & in commissione, prout requiritur ad effectum, vt sit ei per commissionem derogatum, *Rot. diuers. decis.* 535. *lib.* 2. Aduertendum tamen, quod si huic clausul. pro insertis, & appositis, tunc operatur, vt expressa fingantur, quæ pro expressis haberi voluit, *Verall in decis.* 72. *part.* 1. & latius per *eundem in decis.* 204. *num.* 5. *part.* 1. Limita hoc quando non est facta mentio de illo, de cuius mentione tractatur *Verall. in decis.* 121. *part.* 1.

Collect. 950.

Super cap. reintegranda, il secondo, quæst. 1.

AMplia vt agens hoc remedio sufficit, vt probet antiquiorem possessionem, & illam nunc esse penes conuentum, nec habet necesse probare spolium, *Afflict. in decis.* 317. *& in decis.* 361. *Boer. in decis.* 238. *Ioseph. Ludou. in decis. Perus.* 59. *de Beuint. decis.* 10. *Cardin. Put. in decis.* 270. *lib* 3. *Caualc. decis.* 23 *part.* 2. *Gayl. obseru.* 75. *lib.* 2. Amplia secundò, vt competat etiam pro pensionibus denegatis, *Magon. in decis. Lucan.* 4. *idem Gayl. eadem obseru.* 75. *lib.* 2. Amplia tertiò procedere etiam in laico, & re profana, *Balb. in decis.* 29. Amplia quartò, vt competat tam Domino directo, quàm vtili, *Ioseph. Ludou. in decis. Lucan.* 14. Amplia quintò, vt competat etiam successori, *Mohed. in decis.* 40.

Amplia

Amplia sextò, etiam vniuersali, si testator fuit spoliatus in vita, secus si possidebat tempore mortis, *Benint. in decis.* 12. *Ioseph. Ludou. in decis. Perus.* 39. *Crescent. in decis.* 4. *de restit. spoliat. Magon. decis. Lucan.* 4. Amplia septimò, vt intentari possit etiam contra tertium possessorem titulum habentem, *Osasch. in decis.* 95. *Cassad. in decis.* 7. *de restit spoliat. Cappell. Tholos. in decis.* 448. *Mynsing obseru* 85. *centur.* 3. *Benint. in decis.* 33. *Ioseph. Ludou. in decis. Perus.* 59 *Thessaur. in decis* 29. *Card Put. in decis.* 176. *lib.* 2. Nunc limita, vt non competat amittenti possessionem ex iusta causa, *Affl. ct. in decis* 392. pro ornatu huius text. vide *Put. in decis.* 115. *lib.* 2.

COLLECT. 951.

In l. Iulianus, ff. de legat. 3.

SEdet materia clausulę, pro quibus omnibus, & singulis, quę referuntur ad omnia in instrumento etiam enunciatiuè narrata, vt refert *Rot. diuers decisum in decis.* 741. *part.* 2. & fuit dictum in vna *Romana de Ligarchis* 19. *Ianuar.* 1600. *coram Iusto, & in vna Romana Palatij Sanctæ Mariæ Maioris* 15. *Martij* 1604. *coram Pamphilio*, & ideo obligatio Cameralis facta pro omnibus, & singulis competat etiam pro enunciatiuis, & pro illis potest agi via executiua, vt apparet *in decis. diuersor.* 741. *part.* 2. & fuit dictum *in vna Romana dotis* 11. *Februarij* 1583. *coram Cantuccio.*

COLLECT. 952.

In l. fin. ff. de vsu & habitat.

IN obligationibus faciendi, quando desiit posse fieri, petitur interesse, h.d. Limita quando esset adiectum iuramentum, quia tunc debet impleri in forma specifica, *Osas. in decis.* 92. *Papon. lib.* 10. *arrest.* 2. & eius virtute quis cogitur ad faciendū, *Afflict. in decis.* 162. *Guid. Pap. in dec.* 627. quod ampliatur procedere, licèt iuramentum, vel factum contineret turpitudinem ex parte creditoris, *idem Osas. in decisione* 92. quod amplia secundo procedere etiam in promissione facti alieni, *Rot. Genuen. in decis.* 152. Amplia tertio, vt obligatio sit indiuidua, ideo in totum debet adimpleri, *Rot. Genuen. in decis.* 156. Amplia quarto in casu *Lanfran. in decis.* 373. vbi fuit dictum, quod ad factum præcisè quis cogitur, nec liberatur præstando interesse. Limita nunc, quādo quis promisisset factum cum iuramento, & sub pœna, quia tunc excusatur, si fecerit, quod potuit, *Afflict. in decis.* 95.

COLLECT. 929.

Super c. ignorantia. de regulis Iuris in sexto.

IGnorantia Iuris non excusat, h.d. Amplia procedere in ignorantia Iuris Diuini *Sayr in decisio.* 9. *de pœniten.* Amplia secundo etiam in ignorantia Iuris naturalis, *Balb. in decisione* 49. Nunc limita quando Iurisconsultorum copia, à quibus posset quis consilium sumere, non adesset, *Thoming. in decis.* 91. Limita secundo in milite, muliere, & rustico, quibus licet Ius ignorare, *Ego in decisio. Curiæ Archiepis. Neapol.* 29. quam ad text. in *l. scimus, C de iuris, & fact. ignoran.* reponas. Limita tertio in casibus, in quibus dolus exigitur, quia tunc Iuris ignorantia excusat, *Franch. Viu. in decis.* 352.

COLLECT. 954.

Ad Abb.in cap.inter cætera,num.8.de sent.& re iudic.

POnit effectum clauſ.ſi quid exequendum exequaris, ac dicas, quod primo operatur, vt ſententia mandetur executioni in ea parte, in qua eſt iuſta, vt fuit dictum in *cauſa Romana pretij domus de Balellis 26. Iunij 1579. coram Aldobrandino*, vt patet *in deciſ.224.lib.1.* & intelligitur prout de Iure quatenus executioni locus ſit, & ex eiſdem actis, quæ ſola attenduntur, vt illi locus ſit, vt fuit deciſum in *cauſa Romana cenſus de Vellis 21. Aprilis 1597. coram Cerdone, & in vna Tudertina officij Cancellariæ 19. Ianuarij 1597. coram Lancellotto*, declara hæc procedere ad effectum, vt detur executio, quia hoc caſu debet iuſtificari ex eiſdem actis, ſecus ad effectum, vt non ſit locus executioni, quia tunc ſufficit, quod detur iniuſtitia, ex nouiter deductis, vt fuit dictum in *vna Tudertina officij coram Lancellotto, & est deciſ.31. part.3.diuerſ.* Aduertendum tamen, quod hæc clauſ. cenſetur in omnibus commiſſionibus repetita iuxta *deciſ. Bellam.* 41. & aliquid per *Caſſad deciſ.8.num.5. de reſcript.* & fuit in hac clauſula reſolutum *in cauſa Romana Societat.3.Iunij 1577.coram Blanchetto*, vt patet *in deciſ.321.part.1.diuerſ.*

COLLECT. 955.

Super cap. Abbates, de priuileg.in 6.

HIc ſedet mater. poteſtatis Abbatis, & enumeratur vnicus effectus, ſcilicet, vt poſſit Abbas ſuis ſubditis conferre primam tonſuram, & ita deciſum refert *Anton.Fab. in deciſ.21.C.de Epiſc.& Cleric.* Item poteſt dare dimiſſorias, *Sayrus in deciſ. 25. de temp.ordin.* Intellige quoad ſubditos, aliàs eſſet ſuſpenſus, *Balb. in deciſ.91. part.1.* Item cognitio cauſarum criminalium, atque matrimonialium ſpectat ad Abbatem, quando habet iura Epiſcopalia, ita refert in Ro. deciſum *Farinac.in deciſ.crim.100.* quam nota ad limitationem text. *in c.sancta, de exceſſib. Prælator.* & ad ea quæ ponit *Concil.Trid.ſeſſ.24. cap.20. de reformat.* Item habens Iura Epiſcopalia non dicitur inferior Epiſcopo, *Anton.Fab. in deciſ.3.C.de Epiſc.& Cleric.* Item poteſt Abbas benedicere Campanas, etiam quæ debent inſeruire Eccleſiis non fuiſſe religionis, vt fuiſſe deciſum refert *Macerat. in deciſ. Papiæ 112. caſu 3.* Item poteſt remittere denunciationes in matrimoniis faciendas, *Sayr.in deciſ.9. de ſponſalib.* quam nota ad ampliationem *Concil Trid. ſeſſ. 24. c.1. de reform.* quæ tamen facultas Epiſcoporum Vicariis minimè competere refert deciſum *Caualc. Rot. Fiuiz. in deciſ.29.part.2.* Item poteſt benedicere veſtes, & calices, *Balb.in deciſ.22.* quam nota ad celebrem *gloſſ. noſtri text.* Item poteſt abſoluere ſuos Monachos ab excommunica.incurſa, *Rota diuerſ.deciſ.1522.part.3.* quam nota ad text. *in cap.monachi, de ſentent. excommun.* non tamen habet poteſtatem in crimine hæreſis, *Sayr.in deciſ. 7.de hæreticis.*

COLLECT. 956.

Super Bulla Sixti V.

CLerici beneficiati coguntur deferre habitũ, & tonſuram, quod ſi contrafecerint priuantur ipſo iure bene-

beneficiis, ac vacare intelliguntur, h.d. Cui congruit in parte *Concil. Trident. sess. 14. cap. 6.* Hinc infertur, quod si Clericus tempore delicti reperiatur in habitu laicali non gaudet fori priuilegio, prout ita decisum testatur *Faber in decis. 44. C. de iurisdict. omnium iudic.* & de alia decis. Franciæ, vide per *Papon. lib. 3 arrest. 4.* & ad materiam vide optimum *consil. de Ponte 24. lib. 1.* Nunc limita Bullam, & primo non procedere in eo clerico, qui nequiret tonsuram deferre propter infirmitatem, tunc enim non veniret beneficiis priuandus ob impossibilitatem, ita decisum refert *Cappell. Tholos. in decis. 104.* quam not. ad text. *inst. Ioannes, de clericis coniugatis.* Limita secundò si ratione paupertatis illum gestare non valeret, vt decidimus *in Cur. Archiep. Neapolit. Ego ipse in decis. eiusdem Cur. 129.* quam nota *ad doctr. Imol.* communiter receptam *in c. clerici, de vita & honest. clericor.* Limita tertiò, vt non priuetur Clericus propter vnicam habitus omissionem, sed necessaria est tanta perseuerantia, vt publicè æstimetur laicus, ita *Rot. Lipsien. in decis. 39. part. 2.* quam nota *ad doctr. Farin. quæst. 8. num 69.* Limita quartò in clerico, qui ratione timoris habitum clericalem postponere, & transformare exegerit, *Rubin. in decis. 91. part. 2.* quam nota ad text. *in c. clerici, de vita & honest. clericorum.* & quando quis dicatur incedere in habitu clericali, dicas secundùm *Guid. Pap. in decis. 138.*

COLLECT. 957.

Super l. sicut, C. de actionib. & obligat.

Contractus ab initio sunt voluntatis, sed ex post facto sunt necessitatis, h.d. & sic in contractibus non habet locum pœnitentia secundùm *Balb. in decis. 79.* quæ conclusio limitatur primo, vt locũ non habeat in beneficialibus, in quibus licitum est ante confirmationem pœnitere, etiam altera parte non consentiente *Cardin. Put. in decis. 355. part. 1.* Limita secundò in contractibus innominatis quando res adhuc est integra, quia potest dissolui, & est locus pœnitentiæ, *Caualc. in decis. 34.* Sublimita vt locus non sit pœnitentiæ in casibus in quibus interuenit iuramentum, *Beneuend. in decis. 49.* Sublimita secundo facta executione, quæ tunc dicitur, quando venditor adimplendo pro parte sua rem tradit, *Magon. in decis. Lucan. 17. & idem in decis. 31. num. 12.* & vide septem limitationes ad regulam per *Afflict. in decis. 280.* Limita tertio in contractu Iuris congrui, quia vicinus, qui ius congrui petit potest pœnitere, & recedere à sua petitione, inuito emptore, & possessore, *de Franch. in decis. 346. part. 2.* Limita quartò, in delictis, *idem Magon. in decis. Lucan. 88.* Intellige procedere in delictis non consumatis, *Gomez Leo in decis. 60. diuers. part. 2.* quæ facit *ad l. qui pœnitet, ff. de furtis.* Limita quintò in eo, qui produxit & præsentauit testes, quia potest pœnitere, & reuocare suam productionem, ne examinentur, *Rot. Auenion. in decis. 116.* Limita sextò, quod renuntians liti antequam pars sciuerit, vel ratum habuerit pœnitere potest, *Capyc. in decis. 133. in fi.* Pro intelligentia tamen animaduertendum primò, quod in contractu venditionis ante confectum instrumentum, non est locus pœnitentiæ, nisi quãdo actum est expresſè inter partes, quod contractus celebretur in scriptis, & ante celebratio-

nem, nihil valet, *Magon. in decis. Lucan. 95. Afflict. in decis. 39.* aliquid per *Boer. in decis. 48. num. 17. & 18. Thessaur. in decis. 197. num. 7.* Secundo notandum, quod promittenti vendere, si pars pretij soluatur, ille qui soluit, & emere volebat potest pœnitere, *Boer. in decis. 48. & Thessaur. in decis. 133.* Tertio est notandum, quod si debitor cessus se obligauerit cum iuramento erga cessionarium, non potest amplius pœnitere, & reuocare suam obligationem, etiam nondum acceptatam ab ipso cessionario, *Magon. in decis. 39. Rot. Florent.*

Collect. 958.

Ad Statutum Vrbis.

PRohibet post annum agere de nullitate. Limita primò, vt non censeatur prohibitus accipere, *Achill. de Graff. in decis. 5. de constit.* & ita fuit pariter in eadem *Rot. centum in vna Romana nullitatis inter Curtium de Matthais, & Vincentium de Albertonibus 10. Nouembris 1594. coram Ioan. Paulo*, & ratio est, quia prohibitus agere, non prohibetur excipere, *Balb. in decis. 22.* & facit *idem Achill. de Graff. in decis. 6. eit. tit.* Sublimita quando quis exciperet per modum replicationis, quia tunc statutum præfatum excludit ne quis replicando excipiat, *idem in decis. 7. eod. tit.* Amplia statuti dispositionem, vt etiam dici non possit de nullitate principaliter *Maynard. in decis. 49. lib. 2.* Amplia secundo etiam si adesset nullitas ex defectu Iurisdictionis, *Achill de Graff. in decis. 8. de constitut.* licèt huiusmodi exceptio nunquam sublata censeatur, *Crescent. in decis. 23. de sentent. & re iudicat.* quæ facit ad ornatum, *gloss. in clement. fin. de sequestra. poss. & fruct.* Amplia tertio procedere tam in nullitate sententiæ interlocutoriæ, quàm diffinitiuæ, *idem de Graff. in decis. 9. eod. tit.* licèt appellatione sententiæ veniat diffinitiua tantùm, *Faber in decis. 7. C. de sentent. interlocut.* Amplia quartò, vt nullitas etiam notoria, & ex defectu citationis censetur reiecta, *idem de Graff. in decis. 15. de constit.* licèt aliàs reiectis nullitatibus non censetur reiecta nullitas proueniens ex eisdem actis, & sic notoria, vt fuit dictum in vna *Romana nullitatis 1544. coram Augustino*, refert *idem de Graff. in decis. 40. & in cit. decis. 15. in princ.* Amplia quinto, vt præfatum statutum vti decisorium seruandum sit in quocunque foro, *idem in decis. 10.* & facit *Capyc. in decis. 66.* Amplia sextò procedere etiam si quis inchoauerit dicere de nullitate, & interim labatur annus, quia tunc neque per viam exceptionis de ea opponet, *Achill. de Graff. in decis. 11. de constit.* Ad materiam vide pulchram *decis. eiusdem Achill. 16. eodem titulo.*

Collect. 959.

Super cap. si pluribus, de prabend. in sexto.

SEd materia clausulę, motu proprio, in qua vltra ea, quæ scripsi de eius mater. *in Collect. super c. si motu, eod. tit. in 6.* addas hic nonnulla, & primo animaduertendum, quod claus. hæc non extendit dispositionem ad maius præiudicium, quàm sit expressum, vt fuit dictum in causa *Ciuitatis Castelli bonorum 17. Augusti 1583. coram Robusterio*, vt patet *in decis. 551. lib. 2.* Item nec operatur in præiudicium tertij, pulchrè *Fab. in decis. 64.* C. de

C. de sacrosanct. Eccle. & aliquid per *Rot. diuers. in decis. 246. num. 3 part. 1.* nec firmat priuilegium contra ius alterius *Rot. in decis 451. part. 1. in nou.* Item licèt tollat subreptionem ex parte impetrantis, nō autem eam, quæ fit re ipsa, *Rot. decis. 175 nu. 3. & seq. part. 3. in nou.*

Collect. 960.

Super cap. ad audientiam, il secondo, de rescript.

COlligitur, quod pensio non dicitur beneficium Ecclesiasticū, ad quod probandum adducitur primo, quod ad tit. pensionis quis ordinari non potest, nisi necessitas, aut commoditas Ecclesiæ aliud suadeat, prout Episcopus iudicauerit, vt disponitur *in Concil. Trid sess. 21. cap. 2. de reform.* Secundo Constitutio Pij IV. & V. loquens de confidentiis beneficiorum, non habet locum contra transferentes pensiones per confidentiam, vt fuit resolutum in vna *Brugien pretensæ confidentiæ 5. Iunij 1591. coram Pegna.* Tertio simonia si fit in ordine, vel beneficio, annexam habet communicationem, non autem si fit in pensione, *Sayr. in decis. 17 de simonia*, quam ad ornatum text. *in extrauag. cum detestabili*, reponas.

Collect. 961.

In c. intimauit, vbi DD. de testib.

SEcretorū fides est sub præcepto diuino, & positiuo, h. d. quod probatur etiam ex illo *Matth. 18.* Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipsum solum. Ex quo infero primo *ad decis. de Franch. 484. part. 3.* vbi fuit decisum, quod executor cui est commissa secretè legati distributio in personam ei per testatorem nominatam, cogi non potest ad eam declarandam, quam nota ad originale *consil. Ancbar. 436.* Infero secundo *ad decis. Ann. Robert. lib. 1. rerum iudicatarum dec.* vbi fuit decisum Religiosum, cui secretè à testatore fuit commissa distributio legati, siue pecuniarum, non posse cogi à Superiore ad declarandam mentem testatoris, & ad propalandum secretum, quam not. *ad gloss. celebrem, in l. Lucius Titius, ff de legat. 2. & ad Bart. in l. qui haredi, ff de reb. dub.* Tertio infero ad resolutionem *Sacra Congreg. Illustriss. Interpretum Synod. Trid. super sess 24. c. 2. de regular.*

Collect. 962.

Super l. fin. C. de alendis liberis.

PAter tenetur alimentare filium Iudicis officio, h. d. Et amplia primò in casu *decis de Franch 686.* vbi fuit dictum, quod alimenta debentur per Annum Nepoti spurio ex filio legitimo, & naturali, & idem *in decis. 178. & in decis. 283.* Amplia secundò, vt debeantur filio alimenta etiam de fructibus bonorum in quibus Pater habet vsumfructum ex persona filij, *idem de Franch. in decis. 576.* Amplia tertiò etiam si quis neget aliquem esse filium, *Balb in decis. 39.* quæ facit ad text. *in l. nec filium, C. de patria potestate.* Amplia quartò, vt debeantur etiam filio naturali, *Maynard. in decis. 22. lib. 2.* Quod subamplia, vt nedum à Patre, verùm etiam ab eius hæredibus, *de Franch. in decis. 87. num 150. & in decis. 178. nu. 6 & 12.* & hæc conclusio non patitur difficultatem, & secundùm eam pluries

iudicauit Senatus Parisiens. testatur *Papon.lib.21.tit.3.arrest.3.* Subamplia secundò, vt debeatur etiam à matre *Thess. in decis.211.* Limita ampliationem, vt non debeatur legatum, & alimenta, *Surd.in dec.247.* num autem debeantur secũdùm qualitatem personæ, vide *Mastrill in decis. Rot.Sicil.85.* Limita secundo si filius naturalis esset artifex, vel aliunde sibi victum quærere possit, vt plures censuisse Senatum scribit *Thess.in decis.211.* Intellige quando talis est ars, quam filius sine dedecore exercere potest, *Ego in decis.Cur. Archiep. Neap.29.* Nunc limita & primo infra triennium, quia tunc onus alimentandi est Matris, *Valasc.in decis.92.* Limita secundo, si filius esset ingratus, *Balb. in decis.29.* Limita tertiò in filio seorsum habitante à Patre, *Magon.in decis.113. Rot. Florent.* Sublimita si ob Patris sæuitiam, & malas tractationes istud eueniret, *Farinac.in decis.117.* Limita quarto si Pater nõ haberet nisi quantum vix sufficeret ei ad alimenta, *de Franch.in decis.336.* Limita quintò in casu *decis.Vin.423.*

Collect. 963.

Super Bald. in l.postquam liti, C.de pactis.

DIsputat hic si rescriptũ sit commune vtriusque partis, tandem concludit esse commune, intellige post præsentationem ei factam, pulchrè *Magon.* referens ita decidisse *Rot. Lucens. decis.52.* ante enim præsentationem Judici nulla competit iurisdictio, *Guid.Pap.in decis.421. & Anna alleg 25.* Intellige secundò post citationem partis, vt decidit *Rot.Bonon. teste Petro de Benintend.in decis.41.* vnde pro corroboratione Regulæ, Infero primò, quod Imperator non potest renunciare rescripto aduersario inuito, *Rot.decis.45 de appellat.in antiq.* Infero secundò, quod si ille, qui impetrauit aliquem in Judicem, nolit postea coram eo litigare, potest ille contra quem fuit facta impetratio, vti litteris delegationis, pulchrè *Balb. Iaffred. in decis.76.* quam reponas ad notabilem *decis.Io. Andr.in c.ex conquestione, de restit.spoliat.*

Collect. 964.

Ad Bald.in l.1.quest.34.& 35 ff.de rer.diuis.

POnit quid operetur clausul. pro hæredibus, & successoribus quibuscũque; Tu verò dicisiue loquendo dicas primo, quod operatur; quia æquipollet clausulæ, & quibus dederit; vt fuit decisum *in causa Romana bonorum de Lilio 6.Februarij 1585.coram Seraphino*; Secundò, quia facit actũm transitorium etiam ad hæredes extraneos, vt fuit decisum *in Rot. 13.Ianuarij 1578.coram Aldobrandino*, vt testatur *Rot.diuers.decis.393. nu.1.part.1. & in eadem coram eodem 13. Februarij 1581.* vt apparet *in decis.448. lib.1.* & ideo operatur, vt feudum vel emphyteusis transeat ad hæredes extraneos, & successores singulares, & ad quos aliàs de sui natura non potuissent transire, vt fuit dictum in causa *Ciuitatis Castelli Castri Monte 10.Maij 1577. coram Seraphino, & in causa Romana de Lilio 7.Februarij 1582.coram eodem* pro quarum decisionum confirmatione accedant aliæ duæ, quarum prima est *Rota Auenionens.68.* vbi fuit dictum, clausulam præfatam comprehendere etiam successores singulares, secunda est *Minad.43.* vbi veniunt etiam qui successuri non essent, &

ideò

ideo huiusmodi clausula posita in renunciatione filiarum, facta bonis maternis extenditur pro quibuscunque, vt fuit resolutum in vna *Romana de Lant.13. Ianuar.1578. & 13 Febr.1581. coram Aldobrandino. Rot.diuers.decis.22. p.1.* Operatur tertiò, vt emphyteusis etiam Ecclesiastica transeat ad hæredes extraneos, vt fuisse resolutum testatur *Rot.diuers.decis.234 par.2.* & iterum in causa *Imolen.bonorum 22.Iunij, & 13. Nouembris 1599. coram Pamphilio*, ad quarum confirmationem, & ad materiam *vide Afflict.in decis.100.*

COLLECT. 965.

Super c.decernimus 16. q.7.

Dicit, quod collatio, seu quælibet dispositio super beneficio patronatus spretis patronis est nulla, pro cuius text. ornamento pondera sequentes decisiones, quarum prima est *Ant Fabr.Rot.Sabaudiæ 2. C.de Iurepatronatus*, vbi distinguit, quòd aut collatio patronatus beneficij, est voluntaria, & non valet spretis patronis, aut vero est necessaria, & tunc econtra, cum qua distinct. refert Senatum transiisse. Secunda est *Guid. Pap. Rot. Delphin.374.* vbi refert *Rot.* illam decidisse collationem hanc non esse ipso iure nullam, verùm venit annullandam. Tertia decis. est *Capp. Tholos.207.* vbi cum hac pariter distinct. refert Rot. transiisse. Hinc infertur, quod vnio beneficij, quod sit de Iurepatronatus laicorũ nunquam potest fieri vnio per Papam inuito patrono laico, *Faber decis.8. C.de Iurepatronatus*, & Papa in generali reseruatione beneficiorum non censetur ea comprehendere, quæ sunt de Iurepatronatus laicorum, cũ nũquam derogat, nisi cùm sit litigiosum, *Idem in de.15.6. C.eod tit.* quid autem sit agendum, cum Papa deroget Iurispatronatus laicorum pro medietate vide *decis.eiusd.7. eit.tit.* quam nota.

COLLECT. 966.

Super Regula de exprimendo valore.

Scripsi super hac regula in Coll. 1075. Hic tamen agendũ sit quęnam deduci debent, vt verus valor expressus dicatur; Et dicas, quod primò debent deduci omnes expensæ, quia fructus beneficiorũ intelliguntur quoad eorum valorem deductis expensis, vt refert decisum *Monald. in cons. decis.97.* quam decis. not. ad intelligentiam text. *in l.fructus, ff.soluto matrimonio.* Secundo debent deduci onera perpetua imposita super fructibus eiusd. beneficij, vt decidit *Rot.* refert *Verall.in decision.338.p.2.* Tertiò deduci debent onera imposita pro sustẽtatione vnius Clerici deseruientis Curæ Parochiali, vt pulchre decidit *Cassad.in decis.19. de præbend. & dignitatib.* Nota tamen quod ad validitatem expressionis veri valoris tria sunt aduertenda. Primò, quod valor probandus est de tempore prouisionis, & non sufficit probari de tempore antiquo *Caputaq. in decis.330 par.3.* Secundò, quod probandus est per eum, qui agit, *idem in dec.132.* & semel expressus, iterum exprimi non debet, *idem in dec.331.lib.3.* verum quando valor non est sufficienter expressus in prima instantia, potest in secunda probari, vt decidit *Verall.in decis.332.par.3.*

COLLECT. 967.

In l.per instrumenta, ff.de acquir. possess.

HAbes quomodo possessio probetur. Et dic primo, quod qui olim possedit, & nunc allegat se possidere præsumptio pro eo facit, vt possidere dicatur *Osasc in decis.43 Ro. Genuen in decision.123.* aliquid per *Ioseph. Lud. in decis. Perus.59. num.4. par.1. & in decis.59. p.2 Boer. in decis.239.* & possessio continuata medij temporis probatur probatis extremis, *Benin. in decis 143.* Secundò probatur per instrumentum publicum, in quo continet partem esse inductã in possessionem factam, *Card. Put. in decis.7. li.2.* quam conferunt ad text. *in l. per instrumenta. ff. de acquirend. possess.* Tertiò probatur per fructuum perceptionem, *Bellam. in decis.703.* aliquid per *Osasch. in dec.43. num 3. Ioseph. Ludou. in decis. Perus.29. num.14.* Limita si percipiantur fructus Iure familiaritatis, *Balb in dec.29.* quia talis possessio non est attendenda *Idem Ioseph. Ludou. in decis. Lucen.3. & Afflict. in decis.167.* quas not. ad *l. qui iure familiaritatis, ff. de acquirend. possess.* Quartò testis si dicat Sempronium possedisse domum, alter testis dicat possedisse cum Iacobo, dicitur probata possessio, *Benint. in decision.33.* Quinto probatur per perceptionem pensionis, *Afflict. in decision.325. Boer. in decis.239. Ioseph. Lud. in decision. Lucan.65.*

COLLECT. 968.

Super c. gratia, de rescriptis.

TAciturnitas beneficij obtenti, vitiat gratiã, h. d. Limita quando ignoranter nõ fuerit facta expressio, vt in tex. & ita *Balb. in decision.22.* Limita secundò notabiliter, & menti teneas, quando in impetratione adiecta esset clausula, quod obstãtiæ beneficiales, &c. quia non tenetur exprimere obtenta, *Cassad. in decis.6. n.8. de prebend. Achill. de Grass. in decis.6. & 14. eod. tit.* & fuit dictum in causa *Calagurritana dimidiæ portionis de apodaca 16. Martij 1590. coram Orano,* & propterea operatur, vt gratia non dicatur subreptitia, vel obreptitia, *Rot. diuers. decis.171. lib.2.* & fuit resolutum in causa *Cæsaraugustana pensionis 19. Febr.1590 coram Gipsio*, & iterum in vna *Vergelen. Abbatis 6. Martij 1589. coram Seraphino.* Limita tamen, vt nõ operetur, vbi non est narrata intrusio, & hoc propter interesse Datariæ, cum qua esset facienda compositio, si fuisset narrata *Cassad. in decis.7. de prebend. Card. Put. in decis.131. lib.1.* & fuit resolutum in dicta causa *Vergellen. Abbatiæ coram Seraphino*; Limita tertiò, si de beneficio manuali non fieret mentio, quia tunc non vitiatur gratia, *Achill. de Grass. in decis.8. de prebend. & dignit.* & aliquid per *Cassad. in decis.12. num.6. & 10. eod. tit.* & propterea infero quod in Pręceptoria S. Ioannis sunt manualia, & non comprehenduntur in dispositione *c.2. de preb. in 6. Idem de Grass. in decis.9. eod. tit.* & facit optima *dec. Mohed.10. de caus. possess. & propriet.*

COLLECT. 969.

Ad Bar. in l. de quibus, col.10. ff. de legibus.

ASserit, quod Doctori aliquid asserenti de cõsuetudine, credatur. Pro cuius dicti intelligentia animaduertendũ ad tres decis. Primo ad illam *Rot Bonon. penes de Benin.95.* vbi fuit dictum, quod Doctori attestanti de consuetudine vniuersali, non est præcisè credendum, verùm inducit

inducit præsumptionem, quæ probandi onus in aduersarium transfert, & hanc refert esse communem opinionem *Capyc. in dec.* 176. *Mobed in dec.* 3. *de consuetud.* dicit fuisse decisum in Rota contrarium, & affert rationem, quia illud consistit in facto, quod potest ignorari per alium Doctorem, cui non est data facultas asserendi ea, quæ sunt facti, sed interpretandi iura, & nemini est credendum sine iuramento, quia consuetudo est variabilis, *Balb in dec.* 99. quod amplia, adeò necesse est, vt consuetudo realiter probetur non obstante attestatione Doctoris, quod non sufficit probatio recens, quia est contra ius, & requiritur immemorabilis, vt pulchrè refert *in Ro.* decisum *idem Mohed. in decis.* 2. *de consuetudine.*

Collect. 970.

Super l. 1. *ff. de pignoribus.*

OBligatio generalis porrigitur ad bona præsentia, & futura, h.d. Hinc fuit decisum, bona futura semper venire in generali obligatione, *Afflict. in decis.* 333. *Franch. Marc. in decis.* 921. *p.* 2 *Guid. Pap. in decis.* 291. Limita nunc vt non veniant bona hæredum *Afflict. in dec.* 101. Limita secundo, vt non veniant merces venales *Card. Put. in dec.* 297. *lib.* 2. licet detur actio ad pretium earum, *Raud. in decis.* 299. Limita tertiò, vt nec supellectilia necessaria *Caual. in decis.* 27. *part.* 2. Limita quarto in casu *decis. de Franc.* 321. *par.* 2. vbi bona hæredum, licèt non veniant in generali obligatione, possunt tamen expressè obligari, vide *eundem in decis.* 53. quam nota ad ornatum text. *in l. Paulus, ff de pignoribus* 5 Limita quintò, vt non veniat vsusfructus bonorum, quod intellige quando ad eum non spectaret, ita *Card. Put in decis.* 112 *lib* 3. Limita sextò, vt nec bona alienari prohibita, vt pulchrè refert decisum *in Conf. Neapol. in contrarium, Minad. in decision.* 22. quam not. ad doctr. *Bart. in l. fin. ff. de commissariis libertat.* Nota tamen, quod obligatio generalis bonorum comprehendit omnia, quæ ad sortem debiti extenuandam apta sunt *Put. in decision.* 444. *p.* 2.

Collect. 971.

In l. nec inter. ff. de donat. inter virum & vxor.

DOnatio inter Patrem, & filium prohibetur, h.d. vltra ea, quæ scripsi *in Collect.* 196. *super l. donationes quas parentes, Cod. de donatio. inter virum & vxorem.* Limita primò regulam textus non procedere in donatione remuneratoria, *Gayl. obseru.* 38. *lib.* 2. *Fran. Marc. in decis.* 326. & aliquid per *Capyc. in decision.* 203. *Ossasc. in decis.* 171. *numer.* 19. & an talis donatio indigeat insinuatione vide *Guid. Pap. in decis.* 375. verùm ipsa merita aliunde debent probari *idem in decis.* 91. *Papon. lib.* 11. *tit.* 1. *arrest.* 14 Limita secundo in donatione iurata propter vinculum iuramenti, *Capyc. in decis.* 16. *Guid. Pap. in decis.* 146. *Cappell. Tholos. in decis.* 262. *Franch. Marc. in decis.* 326. *Papon. lib.* 11. *tit.* 1. *arrest.* 1. *Thessaur. in decis.* 32. & aliquid per *Ioseph. Ludou. in decision. Perus.* 71. *& Lucen* 66. & num possit peti absolutio à iuramento vide *Guid. Pap. in decis.* 224. Limita tertiò in dote, & donatione propter nuptias *idem in decis.* 145. *Franc. Marc. in decis.* 326. *de Franch. in decis.* 162. *Idem Franc. Marc. in decis.* 331. &

aliquid per *Boer. in decis.* 204. Limita quartò in filio emancipato, cui pater bene donare potest, *Cappel. Tholos. in decision.* 461. & aliquid per *Guid. Pap. in decis.* 375. *Gayl. cit. obseru.* 38. *lib.* 2.

COLLECT. 972.

Super c. excommunicationi. de raptoribus.

RAptores bonorum sunt excõmunicati, h.d. licèt hodie per casum Bullæ Cœnæ absolutio est reseruata Papæ; Limita primò, vt non incurritur, si furtum nõ excedit duos aureos, quamuis peccat, *Ego in decis. Curiæ Archiep. Neap.* 123. & moti fuimus per tex. *in l. si oleum, §. fin. ff. de dolo*; Limita secundò in casu *decis. Sayr. 1. de sent. excommun.* vbi fuit dictum, quod capientes res naufragorum, vt eas dominis restituant, vel ignoranter capientes, licet non restituant, excommunicationem Bullæ cœnæ non incurrunt; Limita tertiò quando essent bona naufragorum non tamen Christianorum, sed infidelium, Iudæorum, hæreticorum, & aliorum quomodocunque Christiani nominis inimicorum *Cornaz. in decision. Ro. Lucens.* 22. quam nota.

COLLECT. 973.

Super l. qui fidem, ff. de transactionibus.

CLausula rato manẽte pacto, de qua in textu operatur, vt quis possit vti remediis contrariis, vt fuit decisum in causa *Romana pecuniaria* 10. *Decembris* 1574. *coram Robusterio*, vt patet *in decis.* 57. *diuers. lib.* 2. Intelligas tamen respectu obseruationis cõtractuum, secus verò respectu conuentionis, quia in eius fauorem nihil operatur, cũ sit posita in eius odium, ideo prodesse non potest, vt aliquid per *Afflict. in dec.* 220. *num.* 5. & fuit dictum in vna *Valentina Castrorum* 11. *Ianu.* 1572. *coram Orano*, vt patet *in decis. diuers.* 15. *nu.* 2. *p.* 1. quam no. ad glos. nostram communiter receptam *in verbo, cogetur*, in vna Romana pecuniaria coram Robusterio. Amplia vt hoc procedat etiam si sit apposita claus. toties, quoties, &c qua pœna soluta, &c. vt est *decis. Rot.* 99. *lib.* 3. num autem iuramentum habet vim huius claus. vide *Balb. in decision.* 22.

COLLECT. 974.

In l. liberum, C. de fideiussoribus.

CReditor per litis cõtestationem amittit ius eligendi ac variandi, quia creditor, cui plures res sunt hypothecatæ alternatiuè habet electionem ex prouisione legis, *Capyc. in decis.* 46. *Ioseph. Ludou. in decision. Perus.* 65. *par.* 3. cuius conclusionis ratio est quia Ius hypothecæ est indiuiduum, licèt res hypothecatæ sint diuiduæ, & quot sunt res obligatæ, tot sunt obligationes *Afflict. in decis.* 213. & non diuiditur ex persona hæredum, *Pap. lib.* 11. *titul.* 3. *arrest.* 1. *Gall. decis.* 64. Hinc descendit, quod existentibus pluribus possessoribus rerum hypothecatarum, creditor potest eligere quem voluerit, & contra illum agere insolidum, *Guid. Pap. in decisio.* 432. *Franc. Marc. in decision.* 296. & 435. *p.* 1. & *idem in decision.* 930. *par.* 2. *Rot. diuer. in decision.* 17. *par.* 2. Limita hoc in annua pensione imposita super pluribus rebus, quia debet agere contra quemlibet possessorem pro rata *Guid. Pap. in dec.* 432. *Franch. Marc. in decis.*

decis.433.& 919.part.2. & Rot.cit.dec. Deueniendo tamen ad tex.animaduertas, quod creditor variare non potest, si semel lis est contestata super vna specie bonorum, vel super re electa Iudex pronunciauerit executionem fore faciendam, *Capyc. in decis.33. & cit.decis.46.& de Franc.in dec. 53. num.3.*

COLLECT. 975.

In c.gratum.de offi.delegat.

PEr citationem perpetuatur iurisdictio.h.d. Amplia primò in casu *decis. Veral.115.par.1.* vbi fuit dictum quod citatio decreta per Iudicem delegatum in vita Pontificis, licet fuerit exequuta eo mortuo, Iurisdictionem tamẽ perpetuat, prout pluries in *Rot.decisum refert Bisignet.in dec. 1. de offic.deleg.& Rot.decis.9. de dolo, & contumacia in antiq.* Amplia secundò, & si citatio tantùm reproducta esset, non tamen exequuta, vt decidit *Gratian.in decis.Rota Marchiæ 209.* Amplia tertiò, etiam si citatio nondum exequuta esset, ita *Cappell Tholos.in dec. 340.* Amplia quartò, vt per citationem desinat res esse integra, ita *Iaffre. Balb.in decis.60.* quam nota ad *text.in c.relatum de offic.delega.* Limita nunc quando citatio esset nulla, quia ex citatione nulla non inducitur Iurisdictionis perpetuatio, quemadmodum nec præuentio, *Balb. in decis. 70.* Sublimita per comparitionem in *causa Maleuitana Iurisdictionis coram Domino Accorambono Decano 12. Decembr. 1552.* Limita secundò in citatione per edictum, quia tunc non perpetuatur, quia dicitur impropria citatio, *Caputaquens. in decision. 118. parte 1.*

COLLECT. 976.

Super l.3.C.de pignoratitia actione.

CReditor possidens pignus, & percipiens fructus, illos in sortẽ computare tenetur, h.d & ita decisum refert *Osas in decis.115. Franc Mar. in decis.167.p.2. Rot.Genuen. in decision. 4. Afflict.in dec.373. Roy. in decis Litua. 5.* Limita primò, quando ex pacto lucratur, *Guid.Pap.in decis.451.num.14.* & an tale pactum valeat, vide *Thessau. in decis.78. Mynsinger. obseruat.71.cent. 6.* Limita secundo, quando fructus adhuc extarent, quia ante consumptionem non compensantur, *Ego in decis.Cur. Archiepisc Neapol.91* Limita secundò quando creditor in re sibi obligata directum dominium haberet, & debitor vtile tantum, vt est feudatarius, vel emphyteuta, *Balb. in dec. 29.* Limita tertiò si ipse creditor ratione pecuniæ mutuatę subiuerit labores notabiles, *Peregr.in decis. Patau.99.*

COLLECT. 977.

Super c.ne innitaris.de Constit.

NOn debet quis esse sapiens apud semetipsum, h.d.cum glo. Ex qua Ego infero ad *decis.Rubin.99.* vbi fuit dictum, quod in dubiis ad finem, vt quis excusari valeat, semper consulendi sunt periti; Infero secundo ad pulchram *decis. Iaffred.Balb.15.* vbi Iudex, qui iudicauit secundùm vnam opinionem, quam principales Doctores tenent, punietur in syndicatu, si contraria opinio erat communiter approbata, secus si neutra, Infero tertio ad *decisio Sayr.10.de pænitent.* vbi fuit dictum, quod con-

fulens superiores, credens illum habere sufficientem scientiam, etiam si erret non peccat; Infero quartò ad *decis. eiusdem* 11. *eod. tit.* vbi opinionem eligens, quam putat rationi conformem, satisfacit; Infero quintò ad *decision. Sayr.* 12. *eod. tit.* vbi consulens Doctorem, vbi sunt diuersæ opiniones sequi tenetur quem Doctor diffinit.

COLLECT. 978.

Super l. si filia §. si Pater. ff. familiæ erciscundæ.

Diuisio Patris inter filios habet vim vltimæ voluntatis, h.d. & si fuerit à Patre iurata non poterit ab eodem retractari, etiam obtenta absolutione à iuramento *Osas. in decision.* 125. *Verall. in decision.* 275. *par.* 1. & *in decis.* 288. *par.* 2. & 105. *Magon. in decis.* 64. *Rot. Florent.* cum liberum sit ei inter suos filios diuidere, sed non retractare, *Boer. in decision.* 14. & diuidendo in dubio præsumitur seruare æqualitatem inter eos, *Ioseph. Ludouic. in decision.* 26. *Rotæ Lucens.* nec poterunt filij illi contrauenire, *Faber in decis.* 4. *Cod. familiæ erciscundæ.* Intellige primo cùm diuisio fit omnibus præsentibus, *Idem in decis.* 5. *cit. tit.* Intellige secundo, cùm diuisio fit æqualiter *Achill. de Grass. in decision.* 4. *de præsumpt.* & adeo non possunt contrauenire, vt aliter facta, quàm testator voluit, est nulla, *Fab in decis.* 11. *Cod. eod. tit.* Amplia nunc text. vt Pater etiam possit prohibere diuisionem inter filios *Grammat. in decis.* 7. Intellige ampliationem, si intra certum tempus tantùm fieret prohibitio, alias secus, *Rot. Lucens. diuers.* 76. Intellige secundo ampliationem quando ex prohibitione non oritur discordia inter eos, vel aliter decisio fit vtilis, aliàs secus, *Boer. in decision.* 87. & *Gayl. obseru.* 139. *in fin. lib.* 2.

COLLECT. 979.

Super Clem. 1. *de offic. Vicarij.*

Appellatione beneficiorum Curatorum venit etiam Vicaria perpetua, h.d. Et hinc est quod Vicarius perpetuus dicitur Rector Curæ animarum, ita *Sayr. in decis.* 22 *de Const.* Infertur secundò, quod in habitu residet Cura penes Rectorem, *Caputaquens. in decis.* 339. *part.* 3. Infertur tertio, quod sicut Vicarius generalis Episcopi non potest conferre beneficia sine speciali facultate, *c. fin. de offic. Vicar.* ita non potest conferre Vicariam perpetuam, nec illam erigere *Card. Put. in decision.* 39. *par.* 2. Infertur quarto, quod Vicarius perpetuus habet de iure communi fundatam intentionem in iure percipiendi decimas, & iura parochialia pro sua congrua sustentatione, *Rota decis.* 5. *de Iudicijs in Antiq. Crescen. in decision.* 2. *de decimis, Caputaquens. in decis.* 339. *par.* 3. in reliquis autem decimis habet fundatam intentionem Rector, vel is, cui beneficium est vnitum, *Verall. in decision.* 353. *part.* 2. & *in decision.* 339. *part.* 3.

COLLECT. 980.

In l. fin Cod. de vendit. rerum Ciuitatis lib. 11.

Ponit solemnitates adhibendas in alienatione rerum vniuersitatis. Tu verò decisiue loquendo dicas nonnulla esse necessaria, & primò

Decreti

Decreti interpositio, *Balb. in dec.* 22. & aliquid per *Capyc. in dec.* 4. nec de præfata solemnitate creditur Notario illa attestanti, vt voluit *Rot. Bononien. in simili casu*, vt patet *in decision.* 1 *Petri de Benins*. Limita quando præcessit superioris mandatum ad congregandum *Ego in dec. Cur. Archiepiscop. Neap.* 31 quod quidem mandatum semper est necessarium secundùm *decision. Guid. Pap.* 106. Requiritur secundò, vt interueniat etiam subhastatio, vt per *Capyc.* qui alias solemnitates congerit *in decision. Neapol* 93. quam not. ad *text. in l. loca. Cod. de locatione prædiorum lib.* 11. Tertio requiritur, vt liberentur plus offerenti, *Boer. in decision.* 248. quam not. ad *tex. in l fin. Cod. vectigalia noua institui non posse*, & de nonnullis aliis solemnitatibus in alienatione rerum Vniuersitatis, vide optimam *decis. Ioseph. Ludou.* 93. *numer.* 37.

COLLECT. 981.

Super l. planè, ff. quod cuiusque vniuersitatis.

IN congregatione Vniuersitatis requiruntur saltem duæ partes omnium habentium vocem in dicta vniuersitate, h. d. Ex quo tex. infertur primo ad solemnem *decis. Bellam.* 175. vbi fuit dictum, quod vt Rector expediat negocia vniuersitatis, requiritur duæ partes; Infertur secundò, vt Procurator constitutus à minori numero duarum partium Vniuersitatis non valet *Mynsinger. centur.* 1 *obseruat.* 82. Infertur tertiò, vt duarum partium vniuersitatis, censetur factum ipsius vniuersitatis, *Afflict. in dec.* 373. Infertur quartò ad *decis. Capyc.* 4. vbi fuit dictum, vt Vniuersitas obligetur in iis, quæ sunt communia pluribus, vt vniuersis debet adesse saltem duæ partes vniuersitatis, secus in iis, quæ sunt communia pluribus, vt singulis, quia tunc necessarius esset consensus omnium *de Franch. in decis.* 97. *Fran. Marc. in decis.* 489. Infertur quinto, quod in actu vniuersitatis requiruntur saltem duæ partes vniuersitatis, *Idem Franc. Marc. in dec.* 225. *part.* 1. & *idem in decis.* 783. & dicitur tunc factum à maiori parte, *Idem in decision.* 226. & tunc pariter debent nomina singulorum specialiter adnotari, *Franch. Marc. in decision.* 779. & 778. quamuis *Mohed. in decis.* 1. *de reb. Eccles. non alien.* referat Rotam decidisse præfatam solemnitatem, non nisi in grauioribus negotiis necessariam esse, quam not. ad ornatum *tex. in c. quæmo de his, quæ fiunt à maior. part. Capit.*

COLLECT. 982.

In l. ab executore, C. quor. appellat. non recipiunt.

AB executore non appellatur, h. d. Limita primo quando executor non admisit compẽsationem, quam de iure admittere debebat, vt in terminis voluit, ac refert in Senatu Sabaudiæ decisum *Faber in decis.* 28. *C. de appellat.* Limita secundo, vt valeat appellatio si fiat ab executore misto, *Raud in decis.* 29. quia sicut recusari potest, ita ab eo appellari poterit, iuxta terminos *c. nouit. de appellat.* Limita tertiò, vt licèt ab executore appellari non licet, tamen appellari potest à sententia, qua pronunciatur esse procedendùm ad inchoatam executionem, *Franc Marc. in decision.* 376. & melius *in decis.* 91. Limi-

ta quarto, quando executor excessit fines suæ commissionis, *Balb. in decis.* 300. quam not. ad ornatum *c. quoad consultationem, de sententia. & re iudic.* & si non constet excessisse fines, admittitur quidem appellatio, sed interim iubenda est per Senatum executio, *Fabr. in decis. 31. de appell.* Limita quintò in casu *dec. Bellam. 91.* vbi fuit dictum, quod existente Regionis Constitutione in contrarium poterit ab executore appellari.

COLLECT. 983.

In l. filiusfamilias. §. diui. ff. de legatis primo.

RES prohibita, alienari non potest, h.d. Intellige quando fuit factũ, vt res in familia maneat, quia tunc inducitur fideicommissum *Osasc. in decis. Pedem. 50.* Subintellige in casu mortis si testator voluit bona sua remanere in familia, *Magon. in decis. Florent. 70.* & propterea ei cuius contemplatione alienatio prohibetur, censetur relinqui fideicommissum *Gomez. Leo. in decis. 43.* & si fieret filio, extenderetur etiam ad posteros, *Capyc. in decis. 108.* Limita si expressè verbis testatoris fuerit facta fauore agnationis, vt sua bona in ea perpetuo remanerent, tunc enim debet extendi vltra quartum gradum, *Mynsing. obseru. 64. cent. 6.* Infertur ex text. quod alienatio rei prohibita alienari per testatorem, est ipso iure nulla, *Grammat. in decis. 93.* Limita secundò in prohibitione facta ad tempus, quia post illud censetur permissa, *Verall. in decis. 23. p. 2. & in decis. 399.* Sublimita, quando fideicommissum fuit inductum ante inhibitionem, *Magon. in decis. 149. Rot. Florent.* Amplia *tex.* vt prohibita per testatorem alienatione, censetur prohibita census constitutio, *Verall. in dec. 17. par. 1.*

COLLECT. 984.

In l. vnica. C. de monopolio.

OMnes confœderationes, coniurationes, & conspirationes, siue ligę Ciuitatum, & aliorum locorum illicitæ sunt, h.d. & ratio esse potest, quia in dubio præsumuntur illicitæ vt pulchrè refert decisum *Mynsing. cent. 6. obseru. 2.* quam not. ad limitationem *tex. in l. 1. ff. quod cuiusque vniuersitatis*, & de pœna contra facientium vide *decision. Rot. Auenionen. 89.* Nunc autem limita quando Congregatio, seu liga tẽderet ad bonum finem, puta ad validitatem Ecclesiæ, quia tunc licita est *Fran. Marc. in decis. 455.* Limita secundò, quando Congregatio fieret pro tuitione iurium Ciuitatis, vt refert decisum *idem Franch Marc. in decis. 126 p. 3.*

COLLECT. 985.

Ad glo. celebrem in c fi. de Iurepat.

PRiuatio non intelligitur nisi in casibus à Iure expressis, h.d. & ita decidit *Achill de Graff. in decision. 1. de iureiur. Rot. diuers. decis. 769. part. 1.* Hinc infertur, quod nullum crimen, etiam priuatione dignum, inducit priuationem ipso iure in beneficiis, vt pulchrè per *Rot.* decisum testatur *Farinac. in decis. 134.* Hinc infertur secundò, quòd priuatio beneficij est nulla, quando fuit facta absque citatione personali præcedenti, *Verall. in decision. 375. part. 2.* quam decisio. amplia,

amplia, vt nec sufficiant coniecturæ, *Rot. decis. 770. in antiq* cuius ratio est, quia semper quod agitur de re graui, necessaria est citatio, *Mohed. in decis. fin. de dolo & contumac.* Secunda est ratio, quia est actor præiudicialis, & propterea indiget citatione, *Cassad. in decis. 4. de sequistr. poss. ff. & fruct. Rot. decis. 21. de dolo & contumac. in antiq* Infertur tertiò, quod in dubio non præsumitur potestas priuandi, & propterea à non habente potestatem facta est nulla, *idem Verall. in decis. 373. part. 2* Infertur quartò, quod priuandi forma, ac modus non probatur per verba enunciatiua, *idem in decis. 372.* & an Episcopus, & Capitulum poterunt aliquem priuare beneficiis, vide *eundem in decis. 374. part. 1.* quam nota ad *cap. 1. de cleric. non resident.* num autem à sententia priuationis detur appellatio, vide solemnem *decis. Rot. March. 25. penes de Amat.* in affirmatiuam, quam nota ad limitationem text. *in l. à multis, C. de appellat.* num autem ad priuationem sufficiat vnica priuatio, vide pulchrè per *Garz. à Tolet. in decis. 54.*

Collect. 986.

Super l. si pro luforio, §. 1. ff. de appellat. recipien.

TErtius veniens in causa auditur, hoc dicit. Verum, vt hæc conclusio procedat, nonnulla concurrere habent, & primo, quod de suo interesse saltem summariè probet, *Ioseph. Ludou. in decis. Perus. 26. Doctor. de Rot. in decis. 53. de iudiciis, in antiq. Crescent. in decis. 13. de rescriptis, Rot. Roman. in decis. 1. cit. tit. in antiq. Rot. Genuen. in decis. 143.* Secundo, quod audiatur in illis terminis, in quibus reperitur causa, vt pulchrè decisum refert *Afflict. in decis. 15.* Tertiò, vt veniat saltem vno de tribus modis, scil. Primò, vt assistat, ne fiat collusio. Secundò, vt causam adiuuet ad victoriam. Tertiò, assumendo in se litem, quæ ad eum pertinet principaliter, *Gayl obseru. 70. lib. 1. Bonticend in decis. 75.* Nonnulla tamen poterit facere ille tertius.

Collect. 987.

Super l. si ita, §. ea lege. ff. de verborum obligationib.

ALienatio prohibita regulariter non impedit dominij translationem, hoc dicit, & ita fuit decisum in nonnullis Italiæ tribunalibus, prout Perusiæ testatur *Ioseph. Ludou. in decis. 68. part. 2.* Florentiæ testatur *Magon. in decis. 47. & 112.* Neapol. vt per *de Franch. in decis. 355. part. 2.* Franciæ refert *Papon. lib. 11. tit. 10. arrest. 1.* Verùm animaduertendum pro decisionum intellectu, quod competit actio ad interesse, si alienatio fiat contra alienantem, & eius hæredes, *Gayl. obseru. 16. lib. 1.* & aliquid per *Magon. in decis. 102. num. 19.* Nunc limita suprà firmatam regulam, & primò, quando adest hypotheca, quia tunc impedit dominij translationem, vt refert decisum *Crescent. in decis. 1. de pignorib.* Intellige quando hypotheca esset specialis, secus si generalis esset, *Balbus in decis. 339.* quam nota ad ornatum text. *in l. licet, C. qui potiores in pignore, Papon. libro 11. tit. 10. arrest. 1. Gomez. Leo in decis. 59.* Limita secundo fauore dotis, *Rauden. in decisione 17.* Tertio limita fauore vltimæ voluntatis, vt refert decisum *Magon. in decis.*

19. *Rot Florent.* Limita quartò quando adest pactum resolutiuum annullans contractum *de Franch. in decis.* 355. *part.* 2.

COLLECT. 988.

Super l. sodalis, ff. de coll gijs illicitis.

SEdet materia collegij. Super qua animaduettas primò, quæ concurrere habeant ad erectionem noui Collegij, & vide *Boer. in decis.* 115 licèt in vno ius vniuersitatis, ac Collegij esse possit, *Franc. Marc. in decis.* 367. Collegiati tamen amplam obtinent potestatem, præsertim primo, quia habent ius imponendi collectas, *Ioseph. Ludou. in decis.* 43. Secundo quia possunt condere statuta, & Syndicum creare, *Franc. Marc. in decis.* 165. verum vt congregari possint, necesse est, vt Principis præcedat licentia, *Guid. Pap. in decis.* 106. Tertio, quia maior pars collegiatorum potest recipere aliquem in Collegio, licèt minor contradicat, & statutum Collegij contrarium disponat, *de Franch. in decis.* 2. Quarto, quia possunt Societatem coire, communem bursam habere, Syndicum, & Receptorem creare, *Franc. Marc in decis.* 799 Quinto, quia personarum appellatione non venit Collegium, *Verall in decis.* 42. *part.* 3. Sexto, quia Collegium potest præscribere contra Collegium, *Card Put. in decis* 387. *lib* 2. Nota tamen duo pro huius materiæ coronide. Primo, quod priuilegium concessum priuilegiatis non comprehendit Supernumerarios Doctores eiusdem Collegij, *de Franch. decis.* 234 Nota secundo, quod suffragia sunt præstãda in communi, & collegialiter, *Franc. Marc. in decis.* 699. & in actu Collegij, vt decidit *idem Marc. in decis.* 1128.

COLLECT. 989.

In cap pastoralis, de offic. ordinar.

ARchiepiscopus in Episcopos suffraganeos in causis appellationum tantùm iurisdictionem habet, h. d. Amplia primò, vt nec possit sumere Vicarios in Diœcesi Suffraganeorum pro futuris appellationibus recipiendis, vt pulchrè refert decisum *Mohed. in decis.* 5. *de appellat.* Amplia secundo, vt citra appellationis articulum, nec partibus consentientibus aliquid cognoscere valeat, *Balb. in decis.* 91. quam nota ad text. *in cap.* 1. *de foro compet. in sex* o. Limita tamen singulariter text. in casu *decis. Rot. collect. à Farinac. in decis.* 16. vbi fuit dictum, quod Judex appellationis super nouis prætentionibus, & in priori causa non deductis, dependentibus tamen ex eodem fonte iudicare potest.

COLLECT. 990.

Super Constit. Aegidiana.

HÆc Constit. inhæret Juri communi, quia prohibet appellationem à possessorio, licèt de Jure canonico erat, secus cum à quolibet grauamine poterat appellari, vt refert decisum *Cappel Thol. in decis.* 501. Amplia hanc constitut. procedere in quolibet plenario possessorio, *Bella. in decis.* 22. Amplia secundò siue possessorium fuerit adipiscendæ, seu retinendæ, aut recuperandæ, *Ioseph. Ludou. in decis. Perus.* 20. *part.* 1. Nunc limita, & primò, vt illa locum non habeat,

beat, præterquam in terris S.R.Ecclesiæ immediatè subiectis, *Balb. in decis. 99.* ex qua infero ad duas decis. Prima est *Verall. 126* vbi fuit dictum, quod cum Ciuitas Auenion. sit subiecta immediatè Ecclesiasticæ Iurisdictioni, in ea locum obtinet Ægidiana. Infero secundò, quod locum non habet in ciuitate Parmarum, & Placentiæ, ratione, de qua supra *Rot. diuers. in decis.* 181. & 385. *lib. 3.* Amplia etiam & tertio, quod causa Romæ ageretur super bonis in dictis locis positis, vt fuisse decisum testatur *Gratian. in decis. 55.* Limita etiam quoties ageretur quoad condemnationem fructuum, vt refert decisum *Crescent. in decis. 5. de appell* quam nota ad *doctr. Bart. in l. si creditor, §. 1. ff. de appell.* Limita secundo, quando super possessorio esset diffinitiuè pronunciatum, ita *Benint. in decis. 79. Rot. Bonon.*

Collect. 991.

Super cap. cupientes, in verb. priuatus, vbi Archid de elect. in 6.

Cauetur, quod vbi quis priuatur beneficio, in loco vbi fit priuatio, dicitur vacare beneficium, & propterea ob priuationem Romæ factam, beneficium Romæ vacare dicitur, *Peregr. in decis. 71.* Intellige tamen iuxta terminos *decis. Verall. 327. part. 3.* vbi fuit dictum, quod vacatio in Curia inducitur, si beneficium vacat per sententiam priuationis latam in Curia contra præsentem, secus si contra absentem, & non verum contumacem. Amplia per *decis. eiusd. 325. part. 3.* Intellige secundò, dummodo priuationis sententia præcedat, *Bisignet. in decis. fin. de re iudic.* Amplia secundò, vt reg. de triennali non habeat locum in beneficio vacante in Curia per priuationis sententiam, *Caputaq. in decis. 48. part. 3.* & facit *decis. Rot. 35. de prabend. in antiq.*

Collect. 992.

Super cap 1. de foro compet. in sexto.

Iudex appellationis non potest articulum appellationis omittere, & causam principalem cognoscere, h.d. Hinc est, quod Iudex appellationis non potest delegare, *Bellam. in decis. 24.* & solum cognoscit super deuolutis per appellationem, *Pap. lib. 19. tit. 1. arrest. 5.* quam nota ad *clem. appellanti, de appellat.* & si fuerit appellatum à sententia lata super possessorio petitorio suspenso, non poterit Iudex appellationis super vtroque pronunciare, *Rot decis. 15 de sentent. & re iudic. in antiq* & primo est pronunciandum super causa appellationis, quàm super principali, *Boer. in decis. 257.* & Iudex appellationis ab interlocutoria non debet omisso appellationis articulo de causa principali cognoscere, vt est *decis. de Laurent. Auenion. 102.* Amplia quamuis verba rescripti includerent etiam cognitionem negotij principalis, *Bellam. in decis. 419.* Amplia secundo etiam si mille commissiones emanarent super negotio principali, quia non censetur commissum nisi, &c. *Rot. decis. 67. de appell. in nou.* Amplia tertiò vt grauare censetur Iudex, qui articulos partis aduersæ tacitè reiecit, procedendo in causa principali, vt voluerunt *Rot. Perus. decis. 38. Rot. Bonon. decis 7. Senat. Pedem. decis. 26 & Rot. Auenio. decis. 102* Limita secundò vt Iudex appellationis iurisdictionem habeat in Territorio Ordinarij, *Guid. Pap decis. 36.* Limita tertiò in pulcherrimo casu *decis. Triuis. 6.* vbi fuit dictũ,

quod Judex grauaminis, coram quo etiam de negotio principali actum fuit, debet de grauamine prius, seu toto negotio principali cognoscere. Limita quartò in casu *decis. Mohed. 6. de appell.* vbi fuit decisum, quod commissio appellationis tribuit iurisdictionem, vt possit pronunciari, tanquam in prima instantia, omissa appellatione, quando habet clausul. & totius negotij principalis vt voluit etiam *Borgnin. Caualc. in decis.* 27.

COLLECT. 993.

Super cap. ad aures, de praescript.

DEcimae praescribi possunt, h. d. Limita in illis, quae Deo debētur in signum vniuersalis dominij quia in totum praescribi non possunt, *Balb. decis.* 29. tamen quota illarum vniformiter soluta praescribi potest, *Franc. Marc. decis.* 205 *p.* 1. *& decis.* 667. *part.* 2. *Papon. lib.* 1 *tit.* 12. *arrest.* 3. *Ioseph. Ludou. decis. Perus.* 106. *Guid. Pap. decis.* 284. Amplia, vt etiam à laicis praescribi possint, *idem Guid. Pap. d. decis.* 284. *Mohed. decis.* 250. *Franc. Marc. decis.* 17. quia ipsi post Conc. Lateran. sunt capaces decimarum ex priuilegio Apostolico, *Verall. decis.* 241. *part.* 1. verum debent probare illas exegisse à tempore immemorabili cum allegatione tituli, *idem decis.* 367. *part.* 2. nec arctatur ad probandam aliam infeudationem, *Capp. Thol. decis.* 440 licet clerici agentes ad decimas debent de titulo docere, & non sufficit decennalis possessio, *Cardin. Put. decis.* 371. *lib.* 1. Idem si agente iudicio possessorio, *Put. decis.* 413. *lib.* 1. & qualis titulus requiratur, vide *Verall. decis.* 12. *part.* 1. *& decis.* 306. *p.* 3. & quanto tempore ius percipiendi decimas praescribatur vide *Ioseph. Lud. decis. Perus.* 72. Sed intra quod tempus detur restitutio contra praescriptionem Decimarum, vide *Pap. lib.* 12. *tit.* 3 *arrest.* 23. & num autem consuetudo de Decimis, vt minores soluantur ad hoc, vt valeat, requiratur probatio Papae, tradit *Boer. decis.* 236. & an laicus spoliatus Decimis possit petere in integrum se restitui, vide *Guid. Pap. decis.* 288.

COLLECT. 994.

Super l. cum gloss. item habet, ff. familiae erciscundae.

LOquitur de clausula accedente consensu, in qua animaduertas, quod inducit cōditionem, *Card. Put. decis.* 18. *lib.* 3 *& decis.* 282 *eod. lib.* & fuit resolutū *in causa Acheruntina fructuum* 19. *Iunij* 579 *Rot. diuers. decis.* 74 *p.* 2 & aliquid per *Put. decis.* 169. *num.* 2 *lib.* 3. Amplia, vt non sufficiat tacitus consensus, sed requiratur expressus, *idem decis.* 282. *num.* 3. *lib.* 3 & fuit dictum in *dict. Acheruntina fructuum coram Brauo.* Limita nunc, & intellige quando est apposita in supplicatione, secus si in breui, quia tunc inducit conditionem, sed stat causatiuè, quia literae sine consensu non fuissent expeditae, prout nec breue, *Put. decis.* 13. *lib.* 3. & aliquid *decis.* 439. *in fin. lib.* 1. *Verall. dec.* 120. *& decis.* 213. *num.* 1. *part.* 1. *& decis.* 183. *part.* 1. *Peregr. decis.* 74. *lib.* 1. & in simili fuit resolutum in causa *Elboren. pensionis* 27. *Octobris* 1595. *coram Corduba*, vbi in claus. cuius ad id expressus accedat consensus, & *in vna Romana census* 13. *Martij* 1556. *coram Blanchetto*, vbi clausul. obtento consensu. Animaduertas secundò, quod haec claus. in collatione beneficij de Iurepatronatus cum reseruatione pensionis, & facultate transferendi refertur tantùm ad collationem tituli, non autem

tem ad reseruationem pensionis, neque translationem, quia in reseruatione pensionis non requiritur consensus patroni, *Cassad. in decis. 3. de Iu repatronatus*, & fuit resolutum in vna *Collubrien. pensionis 11. Februar. 1598. coram Seraphino.*

COLLECT. 995.

Super cap ad nostram, il secondo de iureiur.

HIc propriè sedet materia monitorij de qua etiam scripsi in Collect. 102. Nunc verò videndum erit, qui in monitorio non comprehendantur, ac reuelare non teneantur. Et primo Principalis reuelare non tenetur, *Franc. Marc. in decis. 648.* licèt ad restitutionem teneatur, *Mayna d. decis. 91. lib. 2.* & propterea in Curia Archiepiscop. Neapolitan. ad tollendos scrupulos, nunquam decernit monitoria contra principales non reuelantes, sed tantùm contra non restituentes, vt decisum refero, *Egomet in decis. 112.* Secundò, quod id, quod aliquis scit, probare non potest, *Triuis. Rot. Venet. decis. 50. part. 2.* quam nota ad text. *in cap. plerumque 2. quaest. 3.* Tertiò pariter, qui scit, illum ad cuius instantiam fit excommunicatio non habere ius, *Sayr. decis. 8. de sentent. excommunic.* Quarto non comprehenduntur Aduocati, & Procuratores, vt refert decisum *Faber in decis. 54. C. de probat.* & ita pariter refert in Senatu Panorm.. decisum *Castil. decis. 71.* Quinto non sunt monitoria concedenda quoties turpia, & infamatoria continerent capita, pulchrè *idem Faber in d. cis. 49. eod. tit.* quam not. pro ornamento *Doctrin. Bart. in l. Marcellus. ff. de rer. amotar. action.* Sexto reuelare non tenetur ille, qui timet damnum sibi inferri ex reuelatione, *Maynard. decis. 22. lib. 3.* Pro Coronide tamen huius materiae ad nonnulla practicabilia animaduertere debes, & primo, quod sententia est concedenda merè interlocutoria, vt decidit *Cur. Archiepis. Neap. Ego in decis. 90.* ex qua decisio. infero ad duo alia, & primo *ad decis. Rot. Marchia penes Gratian. 97.* vbi propterea à sententia concessionis monitorialium fuit reiecta appellatio, & ita censuit *Sacra Congregatio super Conc. Trid. sess. 24. c. 20.* Infertur secundo ad *aliam decis. Cur. Archiepiscopal.* de qua *per me in decis. 3.* vbi fuit dictum, quod sententia excommunicationis est merè interlocutoria, & non obstante partis contradictione, si est iniusta poterit reuocari, quam not. pro ampliatione *l. quod iussit ff. de re iudi.* Secundo animaduertendum, quod qui testimonium dicit vigore monitorialium ad finem reuelationis tantum, potest, & debet repeti ad finem probationis, *Faber in decis. 5. C. de testibus.*

COLLECT. 996.

In l. iubendus, C. de sacrosanct. Ecclesiis.

BOna Ecclesiae prohibentur alienari inconsulto Principe, h. d. licèt de hac materia scripsi *in Collect. super cap. nulli de rebus Eccles. non a ienand. & in extrauag. ambitiosè*, vltra ibidem nota hic *decis. Osasc. 99* & sex casus in quibus possunt bona Ecclesiae alienari, vide per *Guid. Pap. decis. 100.* & de rebus Ecclesiae alienatis à Principe. *Affl. in decisione 361.* & quod non sufficiat aeris alieni narratio, sed illud subesse probari debeat,

tradit *Osasch. decis.* 172. res tamen Ecclesiæ absque solemnitate, & vtilitate non possunt alienari, *Balb decis.* 22. & est ipso iure nulla *Seraph decis.* 278. Limita primò in alienatione modicę terrulæ *idem in decis.* 401. Limita secundo in rebus alienari solitis *idem in decis.* 1490. & ratio est, quia res semel effecta alienabilis, censetur perpetuò absque solemnitate, *Garz. in decis.* 99. Limita tertio in rebus inutilibus & Ecclesiæ onerosis, *Guid. Pap. decis.* 156. Limita quartò, quādo contrahitur cum Papa, quia eius authoritas supplet defectum solemnitatis, *Capyc. decis.* 16. *Rot. collect. à Farinac. decis.* 300. quod amplia etiam si contractus cum Papa celebraretur, tanquam priuata persona, *Seraph. n. decis.* 1027. Limita quintò in alienatione rei de mensa Episcopali eius vita durante facta *Mohed. decis.* 7. Limita sextò, quando vna Ecclesia particularis alienat alteri Ecclesiæ particulari, quia tenet alienatio, cum finis prohibitionis de non alienandis bonis Ecclesiæ fuerit in consulendo indemnitati Ecclesiæ vniuersalis, vt decisum optimè affirmat *Truis. decis* 56. Limita septimò quando per alienationem nulla fuit sequuta traditio quia tunc non censetur translatum dominium, fuit dictum in vna *Placentina bonorum* 17. *Octobris* 1581. testatur *Seraph. decis.* 540. Sublimita si elapso tempore 40. annorum, quia tunc transfertur possessio, etiam ex contractu nullo, quando nullitas non est ex capite defectus consensus, *idem Seraph. decis.* 681. Limita octauò, vt tertius non possit dicere de nullitate contractus de rebus Ecclesiæ sine solemnitate, *Seraph. decis.* 278.

Nota generaliter hanc materiam quod tractatus requiritur etiam in præfatis bonis alienandis iuxta terminos *cap.* 1. *eod. tit. in sexto*, nec probatur per verba enunciatiua in instrumento apposita, *Balbus decis.* 20. aliquid per *Grammat. decis.* 79. *num.* 16. Sed requiritur alia probatio, *Guid. Pap. decis.* 151. *Borgnin. Caualc. decis.* 17. & ratio est, quia hoc modo probare est pro forma *Papon. lib.* 1. *tit.* 13. *arrest.* 3. *Guid. Pap. decis.* 149. *decis. Perus.* 93. aliquid per *Caualc. decis.* 16. *num.* 27. & vltra tractatum requiritur etiam nominatio omnium Capitularium, *Mohedan. decis.* 143. quod amplia procedere etiam, licet cedat in euidentem Ecclesiæ vtilitatem, *de Franch. decis.* 35. *Magon. decis.* 69. *Put. decis.* 310. *lib.* 1.

COLLECT. 997.

Super cap. in aliquibus, § fi. de Decimis.

IN Decimis attenditur consuetudo loci, h. d. Licèt consuetudo loci in Decimis, vt minores soluantur, ad hoc, vt valeat, requiritur probatio Papæ, *Boer. decis.* 236. & quod in illarum solutione attendatur Consuetudo, tradit *de Franch. decis.* 103. & 124. & Consuetudo Archipresbyteratus, & non Archiepiscopatus in modo soluendi decimas est attendenda, *Cardin. Put. decis.* 176. *lib* 3. & in hac materia requiritur tempus 40. annorum ad inducendam consuetudinem *Gomez Leo decis. diuers.* 77. & quomodo huiusmodi Consuetudo probetur tradit *Bellam. decis.* 455. & quod probari debet ex parte Rectoris tradit *Verall. decis.* 243. hinc est, quod si extat consuetudo immemorabilis, vt Decimæ soluantur de grano recondito in horreis si petantur solui in herbis, & fundis non est audiendus

diendus, *Balb. in decis.* 33. & existente consuetudine debetur etiam de venatione, & molendinis *Franc. Marc. decis.* 530. & Rusticus cogitur suis expensis deferre Decimas vsque ad Ecclesiam, *Cappell. Tholos. decis.* 433. & sine seminis, & expensarum deductione, *Franc. Marc. in decis.* 198. *part.* 2. *Capyc. decis.* 23. *Card. Put. decis.* 100. *Papon. lib.* 1. *tit.* 12. *arrest.* 12. & est soluenda de omnibus *Mohedan. decis.* 69. Animaduertendum tamen est, quod Consuetudo aliorum locorum est attendenda circa Decimas, *Mohed. decis.* 68.

COLLECT. 998.

In l. res iudicata. ff. de reg. iur.

RES iudicata pro veritate habetur, & ei in dubio standum est, h.d. Limita primò in Principe, qui poterit rei iudicatæ derogare *Mohed. decis.* 5. *de sentent. & re iudic.* Intellige in Principe Superiorem non recognoscente, aliàs secus, vt voluit *Iaff. cd. decis.* 122. *part.* 2. Intellige secundo, vt eius quæsitum ex sententia tolli possit per Principem, non tamen Dominium, *Rot. Roman. diuers. decis.* 368. *part.* 1. Sublimita sublimitationem nisi esset ius quæsitum ex contractu, quia non potest etiam de plenitudine potestatis, *Rot. decis.* 16. *n.* 7. *part.* 2. *diuers.* Amplia primam limitationem quanuis de potestate Principis in derogando rei iudicatæ loquatur, vt vt procedat, an extendatur etiam ad Ducem Mediolanum, quia ipse potest, ea quæ Supremus Princeps, pulchrè ac omnino videndus *Mohed. in decis. Rot. Roman.* 6 *de sentent. & re iudic.* Amplia secundo in Duce Mantuæ, quia ipse quoque iura Imperij obtinet, vt refert decisum *Sayr. in decis.* 13. *de consilio.* Amplia tertiò in quolibet Principe Superiorem non recognoscente, quia quilibet ipsorum potest per suum rescriptum Jus quæsitum ex sententia auferre, vt voluit *Magon. in decis. Florent.* 26. 60. & 73. Amplia & eo fortius in Imperatore, quia *clement.* 1. *de probat.* loquens in Papa, & in Principe locum etiam obtinet in Imperatore, *Mohed. decis.* 3. *de fide instrument.* Amplia quintò nedum in Principe, verum etiam in parte, quæ poterit iuri sibi ex sententia competenti derogare, *Rot. decis.* 114 *part.* 1. & 279. *part.* 2. & renunciare censetur quis rei iudicatæ patiendo, quod procedatur super meritis, & eadem causa instruatur, pulchrè *Mohed. decis.* 4. *de sentent. & re iudic.* referens ita decidisse *Rot.*

COLLECT. 999.

Super cap. si plures 21. *quæst.* 1.

COlligo ex hoc text. quod Commendatarius æquiparatur beneficiato, hinc euenit, quod ipse facit omnes fructus suos, sicut alij titulares perpetui, *Cassad. decis.* 35. *super regul. Put. decis.* 25. *lib.* 1. & talis commenda requirit ætatem, & alias qualitates legitimas, sicut verum beneficium, *Caputaq. decis.* 127. *part.* 1. quæ facit ad *c. nemo deinceps de elect.* Hinc est, quod regula de infirmis resignantibus intrat in commendis perpetuis, *Cassad. decis.* 32. *super regul.* aliquid per *Rot. decis.* 80. *lib.* 3. *diuers.* sicut etiam Regula de publicanis resignantibus locum obtinet etiam in Commenda, *Faber decis.* 40. *C. de Episcop. & Cleric.* Item in impetratione alterius beneficij, aliàs gratia erit nulla, *Put.*

decis. 172.*lib.*2.*Capyc.decis.*3.*nu.*6. Item talis Commenda inducit incompatibilitatem inductam à *c. de multa, de praebend. & extrauag. execrabilis, eod. titulo*, & hodie expressè disponitur per *Concil.Trident. sess* 7.*cap.*2.& 4. licet anteà secus dicebatur, *Cassad. decis.* 32. *super regul. Caputaquens. decis.* 147.*part.*1. *Put.decis.*333 *part.*1. *& decis.*275.*lib.*3. Item Regula de triennali procedit etiam in Commenda, *Rot.diuers.decision.*775.*par.*3. Item regula de verisimili notitia, *Cassad. decis.*50.*super regul.* Item Commendatarius perpetuus tenetur verificare narratiuam, sicut quilibet alius beneficiatus, *Put.decis.*154.*lib.*3. per quam decision. fuit recessum à *decisio.*147. *lib.*3.*eiusdem Put.* prius facta, vbi contrarium Rot. tenuerat. Item Commendatarius Abbas alicuius Monasterij, dicitur similiter Praelatus, *Rot. diuers.dec.*346.*part.*3. Hinc est, quod potest remittere denunciationes requisitas ad matrimonium, quae fieri deberent in suo territorio iuxta *Concil.Trident. sess.*24.*can.*1.*de reform. Sayr. decisio.*9.*de sponsalibus.* Item sicut beneficiatus potest suum beneficium ad fauorem resignare, iuxta *decision. tertiam Garz.* ita etiam Commendatarius, *Rot. diuers. decisione* 80.*part.*3. Item sicut beneficia sunt perpetua, ita pariter & Commenda, *Rot.decis.* 791.*part.*2. quicquid dicat *Rot. Bisignet. decis.*1.*in antiq.* In aliquibus tamen casibus beneficiato non comparatur, prout primo in casu *Put.decis.*272.*lib.*2. Item quia non potest talis Commendatarius agere spolia, *idem in decis.* 206.*part.*3. Item quia cessat per superuenientem nouum titularem, *Caputaq. in decis.*146.*num.*1. *part.*1.

COLLECT. 1000.

Ad l. ossa, ff. de religios. & sumptib. funer.

CAput sepulti potest exhumari pro facienda anatomia, h.d. cui congruit etiam titul. de cadaueribus punitorum, Limita, ac intellige quādo esset punitorum, aliàs secus, ita decisum refero *in decis. Cur. Archiep. Neap.*90. Limita secundò, vt nec ad effectum visitandi, ac cognoscendi exhumari potest, cum videretur agi de iniuria Ecclesiae, & ipsius sepulti praesertim, quando ex exhumatione poterat oriri scandalum, ita decisum refert *Macerat. in decis.* 112. & 23. ita pariter Ego respondi Illustriss. Cardinali Spinello mihi hoc petenti, allegando pulchram *decis. Caualc.* 16. *part.*5. licet aliud actum fuit, quaenam autem poena infligatur contra spoliantem mortuum tradit *Marta in decis.Rot. Pisan.*173.

COLLECT. 1001.

Super §. si quando, in Auth. vt nulli iudicum.

MVlier propter adulterium amittit dotem, h.d. Amplia primo procedere etiam in donatione propter nuptias, & bonis paraphernalibus, *Franc.Marc.decis.*513. Nunc limitatur & primo non procedere, quando vxor cōmisisset adulterium de consensu viri, vel vir cum alia muliere adulterium commisisset, *Balb.in decis.*522.*p.*3. Limita secundò, quando vir post adulterium ipsam vxorem adhuc receperit, & reconciliauerit, *Boer.in decis.*338. Limita tertio, quan-

quando mulier adultera habet patrem, tunc enim pater non amittit dotem propter filiæ adulterium, vt fuisse decisum Franciæ refert *Papon, lib.22. tit.9. arrest.5.* Limita quartò si talis adultera haberet filios ex primo matrimonio, *Rubin.in decis.339. Boer. in decis.338.* Limita quintò, si maritus adulterij occasionem præbuit, *Franc. Marc. in decis.729.* tunc enim sibi ipsi imputari debet ex regula *damnum de regul.iur.in 6.* Limita sextò si vxor per vim adulterium commiserit, *Papon.li. 3 arrest.23.* Limita septimò, vt licèt amittat dotem, tenetur tamē maritus illam subuenire pro victu, & expensis litis, vel consentire, vt fiat alienatio dotis, vt decisum refert *Papon.lib.24. tit.6. arrest.2.* Limita octauò, vt maritus, non obstante, quod vxor dotem amisit, tenetur tamen illam alimentare, *Peguer.in decis.20.* Amplia secundò, quod maritus pariter venit ob eius adulterium puniendus; qua autem pœna vide per *Papon.li.22.arrest. 2 & 3.* cui autem applicetur dos vide per *de Franch. in decis.421.*

COLLECT. 1002.

Super c.1. de Iureiur.in 6.

OFficiales in ingressu officij iurare debent, h.d. & ita decisum refert *Rot. diuer.Franc.lib.21.dec.4.* de cuius iuramenti forma, vide per *Papon.lib.4.tit.8.arrest.1.* Amplia primò, vt ad tale iuramentum præstandum cogendi sunt etiam Assessores, Idem *Papon.* qui dicit decisum *lib.6. tit.2. arrest.26.* Amplia secundo in casu *Franc. Marc. in decision.682.* vbi fuit dictum, quod quilibet Iudex debet iurare publicè officium suum exercere bona fide, & sine fraude, & nil dedisse pro officio; Amplia tertiò, vt præfatum iuramentum non possit eidem Officiali remitti, *Mynsing.cent. 2.obseru.76.* quam diligenter nota ad *tex.in c.tuis de testib* Amplia quarto, vt hoc iuramentum exigat tactum scripturarum vt pulchrè refert in *Rot. Tauri. decisum Thess.in decis.47.* quam not. ad ampliationem *gloss.in clem. ad nostram de magistris.*

COLLECT. 1003.

Super l. si in seruum. § si quis Iudex ff. de arbitris.

IN iudicem ordinarium compromitti de iure non potest, h.d. Limita primò in casu *decis. Balb.411.p.3.* vbi fuit dictum, quod in ordinarium compromitti non potest tanquam in arbitrum, sed bene tanquam in arbitratorem, quam not. ad *tex. in l.societatem, §.arbitrorum, ff.pro socio*; Limita secundò, in casu decis. *Rot. Sabaudiæ, de qua per Fabrum 2. C. de arbitris*, vbi in Iudicem ordinarium potest, tanquam in amicabilem compositorem compromitti. Limita tertio, in pulcherrimo casu *decis. Grammat.9.* Limita quarto existente stylo, seu ritu in contrarium alicuius Tribunalis, ita decido *Ego ipse in decis. Cur. Archiep. Neap.122.* & de hoc tex. qui limitatur quando in ordinarium compromittitur, vt in arbitratorem probat pulchrè *Guid. Pap.* omnino videndus *in decis.99.* ac etiam *Franc.Marc.in dec. 464.p.1.*

COLLECT. 1004.

In c.1.& 2.de in integrum restitut. in sexto.

ECclesia post quadriennium non admittitur ad petendam resti-

tutionem in integrum, h.d. Ex quo sequitur, quod intra illud tempus bene potest petere iuxta *dec Balb.*33. verùm debet probare læsionem *Guid. Pap. decis.*170 & quando dicatur lęsa tradit *Cavalc. decis.*16.*nu.*44.*& dec.*31. *num.*1 *p.*2. Quod amplia, vt possit illã petere etiam aduersus quadragenariam præscriptionem *Ego in decis. Curia Archiepisc. Neapol.*99. & aliquid per *Borgnin decis.*29.*p.*2. Limita nunc tex. tripliciter, & primo in casu decis. *Put.* 286. vbi fuit dictum, quod Ecclesia potest durante prælati alienantis vita, restitutionem petere, etiam quadriennio elapso, & sic limitatur *text. in l.fi. C de tempor. in integr. restit. Balb. decis.*329. Limitatur secundo in beneficialibus, nam in his admittitur quilibet ad restitutionem in integrum petendam post quadriennium, *Card. Put. in decis.*34.*lib.*1. Limitatur tertiò existente consuetudine in contrariũ, *Maynard. in decis.*200.*lib.*5. Limitatur quartò in Territorio Sabaudiæ, nam decennium subrogatum fuit loco quadriennij, *Faber. in dec.f.*1. *C. de tempor. in integr. restitut.* Limitari potest quintò in casibus *decis. eiusd.*2. *&* 5. *eod. tit.* in quibus habetur, quod filiæ restitutio datur tanquam minori, etiam post annos 30.

COLLECT. 1005.

Super Auth. quas actiones, Cod. de sacros. Eccles.

CONtra Ecclesiam præscribitur spatio 40 annorum, h.d. Sicut dicimus in simili de exemptione quæ per possessionem 40. annorum præscribitur *Sayr. decis.*2. *de rescriptis.* Item in Iurepatronatus *idem in decis.* 4. *de Iurep.* Item in bonis Hospitalium *Rubin. decis.*23. Limita nisi sit Ecclesia Romana, quia tunc exigitur tempus 100. annorum *Affl decis.*67. *Guid. Pap. dec.*161. *Raud. dec.*117 & ratio est, quia sola Ecclesia Romana gaudet priuilegio præfatæ præscriptionis, *Papon. lib.*11. *tit.*3 *arrest.*1. Limita secundò, vt Ecclesia admittatur ad petendam restitutionem in integrum aduersus præfatam præscriptionem, *Borgnin. decis.*29.*p.*2. *de contractibus*, quod amplia etiam in successore in Prælatura *Afflict. dec.*390. Limita tertiò, vt non procedat in actionib. personalibus, quia non datur tantum temporis, sed tantùm illud, quod datur à iure Ciuili, *Ego in decis. Cur. Archiep. Neap.*291. Limita quarto, vt Capitulum, & quęlibet Ecclesia possint interrumpere præscriptionem contra se currentem & mouere litem, si Prælatus negligẽs *Card. Put. in dec.*491. *li.*1. Limita quinto, quando vna Ecclesia vellet præscribere contra aliam, quod quomodo procedat, vide per *Papon. lib.*12. *tit.* 3. *arrest.*1. licèt præscriptio vnius Ecclesiæ ad alterã regulariter 40. annorum spatium exigit *Put. dec.*152. *lib.*3.

COLLECT. 1006.

Super c. cum pridem, de pactis.

POnit vnum modum, ex quo beneficij resignatio est nulla. s. quãdo interueniente pecunia fit. Adde tu alios decisos, & primò in ea, quæ fit ab accusato pendẽte accusatione, quod quomodo intelligatur, vide *Boer. in decision.*206. Secundò facta in fauorem certę personæ, quia tunc est simoniaca, licèt ex stylo, & certa sciẽtia Papæ vitium simoniæ purgetur, *Cassad. dec.*2. *de simonia*; Tertio commensio in resignatione constituenda re-

da respectu promissionis factæ de fructib.soluendis,dicitur simoniaca, quia ante litem mota neque fructus possunt in conuentionem deduci, *Mohed.decis.332.* Quarto quando ius aliquod remanet penes resignatem, *Put.dec.48.li.1.* quamuis non dicatur decedere à possessione beneficij resignãs, qui post resignationem fructus beneficij percipit, *item in dec.371.lib 1.* Quintò, dicitur pariter nulla si non fuerit facta métio de aliis pensionib. & beneficiis, *Caual.decis.:5.nu.46. de contractib.p.2.* Sexto, resignatio non publicata dicitur pariter nulla,&non vacat beneficium per resignationẽ, sed per obitum, *Veral.dec.71.p.3.* Septimò, si esset facta à procuratore post annũ sui mandati, *Papon.li.2.tit.8.arrest.17.* referens ita per *Rot.* decisum. Octauò, si esset facta per Procuratorem vigore Epistolæ missiuæ dicentis, quod ipse volebat resignare beneficium, vt pulchrè decidisse *Rot.* refert *Veral.dec.85.p.3.* Nonò, quando ille in cuius fauorem facta fuit resignatio non acceptauerit, quia remanet in suo primo statu, obtenta tamẽ prouisione à Papa, *Papon.lib.2.tit.8.arrest.17.* Decimò, si esset recepta à Vicario, quia nõ potest illam admittere, *Domini de Rot.dec.1.de renunciat.in Ant.* Vndecimo, si esset facta cũ promissione pensionis excedẽtis medietatem valoris beneficij, ita pũctualis *decis.Triuis.2.p.2.* sed valida redditur in nonnullis casibus, & primò infirmus resignans sub fide, & promissione retrocedendi in casu côualescentiæ valet, & sanus factus restituitur contra suam resignationem, *Papon.lib.1.tit.11 arrest 4.* Item valet si procurator mandatum habuerit ad resignandum cum reseruatione omnium fructuum, & resignet cum medietate, *Crescen.decis.8.de renun.* Itèm valida est in casu *Verall.in decis.78.p.2.*

COLLECT. 1007.

Ad Doctr.Panormit. in c.querelam, de Prælatis,&c.

Recepta est opinio secũdum eũ, quod successor Prælatus non tenetur stare locationi, vel cõductioni prædecessoris, & ita decisum refert *Balb.dec.229.* & istud prouenit ob id quod vti singularis successor non tenetur stare colono iuxta terminos *l. emptorem, C.locati,* & ita decidit *Put.decis.181.lib.1.& idem decis 421. eod.lib. Balb.dec.212.* quod amplia primò procedere etiam si locatio esset facta ad non modicum tẽpus, quia licèt per eum acquiratur ius in re, etiã in bonis Ecclesiasticis, tamen successor non tenetur seruare factum antecessoris, *Bella. dec.747.* licet in illa locatione essent necessariæ eædẽ solemnitates, quę in alienatione requirũtur, *Papon.lib.1.tit.13 arrest.4.* Amplia secundò, etiã si fructus essent ipsi colono specialiter, aut fundus conductus, ac denique bona omnia locatoris ipsi cõductori hypothecata, *Faber dec.15.Rot. Saband 19 C.locati* licèt in aliis sit secus ex decis. *Marilian.Rot.Genuen.dec.14.* Animaduertendum tamen est, quod vt præfata cõclusio Panor. procedat quatuor concurrere debent. Primò, quod locatio facta fuerit nomine Ecclesiæ; Secundò vt sit facta pro vtilitate Ecclesiæ. Tertiò, vt pecunia conuersa sit in vtilitatẽ Ecclesiæ; Quartò, vt interueniat auctoritas Superioris, ita hæc omnia tradit decidenda *Poltd.Rip. in obseruat.115.*

Sed quæro num respectu anni cœpti teneatur successor stare locationi pro anno cœpto moriente antecess-

ſore, quæſtio hæc accidit in Cur. Archiep. Neapol. in qua diximus, quod bene tenetur nouus Dominus ſtare Colono, ſi idē Colonus fundum ſeminaſſet, & ſumptus feciſſet, & ad hunc tantùm finem non equidem vt cōductor perſeueret cum pactis initis cum anteceſſore, verùm, vt tanquam Colonus quidā partiarius fructus anni cœpti diuidat cum ſucceſſore, vt decidit *Borgni. dec. 44. ver. & quod pro illo anno*, ſecus ſi nullas adhuc illo anno cōductor feciſſet impēſas, quia tunc nec ſi ſit partiarius tenetur ſucceſſor ſingularis ſtare Colono ex *dec. Cacher.* 82. ſecundùm quā decidimus *die 22. April.* 1612. vt patet *in deciſ. mea* 300. & ita tenuit *Polid. Rip. d. obſer.* 115. Intellige tamen præfata dūmodo locatio rei Eccleſiæ fiat intra tempus permiſſum, *Boe. dec* 224. *Pap. li. 1. tit. 13. arreſt. 5. Caualc. deciſ.* 14. *de contractibus*, aliquid per *Afflict. in dec.* 107. *n.* 2. & 4. & ad mat. *vide Card. Put. dec. 2. lib. 2.*

COLLECT. 1008.

Ad Deci. Rot. 179. p. 2. Diuerſ.

Beneplacitum Apoſtolicum, ſeu aſſenſus per lapsū 30. ann. præſumitur, h. d. quæ opinio corroboratur ex eo, quia per tēporis diuturnitatē præſumatur omnia ſolemniter acta iuxta terminos *l. ſciendum, ff. de verb. obli.* & facit *de.. Balb.* 300. quicquid dicat *Card. Put. in dec.* 265. *lib.* 2. ſ. quod ſolēnitates extrinſecæ in alienatione rei Eccleſiæ ſpatio 70. an. præſumūtur interueniſſe, quia reſpondetur, quod procedit, quādo ſolemnitates illæ non fuerunt enunciatæ ſecundū *Maynard. in dec.* 409. *li.* 5. Amplia concluſionē principalē, quando cū præfato temporis ſpatio cōcurreret perſeuerantia partium in ipſo cōtractu, cum afflictorum ſolutione, prout Romæ iudicatū teſtatur *Gabriel. deciſ.* 88. *lib.* 1. Amplia ſecundò, vt alienatio facta ſuo beneplacito Sanctiſſimi, Donec obtentum ſit beneplacitum, non tenet, & interim impeditur Dominij tranſlatio, vt fuit dictum in vna *Tiburtina Caſtri Viuarij 4. Decembr.* 1587. *coram Seraph* vt patet in *dec. eiuſd.* 805. Amplia tertiò, vt præſumptio aſſenſus Apoſtolici, ex præfato tēporis ſpatio reſultans, non interrumpatur per interpellationem hęredi factam, qui veriſimiliter factum ignorat, *Idem Seraph dec.* 1042. Nunc limita ſi infra ſpacium 30. ann. ſuper alienatione aliqua lis per partes mota fuiſſet, *Rot. Diuer. dec.* 160. *vol.* 2. & ratio eſt, quia huiuſmodi præſumptio fūdatur partiū taciturnitate *Ego in deciſ. Curia Archiep. Neap.* 190. *Sayr. dec.* 3. *de Cenſibus*; Limita ſecundo vbi ex inſtrumento conſtaret ſolēnitatem fuiſſe defectiuam, & minus legitimam, vt aliquid per *Caſſad. deciſ.* 3. *num.* 6. *de procurator. Cau.* qui alios concordes adducit ſub *n.* 24. *dec.* 29. *de contra. p.* 2. Limita tertiò, vt vera ſit concluſio ante litē motam, ſecus verò poſt, vt fuit dictum in *vna Mediolanenſ. bonorum S. Celſi.* 5. *Maij* 1597. vt patet in *dec. Serap.* 1228. Limita quartò, vt nō procedat ſi adeſſent præſumptiones, & coniecturæ in contrarium, quia tunc ceſſat præſumptio aſſenſus, vt fuit dictum in vna *Anconitana de Gozzis 25 Iunij* 1584. *Seraphin. deciſ.* 681. & ratio eſt, quia præfata præſumptio procedit, quando pro ea extant coniecturæ vrgentes, vt fuit dictum in *vna Romana Caſalis de Ficcbis 15. Iunij* 1587. vt patet *in deciſ. eiuſd. Seraphin.* 792. Limita quintò, vt prædictum tempus 30. annorum non intelligatur currere, niſi data ſcientia, & patientia cuiuſlibet

Recto-

Rectoris, seu Prælati successoris, *Canalc. decis. 46. nu. 29.* Limita sextò, vt vbi non constat de beneplacito Apostolico, alienatio non possit dici solemnis, etiam quod ex lapsu temporis, possit præsumi ad effectum, vt vnica sufficiat pro solito, vt fuit dictũ in vna *Romana Domus 15. Febr. 1604.* vt patet *in decis. Seraph. 1490.* Limita septimò, si apparet de supplicatione prædicti assensus, ac de commissione facta à Pontifice delegatis ad confirmandum si in euidentem, &c. & de ipsa confirmatione, seu commissariorum Decreto subsequuto non constaret, nam tunc extante temporis spatio, non præsumitur interuenisse, vt fuit decisum *in Cur. Archiep. Neap.* refero *Ego ipse in decis. 300.*

COLLECT. 1009.

Ad gloss. in l. 2. C. de Episcopali audientia.

CElebris est in illa Juris dubitatione, quod scilicet actus necessarij sint ad inducendam consuetudinem, & censet binos actus sufficere. Intellige primò si actus eo animo fiant, vt inducatur consuetudo, aliàs secus, pulchrè *Cacher. decis 99. & Rot. Genuen. decis. 17.* Intellige secundò, si actus illi fuerint facti scientib. & consentientibus omnibus, *Bellam. decis 65.* Hinc est, quod articulus formatus super cõsuetudine debet concernere actus, & eorum frequentiam *Io. Gall. decis. diuers Franciæ 91.* Intellige tertio, vt ex actibus Populi difformibus, non probetur consuetudo, vt decisum refert *Mynsing. cent. 6. obseru. 42.* Limita quartò in Juribus concernentibus singulos, vt tales, & non vt vniuersos, factum vnius alteri non nocet, nec ex illis actibus consuetudo aliqua inducitur, *Bellam. in decis. 616.* Limita quintò si bini actus fierent incontinenti, non autem ex interuallo, *Viu. in decis. 313.* Limita sextò, si non fierent intra tempus, vt in terris Imperij tempus decem annorum: In terris vero Ecclesiæ spatio 40. annorum, *Gomez. Leo in decis. 77. & 14. Rot. diuers. Franciæ;* Limita septimò in actibus extraiudicialibus, quia consuetudo inducitur per binum actum iudicialem, secus extraiudicialem, *Balb. in dec. 121.* Limita octauò in mulieribus, in quibus, per earum actus non inducitur consuetudo, ita decisum refert *Balb decis. 117.* quam nota ad text. *in l. de quibus, ff. de legibus.* Animaduertendum tamen, quod ad hoc, vt principalis gloss. procedat, necesse est, vt consuetudo sit saltem decennalis, vt fuit dictum in vna *Ispalen. Iuris nominan. 6. Nouembr. 1583.* vt patet *in decis. Seraphin. 695.* Item quod ex his, quæ variè seruata fuerint, non inducitur consuetudo, nisi varietatis certa, & determinata causa probetur, vt fuit dictum in vna *Meliten. Præcedentiæ 5 Decembris 1578. Seraph. decis. 381.*

COLLECT. 1010.

In l. 1. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico.

PRiuilegium Principis semper debet intelligi citra iniuriam, ac tertij præiudicium, h. d. Ex quo infero, quod illud semper restringi debet, vt sit conforme æquitati, ac honestati, *Osasc. decis. 90.* Infertur secundò, quod rescriptum gratuitum per quod præiudicium alteri affertur est inualidum, *Bellam. decis 738* Infertur tertiò ad decision. *Mynsing centur. 4. obseruat. 8.* vbi fuit dictum quod in

Principe rescribente contra tertij præiudicium, non præsumitur iusta causa. Infertur quartò *ad decis. Franc. Mar. 394. & 451.* quod amplia etiam si in eo adiecta esset clausula motus proprij, quia ipsa de sui natura non tollit præiudicium tertij, vt refert decisum *Pap. lib. 3. arrest 15 Bellam. in dec. 751.* & ratio præfatæ conclusionis est, quia cum priuilegia sint contra ius commune, ideo restringenda, & non amplianda, etiam si in tertij præiudicium non vergeret, *Gomez Leo decis. diuers. 31.* verum licèt recipiant interpretationem restrictiuam, & limitatiuam, non tamen destructiuam, *Bellarm. decis. 738.*

Collect. 1011.

Super l. ius ciuile, ff. de Iustitia & Iure.

HIc sedet mat. statuti, & h. d. in summa, quælibet vniuersitas, ac populus Iurisdictionem habens, statuta condere potest, hinc vniuersitas in pertinentibus ad administrationem rei suæ libere statuere potest *Osasch. in dec. 17 Franc. Marc. in dec. 801.* Item inferiores Iudices statuta condere possunt, & non nisi eo die publicationis ligare incipiunt *Marc. decis. 62.* Item Magistri alicuius artis statuta condere possunt, vt decisum refert *Franc. Marc. in decis. 617. part. 2.* Intellige tamen in concernentibus eorum officia, & pro tempore officij, *Idem in decis. 794. parte 2.* quam not. ad text. celebrem *in l. magisteria. Cod. de iurisd. omn. iudic.* Item Collegium etiam si iurisdictione careat, Intellige super iis, quæ ad eius administrationem pertinent, non tamen poterit imponere pœnam statuto, nisi de consensu statuentium procedat, vt decisum refert *Cappell. Tholos. decis. 406.*

Collect. 1012.

Super Concil Trid. sess. 24. c. 20. §. propterea.

QVi disponit, quod appellans tenetur actorum copiam suis expensis ad Iudicem ad quem transportare, & propterea ante actorum transportationem Iudex ad quem vllam Iurisdictionem habet, vt decisum refert *Rot. Lucens. diuer. dec. 73.* & talis sic appellans venit in expensis condemnandus, vt est punctualis *decisio. Balb. 91.* Amplia primò text. vt acta in causa appellationis integra edi debent, quod si non fiat, processus super iis factus, nullus censetur, vt fuisse decisum refert *Farin. in Colle. in decis. 20.* licet in dubio transportatio actorum, ac processus integer præsumatur, vt refert decisum *in Rot. idem in decis. 28.* Amplia secundo, vt ex isto tantùm capite sententia censetur nulla, *Idem in decis. 104.* Amplia tertiò, vt Conc. locum etiam habeat, & in causis profanis vt fuit resolutum in vna *Trident. bonorum 17. May 1586.* refert *idem in decis. 106.* Amplia quartò, vt procedat Concil. nedum de actis, ac gestis coram Episcopo, verum coram quocunque Judice, vt decidit *eadem Rot.* refert *idem in decis. 107.* Nunc limita præfati text. dispositionem, & primo in casu omnino videndo *decis. Rot.* penes *eundem Farinac 811.* vbi fuit dictum in prædicta Concilij dispositione non esse necessariam transportationem, nisi in causis appellationum, ita vt necessario transportari debent acta facta coram Judice, à quo, ad Judicem ad quem fuit appellatum, vt illis visis pronun-

pronunciare possit ad probandam, vel reprobandam sententiam latam à Judice, à quo, ita enim sæpe declarauit Congregat. Conc. & ita tenuit iterum *Rot. in vna Conthensi. Limitum die 17. Iunij 1596. coram Pamphilio.* Limita secundò, vt transportatio actorum non sit necessaria, quando lis esset diuersa, vt pariter *Rot.* decidisse testatur *idem in decis.* 812. Pro Cotonide tamen nota quod sententia antiqua probat acta, quando in ea de illis fit mentio, vt refert decisum *in Rot. P. dem. Cacher. in decis. 13. & de dec. Rot. Luc* testatur *Magon. in decis eiusdem Rot. 72. in fin.* Limita tertiò in appellatione ab interlocutoria, vt optimè decidendo explicat *Guid. Pap. in decis.* 20.

COLLECT. 1013.

Super cap. ea quæ fiunt à Iudice, de regulis Iuris in sexto.

EA, quæ fiunt à Judice, si ad eius non spectant officium, viribus non subsistunt, h.d. Habet tamen Judex potestatem gratificandi, *Balb. in decis.* 91. Item potest ex iusta causa pœnam statutorum augere, vel minuere, *Guid. Pap. in decis.* 216. quam amplia etiam existente iuramento super statutis præstito, vt refert decisum *Mynsing obseru 54. centur. 2.* quam nota ad ampliationem text. *in c. 1. de iureiur. in sexto.* Item poterit Judex simulare, & terrere, & reum alligare eruendæ veritatis causa, ita *Fran. Marc. in decis. 516. part. 1.* quam intellige in foro exteriori, secus autem in foro conscientiæ vt decisum refert *idem decis. 68. part. 2.* Item potest Concilium conuocare, *idem Franc. Marc. in decis. 640.* Item poterit Judex in suo territorio secundùm casus exigentiam statuere, vt non transportentur fruges extra territorium, *idem in decis. 236. part. 2.* Amplia, vt possit statuere in omnibus, quę suum officium concernerent, *Fran. Marc. in decis. 794. p. 2.* Item Judex cui potentia deest, malefactores detrudendi in vinculis, populum coaduna re potest cum armis, *idem in decis. 576. part. 2.* Item potest sæpius deliberare, vt ex variis opinionibus alteram præeligere, *Rot. decis. 55. de rescript. in antiq.* & puniri potest, si magis communem reliquerit opinionem, vt refert decisum *Balbus in decis. 15.*

COLLECT. 1014.

Ad Rub. quæ sunt Regalia.

NOnnulla vtilia, & satis ad praxim cōducibilia scripsi in Collect. 727. super nigro huius tit. Nunc addo alia vtiliora ad Rubr. ipsam, præsertim in enumeratione eorum, quæ regalia dicuntur, prout sunt primo flumina, *Franc. Marc. decis. 40.* aliquid per *Afflict. in decis. 388. num. 13.* Secundo ius perquirendi aurum in fluminibus, *idem Franc. Marc. in decis. 121.* Tertio ius exigendi vectigal, tamen licèt sit de regalibus, poterit tamen per cōsuetudinem acquiri, *Guid. Pap. in decis. 498.* Quarto fiscum habere, *Franc. Marc. in decis 134.* & quod Episcopus dicatur habere fiscum, vide *decis. meam* 400. Quinto ius cudendi monetam, nam ad solum Principem spectat, qui solùm regalibus gaudet, *Franc. Marc. decis. 206. part 2.* & si fuerit facta concessio poterit reuocari, *Papon. lib. 5. tit. 1. arrest. 1.* Sexto mulctę, pœnæ, & confiscationes, *Balb. in decis.* 390. & aliquid per *Capyc. in decis. 185.*

nu. 4. num autem venatio numeretur inter Regalia, vide *Gramm. decis* 67.

COLLECT. 1015.

Super cap. præsumitur, de regul. iur.

REgulariter præsumitur ignorantia, nisi probetur scientia, h.d. Limita primò, vt vera sit regula, quãdo fuit allegata supina ignorantia, aliàs secus, *Bellem. in decis.* 561. *Gayll. obseru.* 48. *lib.* 2. & aliquid per *Ioseph Lud. in decis.* 19. *num.* 22. Limita secundò in facto proprio, in quo regulariter præsumitur scientia, *Egomet in decis. Cur. Archiep. Neap.* 22 Sublimita meam decision. si de damno vitando certaretur, quia præsumitur quoque ignorantia, vt decisum refert *Gayll. obseru.* 48. *lib.* 2. Sublimita secundò quando factum esset antiquum, vel valde intricatum *Balb. in decis.* 99. Limita tertio, quando ignorantia esset affectata, quia habetur pro scientia, *Gayl. d. obseru.* 48. *nu.* 18. quam nota ad text. *in c. cos. de temp. ordin in* 6. Limita quartò quando ignorantia esset nimis crassa, & supina, quia talis pro scientia habetur *Polid. obseru.* 48. *lib.* 2. Limita quintò in iis, de quibus est publica vox, & fama quia præsumitur quod vnusquisque sciat, *Mohed. in decis.* 196. & aliquid per *Capyc. in decis* 69. *nu.* 18. *& Gramm. in decis.* 56. Amplia hanc limitationem procedere, vt nec de eo prætendi possit ignorantia, *Rot. Genuen. in decis.* 14. quam nota ad celebrem *gloss in l. fin C. de suspect. tutorib.* Amplia secũdò, vt præsumatur ignorantia crassa nescire ea, quæ in Ciuitate publicè promulgantur, *Osasch. in decis.* 71. Limita sextò, vt præsumatur pariter scientia in excogitatis, *Bellam. in decis.* 158 Limita septimò vbi agitur de censuris, & priuatione, quia præsumitur intimatio, & scientia vera, *Mohed. in decis. fin. de dolo & contum.* Limita octauò in facto cognitione facultatum, quia præsumitur scientia *Franc. Marc. in decis.* 904. *part.* 2. & aliquid per *Cassad. in decis* 5. *num.* 14. *de constitut.* Sublimita in magnis facultatibus, *idem Fran. Marc. in decis.* 868. & aliquid per *Gramm. in decis.* 103. *nu.* 34.

COLLECT. 1016.

Super l. si in rixa, ff. de Sicariis.

PRo ornamento huius text. vide *Ioseph Ludou. in decis. Lucan.* 16 & quomodo homicidium à pluribus animo deliberato commissum in re dubia sit puniendum, vide *Thess. decis.* 31. licèt in rixa si plures accesserint, licèt tantùm vnus percusserit, omnes tenentur, *Balb. decis.* 13. Rixæ tamen inceptor tenetur pœnæ vltimi supplicij, *Maynard. decis.* 30. *lib.* 2. si tamen ignoratur inceptor, omnes tenentur pœnæ extraordinariæ, *Ioseph. Ludo. cit. decis.* 16. *Fran Marc. in decis.* 767. *part.* 2. *& decis.* 503. *part.* 1. aliquid per *Gramm. decis.* 25. *num.* 6. Limita tamen in quatuor casibus, de quibus per *And. Gayl. obseru.* 109. *lib.* 2. *Rot. Auenion. decis.* 93. *Boer. decis.* 83. & an aggressus, vel aggressor quis præsumatur, vide *Boer. decis.* 137. Limita tamen text. vt homicidium commissum in rixa punitur absque dolo, & pœna exilij, vel relegationis per quinquennium, *Gramm. decis.* 17. *& in decis.* 98. *num.* 6. *Ioseph Ludou. cit. decis.* 16.

COLLECT. 1017.

Super cap quoniam contra, de probat.

ACta Iudicij debent à Notario scribi, aliàs non valent, h.d. Con-

Concordat cũ Ritu M.Cur.159. Amplia primo etiam si illa reperirentur scripta de partium consensu, & voluntate, vt pulchrè refert decisum *Franc. Viu. in dec.* 48 & ratio est secundùm *Medic. in dec Rot. March* 99. quia partes non possunt publicis sollemnitatibus renunciare, quam not. ad *tex in l. priuatorum C. de iurisd. omnium Iudicum* Amplia secundò tam in causis ordinariis, quàm delegatis, *Bottr. in dec* 258. Amplia tertiò, etiam si Iudex esset Notarius, quia non potest scribere acta penes se, vt *Ego met* refero decisum *in decis* 29. Amplia quartò procedere tam in cognoscendo, quã in exequendo. *Franc Marc. in decision.* 623. Amplia quintò vt Iudex non tenens magistrum actorum possit quidem debita pœna puniri, *Papon. lib 6. tit.6 arrest.3. & 4.* & ita aliàs Sacra Regia Barensis iudicauit citando ad informandum Capitaneum Casalis Trinitatis super aliquib. obligationibus scriptis per eũ penes Acta Curiæ, vt refert *Viu. in cit. dec* 48. *in 2. dubio.* quam nota. Nunc verò limita text. conclusionem, & primo non procedere in causis voluntariæ iurisdictionis, quoniam in illis poterit idem esse Iudex, & Notarius, *Ego ipse in d cis.* 234. quam no. ad originalem Doct. *Bald in l. 1. § huius, ff. de I stitia & iur.* Limita secundo in casu leuibus, vt pulchrè refert decisum *Balb. in dec.* 215. quam not. ad ornatum tex. *in Auth. in leuib. C. de Iudic. qui malè iudicauit.*

COLLECT. 1018.

Super c. num in generali, de offic. Vicarij in 6.

IN generali commissione facta Vicario ab Episcopo nõ veniunt ea, quæ mandatum exigunt speciale, h. d. Ex quo infero primò, quod Vicarius generalis non potest supprimere beneficium absque speciali mandato, vt pulchrè *in Rot.* decisum refert *Put. in dec* 53. *lib.3.* Infero secundò, quod nec ardua explicare, quia in illis requiritur mandatũ speciale, *Cassad. in decision. 3. de procuratorib.* Infero tertiò, quod nec sine speciali mãdato potest perpetuum Vicarium ponere *Idem Put. in d. cision.* 239. Infero quartò, quod non potest Locum tenentem creare, *Idem in decis.* 168 *lib.1.* Infero quintò, quod nec in mandato generali eis facto comprehenditur facultas vniendi operarias, *Mohed. in decis. 1 de offic. Vicarij*, licèt aliàs in vnione aliorum nõ requiritur speciale mandatum, vt pulchrè referr decisum *Idem in dec. 3 eo. tit.* Infero sexto, quod non potest absque speciali mandato admittere resignationes, *Mohed in decision. 2. eod tit.* Limita quando haberet mandatum ad prouidendum, cõferendum cum omnimoda potestate, ac plena, libera, & generali administratione, *Balb. in decision* 22. Infero septimò, quod non potest absq; speciali mandato conferre beneficium, *Rot d. c 1. de offi. Vicarij* Infero octauò, quod nõ potest interponere authoritatem alienationi rei Ecclesiæ, *Cappel. Tholos. in decis.* 97. quam not. ad *extrauag Paulinam.*

COLLECT. 1019.

Super l. vnica. C. vt quæ desunt aduocatis.

IVdex potest supplere iis, quæ desunt Aduocatis, h.d. Infertur primò, quod Iudex potest supplere de facto in causa pia, & dotis, *Afflict. in dec.* 371. Infertur secũdò, *ad dec. Gram-*

mat. 15. vbi fuit dictum, quod Iudex potest condemnare in alio, quã fuerit petitum per Aduocatum, quando habet potestatem iudicandi, sola facti veritate inspecta; Infertur tertiò, *ad decis. Affl.* 95. vbi quãdo fuit actum ad vnum, & postea discussum est inter partes de alia mat. non petita poterit super illa pronunciari; Infertur quartò, quod Iudex specialis potest pronunciare vltra petita sine reconuentione, ideò ex officio condemnat ad restitutionem pignoris soluto debito, licèt hoc non fuerit petitũ *Affl. in dec.* 32. & per consequens potest Iudex sententiam dicere, super successiuo eius, quod principaliter agitur, *Balb. in dec.* 29. Infertur quintò, quod Iudex potest condemnare partem in fructibus, interesse, & expensis, licet illa à partibus non petantur, & hac saltem ex claus. iustitiam ministrare, vt decisum refert *Guid. Pap. in dec.* 405. Infertur sextò, quod Iudex potest supplere ex officio in exceptione implementi nõ sequuti, *idem in dec.* 222. & aliquid per *Rot. Genue in decis.* 78. *nu.* 5. *& Ioseph. Ludou. in decision. Lucens.* 2. *n.* 5. Tex. tamen conclusionẽ limita multipliciter, & primò, vt non suppleat in non petitis, *idem in dec.* 9. vel & secundò super non productis in actis, quia debet iudicare ex deductis in actis *Cassad. in decis.* 12. & quando Iudex non suppleat defectum partis, vide per *Magon. in decis.* 99.

COLLECT. 1020.

Super Bar. in l. & quia poterat, ff. ad Trebellianum.

EST cõmuniter receptum in quæstione illa, quod sententia lata à Iudice recusato, sit ipso iure nulla; Amplia primò, vt nec possit interesse, quando vocatur causa, licèt non det suum votum, vt decidit *Papon. li.* 7. *tit.* 9. *arrest.* 7. *&* 7. & aliquid per *Capyc. in decision.* 138. Limita primo in pulchro casu *decis. Achill. de Graff* 2. *de except.* vbi fuit dictum, quod processus factus cum Iudice recusato simul cum non recusato valet, quamuis ambo insolidum sint dati; Intellige tamen procedere quando Iudex non recusatus esset, ita simul datus cum alio, vt vnà possit procedere etiã alio non expectato *Balb. in decis.* 29. & ita pariter decisum refert *in Rot. idem de Graff cit. decis.* Limita secundò parte non appellante, quia validus est processus de stylo *Rot. idem Achill. de Graff. dec.* 1. *de exceptionibus.* & ratio est, quia processus factus per Iudicem recusatum post appellationem per recusantem interpositam est nullus, dato, quod non fuerit appellationem prosequutus, *idem in decis.* 3. *de appellat.* Limita sextò, si Iudicis recusatio esset tantùm interposita, non autem super ea esset pronunciatum, quia tunc eius iurisdictio non suspenditur *Maynard. in decis.* 99. *lib* 3. quam not. ad celebrem text. *in c. si Iudex, ab Apostolica, de offic. delegat. in* 6. Limita quartò, quando recusatio probetur iniusta, quia valet processus *Cappell. Tholos. in decis.* 479 *& ibi addit.* Limita quintò, quando causa suspicionis est notoriè frustratoria, quia tunc illa non obstante, Iudex recusatus potest procedere ad vlteriora, vt pulchrè decidit *Framb. Marc. in decis.* 705. *part.* 2. quam nota ad ornatum text. *in c. cum de appellationibus, de appellat. in* 6. Limita sextò, quandò Iudex esset recusatus post litem contestatam, quia tunc non obstante recusatione potest in causa procedere,

Franc.

*Fran.Mar.in decis.*725.& ratio est,quia huiusmodi exceptio debet opponi ante litem cõtestatam, *Mynsing. obser.* 59. *cent.*3. *Gayl.obser.*74.*li.*1.quam no. *ad glo. in l.apertissimi. C. de iudiciis*, & ad materiam vide *Osasc. in dec.*84. *Cappell. Tholos.in decis.*479.*Put.in dec.*370.*li.*1.

COLLECT. 1021.

*Super Concil. Trident. sess.*25.*c.*13. *de regularibus.*

Regulares ad publicas processiones accedere compelli possunt per Episcopum, h.d. Limita primò quando præfati Regulares abessent à Ciuitate vltra dimidiũ miliare,quia hoc casu non tenentur ad processiones accedere, *Egomet in decision. Cur. Archiep. Neap.*131. & ita censuit Sacra Congr. Amplia procedere limitationem etiam in Clericis longè absentibus à Ciuitate,quia de consuetudine non tenentur venire, *Seraph.decis.* 13.*p.*1.&ita habes limitationẽ ad tex. *in c. nimis*, *de excessibus Prælat.* quam ampliationem subamplia in omnib. Clericis Diœcesanis quantumuis exemptis, etiam beneficia simplicia, in Diœcesi obtinentibus, vel officia, puta si deseruiant pro Cappellano, & in Ecclesiis exemptis, *Gratian.dec.* 232.& ita *Sac.Congreg.* Limita secundò si processiones fierent pro leui causa, quia tunc minimè compelli possunt,vt decisum refert *Cappel.Tholos. in decision.* 482. quam not.ad originale *Consil.Calder.*8. *de regularib.* De ead. mat. vide quæ scripsi suprà *in Collectan.*882.

COLLECT. 1022.

Super l.non est nouum, C.de edendo.

Regulariter cogitur quis edere publicas rationes, h.d. Prout primò instrumentum producens in actis causæ, & postmodum dicens se nolle illo vti,potest ad ipsius exhibitionẽ cogi, *Guid.Pap.in decis.*243 quia probationes aduersario subtrahens perdit causam, *Boer.in decis.*292.& instrumenti perditio iuramẽto probatur, *idem Guid.Pap. in decis.*244. Hinc secundo descendit, quod acta producta si quis occultet, & non vult exhibere illi certum tempus, debet Iudex statuere intra quod exhibeat, qua exhibitione nõ facta debet pronunciare ipsis de cætero nullã fidem esse adhibendã,& pars potest priuari illorum cõmodo,vt decidit *Guid.Pap. in decis.*45. Hinc tertio descẽdit,quod habens originale, debet condemnari ad illud exhibendum, *Rot.Genue.in dec.*175.Hinc quarto,quod quis tenetur exhibere rem,de qua agitur,si petatur,vt testes eam recognoscant etiã in criminalibus, *Cappell.Tholos.in decis.* 164. Hinc quinto,quod recognitio est facienda integra apocha banchi exhibita, *de Franch.in decis.*304.

COLLECT. 1023.

Super l.vsufructu. C.de vsufructu.

Vsufructuarius tenetur præstare cautionẽ de vtendo,& fruendo arbitrio boni viri, h.d. Amplia vt nõ sufficiat iuratoria cautio, *Osasc.in dec.*153.& ratio videtur esse,quia cautio simpliciter prolata intelligitur de fideiussoria, *Rubin.in dec.*29.quæ facit *ad l.sancimus C. de verb sig. Gayl. obseru.* 47.*lib.*2.Amplia secundo huiusmodi cautionẽ esse de substãtia vsusfructus *Franc.Marc.dec.*872.Amplia tertio nõ posse remitti per testatorem, *idem in decision.*876.& facit tex.*in l.*1.*C.de vsu-*

fruct. Amplia quartò ante præstitam cautionem non facere fructus suos, *Balb. in decis. 90. Egomet in dec. 23 Cur. Arch. Neap* Limita hanc ampliationē, quādo vsufructuarius ingressus fuisset possessionem sine vitio sciente, & non contradicente hærede vniuersali, *Gayl. obseru. 46. lib. 2.* aliquid per *Ioseph Lud. in decis. 3. nu. 9. & 12.* Limita secūdò, vt vsufructuarius nō cogatur satisdare, nisi petente quod si nō fuerit petitum, nec fuerit constitutus in mora per proprietarium interim facit fructus suos, licèt non præstiterit cautionem, *Fab. in decis. 3. C. de vsufr.* & ratio est, quia licèt vsufructuarius nō lucratur fructus sine cautione, fallit si proprietarius negligat illā petere, vt decisum refert *Mynsing cent. . obser. 6. ex Consf. Duty. ōmunter receptu 607. & 608.* Amplia quintò procedere etiam in vsufructu vestium, & aliorū bonorum mobilium, *Thess. in dec. 80. Viu. dec 410. lib. 3.* & est communis opinio secundùm *Ioseph. Ludou. in decis. 61. n. 15.* & hoc casu tātummodò cautio dicitur de substantia, *Gayl. obseru. 46. lib. 2.* Nunc limita & primo in donatore donāte reseruato sibi vsufructu: quia talis non tenetur ad hanc cautionem, nec priuatur fructib. sibi reseruatis, *Cach. dec. 153* Limita secūdo quando non reperiretur persona, cui posset legitimè hæc cautio præstari, *Ego ipse in decision. Curia Archiep. Neap. 38. Ioseph. Ludou. in dec. 31. n. 6. & 8.* Limita tertiò existente cōsuetudine in contrarium, *Franch. Marc. in decis. 816.* Limita quartò quādo vsufructuarius non poterit illā præstare propter eius paupertatē, *Rubin. dec. 100.* & in hoc not. pulchram praxim, quod illo casu potest proprietarius respondere, & annuam pensionem soluere pro fructibus. *Mynsing. obseru. 48. centur. 6. Io. Pap. lib. 14. tit. 1. arrest. 11.* Limita quintò, vt quamuis vsufructuarius cautionem præstitisset, nihilominus si abutatur vsufructu, posset expelli, *Anton. Faber. in decision. 2. C. de vsufructu.*

Collect. 1024.

Ad diffinitionem Iuris patronatus.

IVspatronatus est quoddam onerosum honorificum, & vtile alicui competens in Ecclesia pro eo, quod de Diœcesanorum consensu Ecclesiam construxit, fundauit, & dotauit. Ad ornatum verbi (Ius) aduertendū, quod patronatus est ius exorbitans, & de gratia indultum est laico, *Bellam. in decis. 751.* & bonis, & iuribus confiscatis non intelligitur publicatum Iuspatronatus, *Guid. Pap. in decis. 341.* & adeò Patronus in eo ius habet, vt permutatio facta per Ordinarium ipso contento, venit annullanda, *idem in decis. 374. Fran. Mar. in decis. 240. Bellam. in decis. 177. 179 181. & 751. Cappel. Tholos. in decis. 107. Papon. lib. 3. tit. 9 arrest. 3.* & omnis promissio facta in præiudicium patronorum est nulla ipso iure, *idem lib. 3. tit. 9. arrest. 1.* & institutio facta ex vi resignationis sine patroni præsentatione non valet, licèt accedente consensu validatur, *Guid. Pap. in decis. 374. Bellam. in decis. 128. Mohed. in decision. 268. & 316. Franch. Marc. in decis. 474. 482. 495. 1140.* Idem dicendum est in resignatione, quamuis intra quatuor menses à patrono non fuerit contradictum, *Card. Put. in decis. 412. lib. 1.* vide eundem *in decision. 181. lib. 3.* licèt possit obtinere contra præsentatum, *Papon. lib. 3. tit. 9. arrest. 2.* & licèt ordinarius non possit beneficium conferre inconsulto patrono; tamen

tamen secus est in legato à latere, *Guid. Pap. in dec.* 374. sicut potest Papa, & tunc non est necessaria expressa derogatio, *Cassad. in decis.* 4. *de prob.* licèt secus sit in patrono laico, quia non potest Papa, vel eius legatus patrono inconsulto beneficium conferre, *Guid. Pap. cit. dec.* 374. *Bellam in decis.* 745. *Cassad dec* 3. *vt lit. pend.* quod procedit etiam si prouisio esset facta motu proprio, *Idem in dec.* 4. *de probat.* verum prouisio Papæ de beneficio Iurispat. clerici, & laici communiter valet patrono laico non vocato *Rot. dec.* 46. *de concess. praben. in antiq. in verbo alicui competens*, no. quod qui habet facultatem præsentandi, non habet facultatem instituendi, *Bellam. in dec.* 701. nec Ius præsentandi, & patroni virtute eorum potestatis possunt cōferre beneficia Ecclesiæ Collegiatæ, & præsentare, *Boer. in decision.* 32. & ius præsentandi potest competere etiam mulieri, *Cassad. in decis.* 1. *de Iurepatr. & Boer. cit. decis.* 32. & beneficia spectantia ad præsentationem vnius, Episcopus non confert, *Bellam. in decis.* 107 & tollere alicui facultatem præsentandi, est tollere perceptionem fructuum, *AEgid. in decis.* 70. *Cassad. in decis.* 7. *de causa possess. & propriet. in verb. pro eo, quod Diœcesani consensu.* Nota quod præsentatio patroni, absque institutione ius habentis instituendi non tribuit Ius aliquod præsentato, *Benint. in decision.* 32.

COLLECT. 1025.

Ad glos. & DD. in clem. plures, de Iurepat.

Controuertitur hic si Ius patronatus transeat ad hæredes extraneos, *glo. in c. filiis* 16. *q* 7. affirmatiuè respondit, cui inhæret, *decis. Franc. Marc.* 1153. Amplia vt transeat ad omnes hæredes insolidū *de Franch. in dec.* 85. licèt requiratur apprehensio, *Veral. in dec.* 135. *&* 420. *p.* 2. ex qua habes ampliatum, *in l. cum hæredes, ff. de acqu. poss.* & quod transeat ad hæredes extraneos, vide *Monald. in Cons. dec.* 73. *Seraph. in dec.* 90. & an pertineat ad heredem, vel ad fideicommissarium, vide *Guid. Pap. in decis.* 507.

COLLECT. 1026.

Super l. à Iudice, C. de Iudiciis.

Delegatus non subdelegat, h. d. Limita primò in Collectore, qui licet sit delegatus, subcollectórem tamen deputare potest, ita decisum refert *Crescent. in decisione* 1. *de offic. delegat.* Limita secundò quoad ea, quæ sunt nudi ministerij, vt testiū receptio, & similia, *Balb. in decis.* 212. quam not. *ad gloss. singul. in clem.* 1. *de offic. delegat.* Amplia nunc, vt causam subdelegare nequeat, etiam si lis coram eo contestata esset, *Idem in decis.* 318. quam not. ad limitationem *text. in l. vnic. Cod. ne ex delicto defunctorum.* Amplia etiam in casu decis. *Afflict.* 366. vbi fuit dictum, quod Iudex delegatus in causa feudi non potest constituere procuratorem fiscalem. Limita tertiò in Vicario Episcopi, qui potest causas delegare, *Triuis. Rot. Venet. in decis.* 18. *part* 1. Limita quartò quoad reuocationem subdelegationis, prout in casu *Balb. in decis.* 390. vbi fuit dictum, quod delegatus potest etiam post litem contestatā subdelegatum à se reuocare, trahendo ad se causam, vt ipse cognoscat, non tamen vt alteri committat sine causa.

legitima. Limita quintò in pulcherrimo casu *Capp. Tholos. in decision.12.* vbi fuit dictum, quod vnum articulum causæ, videlicet audire testes, & eorum sacramenta recipere, potest delegatus alteri subdelegare, etiam alteri personæ, quàm nominatæ in *c. statutum de rescriptis.* Limita sextò in delegato ad vniuersitatem causarum, qui cum æquiparetur ordinario, poterit vt talis subdelegare, *Thoming. in decis. 122 par. 2.* quam not. ad *text. in l. præter, ff. de iurisdict. omnium iud.* Limita septimò in casu *decis. Rot. 3. de offic. deleg.* vbi fuit dictum, quod delegatus potest delegare articulum, causæ cognitionem non requirentem. Limita octauò in casu *eiusd. in decis. 6. eod. tit.* vbi fuit dictum, quod executor potest executionem sibi commissam alteri subdelegare.

COLLECT. 1027.

Super c. pastoralis, §. verum, de appellat.

Excommunicatus priuatur fructibus beneficij, donec in excommunicatione permanet, h. d. licet non amittat titulum beneficij, etsi insordescat in excommunicatione per annum, & amplius, vt fuit resolutum in *vna Sercobigen. Sordescentia, 5. Iunij 1597. coram Seraphino.* Infero primò, quod clericus habens recursum ad Curiam secularem pro impedienda executione iustitiæ ordinarij, incidit in excommunicationem Bullæ Cœnæ, & efficitur incapax fructuum beneficij. Secundo infero ad decis. *Put. 280. lib. 1.* vbi refert pluries *Rot.* decidisse, & signanter in vna Brixien. fructuum, excommunicatum esse fructibus beneficij priuandum, & facit alia *eiusdem Rot. decis. 8. de sentent. excommun. in antiq. & Triuis in decision. 26. in manuscriptis.* Nunc limita & primò quando excommunicatio est nulla, nullum producit effectum, nec dicitur quis excommunicatus, nisi excommunicatio valeat, *Balb. in decision. 390.* & fuit resolutum in vna *Salamantina censurarum 1. Iunij 1594. coram Corduba.* Amplia hanc limitationem, vt onus docendi de nullitate cēsurarum incumberet excommunicato, non Capitulo, quod ei denegauit distributiones ratione excommunicationis, & censurarum. *Verall. in decis. 16 p. 1.* Limita secundò, vt nec etiam procedat in excommunicato iniustè, quia non solum fructus, verumetiam distributiones quotidianas, sicut alij legitimè impediti habebit, *Thanis. in decis. 26.* & fuit resolutum in *d. Salamantina censurarum 1. Iunij 1594.* Sublimita nisi fuisset in mora petendæ absolutionis, quia fructus eo tempore perceptos non recuperabit, eo quod sua culpa in excommunicatione iacet, *Ego in decis. 91.* Limita tertiò quando post obtentam absolutionem Prælatus dispensauerit cum excommunicato super fructibus perceptis medio tempore, *Viu.* qui alias congerit limitationes, *in decision. 328.* Limita quartò, quando excommunicatus esset in extrema necessitate, quia tunc pro vitæ humanæ subsidio, non est ei fructuum perceptio deneganda, *Peregr. Rot. Patauin. in decision. 29.* Limita quintò in suspenso ab altaris ministerio, quia fructus beneficij habere potest, *Sayr. in decis. 65. de senten. excommunicat.*

COLLECT. 1028.

Ad not. in l. gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posthum.

HIc per Scribentes omnes notatur discrimē inter legitimationem, ac dispensationem; Tu notaueris illud per decisiones, & prima est, quia legitimatio, non autē dispensatio dicitur illa per quam plenè ad natalia fuit quis per Principem restitutus, ac dispensatio secus dicitur, vt est punctualis ***dec. de Graff in dec. 5. qui filij sunt legitimi***, quod ampliã etiā si legitimatio facta fuerit de filio vxorato secundum ***eundem ibid. & Balb. in decis. 22.*** Secunda, vt pariter legitimatio, & non dispensatio diceretur illa per quam restituto ad natalia limitaretur successio, vel adesset clausula sine præiudicio venientium ab intestato secundum terminos ***dec. Capyc. 21.*** vel aliquid aliud coarctās vim legitimationis secundum præclaram d. c. ***Rot. Roma. de qua per Achill. de Graff. in decis. 6. qui filij sunt legitimi***; Tertio discrimen inter vtrumq; potest colligi ex ***dec eiusd. 2. eod. tit.*** vbi fuit dictum, quod in spurio non potest cadere legitimatio, sed tantum dispensatio, & impropria dicitur legitimatio, & propterea nō requiritur agnatorum citatio, sicut aliæ legitimationes secundum ***Rot. Pisan. in decis. 222. & idem Achil. cit. dec. 14.*** discrimen colligitur ex solemni ***dec. Minad. Sacri Neapolitani Consilij 43.***

COLLECT. 1029.

Super c. cum Vin onen. de elect.

ELigentes scienter i d gnum priuantur potestate eligendi, h.d. Sed grauis dubitatio, quæ circa hunc text. fieri solet, est, an locum sibi vendicat in iure præsentādi, ita vt quemadmodum per electionem indigni eligēdi facultas amittatur, ita per præsentationem, & in Clerico patrono est expeditum, quod priuatur patronatu, testatur ***Guid Pap in decis. 574. Caputaq. in decis. 62. p. 2.*** Intellige pro illa vice tantum, ***Verall. in decis 291.*** Limita in procuratore constituto ad præsentandū, quia si indignum præsentat nō præiudicat Domino, ***Franc. Marc. in dec. 408.*** & ratio est secundū ***Cach. in dec. 9.*** quia factum procuratoris Domino non nocet, & in laico etiam est expeditum, quod priuatur ea vice potestate præsentandi, vt pulchrè ***Crescen in dec. 11. de Iurep. Rot. in decis. 262.*** aliàs 5. ***de Iurep. in nouis Bellam. in dec. 172. & 751. Cassad in decis. 29. de Procurat.*** & an in præfatis casibus ad Superiorem immediatum deuoluatur, vide ***dec. 480. Rot. diuers. p. 2.***

COLLECT. 1030.

Super l. Aristo. § fin. ff. de donat.

DOnator non tenetur de euictione, h.d. Limita primò, nisi inceperit à promissione ***Egomet in dec. 29.*** & de ratione diuersitatis habes pulchram ***decis. Mart. Celer. Rot. German. 14.*** dicens quod incipit à traditione, obligatio inde orta fuit sublata solutione, secus quando à promissione, quia adhuc non est facta accipienti; Limita secundò in donatione remuneratoria, in qua venit semper euictio, ***Boer. in decision. 67.*** & ratio est, quia præfata donatio regulatur iuxta naturā contractus, ***Balb. in decis. 90.*** Limita tertio quoad interesse, & expensas, si quas sustinuerit dona-

tor, *Cappel. Tholos. in decis.* Limita quartò si dolus interuenisset, *Rubin. in dec.* 29. Limita quinto quando euictio esset promissa, *Beral. in cit. dec.* 67.

COLLECT. 1031.

Super l. e tor, C. de Iur. & fact. ignor.

CONfessio erronea potest reuocari, h. d. Limita primo, vt non procedat nisi prius docto de errore *Maynard in decis.* 122 *li.* 1. quam not. ad originale dictum *Calder. cons.* 1. *de confessis* Limita secundò, quando pars confiteretur aliquid in *Rot. Sac. Cons.* quia tenetur obseruare, & minimè reuocare potest, vt fuit decisum in *causa Comitis Sancta Agatha cum fratribus cum Consiliario de Altomare*, refert *Ann sing.* 87. Limita tertiò, vt vera sit text. conclusio in criminalibus, sed non in ciuilibus, de cuius diuersitatis ratione, vide optimam decis. *Anton. Fab.* 1. *de confessu*; Limita quartò in casu *dec. Balb* 88. vbi fuit dictum, quod confessio tacita ex verbis libelli insurgens, non potest post cõtestatam litem reuocari; Limita quintò in confessione extra iudicium, etiam parte præsente, quia ante acceptationem partis semper poterit reuocari, *Iaffred. in dec.* 79. Limita sextò in confessione deliberata, vt per *Thom. in decis Rot Lipsien.* 91. *p.* 2. Limita septimò in casu *dec. Ro.* 2. *de confessu in antiq.* vbi fuit dictum quod confessio in prima instantia per procuratorem facta, possit in secunda instantia per Dominum reuocari.

COLLECT. 1032.

Super c. 1. *de Institut. in* 6.

COllatio, & institutio de beneficio patronatus absque patronorum consensu dicitur nulla ipso iure, h. d. Limita primo, quia superueniente postea consensu validatur collatio, *Guid. Pap. in decision* 374. *Bellam. in decis.* 128. *Mohed. in decis.* 208. & 326. *Franch. Marc. in decision* 474. 482. 493. & 1114 Limita secundo, si patronus non contradixerit, *Cassad. in dec.* 2. *de locat.* Limita tertiò in casu decis. Franciæ de qua per *Papon. lib* 3. *tit.* 9. *arrest* 2. vbi fuit dictum, quod in possessorio prouisus absque consensu patroni, & eo contento debet obtinere contra ipsum patronum. Limita quarto, vt procedat in ordinario collatore, secus autem in legato à latere, qui potest inconsulto patrono Ecclesiastico, vt refert decisum *Guid. Pap. in decision.* 374 quemadmodum potest Papa, & tunc non est necessaria expressa derogatio, *Cassad in decision.* 4. *de locato.* Sublimita in patrono laico, in quo Papa, vel legatus patrono inconsulto conferre potest beneficium, *Guid. Pap. cit decis* 374. *numer.* 4. *Bellam. in decision.* 745. *Cassad. in decision.* 3. *vt lit. pend.* Nunc amplia hanc sublimitationem procedere etiam si prouisio esset facta motu proprio, *idem in decis.* 4. *de probat.* Amplia secundo, vt per hanc prouisionem non censeatur facta immutatio status beneficij, *Achill. de Grass. in decision.* 13. *Iurepatr.* Sublimita sublimitationem, vbi prouisio Papæ esset de Iurepatr. Clerici, & laici communiter, quia valet etiam patrono laico non vocato, *Domini de Rota decision.* 246. *de concess. preb. in antiqu.* Limita quinto in casu *decision. Bellam.* 750. vbi fuit dictum, quod Patronus infra tempus Iuris ad parochialem Ecclesiam præsentans Religiosum

giosum Regularem non satisfacit, nec excusatur ob id à negligentia, & à deuolutione, quominus incōsulto patrono possit Episcopus alteri conferre; Limita sexto, vbi Episcopus conferret ex presentatione facta bona fide ab eo, qui est in quasi possessione contemnentib. patronis, *Fran. Marc. in decis.* 119. Limita septimò in casu *decis. Mohed.* 268. vbi fuit dictum, quod prouisio beneficij Jurisp. facta sine consensu patroni sit inualida, resignatio tamen valet, & ratio est secundùm *Balb. in decis.* 29. quia vnusquisque potest resignare liberè beneficium, quod obtinet: Limita octauò in casu *decis. Cappell. Tholos.* 207. vbi fuit dictum, quod collatio beneficij patronatus non est ipso iure nulla, verùm venit annullanda.

COLLECT. 1033.

In l. si merces, §. vis maior, ff. locati.

PRo damno intolerabili fit remissio mercedis conductori, h. d. Hinc est, quod damnum leuis momenti non est in consideratione *Lud. decis. Perus.* 50. *Verall. decis.* 184. p. 1. & de modo probãdi huiusmodi damnum ad finem obtinẽdi remissionem, tradit *Fran. Marc. in decis.* 208. nunquam tamen solitum est fieri restaurum, & remissionem mercedis conductori, nisi concurrente læsione vltra dimidiam pensionis omnium bonorum in locatione contentorum, compensato etiam anno sterili, cum præterito, *Cavalc. decis.* 15. Item & secundò si non esset facta denunciatio sterilitatis intra annum, *Thess. decis.* 18. nec fit tertia si non soluitur decima Curato, *Guid. Pap. decis.* 630. licèt onus decimarum non spectet ad cõductorem ex *decis. de Franch.* 107. quæ optimè facit ad ornatum *c. à nobis, de Decimis.* Quarto non fit remissio, quando colonus non colit fundum, *Fran. Marc. in decis.* 208. licèt nõ teneatur iterum seminare ex *decis. Surd.* 130. Quinto, quando conductor suscipit in se periculum casus fortuiti, *idem Francisc. Marc. in cit. decis.* 208. quod ex consuetudine fieri potest, *idem in decis.* 1065. & idem procedere dicunt, vbi quis suscepisset rem suo periculo, & fortuna, *Card. Put. in decis.* 19 *lib.* 3. licèt necesse sit, vt in specie Conductor suscipiat in se omnes casus, *Magon. decis.* 67. *Rot. Florent.* quod procedit etiam si Conductor exceperit quosdam casus, quia tunc poterit petere nihilominus remissionem in aliis casibus similibus exceptis, *idem Magon. Rot. Florent. decis.* 15. Primo fit autem remissio propter edacitatem locustarum, *Magon. decis.* 67. *Rot. Florent.* quæ facit ad text. in *l. excepto, Cod. locat.* Secundò propter damnum passum, & datum per exercitum Regis, *Afflict. decis.* 365. Tertiò propter belli, aut pestis interuentum, *Guid. Pap. decis.* 630. *Afflict. decis.* 258. *Boer. decis.* 249. *Fran. Marc. decis.* 1065. *Ego in decis.* 200. *Anton. Fab. decis.* 22. *C. de iure emphyteut.* Limita si conductio sit facta tempore belli, vel pestis, *Ioseph. Ludou. decis. Perus.* 106. vel si conductor sciebat tempus belli imminere ex *decis. Balbi* 200. Quarto, quando per conductorem non stat, quominus vtatur re conducta, *Rubin. decis.* 133. Limita nisi renunciatum sit omni legum auxilio, vel impedimentum procedat facto suo, *Capyc. decisione* 87. Pro coronide tamen huius materiæ animaduertas ad duo valde vtiliora in praxi; Primo quod non potest peti remissio mercedis, nisi læsio sit vltra

dimidiam, & in fine locationis petatur, vt pulchrè decidit *Anton. Fab. in decis. 3. C. locati.* Secundò, quod non fit huiusmodi remissio propter clausulas, & renunciationes instrumenti, *Capyc. decis.* 78 aliquid per *Franc. Mar. decis.* 208. *num.* 14.

COLLECT. 1034.

Super cap. præsentium, de testib.

SCripsi in materia conclusionis in causa in Collect. 1031. vnde hic addendo constituas talem conclusionem, videlicet post conclusum in causa nil produci potest; Limita primo in instrumentis de nouo repertis, in quibus admittuntur partes etiam facta conclusione; Intellige tamen præstito de hoc iuramento, *Balbus in decis.* 23. Limita secundò in testibus, vt decisum refert *Guid. Pap. decis.* 201. & licèt aliàs conclusio excludit productionem testium, *Bellam. in decis.* 51. Limita tertiò in comprobatione scripturarum, *Affl. & in decis.* 115. Lim. quarto in interrogatoriis, quæ fiunt etiam conclusione facta, *Sayr. decis.* 3. *de fide instrum.* quam nota ad text. *in cap. per tuas, de testib.* Limita quintò quoad reuocationem eorum, quæ producta fuerunt, licèt reuocari non possint nisi ad partis petitionem, & iusta causa concurrente, vt decidit *Bellam. in decis.* 55. & 57. Limita sextò quoad dilationem iuramenti suppletorij, *Gayl. obseruat.* 108. *lib.* 1. Limita septimò in casu *decis. Rot.* 7. *de iudiciis, in antiq.* vbi fuit dictum, quod conclusio in causa non excludit, vt Iudex in beneficialibus informationes pro iustitia facienda capere non possit. Limita octauò si conclusio esset reuocata, quia tunc ad libitum omnia produci possunt, *Rot. decis.* 8. *de Iudiciis in anti.* necesse tamen est, vt valida sit reuocatio, ad instantiam illius fieri, qui eam procurauit, vt decidit *ead. Rot. decis.* 10 *eod. tit. in antiq.* Limita nono, quando conclusio non esset facta parte instante, quia tunc habetur, vt si conclusum non fuisset, *Rot. decis.* 15. *de iudiciis, in antiq.* Pro coronide tamen huius materiæ aduertas primo quod conclusio dicitur de substantia processus, *Gayl. lib.* 1. *obseru.* 107. Aduertas secundo, quod assignatio ad ius in Francia idem sonat, quod conclusum in causa *Io. Gall. in decis.* 245. num autem terminus ad concludendum parte instante prorogari possit, vide *Rot. decis.* 10. *eod. tit. in antiq.*

COLLECT. 1035.

Super c. veniens, de accusat.

IN criminalibus Procurator interuenire non potest, h. d. Limita primo in causis consanguineorum, in quibus auditur consanguineus illorum Procurator, *Gomez. Leo in decis.* 21. & *Thess. in decis.* 165. Limita secundo per Decisio. *Franc. Marc.* 616. *p.* 2. vbi fuit dictum, quod excusator in delictis, etiam grauibus allegans causas absentiæ, meri, & præcisi facti etiam sine mandato audiendus est, secus si non meri facti, quam diligenter not. ad *text. in l. reos. C. de accus.* Limita tertiò in casu *decis. Rot.* 37. *de procurat. in nou.* vbi fuit dictum, quod coniuncta persona etiam sine mandato potest pro absente, vt defensor comparere ad ostendendum de innocentia in causa ciuili, vel capitali, quotiescunque absens posset condemnari, vt animaduertit pariter *Capyc. in decisione* 143. Limita quartò

tò quandò non veniret puniendus pœna corporis afflictiua; *Gomez Lo in decis.327.diuers.* Limita quintò notabiliter in casu *decis. Balb.* 482. vbi fuit decisum, quod Procurator si fuerit à Iudice in criminalibus admissus, si pars non opposuit, processus non censetur nullus; Limita sextò quoad allegandum causas absentiæ *de Franch decis.*327. Sublimita quandò calumniosè peteretur, casum, & exemplum habes per *eundem in decis. prædicta*, & semper præsumitur calumniosa, ac in fraudem, quandò contigit post delictum, *Franc. Marc. in decis.*364.*part*.1. & 626. *part*.2. nec sufficit illam allegare, nisi saltem summariè probetur, *idem in decis*.129.*p*.1.

COLLECT. 1036.

Super l. fin. C. de tempor.in integr. restitut.

TEmpus in integrum restitutionis petendę, est quadriennium, h.d. Amplia singulariter primò in casu *Afflì in decis.*175. vbi fuit dictum, quod vniuersitas appellans, & intra 50. dies non petens restitutionem in integrum aduersus tempus quo misit processum præsentari iuxta terminos Constit. Regni appellationum tempora, poterit intra quadrienniũ petere; Amplia secundò, vt istud tempus à die contractus, seu læsionis computatur, *Balb in decis.*122.*part*.2. quam nota ad text. *in cap.*1.*de in integ. restit. in sexto.* Nunc limita & primò in casu *Anton. Fab in decis* 2. *C.de temp. in integr. restit.* vbi fuit dictum, quod de Principis plenitudine etiam quadriennio elapso restitutio concedi poterit; Limita secundò, vt licet quis excludatur à restituendo post quadriennium, non tamen ab excipiendo, ita notabiliter decidit *Cappel Tholos. in decis.*238. Limita tertiò in pulcherrimo casu *Rot. Pedemont.* penes *Thesaur. in decis.*133. vbi fuit dictum, quod restitutio, quæ ex capite ignorantiæ datur iuxta aliam *decis. Mohed.* 1.*de in integr. restit.* etiam elapso quadriennio post præscriptionem decursam peti potest, ita ille; Limita quartò existente Ritu alicuius Tribunalis in contrarium, prout Sabaudiæ, in quo decennium subrogatum fuit loco quadriennij, *Anton. Fab. decis* 1. *C. de temp.in integr.restit.* Limita quintò in casu *decis. Balb.* 329. vbi etiam post sententiam, ac quadriennium restitutio concedi poterit propter instrumentum de nouo repertum; Limita sextò in causis beneficialibus, in quibus etiam post quadriennium in integrum restitutio peti potest, ita pulchrè ac omninò videndus *Card. Put. in decis Rot. Rem.*64.*part*.1.

COLLECT. 1037.

Super l. qui crimen, C. qui accusare non possunt.

ACcusator debet se inscribere ad pœnam talionis, h.d. Limita primò in denunciatore criminis, & ratio est, quia ad correctionem tendit, ita decisum refert *Balb. in decis.* 29. quam nota ad text. *in cap. super his, de accusat.* Limita secundò in casu *decis. Rot. 6. de accusat. in antiq.* vbi fuit dictum, quod ante decretam citationem quis ad pœnam talionis non tenetur se inscribere; Limita tertiò in casu *eiusdem Rot. in decis.* 5. *eod. tit.* Limita quartò quando pro delictò non criminaliter, sed ciuiliter agitur, tunc enim accusator non tenetur se

inscribere, *Faber in decis. 1. C. de accusat.* Limita quintò in casu *decis. Crescent. 5. de simonia*, vbi fuit dictum, quod agens ciuiliter, vt aduersarius priuetur beneficio, non debet se inscribere ad pœnam ordinariam; Limita sextò, quando proceditur per viam inquisitionis, ita *Fran. Marc. in decis. 653. part. 1.*

Collect. 1038.

Super gloss. in clem. beneficiorum, de Decimis.

PEnsionarius æquiparatur beneficiato, h. d. Ex qua infertur primo, quod resignans tenetur soluere pensionem, quousque constet resignatarium acceptasse, quia resignatio conditionalis iure proprio resignantem non priuat, *Mohed. decis. 1. 2. & 10. de caus. poss. ss. & propriet.* Limita quando resignatio esset nulla, *idem in decis. 126. eod. tit.* Infertur secundo, quod successor in beneficio non tenetur ad decursas pensiones tempore prædecessoris non solutas, *Cassad. in decis. 4. de locat.* Infertur tertiò, quod pro pensione potest agi possessorio contra modernum titularem, etiam bullis non leuatis, *Rot. Auen. in decis. 80.* Infertur quartò, quod pensionarius, qui habet pensionem liberam tenetur contribuere ad onera de facto imposita, *Card. Put. in decis. 286. lib. 2.* Infertur quintò, quod pensionarius tenetur contribuere pro solutione decimarum, *Papon. lib. 3. tit. 5. arrest. 2.* Infertur sextò, quod pensionarius tenetur soluere collectas, *Cresc. in decis. 4. de locato.* Infertur septimò, quod pensionarius vti beneficiatus tenetur contribuere oneribus, & decimis extraordinariè impositis super beneficiis, ita decisum refert *Papon. lib. 5. tit. 13. arrest. 1.*

Collect. 1039.

In l. hæres absens, ff. de Iudiciis.

HÆres sequitur forum defuncti, h. d. Amplia primò in Clerico laici hærede, qui conueniri debet coram laico Judice, non autem coram Ecclesiastico, ita *Surd. in decis. 110.* quã nota ad *doctr. Couarr.* communiter receptam, *pract. quæst. c. 12.* Intellige tamen quando cum defuncto lis contestata non esset, aliàs secus esset dicendum, secundùm *Balb. in decis. 555.* Limita secundò, vt vera sit conclusio text. in duobus casibus videlicet, quando absens ab alio defenderetur vel ibi ipsemet hæres inueniretur, vt pulchrè refert decisum *Anton. Fab. in decis. 4. C. de Iudiciis.* Limita tertiò in laico Clerici hærede, quia vt seruetur æqualitas debet coram proprio Judice conueniri, vt de Clerico diximus, ita *idem Fab. in decis. 12. C. eod. tit.* Limita quartò in notabili casu *decis. Balb. 69.* vbi fuit dictum, quod ex summissione defuncti ad omnes Curias vnà cum renunciatione fori potest hæres vbilibet cõueniri, quam nota ad text. *cum ibi ad lucti, in c. dilecti, de foro compet* pro declaratione huius limitationis vide per *Gratian. Rot. Marcb. in decis. 180.* quam nota.

Collect. 1040.

Super Reg. qui tacet, de reg. iur. in 6.

QVi tacet consentire videtur, h. d. Ex quo infero primò ad *decis. Guid. Pap. 173* vbi fuit dictum, quod quando aliquis scit alium gerere

actum, qui non potest ipso inuito gerere, tunc talis tacens consentire videtur, Limita quando de eius ageretur præiudicio, *Bellam. in decis. 623* Infero secundò ad *dec. Afflict. 95.* vbi fauore piæ causæ taciturnitas operatur consensum. Infero tertio ad *decision. Franc. Marc. 328. p. 1* vbi fuit decisum, quod quando præsentia parentum, vel amicorum exigitur pro forma in aliquo actu, sufficit si de contradictione non appareat; Amplia in qualibet præsentia, *Idem Marc. in decis. 122. p. 2.* Infero quarto, ad *decis. eiusd. 329.* vbi hæres alienans rem restitutioni subiectam fideicommissario præsente, illi præiudicat; Infero quinto, ad *decis. Rot. Genuen. 33.* vbi sciens Procuratorem suum excessisse mandatum, & tacet, sibi præiudicat, quam nota ad limitat. *text. in l. diligenter, ff. mandati.* Infero sextò ad decis. *Mynsinger. cent. 6 obser. 46.* vbi fuit dictum, quod quando in aliquo actu requiritur alicuius scientia, sufficit illi actum fuisse notificatum, licet non consenserit. Nunc limita Regulam principalem, & primò in consensu duorum Consanguineorum, in mulierum contractibus adhibendo, quia non sufficit sola præsentia cum taciturnitate, *Mynsing cent. 2. obseru. 34. in fin.* Limita secundò in pulcherrimo casu *decision. Cassad. 3. de rescriptis.* vbi in odiosis, & obligatoriis, licet tacens habetur pro contradicente, tamen si scienter aliquid agit, videtur tacitè se obligare, & consentire, quia interuenit actus positiuus, aliàs secus. Limita tertiò in casibus in quibus ex Iuris dispositione exigitur expressus consensus, quia tacitus nil operatur *Domini de Rot. decision. 15. de offic. deleg.* Limita quartò in casu *decis. Card Pat. 100. lib. 2.* vbi fuit dictum, Reg. hanc procedere in cõsensu necessario, qui etiam tacitè, ac per taciturnitatem inducitur, secus in voluntario, quem quis non tenetur præstare. Pro huius tamen materiæ intelligentia aduertendum, quod consensus semel præstitus semper durare præsumitur, *Verall. in decis. 213. p. 2. & 215.* licèt nouus requiratur, quando primus fuit extinctus, *idem in dec. 211. p. 1.*

Collect. 1041.

In l. altius, C. de seruitutib.

Regulariter ædificare quilibet potest in suo vsque ad Cœlum, h. d. Et Amplia primò, vt murum ædificare pro communi liceat, *Mar. decis. 12.* Amplia secundo, vt ostium in muro proprio facere etiam super vicini solo liceat, *idem in dec. 24* Amplia tertiò, vt quilibet columbarium, vbi columbę morantur, etiam Domino, & vicino contradicente, ædificare liceat, prout ita refert decisum *Pap. lib. 18 tit. 9. arrest. 2* Nunc limita quando ædificaretur ad æmulationem, inuidiam, & iniuriam alterius, *Boer. in dec. 223.* licet in dubio quis ad suam vtilitatem, & nõ ad æmulationem, præsumitur ædificare, *Gayl. obseru. 69 nu. 17. lib. 2.* Limita secundò, si iure seruitutis non liceat ędificare in suo vel domum suam altius tollere, *idem obseru. 69. nu. 13.* Limita tertiò, quando in suo ædificando non seruatet spacium, de quo in *l. fin. ff finium regun. Franch. Marc. in decision. 500. Thess. in decis. 125.* Limita quartò, vt non liceat furnum iuxta murum domus vicini ædificare, *Idem Marc. in decis. 22. & 482. part. 2.* Limita quintò, vt canale ad viam publicam in propria domo quis facere nequeat, ita deci-

sum refert *idem in decis.* 497. Limita sextò in casu *decis eiusd.* 433. *pa.*2. vbi fuit dictum, quod priuato non est licitum in domo sua artem exercere per quam vicini malo odore circumueniantur. Limita septimò si statuto, vel consuetudine loci quidem ædificandi modus præscriptus sit, *Gayl. cit. obseru.* 69. Limita octauò, quando ex huiusmodi ædificio nocumentum præberetur vicino ad occupandum Solem, ventum, & aërem, *Magon. in decis* 6. nam ventum areæ meæ non potest vicinus impedire ædificando, *Boer. in decis.* 322 quam not. ad *text. in l. fin. C. de seruitutib.* Limita nonò in casu *decis. Guid. Pap.* 298. vbi fuit dictum, quod furnum construere in fundo proprio quilibet potest, licèt alteri noceat, dum tamen animo nocendi non faciat, & hoc verum, nisi ius prohibendi Domino Villæ facto Principis fuisset quæsitum, *Boer. in decis.* 125.

Collect. 1042.

Super c. ex inimat. de procurat.

AD ornatum huius textus noto quod ad hoc, vt dici possit beneficium Ecclesiasticum, debent insimul sex requisita concurrere, quorum primum est, quod sit fundatum Episcopi authoritate *Guid. Pap. in decis.* 187. aliquid per *Rot. in decis* 509. *p.* 1. *diuers. Cæsar de Graff. dec.* 13. *num.* 9. *de prabend.* ratio est, quia nullus potest locum sacrum, vel rem spiritualem constituere, præter Episcopum, *Balb. decis.* 300. *Guid. Pap. cit. decision.* 187 Secundum requisitum est, quod habeat quid spiritualitatis annexum, nam propter diuinum officium datur beneficium *c. fin. de rescript. in* 6. Hinc est, quod beneficiarius horas non recitans pro rata, fructus restituere tenetur, *Sayr. in decis.* 22 *de celebrat. missar.* Tertium requisitum est, quod sit conferendum Clerico, non autem laico iuxta *c. cùm adeo de rescri.* quod amplia procedere, etiã in Clerico destinato, *Rot. decis.* 13. *de prob. in ant.* Quartum requisitum est, vt conferri non possit nisi ab Ecclesiastica persona Episcopo, vel Prælato, non verò à laico, *Maynard. d. decis.* 90. *li.* 2. quæ facit ad *text. in c. si quis deinceps* 16. *q.* 7. Quintum requisitum est, vt sit perpetuum, hoc est, vt non conferatur ad certum tempus, sed perpetuo, & ad vitam eius, cui confertur, hoc enim proprium beneficiorum est *c. sanctorum* 70. *dist.* quod secus est in Beneficiis, & Commendis Religionis D. Joannis, *Mohed. in decis.* 10. *de caus. possess. & propriet.* Sextum requisitum est, vt conferens non possit illud conferre, *Rubin. in decis.* 22. Hinc est, quod Procurator constitutus à patrono ad præsentandum non potest eundem patronum constituentem præsentare, *Caputaquens. in decis.* 397. quam not. ad *text. in c. per nostras, de Iurepatr.*

Collect. 1043.

In l. fi. C. de pactis.

PActum de futura successione nõ valet, h d. Ad quod vide *Osas. in decis.* 100. & *Boer in decis* 355. & num valeat pactum initum in contractu matrimoniali, vt primogenitus succedat, & sit hæres, vide *eund. in decis.* 204. Limita nunc reg. tex. & primò, vt quamuis pactum de futura successione sit prohibitum, tamen pactum de hæreditate conseruanda est permissum,

missum, F. *an. Marc. in decis.* 136. Limita secundò, in casu eiusd. *in decis.* 838. vbi fuit dictum, quod si quis septem testibus præsentibus Caio promiserit se nullum alium hæredem instituere præter ipsum, per hanc promissionem Caius censendus sit hæres; Limita tertiò, vt valeat præfatum pactum vbi sic concipitur, quod scilicet agitur de succedendo alicui, si idem absque filiis decesserit, *Cardin. Put. in decision* 112. *li.* 2. Limita quarto principaliter de succedendo inter Principes & illustres personas, *Gayll. obser.* 127. *lib.* 2. quam not. ad *text. in l. licèt, C. de pactis.* Limita quinto in pacto reciproco de succedendo, vt decisum refert *Gayl. obser.* 126. *li.* 2 Limita sextò in casu *decis. Cardin. Put.* 113. *lib.* 2. vbi fuit dictum, quod pactum de succedendo in re particulari, si quis absq; filiis decesserit, valet. Pro huius text. Coronide animaduertendum quod adeo præfatum pactum de succedendo improbatur, vt nec confirmetur iuramento, vt decisum in Prætorio Franciæ refert *Papon. li.* 2. *tit.* 2. *arrest.* 1.

Collect. 1044.

Super c. præsentium, de testibus in sexto.

Testes examinari debēt cum interrogatoriis datis à parte, h. d. quia interrogatoria sunt de essentia depositionis secundùm *decis. Iaffred.* 29 Limita tamen hanc cōclusionem quadrupliciter, & primò in pulcherrimo casu *decis. Rot. Roman. penes Farinac* 818. vbi fuit dictum, quod testibus examinatis cum interrogatoriis, & etiam examinatis sine interrogatoriis, de consensu tamen partis aduersæ fides adhibenda est. Limita secundò in casu *decision. Cur. Archiepisc. Neap. penes me* 122. vbi fuit dictum, quod quando præcessit confrontatio, tunc non sunt necessaria interrogatoria, & ratio est, quia cōfrontatio habet vim interrogationis, quemadmodum & repetitionis secundùm, *Balb in decis.* 22. Limita tertio singulariter in casu *decis. Mynsing. Camer. Imper. obser.* 32. *cent.* 1. vbi fuit dictū, quod interrogatoriorum missio non vitiat examen, sed repetuntur testes, quemadmodum, & super articulo omisso possunt repeti secundum celebrem *tex in c. per tuas, de testibus.* Limita quarto in casu decis. *Gayll. obseru.* 94. *lib.* 1. vbi fuit dictum *Reg. tex.* præfati limitati existente contrario vsu, seu stylo.

Collect. 1045.

In l. item quia, ff. de pactis.

Inuecta, & illata in domo conducta, sunt tacitè hypothecata pro pensione domus, h. d. Amplia primò procedere etiam si locator expresse sibi prouiderit de hypotheca, quia non ideo dicitur recedere à tacita legali, *Balb. in dec.* 100. Amplia secūdò, etiā si quis in bona in prędiū emphyteuticum intulerit, quia illa dicuntur tacitè hypothecata, *Ego in dec.* 100. Amplia tertiò, etiā si bona in nauim cōducta inuecta, & illata essent, quia prædio Vrbana æquiparātur. *Ego in d. decis.* 100. Amplia quarto in prædiis Vrbanis, siue Dominus sciuerit, siue Dominus ignorauerit, vt fuit dictum in vna *Roman. coram Iusto*, vt habetur *in decis.* 102. *nu.* 2. *& in Lucan. pensionis* 17. *Feb.* 1697. *coram Orano, vt patet in decis.* 103. Amplia quintò, procedere etiam in mercibus venalibus

inuectis, & hanc partem tenuit *Rot. in vna Roma pecudum 24. Aprilis* 1598. *vt patet in decis.* 82. Ampliа sextò, procedere etiam in deterioratione, *Maynard in dec.* 100. *lib.* 1. Ampliа septimò procedere etiam in bonis minorum inuectis, & illatis, *Ioseph. Lud.* qui distinguit *in decis.* 75. num autem lecti sint tacitè hypothecati, vide *Afflict. in decis.* 184. & quid de veste penes futorem existente, vide *Ioseph. Lud. in decis.* 84.

Collect. 1046.

Super l. si messem, §. 1. ff. locati. cum not.

Colonus partiarius nõ æquiparatur vero Colono, h.d. Ex quo Infero primò, quod Colonis partiariis imponi potest collecta prætextu fructuum partis Colonicæ, *Osasc. dec.* 83. licet nõ teneantur ad solutionem decimarum ex *decis. de Franc.* 107. Infero secundò, quod Colonus debet potiùs vendere fructus Domino, quàm aliis, *Boer. in decision.* 107. Infero tertiò, quod locatio non dicitur inducta inter partiarios, *Ioseph. Ludou in dec. P. ruf.* 106. Infero quartò, quòd Colonus, qui fundũ ad tertiam partem fructuum accepit propter paucitatem fructuum, expensas non deducit, *Franc. Mar. in decis.* 886. Infero quintò, quod mercedis remissio, quę conceditur Colono propter sterilitatem denegatur Colono partiario, *Franch. March. in decis.* 211. *p.* 2. Infero sexto, quod Colono partiario denegatur remedium possessorium, *Put. decis.* 13. 14. & 170. *lic.* 1. Infero septimo, quod Colonus partiarius suis impensis mediam fructuum partem Domino præstare tenetur, *Balb. decis.* 300. Infero octauò, quod Colonus partiarius vendito fundo non habet portionem fructuum, sed solùm actionem personalem contra Dominum vendentem, & retentionem pro melioramentis, *de Franch. in decis.* 354. *par.* 2. *Ioseph. Ludouic. in decis* 99. *Thess. in decis.* 70.

Collect. 1047.

Super l. vnic. C. qui pro sua Iurisd.

Delegatus Principis potest subdelegare, h.d. Limita primò singulariter quando ex aliquib. verbis in delegatione adiectis appareret electam fuisse industriam personæ, *Iaffred. in decis.* 59. *Magon. in decis. Lucens.* 9. & facit *decis. Capyc.* 151. *num.* 6. quam not. ad ornatum *text. in l. inter artifices. ff. de solut.* Limita secundò in casu *decis. eiusdem Capyc.* 9. vbi fuit dictum, quod præfata nostri tex. reg. minimè procedat in subdelegato à delegato Principis, cùm ipsi alteri demandare non poterit. Limita tertiò quando delegatus Principis, vel Papæ, cui commissa esset causa, adiecta esset clauf. vt per seipsum procederet *Balb. in decis.* 59. & ratio est secundum *Thoming. Rot. Lipsien. dec.* 112. *p.* 2. quia hæc clauf. operatur, vt delegatus Principis æquipollet quoad subdelegationem delegato ordinarij. Ampliа nunc in casu *Sayr.* 3. *de offic. deleg.* vbi fuit dictum, quod Episcopus, examen sibi commissum à Papa cum clauf. in quo conscientiam tuam oneramus, alteri subdelegare potest, quam not. ad ornatum *gloss. in c. statutum, §. assessorem, in verb. conscientiam de rescript. in* 6. Ampliа secundo, vt delegatus Principis possit etiam causas criminales subdelegare, *Guid. Pap. in decision.* 624. *Boer. in decision.* 6. *Balb.*

6. *Bab. in decis. 346.* quas nota ad intelligentiam *textus in l. vnic. C. qui pro sua Iurisd.* num autem delegatus Principis delinquens extra locum commissionis possit à loci ordinario puniri, vide *decis. in affirmat. Capp. Tholos. 422.* quam not. ad ampliationem *text. in Auth. qua in prouincia, Cod. vbi de crimine agi oportet.*

COLLECT. 1048.

Super c. licet, de offic. del g.

MOrte delegantis expirat delegatio, h.d. Limita primò in casu dispositionis *c. si super gratia. de offic. deleg.* in quo per delegantis mortem iurisdictio non expirat, ita pulchrè decidit *Guid. Pap. in decis. 491. Verall. in dec. 33. p. 2 Bellam. in decis. 542. Rot. dec. 12. de offic. deleg* Amplia primò, in officio cõseruatoris, quia per mortem Papæ expirat, *Guid Pap. in decision. 247* Limita secũdo in officio Commissarij deputati *si in euidentem*, quia Pontificis delegantis morte non expirat, vt est *decis. Peguer. Rot. Catalon. 129.* quam diligenter reponas ad ornatum *textus in extrauag. ambitiosè. de rebus Eccles. non alienan.* Limita tertio, vbi delegati iurisdictio esset perpetuata per citationem, *Cappell. Tholos. in dec. 341* quod amplia quamuis citatio exequuta non esset, *Io. Gall. in dec 522. lib. 3. Diuers. Franciæ*; Amplia secundò in casu *Verall. in decis. 125. p. 1.* vbi citatio decreta per delegatum in vita delegantis licet exequuta, post eius mortem iurisdictionem perpetrat.

COLLECT. 1049.

Super l. si ita. §. qui fundum, ff. de contrahend. empt.

DOminium non est de essentia venditionis, h.d. & propterea pluries fuit decisum venditionem posse fieri cum reseruatione Dominij, vt decisum Pisis testatur *Marta in dec. eiusd. Cur. 43. Florent.* refert *Magon. in decis. 90. Lucen. idem in decis. 31. Neap. Afflict. in decis. 358.* & iterum in *eadem Rot.* testatur *de Franch. in decis 506.* quas omnes nota ad *textum in l. nemo, §. cum manu facta. ff. de contrah. empt.*

COLLECT. 1050.

In c. cùm locum, de sponsalibus.

SI timetur inferri violentia puellæ, de cuius matrimonio agitur, debet sequestrari in loco tuto, h.d. Amplia, vt pariter mulier sit sequestranda, quando durante lite super secundo nubit, ita *Rot.* decidisse testatur *Crescen. in decis. 3. de sequest. poss. ff.* Limita tamen, vt non procedat dispositio textus nostri, vt scilicet mulier sit sequestranda, quando vnus ex duobus maritis est in possessione matrimonij, *Achill. de Grass. in decis. 1. de sponsalibus.*

COLLECT. 1051.

Super c. causam quæ, de elect.

AD hunc textũ in quo notatur, quod Tertiarij cuiusuis Religionis cõnumerantur inter personas Ecclesiasticas, nota tres Decisiones ad eius perfectam corroboratione, atque intelligentiã, & prima est *Rot. Sutia, teste D. Francisco de Cast. ll. 88.* vbi fuit dictum, quod legatum relictum, si nupserit, vel monachabitur verificabitur in tertiariis ordinis Sancti Francisci, & similibus, qui vitam

cælibem duxerint; Limita quando priuatam vitam ageret in eorum domibus priuatis, quia tunc vti laici iudicantur, *Rubin.in dec.*29.& ita pariter refert decisum *idem Castil.in d.dec.*88. *in fi.* & ex hoc *Ego infra ad aliam decis. in Pratorio Hispaniæ tentam,* de qua per *Guttierez. in decis* 95. *de gabellis*, vbi fuit dictum, quod fratres, & sorores B. Francisci tertij ordinis si priuatam vitam agant cum vxoribus, maritis & bonis suis, vt laici iudicantur, & ideo contribuere tenentur ad gabellas, sicut cæteri homines secundùm *decis. Vin.*48. *part.*1. per quam est pariter sancitum, has personas esse Ecclesiasticas, ac in ipsorum numero connumerari, per quam decis. Ego cõsultus respondi in causa Magnificarũ puellarum de Alexandro, vbi dubitabatur si ipsæ consequi debuissent maritaggium soluendum Monialibus, & fuit decisum in S.C. eis deberi, quamuis in patris domo permãsissent, pro cuius S.C. decis. addo tres alias non paruipendendas; Prima est *Mastrill* 8. vbi legatum factum pro maritaggio, extenditur ad tertiariam in domo Patris manentem; Secunda est *decis. Cur. Archiep. Neap.* de qua per ipsam *in decis.*1. diximus, quod percutiens tertiarium incidit in Canonem, ac si alium Religiosum percussisset, pro qua etiam videas *dec.Dominorum Rot.* 1. *de sentent. excommun.* vbi ita pariter decisum fuit; Tertia est *Carroc.* 27. vbi fuit dictum, quod quemadmodum Religiosis interdicitur testandi facultas, qui nil proprium habeant iuxta terminos *Auth. ingressi. C.de sacrosanct. Eccles.* ita pariter istis Bizzochis.

COLLECT. 1052.

In l.qui ad certum, ff.locati.

QVi ad certum tempus conduxit, si finito tempore remãserit inconducta te tacitè recõduxisse videtur, hoc dicit. Amplia in casu *decis. Ant.Fab* 37. *C.locati*, vbi fuit dictum, quod tacita reconductio inducitur ex patientia mulieris siue de bonis dotalib. agatur, siue parafernalibus, *Barb.ad idem in dec.*300. Nunc limita, vt licet reconductio intelligatur inducta eisdem conditionibus, quibus anteà ex *decis. Borr.*284. & cõductam semel rem præsumitur quis eodem titulo posteà possidere, *idem in decis.* 58. non tamen facta intelligitur in totidem annos, *Menard. in decis.*23.*li.*3. quam intellige procedere in prædio vrbano, non autem in rustico, nam si prædium rusticum tale esset, quod nonnisi ad triennium fructus ederet, præsumendum est in triennium subsequens repetitam intelligi conductionem, pulchrè *Anton.Fab.in dec.*45. *C.locati*. Limita secundò, si tẽpus quo conductor manserit in conductione esset modicum, nam tunc propter temporis paruitatem, non censetur inducta tacita reconductio. *Magon. dec.Rot. Lucan.*47. Limita tertio, quãdo conductor efficeretur furiosus, tunc enim ob defectum consensus, cessat dispositio tex.nostri, *Rubin dec.* 300. Limita quartò, quando extaret consuetudo, vt pro quolibet conductionis actu, conficiatur Scriptura, *Egomet in decis.*140. aliquid per *Afflict.dec.*365. Limita quintò, vt locum habeat tantummodo in prædio Rustico, non autem Vrbano, vt colligitur ex *dec.Franc.Marc.*538. & tunc debet intelligi super iisdẽ pignoribus, & hypothecis, pactis, & qualitatibus, quibus primùm *Rot. diuers. decis.* 322. *part.*2. Sublimita in executione, quia quando instrumentum locationis

cationis habet paratã executionem hoc non extenditur ad tacitam continuatam, reconductionem, *Gomez. Leo. in decis.83.diuers.* quemadmodum confirmatio locationis valet non facta mentione de mala perceptione fructuum, *Mohed.in decis.251. de locat.* Animaduertendum tamen est pro huius text. ornamento, quod ex receptione pro Afflicto iudicatur tacita locatio, *Put.in decis.184 lib.1.* Aduertendum secundo, & sic potest tibi deseruire pro septima limitatione, quod vbi extat consuetudo locandi ad nouennium, tacita reconductio, non intelligitur inducta non expressa præfata consuetudine, *Idem in decis.180.lib.1.* num autem successor locatoris recipiendo pensionem rei locatæ, contractum locationis ratificare videatur, tradunt *Domini de Rot. decis. 2.de locatione.*

COLLECT. 1053.

Super l.si ex toto.§ 1.ff de legatis 1.

IN materia præsentis tex nonnulla scripsi in *Collect.super l.creditores, C. de pactis*, hoc tamen dicit in summa per receptionem partis debiti ab vno ex insolidum obligatis, censetur inducta diuisio Limita primo, non existentibus quatuor requisitis, Primò, quod soluat debitor partẽ suam tantum, & non plus, & tanquam suam, Item quod creditor recipiat de sorte principali, & non de vsuris, Item quod creditor non sit protestatus, vt fuisse decisum in quadam causa cuiusdam *Io. Iacobi Castaldi cum illis de domo Ceruone*, scilicet diuisionem non fuisse factam, ex quo præfata requisita non interuenerunt, refert *Vrsill. in decision.142* Limita secundo, quando omnes debitores non essent soluendo, quia Regula text. procedit, quando omnes debitores sunt soluendo, *Afflict.in dec.142.* Limita tertiò quando in instrumento adessent clausulæ, quod vna via electa alia nõ tollatur, quod possit variare toties, &c.vsque ad effectualem satisfactionem, *Ego in decis.121.* & aliquid per *Vrsill.in cit. decis.* Limita quarto in casu *Garziæ decis.76.* vbi fuit dictum, quod solutio facta ab vno ex correis insolidũ obligatis creditori non iuxta suam virilem, sed plus, vel minus, non inducit diuisioñe. Limita quintò, quando creditor recipiendo protestatus fuisset dicendo, saluo iure solidi, *idem Garz.in decis.100.*

COLLECT. 1054.

In c.bona fides, de deposito.

REi depositatæ restitutio impediri non debet, h.d. & qualiter recipiens depositum, compellitur ad illud restituendum, vide *decis Ioann. Papon.lib.11 tit.8.arrest.2.* Et propterea infertur primò, quod aduersus depositum non potest opponi compẽsatio, *Rot. Genuen. in dec.54* licèt benè retentio, vt pulchrè refert decisum *Card.Put.in decis.292.par.2.* quam nota ad *Bart.receptum in l. amplius, ff.rem ratam haberi.* & ratio est, quia in casibus, in quibus prohibetur compensatio, conceditur tamen retentio, vt refert decisum *Anna consil.102. part.2.* Infertur secundò, quod nec dilatio quinquennalis admittitur contra creditorem petentem depositum restitui, vt in terminis decidisse *Sacr. Consil.Neapolit.* refert *de Franch.in decis.151.* quam not. ad limitationem *text.* & quæ ibi notantur in *l fin. C. de*

bis, qui bonis cedere possint; Infertur tertiò, quod nec pariter exceptio non numeratæ pecuniæ, vt est *Decis. Cur. Archiep. Neap.* 99. quam nota ad *text. in l fin. § illo, C. de exceptione non numeratæ pecuniæ*; Infertur quartò, quod depositum habet executionem paratam, *Bocr. in decis.* 195 *Canals. in decis.* 27. *part.* 2. Infertur quintò, quod depositarius vtens re deposita, & renitens restituere poterit furti actione conueniri, *Franc. Marc in decision.* 443. & aliquid per *Ioseph. Ludou. in decision. Lucens.* 22 Amplia reg. text. vt depositarius possit restituere ei, qui non erat legitimus tutor, *Afflict. in decision.* 147. Amplia secundò, vt depositarius etiam si sit Clericus cogi possit per Iudicem secularem ex officio executiuè implorato ad restitutionem, *Cappell. Tholos. in decis.* 168. Limita nunc in furioso, quia non est reddendum depositum, *Guid. Pap. in decis.* 152. quam not. ad *text. in Authent. sed nouo iure C. de deposito.*

Collect. 1055.

In l. qui fundum, ff locati.

IN materia huius text. scilicet, quod nouus Dominus non tenetur stare Colono, scripsi nonnulla *collect. in l. emptorem, Cod. locati.* quibus hic addas, & amplia primo in eo, cui fuit relictus vsusfructus, quia potest expellere conductorem, *Cappel. Tholos. in decis.* 421. Amplia secundò, in successore etiam ex titulo lucratiuo, quia Colonus non habet ius in re Domini, de *Rot. decision.* 2. *de empt. & vendit. in antiquis.* Amplia tertiò, quando prædecessor non habebat plenum ius in re, *de Franch. in decis.* 216. Amplia quartò, in immisso in possessionem ex primo Decreto, *Magon. decis.* 97. Nunc limita in successore vniuersali, quia semper tenetur stare colono, *Guid. Pap. in decis.* 480. & ratio est, quia tenetur prædecessoris factum approbare, *Balb. in decision.* 300. Hinc est, quod cùm Dos sit titulus vniuersalis, ideò succedens in ea tenetur ad obseruantiam lucrationis, *Gomez. Leo. in decis.* 63. *Diuers.* & idem in muliere soluto matrimonio; quia tenetur stare locationi factæ à marito ex *consil. Roland.* 49. *vol.* 2. Limita secundò in casu *decis. Ro. Auenionen.* 108. vbi fuit dictum, quod emptor domus tenetur stare inquilino propter iuramentum à locatore præstitum, vel quando adesset sola hypotheca ex *decis. Rot. Genuen.* 23. Sublimita quando huiusmodi locatio esset facta à tutore sine Decreto, quia ipsa hypotheca non valet, nam bona pupillorum non possunt obligari sine Decreto, *de Franch. in decis.* 334 *p.* 2. Hinc est, quod conductor qui habet hypothecam in re, habet cautelam, quod non admittat emptorē in re per ipsum conducta, donec ei soluatur interesse; alias ipso emptore admisso contra ipsum nullam habet actionem, sed contra locatorem vt pulchrè decidit *Ioseph. Ludou. in decis. Lucen.* 38. *Borgnin. in decision.* 25. *num.* 7. *par.* 2. Limita tertiò in emphyteuta fisci, quia ipse quoq; tenetur stare Colono, *Io Gall. decis.* 300. *ex singulari Roman.* 63. Limita quartò in casu *decis. Osasc* 156. vbi fuit dictum, quod in feudis, quando res reuertitur ad Dominum iure prælationis, vel commissi, tunc Dominus non tenetur locationi stare factę per vassallum, & hoc casu hypotheca, quæ fuit apposita in contractu; nil operabitur, *Gomez. Leo in dec.* 63. *Diuers.*

Diuers. & aliquid per *Grammat. in decis.58.* Limita quintò, in successore Prælati, quia tenetur stare locationi factæ per prædecessorem, intellige quando vocatio est facta nomine Ecclesiæ, & ad ipsius validitatem ex *obseru.Pol. Rip.115.* Sublimita in Prælato nomine proprio affictante; quia tunc nouus Prælatus nō tenetur stare locationi, nisi pro illo anno cœpto, & quando Terræ essent latæ, & fructus pendentes, de proximo colligendi, vt fuit dictum in *Ro.in vna Aximana locationis 10 Decemb.1590.* testatur *Statil.Pacific decis.Rota 192.Marta decis.Pisana 80. Franc. Mar.in decis. Delphin.96. Caualcan.decis.44.part.1. & Cardin.Put.in decision.179.lib.1.*

COLLECT. 1036.

Super c.si delegatus, de offic.deleg. in sexto.

EX dispositione huius text. elicitur Reg. quod casus mortis æquiparatur casui absentiæ; Inferas primò ad *decis.Arag.Sess.57.* in qua fuit dictum, quod Iustitia Aragon. qui habebat in sua Curia potestatem administrandi cuditionem monetæ, in absentia fratris sui, poterat etiam in casu mortis eiusdem administrare, per *d. text. in cap.si delegatus*; Inferas secundo ad *decision. de Franch. 255.* qui affirmat fuisse conclusum, quod creato aliquo Officiali cum hoc, quod in eius absentiam alius administret, & exerceat officium, mortuo illo primo loco creato, hic subrogatus in locum ipsius in casu absentiæ, exercebit officium etiam in casu mortis, secūdùm quàm Decisio. consultus respondi pro Illustriss. & Excellentiss. Domino D.Francisco de Castro mortuo Illustrissimo & Excellentissimo Comite de Lemos Prorege Regni Neapolis eius Patre, cui per litteras Regias fuerat suffectus Anno proximo præcedenti, cum dictus eius Pater nomine eiusdem Regis, functus fuit legatione Magnifica apud Pontificem Maximum Clementem VIII. asseuerando prædictas litteras Regias directas eidem Domino D. Francisco in casu absentiæ eius Patris, extendi etiā debere ad casum mortis eiusdem, non solum vigore dispositionis *dicti cap.si delegatus*, sed etiam auctoritate præcit.decis. Inferas tertio ad casum *text. in l. quæsitum, ff de tutelis*, vbi tutores dari in locum absentis Reip. causa, illo absente mortuo, perseuerant in officio tutelæ vsque ad tempus pubertatis pupilli, nec debent in locum mortui alij subrogari, & in casu proprio eiusd. text. *Egomet decisum refero in decis.Cur. Archiepisc.Neapolit.150.*

COLLECT. 1057.

Super l.actor. C.de probat.

NEgatiua probari non potest, h. d. Limita nisi esset coarctata loco, & tempore, quia tunc releuat, *Afflict.in decis.324* & ita pariter refert decisum *Franc.Marc. in decis.266.* Ex qua limitatione Infero, quod testes deponentes super negatiua non coarctata sunt suspecti, & reiiciendi, vt pulchrè refert *Verall. in decis. 283.p.3.* Infero secūdò, quod magis creditur vni testi affirmanti, quàm mille negantibus, *Vin.in decis.166.* Infero tertio, quod negatiua probari non potest, & testes singulares super illa probare non possunt, *Ego ipse in deci.*

Cur. Archiepiscop. Neap. 19. Limita secundo in casu *decis. Cassad* 3. *de probat.* vbi fuit dictum, quod probare teneturagendo, vel excipiendo, qui se fundat in negatiua, & qualiter probetur negatiua, vide *eund. Cassad. in dec.* 5. *eod. tit.* & deponens negatiuam, falsitatis suspicione non caret, *Franc. Marc. in decisior.* 166.

COLLECT. 1058.

Super l. cùm quæritur, ff. de except. rei iudic.

REi iudicatæ exceptio ad hoc, vt obstet tria requiruntur, videlicet, vt sit idem corpus, idem ius, & eadem causa petẽdi, h.d. Quod amplia primò, vt si vnum istorum deficiat non dicitur obstare exceptio rei iudicatæ, ita fuisse in *Rot. Rom.* decisũ testatur *Caputaq. in decis.* 93. *p.* 3. Amplia secundò, vt possit ad merita reseruari, prout in *Sacr. Consf. Neap.* decisum fuisse referr *Consf. Anna* 89. *vol.* 2. Amplia tertiò in casu *decis. Triuis. Rot. Vene.* 17. vbi fuit dictum quod sententia lata à Iudice laico inter Ecclesiasticos in causa possessorij obstat etiã agenti coram Ecclesiastico, quã diligenter not. ad *text. in c. fin. de excep. in* 6. Amplia quartò in casu decis. *Anna in cõs.* 17. *vol.* 1. vbi fuit dictum, quo ad hoc filius non censetur eadẽ persona cũ patre, & propterea exceptio rei iudicatæ, quæ obstare poterat cõtra Procuratorem non obstat filio, cùm deficiat vnum ex requisitis præfatæ l. nostræ. §. vt sit ead. persona. Amplia quintò, quod hæc tria requisita omnino necessaria sunt vt refert decisum in causa vniuersitatis Lauri, *Ann. sing.* 176 pro huius mat. ampliat. vide *eund. Ann. in alleg.* 43. *p.* 1.

COLLECT. 1059.

Super l. cùm precum. C. de lib. ali causa.

ASsertum in libello habet vim confessionis, & ei statur contra proferentem, h.d. Limita primo in casu *dec. Bellam.* 115. *de probat.* vbi fuit dictum, quod si aliquis in impetratione commissionis confitetur sententiam, non probat illam; Limita secundò in casu *Thoming. decis. Lipsien.* 21. *p.* 1. vbi petens veniam delicti in libello Principi porrecto non probat delictum. Limita tertiò, quando præfata confessio esset incidenter, non autem principaliter facta, vt est punctualis *decis. Afflict.* 167. quam not ad *text. celebrem in c.* 1. *de testi. except.* Sublimita in casu *decis. Cur. Archiep. Neapol. penes me* 122. vbi fuit dictum, quod confessio etiam incidenter facta in libello in crimine falsi probat, & ei standum sit, vt *decidimus in causa cuiusdam Notarij Angeli Cicconi d. falso inquisito.* Limita quartò, in casu *decis. Rot. Romana* 1. *de sentent. excommunicat. in antiq.* vbi fuit dictum, quod absolutio petita in libello, non probat excommunicationem. Limita quinto, locum non habere in verbis narratoriis, in quibus non fundatur intentio libellantis, vt optimè explicat decidendo *Capyc. in decis.* 71. Limita sextò, quando confitens, suam confessionem reuocasset, secundùm quod decidit *Bald. Iaffred. in decision.* 78.

COLLECT. 1060.

Super c. per venerabilem, qui filij sunt legitimi.

Hic

Hic enumerantur concurrenda ad sollemnizationem legitimationis, Tu adde decisa, & primo requiritur citatio agnatorum. Limita in legitimatione spurij, quæ impropria dicitur legitimatio, & propterea non est necessaria, vt refert decisum *Achill. de Graff. in decis. 2. qui filij sint legitimi.* Secundo requiritur, vt si sit legitimandus infans, legitimâs habeat ad hoc facultatem, alias nulla esset legitimatio, nisi in facultate adessent verba, quoscumque, vel adesset ratificatio; ita refert in *Rot.* decisum *idem Achill. in decis. 4. eod. tit.* Tertiò, quod stantibus masculis legitimis, & naturalibus non suffragatur legitimatio, nisi pariter legitimans, ad hoc habeat specialem facultatem, *idem in decision. 3. eodem tit.* Limita nisi adesset clausula legitimandi quoscumque, vel & secundo adesset clausula citra præiudicium venientium ab intestato, ita *Capyc. in dec. 21.*

COLLECT. 1061.

Super l. si qui. C. de postulando.

Aduocato non licet facere pactum de quota litis, hoc dicit. Amplia primò, vt tale pactũ non valeat, & ipse veniat priuandus officio aduocationis, *Guid. Pap in decis. 101. Caual. in decision. 12. de contractib.* at aliter punitur, vt decisum refert *Franc. Mar. in dec. 19. p. 2* Amplia secundò, vt nec possit retinere processum loco pignoris, *Boe. in dec. 15.* Amplia tertio, vt ne dum de quota litis pacisci prohibetur, verumetiam aliquid per minimum recipi à pauperibus personis quia Iudex ex officio debet prouidere pauperi de Aduocato, qui debet gratis præstare patrocinium, aliàs repelli potest ab aduocatione, *Gui. Pap. in decis. 561. Cappell. Tholos. in decis. 482. Mynsing. cent. 1. obser. 45.* Nunc limita, & primò in casu *dec. de Franc. 265. p. 2.* vbi fuit dictũ, quod Aduocato promissio facta valebit, & rem promissam debet habere siue causa finem habuerit per sententiam, siue per cõcordiã, vt retulit decisum *idem Guid. Pap. in decis. 102.* Limita secundò, in casu *decis. Thoming. Rot. Lipsien. 91.* vbi fuit dictum, quod quamuis Aduocatus non possit pacisci de quota litis, potest tamen de pecunia in genere, vel alia re, quàm de ea, quæ est in lite; Limita tertiò in casu *decis. Papon. tit. 7. arrest. 15.* vbi limitat regulam præfatam locum sibi non vendicare in eo Aduocato, qui omnibus aduocationis officium non exercet, quia quemadmodum priuilegium Aduocatis concessum non gaudet, ita & pœnas subire non debet.

COLLECT. 1062.

Super l. 1. C. vt nemo priuatus, &c.

Arma, seu insignia alicuius familiæ quis propria authoritate sumere non potest, h. d. quemadmodum prohibetur Officiali deputato ad ampliandas vias Ciuitatis propria insignia, seu arma ibidem ponere, pulchrè *de Franc. in decis. 443.* Intellige quando expensa ampliationis fieret de publico, alias secus, *Maynard. decis. 60 lib. 2.* & ratio est, quia res eorum esse præsumuntur, quorum sunt insignia, *Ann. alleg. 110.* Hinc est quod signatus ex signo cognoscitur, *Osasc. decis. 40.* sicut nobilitas generis potest ex insigniis probari, *Franc Marc. in decis. 805. part. 2.* adeo vt probata identitate insignium præsumatur

identitas familiæ, vt decisum refert *Anna consil.130.* Hinc secundò fit ex eadem ratione, quod nō licet alicui mercatori alterius signum sibi assumere, *Rot.Genuen.decis.210.* quia Ballæ mercatorū pręsumuntur esse eorum, quorum insignia sunt, *Beer.decis.105. Rot.Genuen.decis.201. Caualc.decis.7.p.2.Rot.Auenion.decis.30. Diuers.* & sigillans litteras insigniis alienis in falsi pœnam incidit, *Franch. Marc. in decis. 962 & decis 989.* Limita quando nō fieret in fraudem alterius, *Decis.Senat.Tholos Diuers.81.* Limita secundò, quando quis esset grauatus deferre cognomen, & arma alicuius, quod de iure fieri potest ex *Decis.Guid. Pap. 251.* & quæ facere debeat grauatus pro implemento huius conditionis, vide *Thess.in dec.257. & 270.* vbi plenè tractatur de armis, insigniis, & cimeriis, in qua matria notandum primò, quod arma, & insignia armorum nobilitatis penes primogenitum remanere debent, *Franc.Marc. in decis. 1138.* Notandum secundò, quod bastardus non potest portare arma agnationis, *Guid. Pap. in dec.580. Thess. dec.fin.* Limita nisi contrarium seruetur ex consuetudine, & ratio est, quia filij bastardi non dicuntur esse de agnatione, seu domo parētum, tamen si deferant arma domus, debent in illis habere barram transuersam incipientem à sinistra parte alterius, & descendentem ad dexteram, vt est *Decis. Senat. Sabaudiæ penes Thess. Filium in decis. seu quæst.45.p.2.*

Procurator ad exigendum non potest remittere non exacta, *Balb. in decision.22.* quam nota ad *text. in l. non abstulit. C.de nouat.* Inferas secundo, quod mandatum habens ad solutionem recipiendam, non potest obligare mandantem confitendo, *Franc. Marc.in dec.109.p.1.& 571.p.2.* Limita in Procuratore cum libera, *Capyc.in decis.16.* Inferas tertiò, quod propterea mandatum extendi non debet vltra expressa, *Ioseph Ludou.in dec.Perus. 116.* Inferas quartò, quod Procurator excedens mandati fines non præiudicat Domino, nisi Dominus factum Procuratoris in fauorē sui infra tempus, infra quod ipse potuisset impedire id in præiudicium sui tacitè, vel expressè ratum habuerit, *Domini de Rot. in decis.13.de conceß prabend in Nou. Rot.Genuen.dec.174.* Inferas quintò, quod Procurator mandati fines non obseruans in nihilo Domino præiudicat, *Thoming.Rot.Lipsiens.decision.22.* Limita nunc suprà firmatam reg.tex. dupliciter, & primo in casu *Rot. Auenionen. in decis.34.diuers.* vbi fuit decisum, quod Procurator ad transigendum cum creditore constituentis potest obligare Dominum erga alium creditorem creditoris; Limita secundò in casu *Rot. Genuen. decis. 33.* vbi fuit dictum, quod Dominus sciens Procuratorem fines mandati excedere, si non contradicit censetur factum eiusdem ratificare.

COLLECT. 1063.

In l.diligenter, ff.mandati.

FInes mandati diligenter attendendi sunt, h. d. Et propterea

COLLECT. 1064.

Super clauſ.arbitrio Rotæ.

INtelligitur prout de iure, *Afflict.in decis.321.Rot.diuers.decis.239.& 641. p.3. Cæsar.de Graß.in decis.7. de iudiciis,* & fuit etiam resolutum in vna

Toletana pecuniaria 13. *April.* 1587. *coram Pamphilio*, tamen animaduertas, quod intelligitur prout de iure, quoad merita causæ, secùs quoad solemnitatem iudicij, vt fuit dictum in vna *Catanien. illegitimitatis* 10. *Ianua.* 1583. *coram Aldobrandino*, aliquando hæc clauſ. relaxat vigorem Iuris Ciuilis, *Balb decis.* 90. & fuit dictum in vna *Leodien. Parochialis* 16. *Nouembr.* 1594. *coram Lilta*, item addo, quod hæc clauſ. posita in commissione Senatoria examinis testium, si testes sunt examinati cum interrogatoriis partis semper intrat, & fides testibus adhibetur, *Card. Put. in decision.* 301 *lib.* 1. aliquid per *Crescent. decis.* 4. *num.* 3. *de testib. Cæsar. de Graff in decis.* 11 *num.* 18. *de probat.* & fuit dictum in vna *Conchen. Limitum* 17. *Maij* 1595. *coram Blanchetto.*

COLLECT. 1065.

In l. iure nostro, ff de testamentaria tutela.

MAter admittitur ad tutelam filiorum, licèt alias venit repellenda, h.d. Amplia primò, vt mater præfertur Auiæ ex parte patris, *Afflict. in decis.* 281. Amplia secundò notabiliter, vt in tutela mater veniat præferēda patri naturali, vt decidit *Cassad. in decis.* 1. *de succ. ssionibus ab intestato.* Amplia tertiò, vt licèt sit debitrix pupilli, non tamen prohibetur admitti ad eius tutelam, vt dicit *Grammat in decis* 55. quam not. ad limitat. *text. in l. creditoris, Cod. quando mulier tutela officio fungi potest* Intellige tamen si promittat sollemnia cum expressa hypotheca suorum bonorum, aliàs talis omissio vitiat tutelam, *Capyc. in decis.* 50. & si deputata tutrix in testamento, dicatur tutrix, an vero administratrix, vide *Put. in decis.* 146. *lib.* 1. intellige secundò, si cum ea non concurrat Auus paternus, quia tunc ei præfertur, *Afflict. in dec.* 282. referens ita per *Sacr. Conf.* decisum & *idem in decision.* 183. & *Capyc. in decision.* 56. qui scribit pro affirmatiua, hanc tamen intelligentiam sublimita, vbi Auus paternus esset propriorum bonorum dissipator, tunc enim mater ipsum excluderet, vt decisum refert *de Franc. in decis.* 10. Intellige tertiò, dummodo ad secundas nuptias conuolare minimè intendat, quia per illius transitum ipsam amittit, nec reassumit mortuo secundò marito, vt decidit *Mynsing. cent.* 3. *obser.* 83. Sublimita hoc in subsidium, putà si alium idoneum tutorem liberi non inuenirent, & habere minimè possent, quia tunc illam reassumit mediante Iudicis Decreto, *Boer in decis.* 266. & generaliter in iure cautum est, vt semper quod mater transit ad secundum matrimonium repellitur à tutela, vt dicit decisum *Guid. Pap. in decis.* 539. Intellige quartò, vt tutelæ munus non sit necessarium in matre, vel Auia, sicut est in masculis, ita decisum in Senatu Franciæ testatur *Papon. lib.* 15. *tit.* 5. *arrest.* 15. & *Boer. in decision.* 224. Pro Coronide tamen aduertas primo, quod tutor datus in casu secundarum nuptiarum, censetur datus etiam in casu mortis, vt refert *Mastrill. Rot. Siciliæ in decis.* 37. Aduertas secundo ad *decisionem Conf. Ann.* 50.

COLLECT. 1066.

In l. prædiis, ff. in quibus causis pignus, &c.

Fructus sunt pro feudo locato tacite hypothecati, etiam quod à principio hoc non fuerit eõuentum, h.d. Amplia in tantum hanc decis. text. esse veram, quod si Dominus fundi commodauerit conductori, siue Colono semina, putà granum, vel hordeum vigore tacitæ hypothecæ præferatur anterioribus creditoribus habẽtibus expressam generalem hypothecam, argumento *tex. in l.licèt, C. qui potio. in pignore, & l. interdum, ff. eod.* & ita decisum affirmat. *Thess. in Filius in decision. 29 num. 6. & 7.* Amplia vlterius in Domino locatore, qui præfertur creditoribus hypothecam expressam anteriorem habentib. quoad fructus naturales, quo verò ad industriales secùs ex *decis. Surd. 97.* recepta per eund. *Thess. circa medium cit. decis. num 8.* Sed quid si aliquis dedit granum Colono, pacto adiecto, quod granum nasciturum ex illo semine, sit illi hypothecatum pro pretio, & granum illud fuit seminatum in fũdo iam alteri hypothecato quis præferendus? Responde, eum, qui dedit, quia hypotheca specialis facta de re non obligata valet in præiudicium anterioris creditoris, per *text. in l. licèt, C. qui potio in pignore, &c.* & ita fuisse iudicatum refert *Thess. cit. decis. num. 10.* Quod tamen limitat si ille, qui est creditor esset etiam Dominus fundi, in quo seminatum fuit granum, quia tunc præferretur vigore duplicis priuilegij anterioritatis videlicet & Dominij ex *Cons. Decia 50. lib. 3.* cum quo censuisse Senatum Pedemon. *Idem Thess. cit. decis. affirmat. in vl. ima part. circa fin.*

Collect. 1067.

In l. 2. C. de Episc. & Cleric.

Appellatione personæ nõ venit Collegium, seu vniuersitas. Et propterea infertur, quod in generali derogatione priuilegiorum quibuscumque personis concessorum, non censetur derogatum priuilegium eõcessum Venerabili Collegio Dominorum Rotæ Auditorum *Card. Put. in decis. 47. lib. 1.* hinc est quod statutũ loquens de personis, non comprehendit vniuersitatem, *Rot. diuers. decis. 791. num. 17. & decis. 794 part. 3.* Infertur secundo, quod Collegium, & Vniuersitas excommunicari nõ possunt, cùm excommunicatio sit pœna animæ, & Collegium animam non habet, ita *Maynard. in decis. 60. lib 4.* quæ facit ad *c. Romana de sent. excommunicat.* Infertur tertio, quod mandatum cõtra omnem personam datum non capit Collegium, nec Vniuersitatem, *Achil. de Grass. in decision. 15. de procurat.* ideoque Notarij in instrumentis procurationum dicunt contra quamcumque personam Collegium, vel vniuersitatẽ, quia aliàs non venirent; Infertur quartò ad *dec. Put. 88. lib. 1.* vbi fuit dictum, quod Constitutio facta per Carthaginen. Capitulum, quod si aliquæ contentiones iniuriosæ orirentur inter aliquos de ipso Capitulo, quod duo ex Capitularibus antiquioribus procederent, non procedit vbi persona Capitularis deliquit contra Capitulum. Infertur quinto, quod Regula Cancellariç 19. de idiomate, dum loquitur de personis, locum non habet in Collegiis, vel in Capitulis, *Raud. dec. 200. & Gomez. sup. 3. Reg. in quæst. 2.* Infertur sextò, quod regula reuocatoria Adriani VI. de quibuscumque facultatibus, & gratiis concessis quibuscumque Prælatis, & personis, &c. non comprehendit gratiam

factam

factam loco,& corpori inanimato,& sic *Fabrica Sancti Petri, Capu. aq. dec.* 42. *part.* 3 Infertur septimò ad declarat. Conc. Trident. de qua per *Gonzalez. decis.* 57. vbi fuit dictum, quod vnio facta ab Episcopo Cauensi mensæ Capitulari, de quibusdam beneficiis simplicib. vigore *Conc. Trid. Sess.* 24 c. 15. *de reform.* esset nulla, quia d. concilium non dat facultatem vniendi mensæ capitulari, sed tenuibus præbendis singulorum Capitularium.

COLLECT. 1068.

In l. necessario, ff. de periculo, & commodo rei vendita.

PErfecto cōtractu commodum, & incommodum ad emptorem pertinet; Amplia primò, etiam si in eo adiectum esset pactum de retrouendendo, *Borgnin. in decis.* 16. & ratio esse potest duplex; Prima, quia est verus Dominus rei, vt decidit *Balb. in decis.* 19. Secunda ratio est, quia in vēditione cum præfato pacto transfertur verum Dominium, vt pulchrè decidendo animaduertit *Thess. in dec.* 71. Nunc limita conclusionem *tex. in casu dec. Caual.* 7. *de contractibus*, vbi fuit dictum, quod emptio facta de boue, vel alio animali, aut de vino pretio conuento, si aliquod periculū euenerit ante traditionem, non cedit emptori, si emptio non fuit pura, & perfecta. Limita secundo, quando res empta perit durante dilatione data ad soluendum pretium in casu vbi venditor reseruauerit sibi dominium, donec integrum pretium sibi soluatur, *Caualc. decis.* 9. *de contract. par.* 2 Limita tertiò in casu *Mynsinger. cent.* 6. *obser.* 36. Limita quartò in casu *decis. Rota penes Verall.* 333. *part.* 3. vbi fuit dictum, quod periculū & commodum rei æstimatæ datæ in solutum pertinet ad recipientem: fallit in re data in solutum per minorem maiori, si contractus resoluatur quia tūc commodum pertinet ad minorem. Limita quintò, in emente sub annuo censu, quia re perempta, seu effecta inutili adhuc non tenetur ad census solutionem, vt refert decisum *Papon. lib.* 13. *tit.* 2. *arrest. fin.* Limita sextò in iis, quæ venduntur, vt pondere, numero, & mensura, quia periculum non erit emptoris incōtinenti, quemadmodum in iis, quæ venduntur vt species, sed demum facta mensuratione, & non, *Marc. in decision.* 58. *par.* 2. & ad materiam *Afflict. in decis.* 280. & 399.

COLLECT. 1069.

Ad Bald. in c. cùm olim, de consuet.

EST locus in quo communiter recurrunt DD. in materia præcedentiæ, dum asserunt in processionibus, seu præcedentiis debet attendi cōsuetudo loci, & ita decisum refert *Medices decis. Marchia* 21. quod adcò verum est, vt procedat etiam si consuetudo repugnaret iuri communi, vt fuit dictum in *Rot.* in vna *Militen. præced. ntia* 10. *Iunij* 577. *coram Seraphino*, vt patet *in decis. eiusdem* 335. nec ab ea est in dubio recedendum, vbi fuit dictum in vna *Romana præeminentiarum* 13. *Nouembris* 1591. *coram eodem* vt patet *in decis. eiusdem* 716. & 964. & procedere etiam in processionibus Religiosorum, *Idem in decision.* 663. & 126. ac etiam in controuersiis præcedentiæ Canonicorum Ecclesiarum Cathedralium, & propterea dictum in *Congregatione*

*rituum, in vna Regien.9.Decembr.*1600. quod quamuis Archidiaconus sit præferendus Archipresbytero eiusdem Ecclesiæ in decantatione Missarum diebus sollemnibus, in delatione Sanctiss.Corporis Christi, in benedictione Candelarum, Cinerum, & Palmarum, & aliis huiusmodi actibus, & functionibus Sacerdotalibus absente Episcopo; Limita si extaret consuetudo in contrarium, vt patet *in d.cis. eiusd. Congregationis*. In nonnullis tamen casib. non consuetudo, sed quod ius disponit, attenditur, prout primo, quod Abbas priuilegiatus prefeatur omnibus dignitatibus Ecclesiæ Cathedralis, licet non Capitulo collegialiter sedenti, vel incedenti, *Sayr.in decis.2. de maior. & obed.* Secundò, quod Vicarius Episcopi omnes præter Episcopum præcedat, etiam existente consuetudine in contrarium. *Idem in decis.3.eo. tit.* Tertiò, quod in comitiis, seu in parlamentis, quæ in Ciuitate Neapolis celebrantur septem Officia Regni præcedunt Electos Ciuitatis, & Magnus Cancellarius præcedit Magnum Senescallum; *de Franch.in decis.*548. Quartò, quod Prior, & Canonici Collegiatę præcedere debent Priorem, Vicarium, & portionarios, & Beneficiatios Ecclesiæ Parochialis de Romeral. ita *Seraphin. in decis.*1445.

COLLECT. 1070.

Super l.1.ff.de pœnis.

POEna non transit ad hæredes, h. d. Limita primo in pœna, quę infligitur ipso iure, quia trāsit ad hæredes, etiam lite non contestata, *Balb.in dec.*391. Limita secundò singulariter in casu decis. *Mynsing.cent.1.obseru.*98. vbi fuit dictum, quod pœna accusationis fractæ pacis publicæ trāsit etiā ad hæredes, intellige dummodo sit iuncta ciuilis actio super restitutione damnorum, & interesse, alias secus, secundùm *Iaff.ed.in decis.*22. Limita tertiò in casu *eiusd. Mynsing.cent.2. obseru.*8 vbi fuit dictum quod executio sub pœna damni transfertur ad hæredem mutato tamen banno in pœnam pecuniariam. Limita quartò lite contestata, quia tunc pœna ad hæredes transit, siue actio criminaliter intentatur, siue ciuiliter, vt decisum refert *Franch Marc. in decis.*754. quam nota ad *text. in l. vnica. C. ne ex delicto defunctorum*. Limita quintò in casu *decis.Osasc.*152. vbi fuit dictum, quod hæres ex delicto defuncti iure ciuili non tenetur pœnali actione, nisi lite cum defuncto contestata, vel quatenus ad hæredem peruenit. Limita sextò in crimine assassinij, in quo hęres tenetur restituere pecuniam, seu bona, quæ peruenerunt ad manus defuncti, etiam lite non contestata, vt solemniter decidit *Cap.* qui etiam nonnulla eius criminis singularia coaceruat, *in decis*155. Tamen pro huius text.coronide posset dubitari, nū hæres condemnati, qui ante condemnationem defunctus est teneatur ad pœnam ratione delicti non obstante Decreto, vide pulchram *decis. Pedem.penes Thess.*144. & ad materiam huius text. vide *decis. Afflict.*145.

COLLECT. 1071.

In l.1.C.ne pater pro fil.

PAter non tenetur pro debito filij, h.d. Limita nisi permiserit ei negotiari, & administrare bona sua, tūc enim

enim tenetur, & eius hæres, & ratio est, quia præsumitur intercessisse mandatum tacitum, ex eo, quod patre sciente, & patiente, filius administrat, *Afflict. in decis.* 221. *Ioseph. Lud. in decis. Lucen.* 55. & è contra filius non tenetur pro debito patris, neque pro ciuili munere, ad quod pater tenetur, vt decisum refert *Guid. Pap. in dec.* 57. Limita secundo, vt filius teneatur soluere, ac fideiubere pro patre incarcerato, vt est punctualis dec. *Boer.* 126. Amplia reg. text. adeò procedere, vt nec pater teneatur soluere condemnationem filij etiam de legitima. *Fran. Marc. in decis.* 265. Limita tertio in casu *decis. Boer.* 211. vbi fuit dictum, quod filius non cogitur se obligare pro patre nisi in causa redemptionis à carcere, quo casu filius recusans, priuatur hæreditate paterna.

COLLECT. 1072.

Ad Rubr. de pasc. publ. & priuat.

PRo huius materiæ dilucidatione aduertendum primo, quod ius pascendi est quædam species seruitutis, ad quam probandam requiritur tempus, cuius initij memoria nō existit, vt decidit *Mynsing cent. 4. obser.* 54. & licet præscribatur modo quo suprà secundùm *Guid. Pap. in decisione* 500. non tamen quando homines, seu custodes bestiarum contenderant, & contradixerant aduersus custodes animalium illius loci, qui vtebantur pascuis alienis, vt ne depascantur eorum animalia, vt decidit *Papon lib. 14. tit. 1. arre.* 4. Animaduertendum secundo, quod vniuersitas habet intentionem fundatam super pascuis & herbaciis, *Fran. Marc. in d. c.* 109. & propterea non tenetur ad exhibitionem tituli, *Balb. in decis.* 59. verum quicquid præfati dicant, contrarium mihi suadetur, quia pascua, & herbæ non vniuersitatis, sed Baronum sunt, vt decidit *de Franch. in decis.* 301. & propterea allegans contrarium probare tenetur, cum habeat præsumptionem iuris contra se, vt est *decis. Papon. lib. 13. tit. 2. arrest.* 1. Animaduertendum tertiò, quod habens ius pascendi moderatè vti debet, *Mar. in decis.* 84. Intellige dummodo tale ius fuerit fundatum, quia possessio pascendi non probatur ex eo, quod homines sint soliti pascere animalia, *Card. Put. in decis. 26. lib.* 2. Intellige secundo, dummodo per statutū nil de nouo inducatur, quia potest introduci, vt in attenta parte anni non pascatur, *Franc. Marc. in dec.* 223. pascua autem an diuidi possint, vide *Thessaur. in decis.* 71. ac quomodo vide *eundem dec.* 72. & de alia diuisione vide solemnem *decis. Cauall.* 4. *part.* 2.

COLLECT. 1073.

In l. cum allegas, vbi DD. C. de vsuris.

POEna adiecta facto de iure debetur, h. d. cum notatis per DD. Intellige tamen dummodo concurrat interesse, aliàs ad ipsam pars minimè venit condemnanda, prout ita decidisse, *Sac. Neapol. Consil.* ac de eiusdem esse stylo testatur *Afflict. in decis.* 135. ad cuius mat. vide *Gramm. in decis.* 58. *num.* 6. & ita pariter in Senatu Franciæ decisum refert *Franc. Marc. in decis.* 411. quicquid in contrarium scripserit, *Olasc. in decis. 60. &* 70. asserens, pœnā partium per conuentionem adiectam committi, etiam si non intersit; Præfatam text. cōclusionem. Limita quando pœna

adiecta est ratione quantitatis, quia tunc etiam interesse concurrente exigi non potest vt *Granm cit. decis. 58.* & ratio est secundum *Bal. in d. cis. 15.* ob præsumptam suspicionem fraudis vsurarum. Amplia hanc limitationem etiam si appositio huiusmodi pœnæ præsentia, ac Decreto Iudicis, quia vti vsuraria non debetur, vt pulcherrimè per Senat. decisum refert *Thess. in decis. 77.* Amplia secundo etiam si illa pœna esset debita fisco in casu moræ, & retardatæ solutionis, *idem in decis. 98.* Amplia tertio principaliter adeò necessariam esse interesse, vt pœna exigi possit, vt procedat etiam in foro conscientiæ, *Iaffred. in decis. 217.* & si possit exigi pœna, & interesse, vide *Caualc. in decis. 25 de contract. part. 1.* Amplia quarto, vt procedat etiam in pœna conuentionali, quæ non potest excedere interesse, vt refert decisum *Io. Papon. lib. 12. tit. 9. arrest. 1.* Amplia quinto in casu *deci. Cur. Archiep. Neap.* de qua per *meipsum in decis. 13.* vbi latè de hac materia tracto.

COLLECT. 1074.

Super l. domus, ff de seruitutibus vrban. prædior.

VEnare non potest Bato prohibere, quia est permissum de iure gentium, h. d. Limita primò ex causa, quia potest venationem prohibere, ad quam limitationem vide *Fran. Marc. in decis. 529. de Franch. in decis. 158.* Limita secundo si id prohibeatur per banna pœnalia, quia si non contradicunt, & abstineant se, Domini constituuntur in quasi possessione prohibendi, *Gramm. in decis. 67.* Limita tertio in iure piscandi, quia potest prohiberi per baronem, vt decidit *Guid. Pap. decis. 514.* Limita quarto in venatione in columberiis, ... prohiberi potest, & ratio est, quia columbos capere in columberio alieno furtum est, *Fran. Marc. in decis. 303.* Limita quinto, quando venaretur sine guarena, *Guid. Pap. in decis. 218.* nisi ad Vrsos, Apros, & Lupos *Franc. Marc. in decis. 529.* Limita sexto Regulam procedere in personis nobilibus, secus in rusticis, quibus benè potest venatio prohiberi, *idem Marc. cit decis. 303.*

COLLECT. 1075.

Super Reg. Cancellariæ de exprimendo valore.

IN impetratione beneficiorum à Sede Apostolica necessaria est expressio valoris, aliàs gratia est nulla, h. d. Amplia primo procedere nedum in impetrandis, verùm etiam in obtentis, vt decisum refert, *Cappell. Tholos. in decis. 435.* Amplia secundo, vt huiusmodi valor expressus possit probari iuramento eiusdem experimentis, vt est punctualis *decis. Bellamer. 68;* quam not. ad celebrem *gloss. in c. significasti. il secondo, de homic.* Amplia tertio etiam in impetratione beneficiorum in forma pauperũ, quia adhuc est necessaria valoris expressio, vt decidit *Rot. teste Crescent. in decis. 8. de rescript.* Amplia quarto procedere etiam in prouisione facta à legato Sedis Apostolicæ, *idem Crescent. in decis. 10. de rescript.* Amplia quintò, vt valor in primis litteris malè expressus non possunt aliæ litteræ expediri, vt *eandem Rot. dec. dicta* testatur *Crescent. in decis. 8. de rescript.* Verùm hanc ampliationem Limita quando in prima impetratione adesset claus. cũ potestate augendi, vel dimi-

diminuendi vsque ad verum valorem, regula non obstante, ita pulchrè *idem Crescent. in decis. 7. de rescript.* Amplia sexto, vt prouisio nulla ob falsum valorem non supplet defectum publicationis, *Cresc. in decis. 18. eod. tit.*

Collect. 1076.

Super l. à diuo Pio. ff. de re iudic.

IVdex delegatus non potest suam sententiam executioni mandare, h. d. & ratio est, quia per sententiæ prolationem eius iurisdictio extinguitur, *Thoming. in decis. 49. part. 1.* quam nota ad *tex. in c. in litteris de offi. deleg.* Limita nunc & primò in delegato Principis, quia potest exequi suam sententiam, vt decisum refert *Franc. Marc. in decis. 72.* & ita pariter testatur *Guid. Pap. in decis. 60. Bellam. in decis. 13.* & de alia dec. Senatus Franciæ scribit *Franc Marc. in decis. 84. p. 2.* Limita secundò, existente contrario alicuius Regionis, vel Tribunalis stylo, vt latè *Ego in decis. Cur. Archiep. Neap. 93.* Limita tertiò in Iudice delegato à lege constituto, qui cum dicatur ordinarius, iuxta celebr. glo. *& quia. ff. de iurisd. om iudic.* poterit sententiam suam exequi, *Ego in decis. Cur. Archiep. Neap. 23.*

Collect. 1077.

Super c. ab eo, de sequestr. possess.

REgulariter possessionis sequestratio non est concedenda appellatione pendente. h. d. & ita decisum refert, *Afflict. in decis. 98.* Limita primò si possessor esset homo perditæ vitæ, & malæ frugi suspectúsque sit, *Balb. in decis. 122.* verum, vt hæc limitatio procedat quatuor concurrere debent, de quibus per *Gayl. in obser. 147. & seq lib. 1.* Limita secundo si pendente appellatione fructus dissiparentur, *Affl. cit. decis. 98* quam limitationem Amplia primo procedere etiam in prima instantia, quando fructus dissipans non est soluendo, vt in propriis terminis refert decisum *Cappell. Tholos. in decis. 478.* quam diligenter not. ad ornatum *text. in l. imperatores, ff. de appell.* Amplia secundò etiam si suspicio tantum de dilapidando adesset, quia nedum ipsa probata admittitur sequestrum, vt est punctualis decis. *Rot. penes Verall. in decis. 158 part. 3.* Amplia tertiò procedere etiam contra Monachum, quia si probatur fructibus abuti, aut alia causa dilapidationis conceditur sequestrum, *Card Put. in decis. 166. lib. 2.* Limita tertio, vt reg. text. non procedat in immobilibus, quia loco sequestri solet concedi inhibitio, vt pulchrè testatur decisum *Caputaq. in decis. 158 part. 3.* Limita quarto in casibus, de quibus per *eund. Gayl. d. obseru. 147. & Cappell Tholos. in decis. 478.* Limita quinto in casu decis. *Caual. 23. de iudutis,* vbi fuit dictum, quod sequestrum in causa appellationis fieri non debet, nisi probetur summariè, vt immineat timor dilapidationis fructuum & baractationis, aut vt possessor non sit soluendo.

Collect. 1078.

Super l. si eadem, ff. de offic. assessoris.

IN propria Patria quis non potest esse Officialis, h. d. Amplia primo procedere etiam in Magistro actorum, qui non potest esse in propria Patria, vt fuisse decisum in causa Barnabæ Caraccioli cum Vniuersitate

Scignani refert *de Franch. in pulchra sua dec.* 98 & ratio esse potest duplex. Prima, quia ipsi dicuntur verè Officiales, *Gratian. Rot. March. in decis.* 131. Secunda est, quia illæ rationes, quæ procedunt in aliis Officialibus, procedunt etiam in istis, quia vt plurimum informationes capiuntur per Actuarios absque præsentia Iudicis, & valde lædi possunt partes, & delicta possunt remanere impunita, ita *Viu. in decis.* 49. quam nota ad celebrem *gloss. in cap. in præsentia, de probat.* quemadmodum etiam Officialis nō potest esse Scriba in causis sui Officij, nisi in leuibus, *Balb. in decis.* 215 Nunc limita text. vt minimè procedat in casu, vbi esset consuetudo in contrarium, vt pulchrè refert in Senatu Pedemont. decisum *Thess. in decis.* 267.

Collect. 1079.

Super l. hoc si debitor, C. de pignorib.

Regulariter non potest agi contra tertios possessores, nisi excusso principali debitore, hoc dicit, & ita decisum testatur *Capyc. decis.* 54. *Ioseph. Ludou. decis. Perus.* 45. *Andr. Gayl. obseruat.* 27 *lib.* 2. quo loci amplia Regul. in sex casibus tamen excussionis exceptio cum dilatoria sit, opponi debet ante litem contestatam, *Osasc. decis.* 44. *Guid. Pap. decis.* 570. *Cappell. Tholos. decis.* 81. *Rot. Genuen. decis.* 78. aliquid per *Boer. decis.* 221. *Papon. lib.* 10. *tit.* 4 *arrest.* 21. *Gayl. obseru.* 27. *lib.* 2. & quid si opponatur post litem contestatam, vide *Put. decis.* 188. *lib.* 1. in nonnullis tamē casibus opponi non potest exceptio hæc, prout primò extante iuramento, *Borgnin decis.* 27. licèt contrarium teneat *Cappell Thol. in decis.* 139. pro cuius contrarietatis conciliatione, vide *Thessaur decis.* 166. Secundò si debitor principalis notoriè soluendo non sit, *Afflict. decis.* 318. *Cap Thol. decisio.* 197 *Vitall decis.* 272. *part.* 2. & notorium, quod quis non sit soluēdo probatur per librum æstimi, *Guid. Pap. dic.* 432. Tertiò non potest opponi quoties agitur inter mercatores, *Boer. decis.* 221. aliquid per *Lud. cit. decis.* 45. *nu.* 12. item cessat si illi specialiter fuerit renūciatum, *item Guid. Pap decis.* 94. item quando adest difficultas in exigendo. Item fideiussores de iudicato soluendo, *Boer. dec.* 277. *Papon. l. b* 10. *tit* 4. *arrest.* 24. & 26. item vbi in instrumento adesset pactum de capiendis bonis propria auctoritate, *Capyc. d. decis.* 54. *Guid. Pap. decis.* 432. item contra absentem non potest opponi exceptio discussionis, *Ioseph Ludou decis.* 21. *Gayll obser.* 27. *lib.* 2 & quis dicatur absens, vide *Rot. Genuen. decis.* 40. & quomodo probetur, vide *Franc. Marc. decis.* 231. *part.* 2.

Collect. 1080.

In l. tutores, ff. de rei vendicat.

Pecunia in re empta inuenta, si est thesaurus efficitur emptoris inuentoris, si verò pecunia redditur venditori, h. d. licèt regulariter dimidia acquiratur inuentori, altera verò iuxta tradita in *l. thesaurus. ff. de rerum diuision Balb. d cisio.* 29. In Regno verò Franciæ thesauri inuenti in bonis propriis diuiduntur inter Dominum rei inuentorem, & Regem, vt refert *decisio Papon. lib.* 13. *tit.* 7. *arrest.* 1. & 2. Amplia, vt in fundo priuato possit perquiri. *Afflict. in decisio.* 13. Amplia secundo, vt quamuis sit in fructu, non tamen cedit

in beneficium vsufructuarij, sed diuiditur, vt supra *Bocr. in decis.224.* in thesauro verò inuento in fundo Ecclesiæ, diuersum ius est, quia medietas est inuentoris, alia Rectoris illius Ecclesię, aut Fisci Episcopalis Cameræ, *Borgnin. Caualc. in decis.15 de contractibus. part.2.*

COLLECT. 1081.

Super c. pastoralis. § præterea de deleg.

LOquitur de clausula appellatione remota, & h.d. sententia mādari potest executioni non obstante hac clausula; Intellige tamen primò, vt censeatur sublata appellatio quoad effectum suspensiuum tantùm, non autem deuolutiuum, *Egomet in decis. Cur. Ar. hup N ap.139.* Limita, & intellige secundo, quando apponeretur in rescriptis, quæ non conceduntur ex certa scientia, quia tunc nihil operatur, *Card. Put. in decis 324. lib.2. Fab. in decis.71. C. de app.* Limita tertio, quando appellans offert incontinenti iustificaturam appellationem, *Balb. in decis.22.* Limita quarto, vt nihil operatur vbicunque quis notoriè grauatur, *Caputaq. in decis.33. part.3.* ex qua infero ad aliam *Garz. 29.* vbi fuit dictum quod claus. hæc non remouet aliter appellationem, quando sentētia foret manifestè iniqua, vel notoriè iniusta; Limita quinto, vt operetur tantùm quoad friuolam appellationem, secus si iuridica esset appellatio, vt pulchrè refert decisum in *Regia audientia Apuliæ in anno 1533. in causa tunc vertente inter aliquos de terra Mottulæ & S. Marci, Viu in decis. 69.* Sublimita hanc limitationem vbicunque extaret, quod reperiretur apposita altera claus. s. quod de nullitate dici non possit, *Maynar. in decis 59. l. b 5* & fuit pariter decisum in *Rot. coram Orad. in decis.74.* Limita sexto principaliter, vt nihil pariter operetur quoad tertium, vt refert decisum *Gratian. in decis.228.* Limita septimò in casu *decis. Iaffred.464.* vbi fuit dictum, quod quando in aliquo delicto remouetur appellatio, non intelligitur remota, nisi prius constet de ipso delicto.

COLLECT. 1082.

Super c. inter monasterium, de sent. & re iudicat.

IVdicis recusatio fieri debet ante litem contestatam, h.d. & ita decisum refert *Franc. Marc. in decis.725. Mynsing. obseru.58. centur.3. Gayl. obseru. 33. lib.1.* hinc infertur, quod aliàs semel Judice approbato non admittitur recusatio, *Papon. lib.7. ti.9. arrest.13.* Limita ex causa, quoniam non obstante approbatione recusari poterit, *Verall. in dec.391. part.2. & dec.7. part.3.* Intellige limitationem illa superueniente ante conclusionem in causa, secus si post, *Mynsing. cit. obseru.59. cen. 3. Balb. in dec.110. Gayll. d. obser.33. lib.1.* Nunc limita & primo in muliere, & rustico, quia possunt Judicis prorogationem factam litigando coram eo reuocare, *Iaffred. in dec.110.* Limita secundò quando ex noua causa Judex diceretur suspectus. *Ego in dec. Cur. Archiep. Neap.61.* Limita tertiò in casu *dec. Balb.67.* vbi fuit dictum, quod quando exceptio recusationis redderet iudicium retronullum, aut funditus eradicaret iurisdictionem Judicis, tunc poterit proponi etiam post litem contestatam. Limita quartò singulariter quando existeret in contrarium alicuius Tribunalis con-

ſuetudo, ita deciſum refert **Papon.lib. 2.tit.9.arreſt.4.**

COLLECT. 1083.

In l.contraxiſſe.ff.de act. on. & oblig.

CONtraxiſſe in eo loco quis videtur, in quo ſoluere ſe obligauit, h.d. & ita refert deciſum *Oſaſch. in deciſ.* 114. *Rot. Genuen. in deciſ.* 105. Hinc animaduertas, quod qui certo loco ſoluere promiſit, ſi ibidem non ſoluerit, poteſt conueniri vbique dummodo ibidem reus ſortiatur forum, alias ſecus, *Rot.Genuen.in deciſ.* 104 licet contrarium auſus fuerit firmare, *Magon.deciſ Lucenſ.*78.*nu.*17. Et vt poſſit vbique conueniri etiam ſi ibidem non ſortiatur forum, tenuit *Rot.in deciſ* 98.*diuer.part.*2. Animaduertas ſecundò quod creditor debet eſſet paratus ad recipiendam pecuniam in loco ſolutioni deſtinato, ad hoc vt debitor in pœnam incurrat, *Rubin.in deciſ.*29. Hinc inferas, quod debitor excuſatur à mora, etiam ſi non acceſſerit ad dictum locum, quando in tali loco nemo ſit cui fiat ſolutio, *M bed in deciſ.*307 & pulchrè *de Franc in deciſ.ſi part.*1 & harum deciſionum ratio eſt ſubſtantialis, quia dies ſolutionis faciendæ in certo loco, non interpellat pro homine, nec debitorem in mora conſtituit, quando creditor, & debitor ſunt diuerſi fori nec acceſſit ea die creditor ad locum faciendæ ſolutionis ad recipiendum, *Balb.in deciſ.*197. & ita pariter refert deciſum *Myrſing.obſeru.*93. *cent.*3. *Magon in deciſ.Luce.*78 quas nota ad celebrem text. *in l.quod dicitur.ff. de ſolutionibus.*

COLLECT. 1084.

In c.licet, de teſtibus.

TEſtes ſingulares regulariter nõ probant. Amplia primò licet eſſent Cardinales *Bellamer. in deciſione* 627. *Domini de Rot. in deciſ.*33. *de probatio in antiq. Rot.diuer. deciſ.*51. *part.*2. Limita primò in probatione minarum, quæ probantur per teſtes ſingulares, vt pluries refero deciſum in *Cur. Archiep. Neapo. Egomet in deciſ.*22. & aliquid per *Grammat.in deciſ.*5. Limita ſecundò in caſib. in quibus de probando aliquid in genere agitur *Garz. in deciſ.* 26. *Franc. Marc. in deciſ.* 461. *Boer.in deciſ.*23.*num.*43. Limita tertiò exiſtente conſuetudine in contrarium, quia poteſt induci, vt teſtes ſingulares probent, vt decidit *Franc. Marc.in deciſ.*455.*part* 2. Limita quartò quando teſtes haberent aliqua adminicula, quia tunc minimè dici poſſunt ſingulares. *Rot Genuen in deciſ.* 182. Limita quintò re ciuili, & reiterabili. *Cappell.Tholoſ.in dec.*11.*& Bellam. in deciſ.*391. Intellige dummodò tendant ad eundem effectum, *Franc. Marc. in deciſ.*461. Limita ſextò, vt aliquando ſit in arbitrio Iudicis adhibere fidem teſtibus ſingularibus, *Ego ipſe in deciſ. Curiæ Archiep.ſ.Neapol.*99. Limita ſeptimò vbi agitur de probanda frequentia actuum, ex quibus inducitur conſuetudo, quia teſtes ſingulares de diuerſis actibus deponentes probant *Balb. in deciſ* 29. Ad materiam vide *Oſaſch. in deciſione* 99. *Ioſeph. Ludou. in deciſione* 9. *Mynſing. obſeruat.*76. *centur.* 3. De hac materia, vide quæ ſcripſi *in Collect.*127.

COLLECT. 1085.

Super l.quæ fortuitis, C. de pignorat. action.

Cre-

CReditor in pignore non tenetur de casu fortuito, h. d. sed grauis dubitatio hic fieri solet, qui casuum fortuitorum appellatione veniant, & dicas primo quod superueniens factum censetur casus fortuitus, *Bald.in decis.*12. Secundò latronum vis, atque exercitus, *Afflict.in decis.*54. quam not. ad ampliationem *tex.in l.si duo, §.fratres.ff pro socio.* Tertio factum Principis, *Rot. Genuen. in decis.* 56. Quarto carestia immodica, *Caroc. in decis.*19. Quinto casus latronum, incursus hostium, insidiæ piratarum, naufragium, & incendium, *Rot.Genu.in decis.*101. Animaduertas tamen ad huius l. ac totius mat. intelligentiam, quod casus fortuitus differt à casu insolito, & casus insolitus semper censetur exclusus, licèt fiat mentio belli, vel alterius casus, vt decisum refert *Mohed.in decis.* 5.*de locato* quam nota ad singularem text. *in l. fistulas* §.1.*ff.de contrah.empt.* ex qua infero ad aliam *decis. Card. Put.*19.*lib.*3. vbi fuit dictum, quod suscipiens rem ad suum riscum, periculum, & fortunam, non dicitur fortuitum insolidum suscipere casum, cuius decisionis illa potissimum ratio est, quia casus fortuitus, qui communi opinione, nunquam fuit visus, non videtur fuisse in cogitatione, & propterea à nemine præstatur, vt decisum refert *Vrall in decis.* 96. *part.* 1. nec casus fortuitos in se suscipiens censetur cogitasse, de casu insolito, *Gayl.obseru.*52.*lib.*1. Regulam tamen text. limita tripliciter, & primo quando culpa præcessit casum, *Raud. in decis.* 22. Limita secundo, quando quis non adhibuit omnem diligentiam, *Rot. Genuen. in decis.*77. Limita tertio vbi casus fortuitus non probatur *Fran.Marc.in decis.*886.

COLLECT. 1086.

*Super Concil.Trid.sess.*25.*cap.*15.*de Regularibus.*

IN quacunque Religione, tam virorum, quàm mulierum professio non fiat ante decimum sextum annũ expletum, h. d. Amplia primo, vt hoc casu malitia non suppleat ætatem, *Egomet in decis. Cur Archiep. Neapol.*122. quam nota ad *glos. celebrem in cap. postulasti.in glos.fin.de regularibus*; Amplia secundo etiam si numerus 20. dierum deficeret, *Graff. cons.*5. *de regularibus in* 6. Amplia tertio in casu *decis. Sayr.* 97. *de Regular.* vbi fuit dictum quod professio ante annum 16. expletum est nulla, nec coram Deo ratificatur, ex eo quòd per quatuor annos in Religione permanserit; limita si sciens illam nullam, animo illam ratificandi, id fecerit, *Raud. in decis.*22. Amplia quarto, vt ingressus ipso iure censeatur nullus, & propterea nullum producit effectum, & sic professus ad aliam Religionem arctiorem transire & vxorem ducere poterit, si nil aliud obstat, & habetur ac si professionem illam non fecisset, ita *Sayr.in decis.* 41. *de regularibus*, cuius limitationis ratio est, quia non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum *cap.non præstat.de reg.iur. in* 6 Amplia quinto, vt nec de voluntate nouitij huiusmodi defectus conualidetur, *Sayr.in decis.* 39.*de regularibus.*

COLLECT. 1087.

Super l.capitalium, §.*famosi.ff.de pœnis.*

FAmosi latrones furcæ suspendi debent, hoc dicit, & ita decisum

testatur *Guid. Pap. in decis. 589.* sic habes casum in quo, in furto est pœna mortis, & sic limitatur text. *in Auth. sed nouo iure, C de seruis fugitiuis.* secundus est casus in furto magno, quod æquiparatur tribus, *Boer. in decis. 173.* & tunc fur debet pati pœnam mortis, *Franc. Marc in decis. 6. part. 2.* tertius in abigeo, ita *Peguer. in decis. 27.* quartus apud Gallos, quia ob furtum, quamuis exiguum suspenduntur, vt apparet decisum *lib. 22. Placitum Curiæ tit. 4. in decis. diuers.* quintus in latrocinio, *Fran. Marc. in decis. 5. part. 2.* & quomodo differt furtum à latrocinio vide *eund. d. Marc. in decis. 4. part. 2.*

COLLECT. 1088.

Ad l. si quis maior. C. de transact.

VEniens contra transactionem iuratam infamis est, & ab actione cadit, pœnam soluit, & datam restituit, hoc dicit; Amplia primo illam procedere in quolibet contractu, & etiam in emphyteota. *Polid. Rip in obseru. 26.* Amplia secundo, vt interueniente contrauentione non possit mora purgari, vt fuit dictum in vna *Tarraconen. Concordiæ Romana mutui, 26. Febr. 1567 coram Aldobrandino*, & ratio est, quia post resolutionem contractus non est amplius locus purgationi, *Put. in decis. 66. lib. 3.* Amplia tertio vt locum habeat etiam in praxi, *Polid. Rip. in obseru. 27.* Limita nunc in contractibus, in quibus non interfuit iuramentum, *Balb. in decis. 29.* Limita secundo in minore 20. annorum contrahente *Egomet in decis. Cur. Archiep. Neap 122.* Limita tertio vt locum non habeat, quando contrahentes in casu contrauentionis sibi prouiderunt de certa pœna, *Magon. in decis. Florent. 96.* quia tunc prouisio hominis facit cessare prouisionem legis, *Faber. in decis. fin. C. de pactis*; Limita quarto in casu *decis. eiusd. 97. eod. tit.* vbi impotentia obseruandi, ad difficultas excusat à pœna huius l. quæ facit ad ornatum *c. breui de iureiur.* Limita quinto vt locum non habeat, nisi concurrente dolo, *Seraph. in decis. 577. & 1059.* & propterea quælibet causa etiamsi iniusta excusat, *Idem Seraph in decis. 617.* Limita sexto vt locum non habeat contra successorem, vel hæredem iurantis, *Cassad. decis. 2. de iureiur.* Limita septimo in casu *decis. Cresce. 5. de præsum.* vbi Dominus præsumitur ignorare gesta à procuratore ad euadendas huius l. pœnas, *Cap. utaq. dec. 175. par. 5.*

COLLECT. 1089.

Ad rub. de noui operis nunciat.

PRo huius Rub. generali cognitione animaduert. primò quod nuncians nouum opus tenetur expectare ædificantem, vt iuris sui præiudicium valeat ostendere, *Card. Put. in decis. 129. lib. 2.* & quomodo, & quando fiat, vide *Borgnin. in dec. 23. de contractib part. 2.* & semper quod quis ædificat post denunciationem demoliri debet, *Magon. in dec. 29.* quod amplia etiam si nuncians nullum ius habuisset, *Borgnin. cit. decis. 23 Gayl. obseru 16 lib. 1.* quia nunciatio noui operis etiam iniquè facta non valet, & timenda est, *Balb. in decis. 19.* qui nuncians intra trium mensium spacium de iure suo docere debet, quibus præteritis ædificans oblata satisfactione de opere moliendo pergere debet, *Crescen in decis. 1. de noui operis nunciat. Gomez Leo in decis. 7. Gayl. dict. obseruat. 16. lib. 1.* & ædificans contra pro-

prohibitionem iudicis, si postea vincat, non debet ei resarcire damnum demolitionis, *de Franc. in decis.* 331. *par.* 2. hæc autem nunciatio tollitur præstita cautione de demoliendo, *Th ff. in decis.* 204. *Rot. Pedemont.*

Collect. 1090.

In l. cum precibus. C. de probat.

STatur instrumento donec probatur contrarium, hoc dicit. Et propterea dicitur probatio probata, & veritas, latè *Ioseph Ludou. in decis.* 54. *Lucens. & Perus.* 50. & idco illi in dubio standum est, *Verall. in decis.* 421. *par.* 2. *Fran. Marc. in decis.* 51. & aliquid per *Osasch. in decis.* 117. *& Lud. in decis. Perus.* 14. hinc prouenit quod habens pro se instrumentum dicitur habere intentionem fundatam, *Rot. Genuen. in dec.* 112. quia instrumentum facit rem notoriam, *Ead. Rot. in decis.* 109. *Franc. Marc. in decis.* 51. *part.* 2. *& decis.* 208. *ead. part. & in d. c.* 511. *part.* 1. & aliquid per *Osasc. in decis.* 129. & illud quod apparet per instrumentum dicitur certum, ac manifestum, *Rot Genuen. in decis.* 113. & verbis enunciatiuis instrumenti bene statur, *Rota in decis.* 11. *de fide instrum. in antiq. Rot. Auenionen. in decis.* 51. *Afflict. in de.is.* 83.

Collect. 1091.

In l fi. C. de except.

EXceptiones dilatoriæ proponi debent ante litis contestationem h. d. Limita primo in exceptione litis cessionis, & causæ, quia dicitur exceptio rei iudicatæ, & propterea in qualibet iudicij parte proponi potest, *Verall. in decis.* 320. *part.* 1. Limita secundo, quando reus nesciisset litẽ esse contestatam, *Egomet in decis. Cur. Archiepisc. Neapol.* 191. Limita tertio in exceptione dilatoria nouiter nata, quia potest opponi post litem contestatam, pulchrè, ac omnino vidẽdus *Balb. in decis.* 40. Sublimita nisi constaret de negligentia opponentis ante commissam, *Fran. Marc. in dec.* 32. *p.* 2. quam nor. ad tex. *in cap. pastoralis, de except.* & ibi nota; Limita quartò in exceptione excõmunicationis, quæ licèt sit dilatoria poterit opponi in quacunque parte iudicij, vt decidit *Cur. Archiepiscop. Neapolitan.* provt *Ego ipse* latè discurro *in deci.* 291. quam diligenter nota ad celebrem text. *in c.* 1. *de exception. in* 6. *& in clem* 1. *eod. tit.* iuncto ca. *exceptionem de except.* quod amplia vt possit opponi etiam per procuratorem, vt est *decis. Balb.* 206. Limita quintò in exceptione, dolo facis, quia potest opponi in quacumque instantia, *Mohed. in decis* 202. Limita sexto, vt licèt ab initio sit opponẽda, venit tamen post litem contestatam probanda, *Balb. in decis* 91. quam diligenter nota ad tex. *in l. exceptionem. C. de exceptionibus*; Amplia in exceptione, tua non interest, quia est dilatoria, & propterea ante litis contestationem opponi debet, pulchrè *Franch. Marc. in decis.* 902. *par.* 2.

Collect. 1092.

Super l. si diuersas. C. de transact.

TRansactio rescinditur consensu vel altera parte non adimplente, hoc dicit, licèt regulariter semper confirmetur, nisi de subrectione, vel obrectione constet, *Rot. decis.* 88. & semper rescinditur altera parte contrauenientе, *Rot. collect. à Farinac. decis.*

71. & *idem in decis.* 272. quia huiusmodi exceptio non adimplementi, competit etiam si in minimo non fuerit adimpletum. *Put. decis.* 34. *lib.* 1. & *decis.* 383. *lib.* 3. quod ampla locum habere etiam in contractu dotis, *idem Farinac. in decis.* 164. licèt istud adimplementum possit præstari per æquipollens, *idem in decis.* 365. & 67. Amplia nunc text. etiam si non fuisset adimpletum facto vnius partis, quia paria sunt non adimplere, & præbere causam in non adimplendo, *Verall decis.* 335. *part.* 3. Amplia secundo etiam si adimpleuisset in maiori summa qua rescindi potest, *Caputaquens. in decis.* 316. *part.* 3. Amplia tertiò in casu *decis. eiusd.* 317. *part.* 3. Amplia quarto vt agens ad excissionem transactionis non teneatur ad restitutionem acceptorum, vt fuisse decisum *in Sacr. cons. de Ayala testatur Georg. allegat. decis sua* 34. Limita tamen text. in casu *decis. Put.* 340. *lib.* 1. vbi fuit dictum, quod licèt quando in totum pars non adimpleuit, potest altera pars recedere, quando tamen illa pars egisset pro parte ad implementum post tempus promissionis, non potest amplius recedere à transactione, quia videtur illam approbare; Limita secundo in contractu locationis, in quo ob defectum adimplementi non rescinditur *Gratian. decis.* 159.

Collect. 1093.

In l. vnica. C. de sequestro.

NOn debet incipi à sequestratione, hoc dicit, & ratio est secundùm *Rubinum in decis.* 91. quia sequestrationes sunt odiosæ, Hinc infertur quod vt licitè possit fieri sequestratio quatuor concurrere debent, de quibus per *decis. Mynsing. cent.* 2. *obseru.* 11. Infertur secundo quod propterea non impediunt executionem contra debitorem, ita *Guid. Pap. in decis.* 110. Nunc limita & primo vt fiat sequestrum de bonis hereditariis, altero hærede reluctante, diuisionem, & differente vt in propriis terminis decisum refert *Papon lib.* 15. *tit.* 7. *arrest.* 4. Limita secundò in casu *Crescent. in decis.* 5. *de sequestr. poss. ff.* vbi fuit dictũ, quod mulier est sequestranda, quæ durante lite super matrimonio secundo loco nubit ad impediendum ne carnaliter coniungatur cum secũdo viro; Limita tertio concurrentibus positis per *Guid. Pap. in decis.* 246. quia tunc Iudex potest incipere à sequestratione; Limita quarto in casu *decis. Cassad.* 1. *de sequestratio. poss. ff. & fruct.* Limita quinto quoad hoc, quia recusans consentire sequestrationi ordinatæ, punitur, vt est *decis. Papon. lib.* 8. *tit.* 10. *arrest.* 5.

Collect. 1094.

Super c. proposuit. de Clerico excommunic. ministrant.

EXcommunicato beneficia conferri non possunt, h. d. Et propterea in *Cur. Archiep. Neap.* excommunicatis interdicitur vsusfructus beneficij, *Egomet in decis. eiusdem Cur.* 92. & facit etiam *decis. Sayr.* 2. *de cleric. excommun.* Amplia primo, vt collatio beneficij facta excommunicato, etiam occulto non tenet, & minus conualescit ex sequenti absolutione, *Cassad. in decis.* 1. *in tit. de præbend.* Amplia secundò etiam si per longissimum temporis spacium perstitisset in excommunicatione, quia si non probat absolutionem semper præsumitur excõmunicatus, & propterea

eo

eo beneficia conferri non possunt *Franc. Marc. in decis.* 863, quam nota ad celebrem text. *in c. sicut de sentent. excom.* & absolutionem debet petere, qui vult absolui, aliàs non dicitur absolutus, *Mohed. in decis.* 193. *& Vin. in decis.* 95 Amplia tertiò, vt excommunicatus non faciat fructus suos, *Card. Put. in decis.* 180. & de fructibus beneficiorum excommunicatorum vide *Fran Marc. in dec.* 884. *part.* 2. Nunc limita & primo non procedere quãdo excommunicatio esset facta beneficij collatio cum claus. absolut. *Beer. in decis.* 190. sublimita si absolutio esset concessa, parte non conuocata, quia tunc non valet *Fran. Marc. in decis.* 836. *& 866. parte* 2. Limita secundo, vt acceptatio per excommunicatum tenet, non autem collatio, *Rot. decis.* 5. *de sent. excommunicat. in nouis*; Limita tertio si collatio fieret excommunicato pendente appellatione, quia tunc eius effectus suspenditur, *Card. Put. in decis.* 271. *lib.* 3.

COLLECT. 1095.

In l. tutor qui repertorium. ff. de adminiſt. tutor.

TVtor tenetur facere inuentariũ aliàs contra eum potest iurari in litem, h.d. Amplia primò, vt dolus sit in tutore inuentarium non conficiente, *Verall in dec.* 119. *par.* 2. Amplia secundo, vt inuentarium tutoris plenam faciat fidem contra tutorem, *Afflict. in decis.* 13. Intellige inter easdem personas, secus quoad alios, *Franc. Marc. in decis.* 230. *Capyc. in decis.* 107. Amplia tertiò, vt si ex parte absentis fieri debuisset, requireret speciale mandatum, *Thesaur. in decis.* 155. Amplia quarto, vt quamuis tutor sit liberatus per testatorem à confectione inuentarij, nihilominus simpliciter bonorum descriptionem facere tenetur *Ioseph. Lud. in decis.* 61. *part.* 2. Limita tamen textum non procedere, quando inuentarij confectio esset tutori per Judicem remissa, *Guid Pap. in decis.* 500. quam nota ad text. *in l. fin. C. arbitrium tutela.*

COLLECT. 1096.

Super l. 1. ff. de dam. infect.

COncluditur, quod quando domus minatur ruinam, debet à Domino refici, aliàs tenetur vicino de damno infecto, & officio Judicis per viam cautionis succurritur ipsi vicino, & ita *Canalc. decis.* 26. *de contract part.* 2. Hinc est, quod vnus ex Dominis domus communis pro periculo euitando insolidum conueniri potest & condemnari, *Io. Gal. in dec.* 174. *diuers. Fr. artia. Papon. lib.* 6. *tit.* 11. *arrest.* si tamen in cautione damni infecti quilibet admittitur ad defendendum partem suam, *Maynard. in decis.* 13. ad hanc cautionem tenentur etiam possidentes prope flumen, *Fran. Marc. in decis.* 117. & 171. decisum asserit, quod vbi timetur damnum ratione oneris facti in lumine publico debet caueri de damno infecto. infra decem annos.

COLLECT. 1097.

Super l. omnia. vbi Bar. Cod. de Episcopis, & Clericis.

PRiuilegia concessa Ecclesiis extenduntur etiam ad Hospitalia; Hinc infertur primò, quod Hospitalia gaudent priuilegiis, quibus Ecclesiæ, *Afflict. in decis.* 67. *in fin. Balb. in decis.* 90. *Maynard. decis.* 22. *lib.* 5. & ratio

est, quia Hospitale dicitur locus pius, *Magon. decis. Rot. Florent.* 61. *num.* 14. hinc est, quod restituitur aduersus omissam hæreditatem, vel repudiationem ipsius, quemadmodum Ecclesia restituitur, *de Franch. decis.* 282. *part.* 2. Intellige si probetur læsio, aliàs secus, quia tunc non habetur loco sui hæredis, vt possit gaudere beneficio *l. fin. C. de repudienda hæred. Rubin. decis.* 300. Infertur secundò, quod quemadmodum Ecclesiis conceditur immunitas Ecclesiastica iuxta terminos *ca. inter alia de immunitate eccles.* ita etiam & Hospitalibus vt fuisse decisum in Collaterali Conf. testatur *de Ponte in decis.* 35. Infertur tertiò, quod sicut Ecclesiis competit ius variandi, & forum eligendi iuxta *decis. Capyc.* 160 & aliquid per *Afflict. in dec.* 257. *Vin. decis.* 29. *Anna alleg* 149. ita etiam & Hospitalibus, vt est decisio in terminis *Rot. collect. à Farinac. in decis.* 862. nam fuit dictum, quod priuilegium *l. vnic. C. quando Imperator inter pup.* habet locum etiam in Hospitalibus; Infertur quartò, quod tam in Ecclesiis, quam in Hospitalibus potest constitui iuspat. *Costa in decis.* 17. & facit *Rot.* in argumentum *in decis.* 725. *par.* 1. Infertur quintò, quod eædem solemnitates requiruntur in alienatione rerum Hospitalis, quæ in rebus Ecclesiæ, *de Beneuend decis.* 13. *Rot. Bononien. Magon. Rot. Florent. decis.* 19. *Garz. decis.* 35. quas omnes nota ad ampliationem *extrauag. ambitiosè, & c. fine exceptione* 12. *q.* 2. Infertur sextò, quod Hospitale gaudet beneficio inuentarij, sicut Ecclesia, & sic non tenetur vltra vires hæreditarias, si illud non confecerit, *Put in decis.* Infertur septimò, quod sicut sententia lata contra Administratores Ecclesię ipsi Ecclesiæ non præiudicat, ita contra Administratores Hospitalis, *Verall in decis.* 123 *par.* 3. Infertur octauò, quod Hospitalia habent restitutionem in integrum, quemadmodum Ecclesiæ, *Mastrill. in decis.* 90. *lib.* 2. Infertur nono, quod in eis Episcopus habet ius restituendi, & destituendi, quemadmodum & in Ecclesiis, *De Pont. cons.* 18. Intellige quando Hospitale fuisset erectum authoritate eiusdem Episcopi, aliàs secus, *Sayr. dec.* 3. *de relig. domib.* duodecim alias illationes ad hunc textum videas per *Valasc. in decis. sua* 105. *part.* 2.

COLLECT. 1098.

In l. 1. *C. de his quibus vt indig.*

NOn vendicans mortem defuncti eius hæreditate redditur indignus, h.d. Et propterea infertur, quod hæres qui est causa mortis defuncti, est indignus eius hæreditate, *Balb. in decis.* 24. Infertur secundò ad *decis. Cappel. Tholos.* 41. vbi fuit dictum, quod non vendicans mortem testatoris defuncti, priuatur eius hæreditate. Infertur tertiò *ad decis. Papon. lib.* 24. *ti.* 2. *arrest.* 1. vbi fuit dictum, quod licet de iure communi hæres tenetur accusare occisorem defuncti antecessoris, quamuis non obseruetur in Regno Franciæ. Infertur quartò *ad decis. Boer.* 189 vbi fuit dictum, quod quis admittitur ad vendicandam necem defuncti occisi, & quis porior sit in agendo pro iniuria, & interesse videndus est *idem in deci* 166. Amplia supra firmatam text. conclusionem, vt pariter censeatur indignus eademmet indignitate testatorem non sepeliens, *Boer. in decis.* 287 Amplia secundo, vt indignus hæres dicatur qui infirmo testatori medicinam non tri-

tribuit, *Rot. Auenionen. in decisione* 13. *diuers.*

Collect. 1099.

Super c. cum haberet, de eo qui duxit.

De æquitate Canonica filiis illegitimis quouis modo debentur alimenta, h.d. Et propterea primo infertur quod quamuis filiis spuriis aliquid à patre relinqui non possit, secus tamen pro alimentis, *Gayl. l. b. c.* 88. *lib.* 2. Infertur secundò, quod Pater non solùm in vita tenetur alere filios naturales, sed etiam post mortem relinquere eis alimēta sufficientia, aliàs pro ipsis alimentis filij legitimi, & naturales conueniri possunt, *Rot. diuers. decis.* 15. *part.* 2. Infertur tertiò, quod ius alimentandi transit pariter contra hæredes patris in beneficium filiorum naturalium, vt decisum refert *Cassad. in decis.* 1. *de success. ab intest.* quam diligenter nota ad ampliationem text. *in l. si quis à liberis*, §. *item rescriptum, ff. de lib. agnosc.* Amplia quartò text. pariter procedere in natis ex damnato coitu, vt decidit *Fran. Marc. in decis.* 458 *p.* 2. & qui dicantur tales, vide *de Franch.* 28. quam nota ad text. *in l. vulgò concepti, ff. de statu hom.* Amplia quinto, vt donatio facta filio spurio, non valeat vltra metam alimentorum, sed respectu ipsorum tantùm, *Mohed. in decis.* 178. Amplia sextò, vt ius istud Pontificium, per quod Pater tenetur alimentare filios naturales, seruādum sit etiam in terris Imperij, vt pulchrè decidit *Capyc. in decis.* 144 Nunc verò text. conclusionem limita, & primò quando esset ingratus, vt in casu *decis. Rot. Bonon.* 122. Limita secundò quando spurij possent viuere ex arte, vt decisum refero *in Cur. Archiep. Neap. Egomet in dec.* 29. Limita tertiò si aliunde alimenta habeat, quia tunc illa non posset à patre petere, vt pulchrè decidit *Thes. in decis.* 111.

Collect. 1100.

Super l. doli clausula ff. de verbor. obligat.

Clausula generalis non refertur ad specificata, h.d. licèt regulariter restringi nō debet nulla restringendi ratione interueniente, *Rot. Genu n. in decis.* 35. & quod non referatur ad specificata, vide *Osasc. in decis.* 169. quemadmodum non extenditur nisi ad prosequuta tantùm, *Capyc. in decis.* 11. nec clausula generalis ex alia quacunque extendatur ad causam de futuro, *Guid. Pap. in decis.* 129. Item non extenditur ad ea, quæ sunt concedenti specialiter reseruata, nec specialiter prohibita veniunt, *Bellam. in dec.* 719. quam not. ad text. *in c. indulgentia de pœnitentiis in sexto.* Item non cōprehenditur sub ea, quando clausula specialis est in omnibus, *Cap. Tho in decis.* 184. Item quando desideratur saluari ratio recti sermonis, *Franc. Marc. in decis.* 273. *part.* 1. Item non comprehendit personam eius, ad quem verba diriguntur, *Card. Put. in decis.* 44. *lib.* 1. Pro Coronide animaduertas quod generale verbum in aliqua dispositione adiectum, speciei coniunctum restringitur ad speciem à suo generali significatu, *Guid. Pap. in decis.* 306.

Collect. 1101.

Super c. accusatus de hæreticis.

Seder materia suspicionum in mater. hæresis, Super qua nota casus

omnes in iure decisos, in quibus quis redditur de hæresi suspectus, & primò excommunicatus stãs in excommunicatione per annos quindecim potest inquiri de hæresi, *Papon. lib. 18. tit. 7. arrest. 15.* & idem si tantum per annum steterit, *Fran. Mar. in dec.* 860. & 868. *p.* 2. quas not. ad text. *in c. cum contumacia de hæreticis in sexto*, & contra præfatos poterit implorari brachium seculare, *idem Franc. Marc. in dec.* 868. Secundo tenens libros hæresis, vt decidit *Cur. Archiepisc. Neapol. Ego ipse in decis.* 29 quam not. ad ornatum, *glos. in c. fraternitatis de hære. i. is.* Tertio, quid de illo, qui post suam purgationem visitauit Hugonottos fratres suos, & illis dono donauit, an dicatur relapsus, vide *Laurent. in decis.* 1. *Rot diuers. Auenion.* Quarto sunt pariter suspecti de hæresi Christi imagines percutientes, ac B. Virginis, vel aliorum Sanctorum, vt decisum in Regno Franciæ testatur *Papon. lib.* 1. *tit.* 2. *arrest.* 2. & qualiter isti puniantur vide pulchram *decis. de Franch* 353. quam nota celebrem text. *in c. si Canonici, § cæterum, de offic. ordinar. in sexto*, & hæresim suam intra quod tempus liceat abiurare, vide pulchras *decis. Boer.* 341. & 344.

COLLECT. 1102.

Super l. fin. C. de iure deliber.

Hic enumerant DD. vtilitates, quæ proueniunt ex confectione inuentarij. Tu verò limita has vtilitates multipliciter, & primò quando hęres omisit dolosè ponere in inuentario vnam, vel plures res, quia licèt valeat inuentarium, hæres punitur solùm pœna dupli, non autem tenetur insolidum legatariis, *Rot. Genuen. in decis.* 31. quemadmodum Ecclesia, & Hospitale, *Card. Put. in decis.* 379. *lib.* 1. *Guid. Pap. in decis.* 571. Idem in pauperib. hæredibus institutis, *de Franc. in decis.* 282. Amplia secundo, vt careat quis vtilitatibus inuentarij, quando eius forma non fuit seruata, *Bellam. in decis.* 279. forma autem in quo consistat, vide solemnem, *dec. Valasc.* 52. *Rot Lus. Thes. filius in dec.* 19. *Rot. Pedem.* præcipuè pro forma est, vt describantur in eo omnia bona, *Veral. in decis.* 119. *p.* 2. & vt citentur creditores, *Abil. de Graff decis.* 3. *de testamentis*, & quomodo citatio hæc fieri debeat, vide *decis. Capyc.* 101. *Osasch. in decis.* 181. *Papon. lib.* 21. *tit.* 10. *arrest.* 7. nec pro forma est, vt inchoetur intra triginta dies dummodo finiatur intra tempus datum à lege, & fuisse in Regno Franciæ decisum testatur *idem Pap. lib.* 21. *tit.* 10. *arrest.* 5. & *Guid. Pap. in cit. decis.* 571. Amplia vt adeò formæ obseruatio, ac sollemnitatum sit necessaria in confectione inuentarij, quod illud insollemne, ac imperfectum non releuat, & nihil operatur, *idem lib.* 15. *arrest.* 2.

COLLECT. 1103.

Ad Doctr. Staphilei de litteris gratia § quispiam.

Decidit, quod sententia lata de partibus modicã in Curia Romana facit probationem, & propterea dicit *Bellam. in decis.* 74. quod cõmuniter processus, qui portantur ad Curiam de partibus, modicum valent. Hinc est quòd Rota non multum curat de sententia de partibus, vt decidisse *Rotam in decis.* 498. *par.* 3. *diuer.* nec vult exequi sententiam de partibus, nec probationem faciunt, proces-

processibus non visis, in quibus tales sententiæ fundatæ fuerunt, & constito de iustificatione illarum, *Mohed. decis. 11. de sentent. & re iudicat. Cæsar de Graff. decis. 10. num. 12. eodem tit. Put decis. 204. num. 3. lib. 1. Caputaq. decis. 128 num. 1. part. 3. Rot. decis. 84. nu. 1. part. 1. & 381. num. 1. & 704. num. 2. & decis. 1146. & 1302. part. 3. diuers.* & aliàs passim tenuit Rota; quæ Regula in nonnullis casibus limitatur, & primò si non ageretur de executione sententiæ, sed tantum de remissione causæ ad partes, *Put. decis. 304.* incipit fuit decisum *num. 3. lib. 1.* Limitatur secundo, quando talis sententia esset de antiqua, vltra 30. vel 40. annos, & de illius obseruantia constaret, *Cassador. decis. 3. num. 3. de procurat. Put. decis. 338. lib. 3.* & quando sententia dicatur esse de antiqua videas *Mohed. decis. 12. de sentent. & re iudicat.* Limitatur tertio si ageretur ad affectum reprobationis testium, *Cæsar de Graff. decis. 1. num. 8. de locat.* Limitatur quarto in sententia ratione hæresis prolata, de qua non solet dari processus ab Inquisitoribus, *Caputaquens. decis. 134. num. 2. part. 3.* Limitatur quinto si non augetur ad probandum, sed adminiculandum tantùm, vt fuit decisum in vna *Pamptlonen. beneficij die 20. Nouembris 1595. coram Illustriss mo Mantica.* Limitatur sexto quando agitur de causis modicis, *Put. decis. 144. lib. 2.* Limitatur septimo in materia censuarum, *Put. in decis. 65. lib. 1.* & fuit resolutum in vna *Salamantina Censurarum 5. Decembris 1595. coram Seraphino.* Limitatur octauò quando sententia de partibus esset confirmata à Papa, *Caputaquens. decis. 134. num. 1 part. 3.* Limitatur nono in casu, *Maynard. decis. 100.*

COLLECT. 1104.

Super l certum, §. si quis absentem, ff. de confessis.

Confessio facta parte absente non plenè probat, h.d. Amplia in casu *decis. Balb. 79.* vbi fuit dictum, quod confessio etiam extraiudicialis parte præsente non præiudicat confitéti, nisi fuerit acceptata, quam nota *ad gloss in l secus, C. de repudiand. hæredit.* Limita regulam text & primò in confessione, quæ tendit ad liberandum, *Rot. Auenion. in decis. 62. Papon. lib. 10. tit. 5. arrest. 4.* Limita secundò de æquitate Canonica, ex qua talis confessio nocet, & præiudicat confitenti, *Guid. Pap. in decis. 176.* Limita tertiò, quando confessio non tendit principaliter ad aliquem obligandum, sed ad aliud approbãdum, *Egomet in decis. Cur. Archiep. Neapol 93.* Limita quartò quoad semiplenam probationem: Intellige dummodo fuerit probata per duos testes, ita *Thess. in decis. 109. & Rot. Genu. in decis. 212* Limita quintò si cum causa esset confessio facta, quia etiam parte absente sufficiens esset ad probandum, *Domini de Rot. in decis. 18. de probat. in antiq.* Limita sextò, vt valeat pactum liberatorium, quamuis confessio liberatoria parte absente non probaret, *Capyc. in decis. 133.*

COLLECT. 1105.

In l. contractus, ff de actionibus & obligationib.

Contractus simulati, & imaginarij nullam firmitatem habent, h.d. Sed dubium est ex quibus præsumatur simulatus, dicas primo ex traditis per *Verall. in decis. Rot. Ro-*

mana 143. part. 1. Secundo, quando venditor, vel donator post venditionem remanet in possessione domus venditæ, Fran Marc. in dec. 508. quam not. ad tex. in l. sicut § venditor. ff quibus modis pignus soluatur. Tertio in casu Rot. Auenion. de quo per Laur. decis. 67. Quarto si res fuerit pro parte vendita, & pro parte donata, Boer. in decis. 143. quam nota ad text. in l. per tuas, C. mandati; Quinto probatur simulatio ex præcedentibus, nempe quando ab initio aliter fuerit conuentum, & postea aliud scriptum, vt decisum refert Franc. Marc. in decis. 483. Sexto ex breuitate temporis dati ad reuocandum, Gramm. in decisione 76. Septimo ex pacto de retrouendendo cum aliis, de quibus per Afflict. in decis. 40.

Collect. 1106.

Super l. semel, ff. soluto matrimonio.

SCripsi in materia oblationis in l. acceptam, C. de vsuris; In præsenti autem l. quæ pariter de oblatione loquitur requisita reponas ad hoc, vt oblatio valeat, & suos producat effectus; Requiritur primo, vt fiat congruo loco, & tempore, Osasch in decis. 155. Secundo requiritur, vt sit realis, non autem verbalis, Balb. in decis. 559. licet debitor offerēs pecuniam non teneatur eam in manu habere, Mago. in decis. 118. Rot. Floren. & idem Balb. in cit decis. 559. & non tenetur eam consignare, nec ostendere antea numēratam fuisse, Capyc. in decis. 19. & ad materiam vide decis. Rot. Perus. 105. apud Ioseph. Lud. Limita quando tractatur de euitanda pœna, vel mora, aut alio damno vitando, quia sufficit verbalis oblatio, Egomet in decis. Cur. Archiepiscop. Neapol. 27. & aliquid per Bemnt. in decis. 77. Rot. Bonon. Tertio requiritur vt sit integra, Verall in decis. 268 part. 2 & propterea debet offerri illud totum, quod liquidum est, vt fuit decisum in vna Tolentina in anno 1559. coram Gipsio; Requiritur quarto, vt sit pura, Garz in dec. 12. & propterea oblatio facta locatori pro fructibus vnius anni, nullum operatur effectum, si ipse locator sentiebat de alio anno, Cauntaq. in decis. 269. part. 2. similiter oblatio pura, ac realis requiritur in pacto legis commissoriæ, Rot diuers. decis. 52. part. 2. Requiritur quinto, vt si fit per procuratorem, constare debeat, quod tempore oblationis fuerit exhibitum mandatum, Cacher in decis. 175.

Collect. 1107.

In l. instrumenta, C. de probat.

SCriptura priuata nō inducit probationem, h. d. Limita primo, vt probet donationem, Boer. in decisione 179. Limita secundo, vt bene probet contra scribentem, Idem in decis. 105. & Rot. Gen. in decis. 170. 74. & 80. Limita tertiò in casu deci Afflict 104 vbi fuit dictum, quod scriptura priuata à tertio scripta, & subscripta à testibus tantum probationem inducit; Limita quarto, vt bene probet ad beneficium tertij, Rot. Genuen. in decis. 197. Limita quinto, quando esset recognita, Bergnin. in dec. 27. part. 2. & quomodo recognosci debeat vide Fran. Marc. in dec 904. part. 1 Sublimita testibus mortuis, Gayl. obser. 43. lib. 2. hæc autem recognitio potest peti in causa appellationis, Papon. lib. 8. tit. 2. arrest. 1. & non debet fieri coram Iudice incompetenti, Idem arrest. 3. & mul-

multum differt recognitionem fieri per partem, aut per testes, *idem Papon. lib.8. tit.2. arrest.4.*

Collect. 1108.

Ad l.1. ff. vti possidetis.

MAndatum de manutenendo est idem in Curia Romana, quod possessorium vti possidetis; siue retinendæ, de quo in text. & in ea Curia conceditur ab Auditore Cameræ prout & primo manutenendus est ille, qui possessionem probauit ante litem motam, *Rot. collect. à Farin. in dec.* 890. & sufficit, vt anterior possessio probetur per instrumentum publicum. *idem in dec.* 874. Secundò manutenendi sunt ij qui sunt in possessione exigendi annuam præstationem, licèt prætendantur iniusti possessores, *idem in dec.* 883. Tertiò manutenendus est etiam, qui ante litem possedit, *idem in dec.* 629. Quartò manutenendus est Abbas Ecclesiæ Collegiatæ S. Saluatoris Hispalen. quoad præcedentiam in processionibus, & actib. publicis ex deductis per *eund. in dec.* 596. & de alio casu cõcedendi præfatum mandatum, *idem in dec.* 412. Quintò manutenendus est, qui tempore litis possidebat, *idem in dec.* 382. Sextò concedendum est ei, qui in quasi possessione exigendi census ante litem motam fuit, *idem Farin. in decis.* 314. & de alio casu concedendi vide *eund. in decis.* 187. Septimò concedendum possessori beneficiorum, *idem in decis.* 177. Octauò dandum similiter si de possessione instrumentali ex actis constet, *idem Farin. in decis.* 178. In aliquibus tamen casibus minimè venit confirmandũ, vt in casu *eiusdem in decis.* 8. quamuis minimè veniat reuocandum ob defectum intimationis, & mandati Procuratoris, *idem in decis.* 52.

Collect. 1109.

Ad Rub. de verb. sign.

QVæ vnius appellatione alia veniunt hic tractare intendo. Et primo quid veniat appellatione liberæ potestatis, videas *Gui d. Pap. in decis.* 475. Item quid significet verbum statim, videas Dominos *de Rot. decis. 2. de testamentis in antiq.* vbi remittitur ad terminum iuris. Item appellatione cultorum, & incultorum venit nouale, *Bellam. in decis.* 62. Item quæ veniant appellatione rei integræ, videas *eund. in decis.* 744. Item appellatione partis venit etiam dimidia. Limita quando adijceretur dictio aliqua, *Fran. Marc. in decis.* 339. Item appellatione damnorum, & interesse veniũt expensæ litis, *Papon. lib. 8. tit. 12 arrest. 8. & 9. Boer. in decis.* 52. Item appellatione ligni, veniũt etiam naues; *Boer. in decis.* 177. Item quæ veniant appellatione propriæ causæ, videas *eundem in decis.* 210. Item quid veniat appellatione pecuniæ, videas *Cappell Thol. in decis.* 42. Item appellatione vineæ venit arundinetum. *Verall. in decisione* 233. *par.* 1. Item appellatione sententiæ venit diffinitiua, non autem interlocutoria, *Iaffr ed. in decis.* 414 Item appellatione Ecclesiæ venit collegiata, & conuentus Monachorum in materia fauorabili, *Verall. in decis.* 289. *part.* 1. Item appellatione hominis venit fœmina in materia fauorabili, secus odiosa, *Papon. lib. 17. tit. 5. arrest.* 2. Item appellatione fratrum veniunt sorores, vt in simili in mat. consuetudinis, *Idem lib. 17. arrest.* 1.

Item appellatione filiorum veniunt Nepotes, *Pat. in decis.* 263. *lib.* 3. *Mago. in decis.* 71. *Rot Floren*: Item appellatione hæredis venit etiam singularis, *Gomez. l. o. in decis.* 87. Item appellatione posteriorum veniunt omnes descendentes, *Cassa in dec.* 1. *de Iurepat.*

COLLECT. 1110.

Ad Bar. in l admonendi, ff. de Iureiur.

Fuga delinquentis indicium facit ad torturam, h.d. Hinc est, quod fugiens habetur pro confesso, & conuicto, *Boer. in decis* 215. Hinc secundò infertur ad pulchram *dec. Iaffred.* 102. vbi fuit dictum, quod fuga Officialis facit eum haberi pro confesso. Limita vt per reuersionem purgetur fuga, *Raud in decis.* 22. *& Boer. in cit. decis.* 215. Limita secundo, vt fuga ante inquisitionem faciat indicium ad torturam, secus esset si metu criminis post factam inquisitionem quis aufugeret, vel si ante inquisitionem subesset iustus timor, vel suspicio vehemens futuræ accusationis, *Gayl. obser.* 109. *lib.* 2. *Mynsing cent.* 6 *obser.* 98. *Pegue. in deci.* 17. & ita pariter decis. refert *Franc. Marc. in decis.* 626. non tamen sola fuga est sufficiens ad condemnationem, nisi præsumptio doli de iure ad illam sufficeret, *Iaffred.* omnino videndus *in decis.* 167.

COLLECT. 1111.

Super l. 1. C. de constituta pecunia.

Noto primò hic quod actio de constituta, vt competat contra constituentem debet cõstare de debito illius, pro quo debitor se constituit, nec sufficit sola cõfessio ipsius constituentis, *Franch. decis.* 343. nec potest conueniri præfata actione ante decem dies, *Balb. dec* 123. nec etiam conueniri potest non excusso principali debitore, *Guid. Pap. decis.* 94. Noto secundò quod obligatio efficax oritur ex promissione super præcedenti obligatione inefficaciter facta, & in vim constituti transit, *Affl. decis.* 117. hæc tamen actio habet tria priuilegia. Primùm quia constitutor habet exceptionem ordinationis, quam habet fideiussor, *Maynard. deci.* 5. *lib.* 3. Limita si ei renunciauerit, vel intercesserit animo nouandi, *Anton. Fab. decis.* 1. *C. de constituta pecunia* Secundum quia ex ea oritur actio ex nudo pacto, *Rot. Genuen. decis.* 41. & sic limitatur *l iurisgentium, §. igitur nuda. ff. de pactis.* Tertium quia per constitutum alteri per alterum per procuratorem acquiritur actio, *Rot. Genua dec.* 45. & ad mat. vide *eandem dec.* 131.

COLLECT. 1112.

In l. hæredis, ff. de verbor signif.

Appellatione hæredis veniunt hęredes in infinitum, h.d. Amplia primo, vt veniant etiam hęredes extranei, *Papon.* qui ita refert decisum, *lib.* 17. *tit.* 3. *arrest.* 5. intellige quando in contractibus de hæredibus fieret mentio, secus in testamentis, ita pulchrè *Guid. Pap. in decis.* 457. Amplia secundo vt veniant etiam hæredes extranei, *idem Guid. Pap. in decis.* 458. Intellige quando adiicitur clauf. quibuscunque secundùm *decis. Rot. Auenion en.* 25. Amplia tertiò etiam si de hæredibus suis agatur, quia in mat. indifferẽti appellatione suorum hæredum veniunt sui, & quicumque hæredes, secùs in mat. feudali secundùm

dùm ius commune, *Guid. Pap. in decis.* 230. Nunc verò text. limita quando quando mentio facta esset de hæredibus legitimis in substitutione, quia solùm veniunt descendentes ad excludendum substitutum, ita decisum refert *Papon. lib.* 17. *ti.* 3. *arrest.* 6. Limita secundò in casu *decis. Guid. Pap* 206. vbi fuit dictum, quod appellatione suorum hæredum veniunt solùm sui hæredes descendentes, quando quis aliquem instituit, & suos hæredes substituit; Limita tertiò in hæredibus ex filia, *idem Guid. Pap. in decis.* 133. Limita quartò in mat. feudali, ita *Mynsing. cent.* 6. *obseru.* 90.

Collect. 1113.

Ad Doctr. Panor. in c. pastoralis, de his quæ fiunt à Prælat. sine cons. cap.

ALlegatur ad illam quæst. cuinã quærantur oblationes factæ in aliqua Ecclesia, ad quem locum reponas quinque casus decisos, & primò fuit dubitatum de oblationibus, quæ fiunt in Iubileo, vel Anno Sancto in Ecclesia Cathedrali an pertineant ad Episcopum, vel Archiepresbyterum, qui exercet curam animarum, hęc quęstio fuit ventilata *in Rot. Romana in vna Beneuentana spolij* 2. *Decem.* 1585. *coram Orano*, & fuit decisum ad Archipresbyterum, & ratio decis. fuit, quia cùm Archipresbyter habet curam animarum, & administrationem sacramentorum, habet consequenter in omnibus oblationibus de iure communi fundatam intentionem, *Cres. dec.* 1 *de decimis Mohed. in dec.* 5. *eod. tit. Verall. in decis.* 339. *part.* 3. quas not. ad ornatũ tex. *in c. cum in tua, &c. quoniam de Decimis*. Secunda quæstio est cuinam debeantur oblationes factæ Cappellę, in qua est confraternitas Corporis Christi: fuit decisum illas deberi Ecclesiæ Rectori, non autem Confraternitati, vt fuit *in Curia Archiepisc. Neapol.* decisum, refero *Egomet in decis.* 99. Limitauimus tamen, quando testator de Confraternitate fecisset mentionem. Tertia fuit quæstio, cuius essent oblationes, quæ fiunt imagini depictæ in pariete, fuit decisum, Ecclesiæ Parochiali, cum ipsa fundatam intentionem habeat super omnibus de iure communi, ita refert decisum *Cappell. Thol. decis.* 482. Quartò fuit dubitatum cui debeantur oblationes factæ Ecclesiæ, quæ non reperitur in ciuitate, & fuit dictum, Ecclesiæ Cathedrali, *Pereg. dec.* 22. Quintò fuit dubitatum cui oblationes factæ aliquib. Sanctis Ecclesiis illis dicatis sub eorum inuocatione, vel ecclesiis, in quibus sunt recondita corpora dictorum sanctorum, debeantur, fuit decisum deberi Ecclesiis illis dicatis, licèt alibi sint corpora, *Afflict. in decis.* 244.

Collect. 1114.

Super l. 2. vbi Bar. ff. de excus. tutor.

MAteriam habes hinc coniunctionis probationum. Super qua animaduerten. primò, quod in multis casib. probationes coniungi possunt: & primò duæ semiplenæ probationes coniunguntur simul ad vnam plenam faciendam, *Veral. in decis.* 32. *part.* 3. ad cuius mat. ornamentum videas *Minad. in decis.* 43. *Rot. Gen. in decis.* 119. Item vnus testis de visu, & duo de fama coniunguntur ad plenam probationem faciendam, *Afflict. in dec.* 83. & 337. Item testes per

varia media ad eundem finem tendentes, *Mynsing cent. 2. obser. 20.* & ratio est, quia non dicuntur singulares, *idem cent. 2. obser. 100.* & vt procedat, necesse est, vt sint omni exceptione maiores. *Magon. Ro. Lucen. dec 46.* & hæc qualitas debet articulari, *Borgni. in decis. 19. nu. 27.* Item probationes imperfectæ, seu præsumptiones, indicia, aut fama iungi possunt, ad fidem faciendam in delictis, pulchrè *Franc. Marc in decis. 96. part. 2.* ad cuius mat. intelligentiam, videas *Pegue. in decis. 17.*

COLLECT. 1115.

Super Not. in c. 1. de officio Iudicis.

CArceratus pauper debet aliam suis creditoribus, h.d. Amplia primo in carcerato pro qualibet causa, *Balb. in dec 29.* Hinc est, quod commentariensis pro expensis, & salario custodiæ non potest retinere carceratum relaxatum à Iudice, *Guid. Pap. in decis. 448.* & ita pariter refert decis. *Papon. lib. 24. tit. 4. arrest. 1.* & num autem expensę factę à carcerato in carcere à fisco, vel autem à parte repeti possint, videas *eund. lib. 10. arrest. 6.* Sollicitator verò causæ ciuilis, vel criminalis ad incarcerati expensas non tenetur, vt decisum dicit *Franc. Marc in decis. 199. part. 2.* Ad duo tamen animaduerten. in hac mat. primo quod semper carcerati sunt alimentandi, vt pulchrè decidit, *Afflict. in decis. 71* Secundo quod ad hæredē occisi pertinet expensas soluere factas per occisores in carcere, quando ipse hæres fuit auctor in inquirendo, accusando, & processum faciendo, & huiusmodi, *Boer. in decis. 303.*

COLLECT. 1116.

Super c. accedens, de prebendis.

ABsenti potest conferri ac præsentari beneficium, h.d. & ita fuit decisum, testator *Rot. decis. 3 iure pa.* licèt contrarium tenuit *Cæsar de Graff in decis. 135. eod. tit.* nonnulla tamen concurrere debent, vt huiusmodi præsentatio de absente facta valeat primo, vt sic acceptata, vt tenuit *Rot.* testatur *Farinac. in decis. 576.* Amplia vt sic præsentatus examinari non debeat, maximè vbi esset notus habenti illum instituere, vt fuit resolutum in vna *Valentina 16. Maij 1583. ben. si. ij coram Illustr. Cardinali Alixandrino* Requiritur secundò quod acceptetur per Procuratorem, qui habeat speciale mandatum, vt voluit, ac testatur decis. *Mastrill. in decis. 2 p. 1.* Requiritur tertio, quod acceptetur intra tempus datum ad præsentandum, vt pulchrè decidit *ead. Rot. in decis. 576.* quam nota ad ornatum text. *in c. 1. de iurep. lib. 6.*

COLLECT. 1117.

Super cap. sicut, de sentent. excommunicat.

SEmel excommunicatus semper præsumitur excommunicatus, h. d. Et propterea infertur quod semel excommunicatus semper debet vitari, donec probetur absolutus, vt pulchrè decidit *Vtu. in decis. 98.* Infertur secundo *ad decis. Cur. Archiep. Neap. 23.* de qua per me, vbi fuit dictum, quod ad finem repellendi aliquem à Iudicio, sufficit probare semel incidisse in censuras, quam nota ad ornatum text. *in cap. decernimus. de sentent. excommunic. in 6.* Infertur tertio quod sufficit probare absolutionem per vnum testem, *Balb. in dec. 91.* quam no. *ad gloss. in cap. licèt. de testibus.* Infertur quartò ad pulchram *decis. Villagut.*

gul. 48. vbi fuit decisum quod excommunicatus obtẽta absolutione, sed non in actis redacta poterit sacra administrare, quam diligenter reponas ad ornatum text. *in c. si celebrat. de clerico excommunicato ministrante.*

COLLECT. 1118.

Super cap. Regni detestantes.

OMnes causæ in Regno sunt summariæ, h.d. Et propterea infertur quod idem operatur claus. sola facti veritate inspecta, *Iaffred. in dec. 29.* quæ nonnullos effectus producere solet, & primo quia operatur, vt Iudex possit abbreuiare terminos de stylo seruari solitos, *Domini de Rot. dec. 5. de rescript. in antiq.* Secundò quia potest condemnare in alio, quam sit petitũ reiecto iure ciuili, & inspecto iure gentium, *Guid. Pap. in decis. 240. Gramm. in dec. 15. & Rota Genuen. in dec. 109.* Tertiò quia Iudex cui commissa est causa sola facti veritate inspecta, potest procedere ad condemnationem, quãuis in petitione fuerit producta vna causa, & probata fuerit nõ illa, sed alia, vt pulchrè *in Rota Bononien.* refert decisum *de Benin. in dec. 44.* Quartò quia tollit exceptionẽ præscriptionis, *Carroc. in dec. 55.* quam nota ad ornatum textus *in ca. ex parte, de offi. dl. leg. t* Quintò quia vigore ipsius etiam didicitis testificatis testes examinari possunt, *Idem Carroc. in dec 60.* quam nota ad limitationem textus, *in clem. fin. de testib.* licèt contrarium referat pluries iudicasse Senatum, *Osasc. in decis. 1. nu. 16.* & in quibus causis clausula hæc nil operetur, vide per *Bellam. in dec. 22.* non tamen tantæ est importantiæ, vt ex nudo pacto oriatur actio, vt refert decis. *Mynsinger. cent. 2. obser. 44.* quam not. ad ampliationem textus *in l. iuris gentium, §. igitur nuda ff. de pactis.*

COLLECT. 1119.

Super l. ferè in omnibus, ff. de reg. Iuris.

PRopter minorem ætatem pœna minuitur, h.d. Hinc est, quod minor fori iudicari non potest, vt voluit *Mastrill. decis. Rota Sicilia 161.* & huiusmodi beneficium cõpetit ei priuilegio ætatis secundũ *Garz. dec. 39.* Hinc est secundò, quod confessio minoris absque Curatoris autoritate est nulla, *Affl. & in dec. 208. Ioseph. Lud. dec. 17. Ro. Lucan Raud. decis. 91.* Hinc est tertiò, quod fatuitas, quæ assimilatur ætati minorũ, excusat à delicto, *Gram decis. 2.* Quartò minor in delictis restituitur aduersus lapsum anni dati ad se purgandũ, & ad recuperanda bona, *Boer. dec. 63.* Nunc limita textum & primò in minore doli capace, vt fuisse decisum *in Rot. Pedemont.* testatur *Thes. in dec. 161.* in personam cuiusdam Iuuenis ætatis annor. 24. qui alium alabarda tractantem, & animo deliberato occiderat, nam iussu Senatus fuit ad mortem condemnatus. Limita secundò in criminib. atrocioribus, vnde cùm in Senatu Pedemontano fuissent inquisiti duo iuuenes ætatis annorum 19. fuerunt ex illius voto nulla minoris ætatis habita ratione, furca suspensi, ex eo quod in via publica quendam pro pecuniis surripiendis occidissent, vt refert *Cacher. in decis. 90.* & melius *Thess. in cit. decis.* Limita tertiò in crimine Parricidij in quo ob eius atrocitatem, nulla habetur ratio minoris ætatis, vt fuisse decisum *in Cons. N. ap.* testatur *de Franc.*

*dec.*130. Limita quarto in crimine nefando, in quo patientes, tã maiores, quàm minores, pœnis ordinariis puniuntur, *Rubin.dec.*321. Intellige quando patientes excedunt 20. annum, vbi fuiſſe deciſum *in Senatu Pedemon.*teſtatur *Theſſ.in deciſ.*122.Intellige ſecundò, quando ſpõte, ſed non coactè eſſent ſodomitati, teſtatur *Caualcan.deciſ.Rot.Fuizanen.*13. Limita quintò in crimine ſtupri per minorẽ patrati, *Viu.deciſ.*76 & in Regno minor punitur Iudicis arbitrio pro delictis per eum patratis, vt ſtatuitur *in pragm.*1.*de minoribus*, & ad hanc mat. videas pulchram *deciſ. Ioſeph.Lud.Rot. Lucenſ.*17. de quodam puero ætatis annor. 15. inquiſito quod carnaliter cognouerat quandã puellam ætatis annorum duorum, cui fregerat pudenda, ex qua fractione puella deceſſit, fuit per Senat. Iuuenis ille condẽnatus ad carceres per quadriennium, & deinde ad triremes perpetuas, num autem ſenex mitius puniatur in delictis videas pulchram *deciſion. Cacher.*123. qui pro affirmatiua decidit, quam reponas ad text. *in l. ſemper, de Iure immunit.* hinc vulgo veneranda Senectus.

COLLECT. 1120.

***Super l.cùm quis decedens, § codicillis, ff.de leg.*3.**

CONfeſſio debiti facta in teſtamento nõ probat. h.d. Amplia vt talis confeſſio poſſit reuocari per hæredem, *Bellam.in deciſ.*691. Amplia ſecundò in caſu *d. c. Cappel.Tholoſ.*212. vbi fuit dictum, quod confeſſio debiti facta per teſtatorem in teſtamento, non producit actionem contra hæredem; Amplia tertiò in caſu *deciſ.Balb.*291. vbi fuit dictum, quod confeſſio facta in teſtamento per teſtatorem, puta quod vſuras extorſit, vel malè abſtulit, ei non præiudicat, quin reuocando teſtamentum, illam reuocare poſſit. Nunc limita, & primò niſi talis cõfeſſio eſſet facta cum iuramento, *Balb.deciſ.*201. quam not. ad text. & quod ibi notatur *in Auth. quod obtinet.C.de prob* Limita ſecundò quando eſſet facta parte præſente, *Thoming in deciſion.Lipſien.*29. *p.*1. Limita tertiò Notario pro eo ſtipulante, ita *Franch.March.in deciſ.*460. Limita quartò quando confeſſio emanaret ad exonerationem cõſcientiæ, tunc enim præiudicat, *Viu.in dec.*487.

COLLECT. 1121.

In l.iuriſgentium, § igitur nuda, ff. de pactis.

PActum nudum, actionem non producit, h.d. Limita primò de Iure Canonico quo iure inter ſtipulationem, & nudam promiſſionem non datur differentia, *Egomet in deciſ. Cur. Archiepiſc. Neap.*21. quam not. ad text.*in c.*1.*de pactis*; Limita ſecundo in pacto nudo, in quo data eſt fides, quia tunc producit actionem, *Afflict. in deciſ.*389. Limita tertiò quando iuramentũ eſt inſertum, nam iuramentum validat pactum, vbi aliàs foret inualidum, vt deciſum refert *Guid. Pap.in deciſion.*510. quam nota ad tradita per *DD. in Rub. ff.de verb. obligat.* Limita quartò vbicumque per pactum nudũ promittitur illud, quod eſt debitum, *Balb.in deciſion.*11. Limita quintò in caſibus, in quibus proceditur ſola facti veritate inſpecta, quia tunc ex ſolo pacto nudo bene agitur. *Cacher. in deciſ.* 1. Limita ſextò in Principe, vt refert deciſum

Rot.

Rot. Genuen. in dec. 102. Limita septimò in casu *decis. Iaffred.* 108. vbi fuit dictum, quod vbi ex inobseruantia pacti nudi, pars damnificatur, ex pacto nudo agi potest, quam not. ad *text. in l. cum mihi, ff. de dolo.*

Collect. 1122.

Super c. veniens, il primo, de sponsalibus.

MAtrimonium per metum cõtractum est ipso iure nullum concordat cum *c. cum locum, eod. titul.* vbi aliqua reportaui, huius text. nostri rationem reddit *Balb. decis.* 500. siquidem in matrimonio reperiũtur tria bona, fides, proles, & Sacramentum, quæ omnia metus intercedens euertere solet, *Vrsill. decis.* 249. quamuis metus sit difficilis probationis, & ideò indiciis, & coniecturis probari potest, vt fuit dictum in vna *Nucien. matrimonij 6. Martij* 1587. *corã Seraphino*, vt patet *in dec. eiusd.* 791. Amplia vt adeò annullat matrimonium, vt nec ratificatio facta durãte causa metus, aliquid releuet, *Idem in decis.* 1186. & ratio est, quia præsumitur durare metus durante causa *eiusdem Verall. decis.* 213. Amplia secundò, vt possit cõtrahi secũdum matrimonium per eum, cui metus illatus fuit, vt decidit *Marta decis. Pisan* 64. quod subamplia etiã si secuta esset copula carnalis, vt colligitur ex *decis. Triuis.* 63. *& Egomet in decis Curiæ Archiepisc. Neapol.* 22. Nunc limita, & primo si non adesset iustus metus, iustus enim dici potest, si adesset timor Principis, vt fuit dictum in vna *Toletana matrimonij 13. Maij* 1588. vt patet *in decision. Seraphin.* 818. Limita secundò, quando adesset causa excludendi metum, qui quidem excluditur ex qualitate personarum, loci, & circumstantiarum, *idem in decis.* 771. licèt ratione sexus, & ætatis, minor metus sufficiat ad annullandum actum; Limita tertiò in casu *dec. Seraph.* 773. vbi fuit dictum, quod matrimonium metu contractum conualidatur per cohabitationem spontaneam subsequutam, quã not. ad text. *in cap. ad quod de sponsalib.* quem text. intelligas, vt nunquam censeatur purgatus metus, nisi persona, cui fuit illatus, sit constituta in plenam libertatem, *Seraphin. in decis.* 887. *&* 863. & de purgatione metus videas per *eund in decis.* 1085. Pro Coronide tamen huius text. nota tria, quæ satis tibi deseruient practicando, primò, quod metus durat, quandiu durat causa ipsius, & ille, cui incutitur non fuerit in plenam libertatem constitutus, *Seraph. in decis.* 1167. Secundò, quod initium metus in actu influit in omnes actus sequentes, & actus medio tempore facti non attendũtur, quia probato semel metu ea omnia, quæ possunt etiam tribui liberæ voluntati per metum facta cẽsentur, *Idem in dec.* 863. & quod metus probetur querelis, & lacrimis testatur *idem in dec.* 859. Tertio, quod non dicitur cessare metus, licèt quis aufugeret, quando durat eadem Superioritas, prout est in vxore, quæ aufugit, *Idem in dec.* 881.

Collect. 1123.

In l. dolum, C. de dolo.

DOlus ex indiciis, atque coniecturis præsumitur. h.d. cùm in dubio non præsumatur iuxta terminos *decis. Franc. Marc. 61. p* 2 quam nota ad *text. in l. quoties, § qui dolum, ff. de*

probat. Hinc infertur primò, quod dolus præsumitur ex eo, quod solemnitates requisitæ non reperiuntur probatæ *Ossa.in dec.*109. Infertur secũdo, quod probatur ex perspicuis coniecturis, *Boer.in dec.*101. *Affl.in dec.* 69. *Peguer.in dec.*80. *Rot.Catalon.* Infertur tertiò *ad decis.Cassad.*3. *de dolo & contumac.* vbi fuit dictum, quod licèt dolus consistat in animo, tunc detegitur per exteriora; Infertur quartò, quod dolus præsumitur, quando subest aliqua causa præsumendi, aliàs secus, *Rot.diuers.dec.*111.*p.*1.

COLLECT. 1124.

*Super l.si quando, C de bonis vacantib. lib.*10.

TRactant DD. hîc quænam personæ arctantur ad conficiendũ inuentarium; Tu autem dicas, quòd primò, tenetur vsufructuarius librorum, vt pulchrè refert decisum *Afflict. in decision.*348. Secundò donatarius omnium bonorum, vt *Egomet in Cur. Archiep.Neap* decisum refero *in dec.*33. & ratio est, quia cùm loco hæredis habeatur *Rot.Genuen. in decision.*19. & hæres potest actione personali conueniri secundum præclaram *decision. Guid.Pap.*105. propterea tenetur conficere inuentarium. Tertiò Nouerca hæres grauata, vt in Prętorio Franciæ decisum refert *Pap. arrest.*5. *tit.*6. *lib.* 15. Quartò rogatus de restituendo, vt faciat pro interesse illius cui restituere tenetur, *Cappel. Tholos. in decis.* 315. & idem dicit decisum *Guid Pap. in decis.* 351. Quintò Hospitalarius *Balb.in decision.*29. quam nota ad text. *in l ortanatrophos*, *C. de episcop.audient.* Sexto mater de bonis filij, *Boer. in dec.*6. Septimò Pater tenetur facere inuentarium bonorum filiorum, *Papon.lib.*15. *arrest.*6 *tit.*1. etsi cõtrarium dicat decisum *Mynsing.obseru.*93. *cent.* 2. Octauò Episcopus pariter tenetur conficere inuentarium bonorum Presbyteri defuncti, *Idem Papon. arrest.* 2 Nono executores testamentorum, *Idem lib* 20. *tit.*9. *arrest.*1. Decimo Tutor, *Guid. Pap. in decis.*500. num autem socius teneatur videas *Papon.lib.* 15. *tit.*6. *arrest.*2.

COLLECT. 1125.

Super l.Balista, ff.ad Trebellianum.

GEminatio actum operatur, h.d. & infero primò ad solemnem *dec. Afflict.*337. vbi fuit dictum, quod quamuis confessio extraiudicialis nõ probet, bene tamen quando esset geminata. Infero secundo ad Velleianum, quod quidem excluditur per actum geminatum, *Balb.in decis.* 29. quam not ad text. *in Auth.si qua mulier, C.ad Velleianum.* Infero tertiò *ad decis.Rauden.*29. vbi in generali dispositione non includitur geminatio. Infero quartò quod geminatio multorum contractuum de eadem re arguit suspicionem fraudis *Boer.in decis.* 33. Infero quintò ad binam renunciationem factam per filiam, quia illam excludit à rescissione illius ob læsionem, *Castill.in decis.*21. quam nota ad text. *in l pactum quod dotali, C. de Collationib.* Ad duo tamen animaduertas pro huius tex. ornatu. Primò, quod non dicitur actus geminatus, quamuis idem pluries fuerit in eodem instrumento repetitum, *Veral.in dec.*328.*p.*2. Secundò nota quod verba geminata in eodem instrumento habentur pro vna confessione, *Idem in decis.*336.*p.*3.

COLLECT.

COLLECT. 1126.

Super l. Beneficium cum ibi not. ff. de Constit. Principum.

PRiuilegium reuocatur Principis voluntate, h.d. Limita quando priuilegium esset concessum à Principe in vim contractus, quia tunc efficitur irreuocabile, *Egomet in decision.* 219. & aliquid per *Afflict. in decis.* 118. sed grauis dubitatio est, quando dicatur transire in vim contractus, & dicas, quod nonnullis modis, & primo si ob benemerita fuerit concessum, *Franc. Marc. in decision.* 152. *p.* 1. *& idem in dec.* 910. *par.* 2. & aliquid per *Gramm. in decision.* 65. *num.* 25. requiritur tamen vt benemerita aliunde probentur, quàm per assertionem concedentis, *Capyc. in decis.* 102. *& Afflict. in dec.* 102. Secundò si recepta pecunia fuerit concessum, *Lanfranc. in decis.* 125. quam not. ad ornatum *Doctr. Abb. in c. nouit. de Iudiciis.* Amplia procedere in omnibus aliis concessionibus, quæ non saperent priuilegium, *Rot. decision.* 2. *de priuilegiis in antiquu.* Tertiò si fuerit concessum militibus *Garz. in decis.* 91. Sublimita tamen principalem limitationem, vt possit reuocari ad tẽpus, seu suspendi, vt dicit *Crescent. in decis.* 5. *de priuilegiis.* Limita secundo, quando priuilegium conceditur non subdito, quia non potest reuocari sine causa, & in hoc distat ab eo, quod conceditur subdito, quia poterit absq; vlla causa reuocari, *Capyc. in decis.* 166. & ita pariter refert decisum *Gayll. obseruat.* 60. *lib.* 2. Limita tertiò in casu *decis. eiusd. obseru.* 118. *lib.* 2. vbi fuit dictum, quod priuilegium concessum alicui negociationi, vel gestori personarum non poterit reuocari quatenus persona exercet illam negociationem, & videas etiam *Caualc. in decision.* 17. *de contractib. p.* 2.

COLLECT. 1127.

In c. quia propter, de elect.

ELectio non seruata forma huius c. est nulla, h.d. Amplia primo vt locum habeat tam in electionib. ad Ecclesias cathedrales, quàm in Ecclesiis Regularium, *Rot. dec.* 3 *de electione in nouis.* Amplia secundo, vt locum obtineat etiam in inferioribus Ecclesiis, vt refert decisum eadem *Rot. dec.* 5. *eod. tit.* Amplia tertiò, vt nec generales, & diffinitores cum maiori parte Capituli modum eligendi iuxta formam huius capi. nec in totũ, nec in parte tollere possunt absque Papę licentia, pulchrè *Sayr. in decis.* 13. *de elect.* Amplia quartò in casu *decis. eiusd.* 9 *cit. tit.* vbi fuit dictum, quod scrutatores in electione falsum miscẽtes, grauiter peccant, & illa nulla est, & ipsi arbitrariè puniuntur. Limita tamen *text. in casu decis. eiusd. Sayr* 4 *de elect.* vbi fuit decisum, quod valida est electio, etiam si vnus eligentium suffragium suum socio detegit.

COLLECT. 1128.

Super Rub. de offic. legati.

ANimaduerten. primo pro huius Rubr. introductione, quod legatus de latere concurrit cum ordinario in beneficialibus, & iurisdictionalibus, vt refert decisum *Verall. in dec.* 187. *cap.* 1. quam not. ad ornatum *text. in cap. si collatio. de offic. leg in* 6. quamuis de sententiis ipsorum ordinariorum cognoscere non valeat, *Franch. Marc. in decision.* 812. *p.* 2. habet.

pariter ipse legatus potestatem, seu facultatem conferendi beneficia in sua prouincia, *Idem Franch. Marc. in decis.*586.*part.*2. & qualiter concurrat cum ordinario, videas *eundem in decis.* 351. licèt iurisdictio Episcopi cessare non debeat, legato præsente, *Idem in decis.*342. nec poterit se intromittere in causis laicorum, *idem in decis.*350. nec habet iurisdictionem ante prouinciæ ingressum, *Franch. Marc. in dec.* 317. quam not ad intellectum *tex. in l.* 1. *ff de offic. proconsul.* & potest adiri legatus per viam querelę omisso medio, *idem in decis.*342. ad eum poterit pariter appellari omisso medio, *Idem Franc. Mar. in dec.*342. quam not. ad limitationem *tex. in c. dilecto. de appellationibus.*

Collect. 1129.

In l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. præsid.

IVdex debet iudicare secundùm allegata, & probata, non autem secundùm conscientiam, h.d. & ratio est secundum *Balb. in decision.*22. quia conscientia propria non debet mouere Iudices, quia non sunt in foro pœnitentiali, sed iudiciali, *Triuis. decis.* 4. & Iudex debet habere conscientiã ex deductis in actis tantùm, quia conscientia publica, non autem priuata attendi debet, *Rot. Genuen. in dec.* 102. Nunc limita, & primo quando adesset clausula sola facti veritate inspecta, tunc enim virtute huius clauf. poterit secundùm conscientiam iudicare, *Gayl. obseru.*11. *lib.*1. *Mynsing. cent.*6. *obseru.*11. Limita secundò, in suprema Curia Franciæ, vt decisum refert *Franc. Marc. in decis.*13. Limita tertiò in Principe superiorem non recognoscente, *Faber in decis.*17. *C. de iudiciis.* Limita quartò in Sacro Cons. Neapolitano, qui potest iuxta conscientiam iudicare, *Grammat. in decis.* 62. *num. fi.* Limita quintò in casu *dec. Guid. Pap.* 29. De hac materia vide quæ scripsi in *Collect.*717. *super eo.* §.

Collect. 1130.

Super l. vnica, C. armorum vsu, lib. 11.

ARma portare sine Principis auctoritate nemo potest, h.d. Hinc est quod Clericis, quib. prohibitus est vsus armorum iuxt. *text. in capit. Clerici. de vit. & honest. cler.* permittitur tamen ex concessione Episcopi *Viu. in decis.*16. licèt aliàs ferre non possent, & clericos arma portãtes si apparitores capiant nec peccãt nec excommunicantur, *Sayr. decis.*45. *de sent. excommunic.* Hinc est secundò, quod edictum Principis de armis non deferendis ligat etiam personas Ecclesiasticas, ita notabiliter decisum refert *in Senat. Cathalon. Peguer. in decis.*56. quam intelligas, vt ad prefatam obseruantiam non quidem teneantur ex vi coactiua, quia lata est per secularem potestatem, quæ in ecclesiasticas personas prohibetur exerceri, *Balb. decis.*22. *per text. in c. Ecclesia S. Mariæ de Const.* sed ex vi naturalis rationis super qua ipsa Principis lex fundatur, *Idem Peguer. cit. dec.* Limita nunc text. & primo in casu *decis. Anna in constitut. Regni, si quis aliquem, num.* 23. referens decisionem Sacr. Cons. in causa Vniuersitatis Vici cum Federico Carafa, quòd baiulus extra mœnia Ciuitatis potest arma portare, etiam absque licentia, intra verò mœnia cum eius exercitiũ sit potius in damnis illatis in territoriis

toriis quàm alibi, prohibetur arma ferre absque Baronis licentia. Limita secundò, in casu *decis. Rot. Pisan.* 80. vbi statutum puniens arma portantem, non habet locum in eo qui cum armis captus non fuerit, & *idem decisum refert in Senat. Cathalon. Peguer. dec.* 55. Limita tertiò in Episcopo, qui potest tenere familiam armatam quando iurisdictionem temporalem habet, *Ego in decis. Cur. Archiep. Neapol.* 27. *ex opinione Abb. recepta in c. significasti de offic. deleg* quæ canonizata fuit in Sacro Consilio Neapolis in causa Reuerendissimi Episcopi Monopolitani cum quodam Regente Fonseca, qui habebat iurisdictionem temporalem in loco, refert *Anna in const. Regni si quis aliquem num.* 22. in qua etiam habes Decisionem de seruientibus deputatis pro executione Iustitiæ, quia fuit determinatum posse tenere aliquos armatos, etiam pro tutela personæ Episcopi, refert etiam, quod ipse vidit taxari numerum, & portare arma iuxta solitam horam. Limita quartò, in casu *decis. Franch. Mar.* 556. *p.* 2. vbi fuit dictum, quod Iudex cui potentia deest male factores in vinculis detrudendi, populum cum armis coadunare potest; Limita quintò in Officiali, dum stat in Syndicatu, quia, potest arma portare etiam absque Principis licentia, quia remanent dignitatum reliquiæ, & idem honos debetur, *Rubin. decis.* 36. *ex Bal. communiter recepto in l. obseruare § proficisci ff. de offic. proconsul.* Pro Coronide tamen huius mar. nota in praxi, quod exportatio armorum confunditur cum ipso delicto, *Balb. in decis.* 95. *cent.* 1.

COLLECT. 1131.

Super, l. obsignationem C. de vsuris.

OBlatio verbalis offerentem non releuat, h. d. Limita primò quando res, quæ offertur seipsam offert, vt res immobilis, *Balb. in dec.* 359. Limita secundò, quando solutio est alibi facienda, quàm in Iudicio, *Egomet in decis.* 139. quam not. ad *Bald.* cõmuniter receptum in *l. acceptam C. de vsuris.* Limita tertiò, quando debitum non est liquidum, sed incertum, & intricatum quantum debeatur, *Maynard in decis.* 29. *lib.* 1. Limita quartò, quando creditor respondet, se nolle recipere, quia tunc excusatur debitor, nec in mora dicitur dum non adsit persona, cui dirigi possit solutio, *de Franc. in decis. fi. p.* 1. Limita quinto, quoad impediendam pœnæ commissionem, & cursum causarum, quia tunc sola oblatio verbalis sufficit, *Rot. Lituan. dec.* 3.

COLLECT. 1132.

Super c. quamuis, de Procur. in 6.

PRocurator post litis contestationem reuocari non potest, secus autem antea, & ratio diuersitatis est, quia in primo casu efficitur Dominus litis, *Balb. in decis.* 99. Hinc infero, quod substitutus, qui litem contestatus est, alium substituere potest, non alia quidem ratione, quia Dominus litis factus est, *Rota decis.* 5. *de Procur. in nou. & decis.* 8. *&* 18. *in antiq.* Limita text. & primò in casu *decis. Card. Put.* 303. *li.* 2. vbi concludit non posse reuocari Procuratorẽ inuitum, nisi eius accedat cõsensus tacitus, vel expressus, id etiam probat *Boer. in dec.* 285. *n.* 4. licet Procuratoris contradictio non impediat effectum reuocationis in præiudicium reuocantis, sed parit effectum conseruationis suæ

famæ, vt cognoscatur de reuocationis iustitia; Limita secundò cōtradicente parte aduersa, *Ro.decis.145.p.1.in nouiss.* & ratio est, quia eius interest non litigare cum persona nō instructa, verùm, vtcunque sit, mihi placet opinio *Rot.Pisan. decis.*194. quæ contrariam tenuit sententiam; Amplia textum vt procurator possit reuocari etiam si iuratum sit de non reuocando, *Balb.in decis.*499. quam nota ad celebrem doctrinam *Bart. in l. cum precario, ff. de precario.*

Collect. 1133.

Super glos. in l fin. Cod. familiæ ercifcund.

HAbetur quomodo probetur fama, Tu vero dicas, quod primò requiritur, vt testis asserat se à pluribus audiuisse, ac nominet singulariter aliquas personas. Secundò vt deponat se audiuisse à maiori parte populi eius loci, in quo erat fama. Tertiò, vt ipsi testes exprimant causam, ex qua fama sit orta, *Mynsinger. cent.5.obser.46 & Pegue.in dec.17.* Quartò, vt probetur ante litem motam, *Verall. in decis.4.p.2.* id est debet percutere tempus præcedens litem, *idem in de..415.p.2.* Quintò, vt testes super ea deponentes debeant esse graues, & qualitas ista debet probari, ita *Magon. in decis. Lucens.*93. Sextò, vt debeat habere originem à personis honestis, & fide dignis, & non probetur per testes simpliciter deponentes, quem esse diffamatum de tali crimine, nisi deponant esse diffamatum apud maiorem partem, *Balb. in decis.*211. & generaliter quomodo probetur fama, videas *Osasch. in decision.*102. *numero* 17. *Cassad.in decis.3.de probat. Cappell.Tholos.in decis.*380. *& Rot.in decis.3.nu.12.*

Collect. 1134.

Super l.1.ff. qui petantur tutores.

MAter filiis suis non petens tutorem, illorū successione priuatur, h.d. Amplia primò etiam si inuentarium non confecerit, *Osas.in decis.*58. Amplia secundo etiam si tutelæ filiorum renunciasset, vt decisum refert *Magon. in decis.*43. *Rot. Florent.* Amplia tertiò, vt priuetur successione, etiam si intra annum luctus nupserit, *Boer.in decis.*186. *Papon.lib.15. tit.5.arrest.12.in fine*; Amplia quarto, vt hæreditatem filiorum amittat etiam si in pupillari ætate decesserint, vt decidit *Guid. Pap.in decis.* 403. Nunc supra firmatam text. conclusionem limita in matre minori, quia ei succurritur, si filiis intra tempus à iure sancitum tutorem non petierit, *Faber in decis.2. C si aduersus delictum, Osasc. in decision.*24. *num.*5. Sed quid si minor ætas fuerit retractata per Principis constitutionem, videas *de Franc. in decis.* 167. Limita secundò principaliter quando filij moriuntur intra annum, *Rota Auenion.in decis.*80. *diuers.* Limita tertiò quando mater mala valetudine fuisset affecta, ita *Ego in decis. Cur. Archiepisc Neapol.*191. & est etiam *decis. Magon.*43. *Rot. Florent.* Limita quartò vt non ipso iure venit priuanda, sed ita demum si bis monita fuerit, regula enim iuris est, neminem priuandum hæreditate, nisi bis monitus fuerit, vt pulchrè, ac omnino videndus *Capyc. in decis.* 105. quam nota ad celebrem *text. in Auth. hoc amplius Cod. de fideicommissis.*

COLLECT. 1135.

Super c. Clerici, de vit. & honestat. Cleric.

ARmorum asportatio clericis est prohibita h.d. Hinc fit apparitores capientes Clericos arma nocte portantes non peccare, neque excommunicationem incurrere ex *Conf. Nauar. relato per Sayr. decis. 45. de sent. excommun.* Item ex *decis Viu. 26. lib 1.* declarando tamen, vt Clerici taliter reperti debeant præsentari suis Prælatis, vt in vtraque decisum habetur.

Sed quæstionis est num statutum Principis secularis de armis non portandis liget clericos, siue personas Ecclesiasticas, & *Peguer.* quidem *dec. 56. num.* 11. respondit negatiuè, cum Clerici sint exempti à seculari Jurisdictione, tam quoad personas, quàm quoad bona, *Anna alleg. decisiua 13.* quam nota ad *c. quamquam de censib. in sexto cum pluribus concordantibus ibi relatis.*

Idem tamèn *ead. decis. num.* 13. discedendo ab hac conclusione dat limitationem, tanquam ad regulam, & excipit casum, quando statutū Principis publicam concernit vtilitatem ex pluribus congestis per ipsum, sed inhærendo prçipuè opinioni *Coua. cap. 33. nu. 7. Pract. quæst.* quæ quidem qualitas semper concurrit in prohibitione, quæ fieri solet armorum, & præsertim in his, quæ sunt proditoria, offensiua, & militiæ exercitio inutilia comprobando dictam opinionem ex eo, quia prohibitio talis tendit ad publicam pacem, & quietem, quod quidem comprehendi etiam Ecclesiæ vtilitatem, & fauorem ad *tex. in c. Ecclesia Sancta Maria de Constit.*

Quod confirmat etiam *Iul. Car. in Prax. lib. 5. § fin. num. 26. quæst. 35.* asserens ita practicari, ac vlterius dictos Clericos contrauenientes constitutionibus Principum secularium posse spoliari armis, atque pœna pecuniaria puniri, si talis pœna fuerit cōminata per statutum, licèt secus quoad pœnam corporalem, cum possit Judex laicus in tali casu clericos coercere, prout etiam confirmat *idem Peguer. cit. dec. nu.* 18. sed cum temperamento, vt scilicet exequutio pro pœna ista pecuniaria sit facienda in bonis temporalibus Clericorum immobilibus, non autem in bonis Ecclesiasticis, vel temporalibus mobilibus, quæ sequuntur personam *iuxt. l. capti. § expulsus. de capt. & postl. reu.*

Kopin. tamen *decis. Rot. Cracou. 500. & Rubin. decis. Rot. Lipsien. 52.* asserunt contrarium fuisse decisum in illis locis, quoad pœnam in statutis adiectam; nec esse clericos subiiciendos coerctioni Iudicis secularis, sed plenè, & quoad omnia remittendos esse Judici Ecclesiastico secundùm Canonicas sanctiones. De hac materia vide etiam quæ scripsi *in Collect.* 1130.

COLLECT. 1136.

Super c. Parochianos, de Decimis.

DEcimæ debentur de Jure Diuino, h.d. & propterea Infertur quod imperialis concessio neminem eximit à solutione Decimarum, *Maynard. decis. 22. lib. 3.* quam nota ad *cap. tua nobis de Decimis*, & ob eand. rationem decimæ, quæ fiunt intra Parochiam, cedunt Ecclesiæ Parochiali, *Cappell. Tholos. decis. 483 Ioseph. Lud. decis. Perus. 72. Fran. Marc. decis. 17. Put. decis. 154. lib. 1.* & debent solui in eo

ſtatu, in quo res ſolent eſſe in communi vſu hominum, *Mohed.deciſ.68.* & illi monaſterio, cui facta eſt vnio non autem Rectori Eccleſiæ vnitæ, *Idem in deciſ.220. Creſcent.deciſ.2.de decimis,* & ſoluuntur ratione ſacramentorum, & Curæ animarum, *Verall.deciſ.353.part.2. Gomez Leo deciſ.77.diuerſ.tom.2.* & facit *Concil.Trident.ſeſſ.25.cap.12.de reformat.* & ex hac ratione oritur quod Curatus Eccleſiæ Parochialis habet intentionem ſuam fundatam percipiendi decimas noualium in ſua Parochia, *Papon.lib.1.tit.12.arreſt.14.* Limita ſi ab alio probetur immemorabilis in Iure percipiendi decimas, *Creſcen.deciſ.1.de Decimis.* Infertur ſecundo quod priuilegium de non ſoluendis Decimis, intelligitur de extraordinariis, non autem de ordinariis, cùm iſtæ debeantur de Iure Diuino, *Put.deciſ.65.lib.3.* & quomodo intelligatur huiuſmodi priuilegium videas per *Rot.dec.4.de priu.in antiq.* Infertur tertiò quod decimator poteſt prohibere fructus efferri ante ſolutam Decimam, *Guid.Pap.deciſ.283. Vincent.de Franc.deciſ.217. Rot.Auen.deciſ.254. Ann.alleg.84.* Infertur quartò, quod Vicarius perpetuus, cui eſt aſſignata congrua portio fructuum, poteſt agere ad decimam, *Creſcen.deciſ.1.de offic.Vicar.* Infertur quintò, quod cauſa decimarū, eſt ſpiritualis & de ea cognoſcit Iudex Eccleſiaſticus *Gomez Leo dec.49. Papon.lib.1.tit.12.arreſt.8.* & maximè quando diſcutitur decima debeatur.

Collect. 1137.

In l.1.vbi Bar.ff.de ſtatu hominum.

Appellatione bonorum veniunt iura, & actiones; Limita primo, quando adiicitur dictio præſentium, & futurorum, quia tunc non veniunt iura, & actiones, pulchrè *Guid.Pap.in deciſ.291. Cappell.Tholoſ.in deciſ.316.* bene verum eſt, quod ſub ſimplici bonorum appellatione continentur pulchrè *de Franc.in deciſ.93.* & *Mago.in deciſ.146.* Limita ſecundo ſi non de bonis fieret mentio, ſed de rebus, quia appellatione rerum ſuarum non veniunt iura, & actiones, *idem Guid.Pap.in deciſ.442.* Limita tertiò appellatione bonorum mobiliū, & immobilium, quia nec pariter venire refert deciſum *Fran.Marc.in deciſ.322.* ex qua Infero quod ipſis legatis, vel per fideicommiſſum relictis non debentur nomina legatario, ſecus ſi ſimpliciter fuerunt legata omnia bona, *Cappell Tholoſ.in deciſ.316.* Fallit, quando dictum eſt de bonis mobilibus, & immobilibus quibuſcumque, *Guid.Pap.in deciſ.499.*

Collect. 1138.

In l.ſcimus.C.de iure deliberandi.

Hæres non conficiens inuentarium tenetur inſolidum creditoribus, h.d. Amplia vt eadem pœna tenentur nedum illud minimè conficientes, verum etiam ſi minus ſolemne confectum eſſet, ita pulchrè decidit *Verall.in deciſ.119.part.2.* & ratio eſt ſecundùm *Papon.li.15.arreſt.6.* quia inſolemne, & imperfectum releuat, & nihil operatur, quam nota ad text. *in l.quoties.ff qui ſatiſdare coguntur.* & ratio eſt ſecundum *Afflict.in deciſ.13.* & *44.* quia habet præſumptionem violentam mali animi ad fraudandum; Limita nunc in caſu *deci.Rot.Gen.35.* vbi fuit dictum, quòd licèt hæres omittat doloſè ponere vnam rem, vel plures in inuentario

non

non punitur, vt teneatur insolidum, sed solum pœna duplici; Limita secundo in filio, qui licet inuentarium non confecerit, non patitur tamen pœnas, de quibus *in l. sancimus. C. id. Pap. in decis.* 571. *nu.* 3. & 4. Limita tertio in Ecclesiis, ac pauperibus hæredibus institutis *Card. Put in decis.* 379. *lib.* 1 Limita quarto in foro conscientiæ, in quo non conficiens inuentarium vltra vires non tenetur, ita decisum refert *Guid. Pap. in decis.* 571. Limita quinto in muliere, quæ si inuentarium non confecerit, restituitur, sed quomodo videas pulchram *decis. de Franc.* 229.

COLLECT. 1139.

Super gloss. in l. si quidem. C. soluto matrim.

PONit modum probandi mortẽ. Tu vero decisiuè loquendo dicas, quod probatur multis modis, & primo per famam, intellige quando de longinquo allegatur **Franc. Marc. in dec.** 183. ***part.*** 2. Item secundo probatur per publicam vocem vt refert decisum *Card Put. in decis.* 520. *lib.* 2. Tertio in casu dec. *Ios. Lud. Rot. Lucens.* 49. Quarto dicitur sufficiens probata mors ex eo, quòd iuuenis bellicosus per mundum vagari cœpit, *Idem in decis. Perus.* 30. Quinto ex assertione Consanguineorum intellige vbi agitur de modico præiudicio, *Egomet in decis. Cur. Archiep Neapo.* 29 demum qualiter mors probetur, videas *Boer. in decis.* 288. qui plures refert opiniones, *Cap. Thol. in decis.* 313. *Ioseph. Lud. in decis. Perus.* 12. & 30. nota ad huius l. ornatum, quod suam intentionem fundans, & vita alicuius debet probare eum viuere, *Cap. Tho. in decis.* 313.

COLLECT. 1140.

Super l. si cum dotem, §. transgrediamur, vbi Bar. ff. solut. matrim.

PAter recipiens dotem filio datam ad eius restitutionem obligatur, h. d. Infertur primò ad pulchrã *decis. Cacher.* 44. vbi fuit decisum, quod quando Pater bona filij administrat, & eum gubernat ad restitutionem dotium insolidum tenetur, quæ illatio potest tibi deseruire pro limitatione. Infertur secundo ad *dec. Rub.* 91. vbi quando pater consentit matrimonio filij obligat se, ac eius bona pro restitutione dotis. Infertur tertio ad pulchram *decis. Afflict.* 332. vbi fuit dictum, quod socer qui per apocham vnius, dotem promisit cautam sub bonorum hypotheca dicitur obligasse bona sua & obnoxios hæredes ad illam soluendam, nota tamen, quod Pater, & filius, qui dotem recepisse confessi sunt, an insolidum, vel viriliter ad eius restitutionem obligantur, videas *Rot. Auen. in dec.* 45. *diuers.* & *Fran. Marc. in dec.* 407.

COLLECT. 1141.

Super regula Octaua Cancellariæ in verbo gratiis omnibus.

IN hac parte sancitur, quod in omnibus gratiis beneficialibus narrari debet mensis vacationis sub pœna nullitatis, prout testatur *Put. in decisione* 443. *lib.* 1. & *decis.* 159. *lib.* 2. & 473 *lib.* 3. *Mohed. decis.* 4. *de conc. pr[æ]bend. Caputaquens. decisione* 136 *part.* 2. & ratio huius dispositionis est, vt Papa sciat an vacatio contigerit in mense reseruato, vel ordinario, quia non intendit præiudicare ordinariis

collatoribus, *Put. decis.* 53. *lib.* 1. aliquid per *Rot. decis.* 724. *nu.* 6. *part.* 3. *& decis.* 9. *num.* 22. *part.* 2. quæ conclusio ampliatur primo non solum procedere in supplicationibus, & gratiis factis ad instantiam partis, sed etiam in concessionibus gratiarum, quæ fiunt motu proprio, *Rot. decis.* 6. *&* 7. *de prabend. in nou. & decis.* 71. *de rescript. in antiq. Mohed. decis.* 4. *num.* 2. *& decis.* 9. *num.* 4. *de priuil.* aliquid per *Put. in decis.* 386. *numero* 3. *lib.* 1. licet præfata causa non suppleat defectum intentionis Papæ nolentis concedere dictas gratias, sine mensis expressione, *Put. decis.* 70. *lib.* 3. *Achil. de Graff decis.* 10. *de prabend. & idem Put. in decis.* 307. *lib.* 3. & aliquid in *decis.* 386. *num.* 3. *lib.* 1. *Rot decis.* 33. *num.* 6. *cum seq. in antiq. Cassad. decis.* 4. *de concess. praben.* Ampliatur secundo dicta conclusio, quod narratiua de mense fieri debet dispositiuè, dicendo affirmatiuè, simpliciter, & absolutè, quod beneficium vacauit in tali mense, *Bellam. in decis.* 125. *Caputaq. decis.* 188. *part.* 1. aliquid per *Rot. decis.* 475. *lib.* 3. *diuers.* & patet expressè ex verbis eiusdem regulæ ibi dispositiuè mentionem fieri, & ratio est, quia huiusmodi defectus non suppletur per clausulas generales, *Crescent. decis.* 15. *de prabend. Mohed. decis.* 17. *eod. tit. Cassad. decis.* 5. *eod. tit. Vrall. decis.* 63. *&* 253. *part.* 1. *Card. Put. decis.* 320. *lib.* 1. ex qua ampliatione infero ad nonnulla, & primo non esse satisfactum huic regulæ si narratiua mensis fieret dubitatiuè, veluti si diceretur, quod forsan vacauit in tali mense, *Cæsar de Graff. decis.* 2. *numero* 7. *cum sequent. de probat.* aliquid per *Rot. decis.* 212. Secundò infertur, quod non sufficit dicere, quod vt asseritur vacauit in tali mense, quia per illud verbum impersonale, asseritur, nil concluditur, *Cassad. decis.* 4. *de probat.* aliquid per *eundem decis.* 6. *numero* 2. *& sequentib de Iurepat. Rot. decisione* 60. *&* 77. *de rescript. in antiq.* & aliquid per eandem *Rot. decisione* 6. *eodem tit. in antiquioribus & decisione* 412. *part.* 1. *diuers.* *Cæsar de Graff. decis.* 2. *de probat.* & ratio est, quia mensis vacationis narratus, semper verificari debet, *Caputaquens. decis.* 136. *part.* 2. & ratio rationis est, quia verificatio narratiua est pars gratiæ, *Crescen. decisione* 4. *de concess. praben. Mohed. decis.* 8. *de rescript. Cæsar de Graff. decisio.* 12. *&* 20. *de probat. Caputaquens. decis.* 240. *part.* 2. Ampliatur tertio, vt præfata conclusio sit fauorabilis, vt dispositiuè fieri debeat narratiua, *Rot. decis.* 700. *lib.* 1. & aliquid aliud in *decis.* 624. cuius ampliationis ratio est, quia omnis constitutio emanata, ad obuiandum fraudibus, est fauorabilis *Rot. decisione* 42. *diuers. parte* 2. *Caputaquens. decisione* 215. *part.* 3. Ampliatur quarto procedere etiam in gratia nouæ prouisionis, *Mohed. decis.* 4. *de concess. prabend. Put. decisione* 443. *lib.* 1. aliquid per *Rot. decis.* 475. *lib.* 3. Ampliatur quinto siue vacatio sit de Iure, siue de facto *Rot. decisione* 102. *lib.* 1. *diuers.* Nunc limita & primo, vt minime locum habeat, quando beneficium sit reseruatum ex alio capite, quàm ratione vacationis in mense Apostolico, *Put. decisione* 25. *lib.* 1. Limita secundo in prouisionibus, & gratiis ordinariorum, ex *decis. Balb.* 23. & ratio est, quia in ordinariis regulariter præsumitur scientia de mense vacationis, *Put. decisione* 345. *libro* 3. aliquid per *Rot. decis.* 6. *de Iurepatron. in Antiqu.* tunc etiam quia ordinarius semper prouidet motu, *Put. decisio.* 395. *libro* 3.

COLLECT. 1142.

Super Concil. Trident. sess. 7. c. 10.

CApitulum Sede Vacante non potest dare literas dimissoriales, seu reuerendas infra annum vacationis ad ordines suscipiendos, h.d. licèt olim ante Concilium absolutè id poterat per tex. expressum in *c. cum nullus, §. Episcopo, de tempor. ordin. in 6.* quam *Sacr. Conc. Trid.* dispositionem. Amplia primo, etiam si Capitulum haberet territorium distinctum ob immemorabilem possessionem, & Canonici essent Iudices ordinarij, vt fuit dictum in *Rot. in vna Portugall. pecuniarum 10. Decemb. 1599. coram Pamphilio,* & ita fuit rescriptũ à *Sac. Congregat. Conc. Capitulo Salamantino.* Amplia secundo, procedere etiam in litteris dimissoriis concessis ad primam tonsuram, *Egomet in decis. Cur. Archiep. Neap. 23.* quæ facit ad *gl. in cap 1. in verb. Clericum. de tempor. ordin. in 6.* Amplia tertiò, vt ordinatus in minoribus de licentia Capituli sede Vacante nullo priuilegio gaudere debeat, non tamen ipso iure incapax redditur beneficij Ecclesiastici, sed per sentẽtiam inhabilis effici potest, cùm verba futuri temporis, quale est verbum gaudeat, pœnam ipso iure non infligant, *Sayr. decis. 21. de tempor. ordinat.* Nunc limita vbi vacatio Ecclesiæ fuerit diuturnior anno, quia illo elapso Capitulum id poterit, vt patet ex verbis expressis *eiusdem Conc,* & ita decisum refert *Rubin. in decis. 19.* Limita secundò stãte necessitate seu arctatione beneficij habiti, vel habẽdi, ordinationem requirentis, vt patet ex eodemmet *Concil.* secundum quod sæpius nos iudicauimus in *Cur. Archiep. Neapol.* vt patet *in decis. mea 30.* Limita tertiò, vt possit approbare de vita, & moribus habentes priuilegiũ à Summo Pontifice recipiendi ordines à quouis Antistite cum approbatione Ordinarij de vita & moribus, quia per talem attestationem non est dare litteras dimissoriales, sed tantum testimoniales idoneitatis, quas dare non prohibetur, *Sayr. decis. 21. de tempo. ordin.* Limita quartò, vt præfata licentia assumendi ordinationes morte concedentis non expiret, *idem in decisione 51. eod. tit.* Num autem Capitulum, Sede vacante, possit Episcopum inuitare ad ordinandum Clericos eiusdem Diœcesis, videas *eundem in decis. 65. eod. tit.*

COLLECT. 1143.

Super l. ex libero. ff. de quæst.

TEstes pro ferẽdo testimonio regulariter cogi non possunt, h.d. Limita primo, nisi vacillent, prout in text. & ita decisum refert *Balb. in decis. 91. part. 1.* quam nota etiam ad *c. super his de pœnis.* Limita secundò in casu *dec. Thes. 42. Rot. Ped.* vbi fuit dictum, quod torqueri possunt ex eo solo, vt probetur illos fuisse præsentes facto, quam not. ad ornatum text. *in l. vnius, §. testes ff. de quæst.* verũ nos in *Cur. Archiep. Neap.* limitauimus præfatã *Thess. dec.* non procedere nisi concurrente mendacio, vt latè *Egomet in dec. eiusd. Cur. 122.* Limita tertio in casu *dec. Ant. Fab. Rot. Sabaud. 55. C. de testibus,* vbi fuit dictum, quod testis varius torqueri potest, ac pro criminis grauitate ad triremes etiam condemnari potest, licèt regulariter testis non veniat puniendus de simplici mendacio aliqua pœna graui, sed tãtum

Oo

pecuniaria, vt decis. refert *Boer. in dec.* 208. & quando mendacium versetur non circa substantialia depositionis, sed tantummodo in accidentalibus non venit puniendus aliqua pœna, vt pulchrè refert decidisse *M. Vicar. Gramm. decis.* 42. quam diligenter nota ad ornatum text. *in c. nihil de verbor. signif.* Vnum tamen perpetuò nota in hac mat. quod vt testis torqueri possit, necesse est saltem, vt duobus testibus conuincatur, quod facto interfuit, ita decisum refert *Mastrill. in decis.* 191.

Collect. 1144.

In l. 1. ff. de ventre inspiciendo.

Peritis in arte credendum est, h. d. cum *Bar.* Limita primo, quando deponeret absque iuramento, *Balb. in decis.* 142. quam nota ad tex. *cum gl. in l compara:iones, in verbo deponentibus, C. de fide instrum.* Limita secundo, quando vnus peritus tantum deponeret, quia ei non statur, sed necesse est, vt duorum peritorum testimonio credatur, vt decisum fuit in *Cur. Archiep. Neap.* refero *Egomet in dec.* 193. Sublimita quando plures haberi nō possunt, *Mynsing obser* 34. *cent.* 6. Ad ornatum huius text. videas *Afflict. in decis.* 253. *Rot. Genuen. in decis.* 196. & de Medico attestante de morte vulnerati, vide *Boer. in decis.* 323. & num testes peritiæ artis simul deponere possint videas *Fran. Mar. in decis.* 899 De hac materia vide quæ scripsi in *Collect.* 136.

Collect. 1145.

In l. vnica. C. vbi de ratiociniis.

Ibi ratio administrationis reddi debet, vbi ipsa gesta fuit, h. d. Ex quo infero, quod adeò vera est huius tex. conclusio, quod poterit peti remissio ad eum locum, pulchrè *Rot. Diuersor. in decis.* 69. *part.* 2. *& Rot. Genuen. in decis.* 98. quas nota ad ampliationem text. *in l. hæres absens, §. item Labeo. ff. de Iudiciis.*

Collect. 1146.

Ad Bart. l. 1. C. de sacrosanct. Eccles.

Congerit hic Bart. ferè omnia priuilegia piæ causæ, retuli *Ego* nōnulla in *Collect. super Auth similiter. C. ad l. Falcidiam.* addasmodò reliqua, & primo, relicti piæ causæ non debet differri exequutio, licèt differatur aditio. *Boer. in decis.* 41. Secundò quia testamentum minùs sollemne quoad legata relicta ad pias causas valet, *idem in decis.* 93 *Rot. Auenionen. diuer decis.* 87. *Papon lib.* 20. *tit.* 6. *arrest.* 1. Tertiò, quia pendente confectione inuentarij non potest differri traditio rei relictæ, *Balb deci.* 404. quam nota ad *l. fin. §. donec, C. de iure delib.* Quartò, quia legatum pium nutu factum valet, *Capell. Tholos. in decis.* 89. Quintò, quia Sacerdos grauatus si absque liberis decesserit, ad pias causas de bonis subiectis disponere potest, pulchrè *Balb. decis.* 354. quam ad ornatum *l. cum auus, ff. de condit. & demon.* reponas. Sexto, quia Trebellianica nō detrahitur de relictis ad pias causas, *Cap. Tholos. dec.* 83 aliquid per *de Fran. h. in decis.* 63. *nu.* 14. Septimò, quia rigor iuris non seruatur quando fit dispositio circa pias causas, *Domini de Rot. decis.* 1. *de donat. in antiq* Octauò, quia census relictus Ecclesiæ ex temporis longitudine diminutus, debet augeri & in pristinum statum reduci

educi, *Papon. lib. 20. tit. 6. arrest. 4. & 5.* Nonò, quia legata pia debentur etiam hærede non adeunte, *Fran. Marc. decis. 89. & idem in decis. 446. Balb. dec. 39.* Decimò, quia rupto testamento per natiuitatem posthumi debentur legata pia, *idem in decis. 335.* Vndecimò, quia piæ causæ fauor præualet liberis, *Gayl. obseru. 119. lib. 2.* quando autem legatum dicatur pium, vide per *Boer. decis. 94. Cap. Tholos. decis. 215.* & quid in Confraternitate, vide *Ios. Lud. in dec. Peru. 90. & 93. & Mag. decis. Lucan. 19.*

COLLECT. 1147.

In l. omnibus, C. de testibus.

NVllus est idoneus testis in causa propria, h.d. de qua mat licèt scripsi in *Collect. 527.* Nihilominùs limita nouiter tripliciter,[1] & primò in persona optimæ conditionis, & famæ, atque pluries deposuit in proprio facto, & semper fuit repetita in ea veritas, vt latè *Egomet probo in decis. Cur. Archiep. Neapol. 133.* Limita secundo in casu *decis. Curiæ Roman. collect. à Farinac. 354.* vbi singulariter fuit decisum, quod testis de facto proprio deponens, si nullum interesse in negotio, super quo deponit, habet, admittitur. Limita tertiò in casu *decis. eiusdem 630.* vbi fuit dictum, quod semper, quando non agitur de exoneratione alicuius, depositio in facto proprio admittitur.

COLLECT. 1148.

In c. postulasti, de foro competenti.

QVod disponit, vt causa censeatur præuenta per citationem, & ita *Afflict. in decis. 219. Gayl. obser. 11. lib. 1. & obseru. 74. eodem lib.* verùm quæ concurrere debeant; vt per solam citationem dicatur causa præuenta, vide *Franc. March. in decis. 100 part. 2.* Limita tamen, vt per citationem inualidam minimè inducatur, vt censuit *Rot. teste Cresc. in decis. 2. de dolo & contuma.* nec per solam informationem absque citatione. *Franc. March. in decis. 535. part. 1.* quemadmodum nec per citationem ad informandum, vt refert decisum *Ann. sing. 122.* quam nota ad dictum *Balb. in l. si libertus, ff. de in ius vocando.* Item ex actu nullo non inducitur præuentio iurisdictionis, nec per citationem, quãdo citatus fuit contumax in comparendo, *Balb. in decis. 71.* nec demum, quando aliquis est impeditus, vt refert decisum *Gomez Leo in decis. 22.*

COLLECT. 1149.

In l. 2. C de re iudicata.

ERror calculi sententiam non vitiat, h.d. Et propterea errore in calculo commisso computa reuideri debent, *Fran. Mar. in dec. 441.* & huiusmodi erroris retractatio potest peti etiam post longum tempus, vt decisum in propriis terminis refert *Iaffr. in decis. 122.* quam nota ad text. *celebrem in l. calculi error. ff. de administr. rer. ad ciuit. pertinent.* & quando executionem impediat, vide optim. decisio. *Rot. Francia Papon. teste libro 15. tit 8. arrest. 3. & Rot. Auenionen. in decis. 120. diuer.* & huiusmodi exceptio potest opponi post calculum vsque ad sententiam, vt decisum refert *Sesse Rot. Aragon. decis. 38.* ac etiam poterit opponi, postquam partes facto calculo inter se, pepigerant, seque mutuis stipulationib. liberauerant, *Rota Auenionen. decis. 124 diuers.*

COLLECT. 1150.

In l. solet. ff de offic. Proconsulis.

OFficialibus prohibetur munera, ac dona accipere, h.d. Limita primò, quando non intuitu officij aliquid donaretur, quia tunc non procedit *Reg. tex. nostri*, vt latè *Egomet in decis. Cur. Archiep Neap. 191*. Limita secundò in pulcherrimo casu *decis. de Franc.* 493. vbi fuit dictum, quod pragmat. prohibens munerum acceptationem Officialibus, sibi locum minimè vendicat ex testamento, quia bene permittitur præfatis aliquid capere, quam diligenter not. ad ornatum text. *in l. non dubium. C. de testamentis*. Limita tertiò, in esculentis, Limita tertiò, in esculentis, & poculentis, & quæ ista dicantur, videas *Balb. in decis. 12.* quam nota ad text. *in c statutum, §. insuper de rescript.*

COLLECT. 1151.

Ad statutum Italiæ.

PLuries scripsi in mat. huius statuti, Nunc hic addas, quod statutũ excludens fœminas propter masculum valet, & est rationabile, tanquã factum causa agnationis conseruandæ, *Ioseph. Ludou decis. Perus. 21.* quemadmodum valet excludens cognatos extantibus agnatis, & an in illis hoc casu præferantur masculi agnati etiam in remotiori gradu existentibus, vide *Thess decis. 37. Rot. Pede.* Amplia primo in casu *decis. Auen. 84.* vbi statuto cauente, quod extantibus filiis masculis, fœminæ non succedãt, si nepotes ex filio extent, etiam erit locus statuto. Amplia secundo vt locum habeat etiam abintestato, *Card. Put. decis. 38. lib. 3.* Amplia tertiò comprehendere etiam forenses, exemplo in statuto vrbis excludens sororem propter fratrem, quia procedit etiam, vbi frater, & soror sunt forenses, *Put. d c. 29. lib. 2.* Amplia quarto in casu *dec. eiusd 127. lib. 3.* vbi statutum excludens fœminam propter masculum in linea descendenti, & à successione Patris, & matris, excludit quoque sororem à successione fratris per lineam transuersalem. Amplia quintò, vt præfati masculi censeantur inuitari ad hæreditatem paternam, *G. id. Pap. in decis. 184.* Nunc limita, & primò vbi fœmina non esset dotata, *Rot. Perus. dec. 21.* & vt excludatur à successione per statutum, an debeat esse dotata à Patre, vel à fratre, vide *de Franch. decisione 411. parte 2.* Amplia secundo, vt non intelligatur excludere fœminas à bonis existentibus extra territorium statuentis, allegaui in aliis Collectaneis, *Ioseph. Ludou decis. Perus. 86.* nunc addo *Put. in decis 351. lib. 1. Maynard. decis. 13 lib 3. Gayl. obser. 124. lib. 2.* Limita tertiò, vt non intelligatur illas excludere, nisi solùm à bonis dotantis, allegaui *Thessaur. decis 63.* nunc addo *Put. decis 284. lib. 1.* qui illius conclusionem limitat, quando statutum vlterius procedit. Limita quartò in casu *decis. eiusdem Put. 143. lib. 2.* vbi fuit dictum, quod quando filia, & descentes ex ea excluduntur per statutum, quamdiu masculi supersunt mortua priùs filia; & postea masculus, descendentes ex fœmina poterunt reintegrari. Limita quintò vt præfatum statutum intelligatur stantibus masculis, qui patri succedant, aliàs fœminæ non excluduntur, *Rub. dec. 30.* Sublimita si hæreditas iã fuerit delata, licèt non adita, quia tunc neptis

neptis ex masculo, excluderet Amitam, *de Franc. in decis.* 32. Limita sextò vt illam excludat ab alimentis super bonis paternis, si aliunde sibi quærere non valeret, *Balb. decis.* 210. Limita septimò, vt filia exclusa per statutum extante masculo non excluditur à nepte ex filio præmortuo, sed ambo æqualiter succedunt collata dote *Grammat in decis.* 63. *Franc. Marc. in decis.* 544. & 545. nonnulla alia in præsenti mat. videas per *Vin. in decis.* 122. & *Put. decis.* 3. *lib.* 3. & 127. *eod. lib.*

COLLECT. 1152.

Super c. ad quæstionem. de Simonia.

RAtione laudabilis consuetudinis potest aliquid exigi pro collatione spiritualium, hoc dicit. hinc est quod possunt Clerici exigere à laicis prætextu cõsuetudinis aliquid temporale propter funera defunctorum, & erogationẽ sacramentorum, & talis consuetudo inducitur decẽnio, tamen sacramenta liberè prius conferri debent, *Cassad. decis. vnic. de consuetudin.* hinc est quod non est simonia dare spirituale minùs principaliter ob temporale, nec è contra *Sayr. decis.* 9. *de simonia*, & ratio est quia causa minus principalis, & impulsiua simoniam non inducunt, *idem in dec.* 10. *eodem titul.* hinc est quòd legatum Ecclesiæ factum pro sepultura valet, *Boer. decis.* 176. & qualiter relictum pro funeralibus debeat moderari, & alia de pompa funeris, vide per *Pap. lib.* 10. *tit.* 8. *arrest.* 1. & num legatum factum Parocho contemplatione sepulturæ debeatur illi, si contingat testatorem mutasse voluntatem eligendi alibi sepulturam, quod sic tenuit *idem Papon. lib.* 10. *tit.* 8. *arrest.* 5. expensæ autem funeris alicuius Prælati an fiant de spoliis putà sepulchrum marmoreum, vestes lugubres pro consanguineis, & seruitoribus illius, videas distinctionem traditam per *Capyc. dec.* 84. *Marta decis. Rot. Pisana* 82. & ad mat. expensarum funeralium videas sollennem *decis. Ioseph. Lud.* 78. *Rot. Perus.*

COLLECT. 1153.

Super c. quod sicut, de maioritate & obedientia.

HIc ponitur, qui ad Synodum, & prouinciale Concilium venire teneantur. Tu verò decisiue loquendo dicas primò, Rectores parochialium nullius Diœcesis non coguntur accedere, *Sayr. in decis.* 11. *de offic. ordin.* quamuis visitari poterunt ab Episcopo, *Conc. Trident. sess.* 24. *cap.* 9. *de reformat.* nec Episcopus legitimè impeditus, quamuis per Procuratorem excusare se tenetur, vt decidit *Idem in decis.* 10. *eodem tit.* coguntur tamen Abbates, *Balb. in decision.* 22 Pro huius tamen mat ornamento ad duo animaduertere potestis, & primò num Concilium Prouinciale Archiepiscopum excommunicare possit, & decidit *idem Sayr. in affirmat. dec.* 7. *de offic. ordin* Secundo, discrimen esse inter Concilium generale, & prouinciale, quia primum nihil statuere potest, Papa refragante, Prouinciale verò bene potest, pulchrè *Sayr. decision.* 1. *de his, quæ fiunt à Prælat. sine consens. Capit.*

COLLECT. 1154.

Super c. accedentibus, de excess. Prælat.

Concessio Indulgentiarum, & cognitio causarū matrimonialium sunt ordinis Episcopalis, hoc dicit, & propterea ad Prælatos inferiores non pertinent, *Ant Fab. in dec. 17. C. de Episcopis & Cleric.* Limita primo in pulcherrimo casu *decis. Rot.* de qua per *Farinac. 100.* vbi fuit dictum, nostri text. dispositionem non vendicare sibi locum in Prælaris inferioribus iura Episcopalia obtinentibus; Limita secūdo quando eis hæc competerent iure speciali, seu in vim priuilegij, quia tunc præfatis existentibus possunt indulgentias concedere, & de causis matrimonialibus cognoscere, *Rot. decis. 4. de priuil. in an iq* quæ congruit text. nostro. Limita tertio, vbi præfati inferiores Prælati hæc omnia quæsiuissent per præscriptionem, vt pulchrè refert decisum *Sayr. in decis. 2. de offic. deleg.* quam nota ad *text. in c. auditis, de præscript.* & ad mat. text. nostri videas sollemnem *decis. Statilij Pacifici. Rot. Roman. 34.*

Collect. 1155.

Super cap. ad nostram, il primo de iureiurand.

Notorium nullum iudiciarium ordinē requirit, h.d. Sed quæstionis est, ex quib. notorium inducatur, dicas quod primò ex confessione in iudicio emanata, *Rubin. in dec. 13. Balb. dec. 51.* aliquid per *Gram. in decis. 36.* Secundo ex actis iudicialibus, *Cappell. Tholos. in dec. 199. Rota Genuen. decis. 196. Verall. in decis. 325. par. 1. numer. 6.* Tertiò notorium dicitur, quicquid in iudicio probatum, & dictum est, *Egomet in decis. 11. per text. in cap. cùm olim, de verb. signif.* aliquid per *Gramm. d. cis. 36.* Quartò ex Bullis Apostolicis & publicis instrumentis *Balb. decis. 51.* Quintò facta à multis, vel maiori parte loci in quo allegantur contigisse dicuntur notoria, *Mynsing. obseru. 3. cent. 6* & quando dicatur notoriè factum, videas *Capyc. in decis. 69.* & quid sit notorium, & qualiter probetur, vide *Ioseph. Lud in dec. Perus. 67 Magon Rot. Florent. decis. 47. Guid. Pap. in decis. 477.*

Nota tamen ad hanc mat. quod factum sufficit esse notorium, licèt Iudici ex processu non sit notorium, & sat est notorium allegare, *Rubin. decis. 13. Capyc. dec. 54. Ioseph. Ludou. in decis. Perus. 67.* tamen de necessitate notorium debet proponi, & allegari, *Domini de Rot. decis. 7. de appellat. in nou. Guid. Pap. in dec. 121. Capyc. cit. decis. 54.* Quod procedit si ille, qui debet allegare notorium est præsens, aliàs secus, *Lanfranc. Balb. decis. 238.*

Collect. 1156.

Super l. à diuo Pio, §. in venditione, ff de re iudic.

Fonit modum executionis sententiæ faciendæ, & primo in mobilibus, deinde in immobilibus, & demum in nominibus debitorum; Amplia primò vt alias facta exequutio, scilicet ordine præfato prætermisso sit ipso iure nulla, ita in *Sacro Consil. Neap.* decisum refert *Afflict. in decis. 358* & ita pariter fuit in *eod. Consil.* decisum in *causa Comitis Caserta, & Creditorum Ducis Adria in Anno 1552.* nam fuit annullata exequutio non seruato dicto ordine, secundū quod refert *Vrsill. cit. decis. 358.* Amplia secundò in casu *Anton. Fab. 26. C. de exequut. rei iudic.* vbi etiam non seruata statuti forma exequutio tenet;

Amplia tertio in casu *decis. eiusd.* 48. *C. eod tit.* .vbi exequutio aliter facta nullius dicitur momenti, etiam si negetur per creditorem vlla esse bona mobilia, quia omnimoda necessaria erit inquisitio; Limita nunc suprà firmatam conclusionem, vt non procedat existente contrario vsu, ac stylo illius Tribunalis, vt decis. refert *Guid. Pap. in d cis.* 281. Limita secundo, de consuetudine Regni Franciæ, in quà mobilia, atque immobilia debitoris ad electionē creditoris capi possunt in causa iudicata, vt refert *idem Guid. Pap. in dec.* 568. Limita tertiò in casu *decis Rot. Roman.* de qua per *Mohed. in decis* 7. *de sentent. & re iudicat.* vbi fuit dictum, quod peruersio ordinis adhibita per exequutorem non inducit nullitatem, sed tantum iniustitiam ex qua decis. infero ad illam *Verall. in decis.* 60. *p.* 2. quod huiusmodi peruersio ratione iniustitiæ illatæ grauat partem, & propterea appellari poterit.

COLLECT. 1157.

In l. 1. vbi Bart. ff. ad l. Iuliam maiestatis.

QVando aliquis timet offendi potest à Iudice petere securitatē, & ita decisum refert *Guid. Pap. in dec.* 418 *Franc. Marc. dec.* 586 *p.* 2. Amplia vt illa concessa pro eundo, censetur data etiam pro redeundo, *idem Guid. Pap. in cit. dec.* 418 Amplia secundò, vt Iudex ex officio possit condemnare ad præstandam cautionem de non offendendo, & quando hoc procedat, vide optimam decis. *de Franch. in decis.* 359. *p.* 2. Amplia tertiò, vt Dominus teneatur pręstare subiecto suo, vt decis. refert *Io. Gall. dec.* 22.

COLLECT. 1158.

In l. Sabinus, ff. communi diuidundo.

IN re communi inuito socio non licet ædificare, & nouum opus, vel quicquam facere, ideò hac in re diximus, meliorem cōditionem esse inhibentis. hinc infertur quòd socius non potest facere fenestras in muro cōmuni inuito socio, *Ioseph. Lud in decis.* 58. & facit decisio *Marc.* 24. Infertur secundò quod canale in re communi facere si alteri nocet, non licet, *Idem Franc. Marc. in decis.* 497. Infertur tertio, quòd nec aquarium in muro communi facere quis poterit, licèt possit cloacas, *Franch. Marc. in decis.* 460. *p.* 2. Infertur quarto, quòd nec furnellum, *idem in decis.* 483 *p.* 2.

COLLECT. 1159.

Super c cùm dilectus, de arbitris.

COram arbitris reconuentio locum non habet, h.d. quemadmodū nec in causis summariis, licèt sit secùs in Curia Pedemont. *Osasc. in decis.* 1 Limita primo, quādo vna causa esset summaria, alia vero plenaria, intellige quoad effectum simultanei processus, *Iaff. ed. in d cis* 279. Item nec in causa appellationis admittitur reconuentio, *Guid. Pap in decis.* 436. *Domini de Rot. decis.* 1. *de mutuis petitionibus*, & ita pariter refert decisum *B alb. in decis.* 65. Item nec in causa feudali intentata coram Paribus Curiæ, intellige si de re non feudali in reconuentione tractatur, *Mynsing. cent.* 1. *obseruat* 100. Item in causis exequutiuis, *Caualc. in decision.* 28. *de contractibus, part.* 2. *numer.* 11. Item post

sententiam, *de Franch. in decis.* 376. à contrario sensu ponderatus.

COLLECT. 1160.

Super c. de cætero, de re iudic.

EXequutor de viribus sententiæ non cognoscit, concordat *l. & si non cogni i, C. de exequutione rei iudica.* Limita primò, in Iudice requisito in Iuris subsidium, quia potest cognoscere de viribus sententię per alterum Iudicem prolatæ, *Guid. Pap. in decision.* 23. *&* 574. *Iaffred. in decis.* 88. *& Mynsing. obseru.* 69. *cent.* 3 Limita secundò, in casu *Bellamer. in decis.* 21. vbi fuit dictum, quod exequutor disputans de exequutione sententiæ admittit exceptionem fraudis, quam not. ad *text. celebrem in c. de cætero, de sent. & re iudicat.* Limita tertiò in exceptione diminutionis pensionis, *Egomet in decis. Cur. Archiep. Neap.* 29.

COLLECT. 1161.

Super l. vacantia. C. de bonis vacantibus lib. 11.

VAcantia bona, fisco deferuntur, h.d. Et quæ requirantur vt bona dicantur vacantia, ita vt fisco incorporari valeant, ponit *Franc. Marc. in decision.* 31. *&* 92 & differunt præfata bona à patrimonio Principis, quod est duplex, videlicet fiscalium, & rerum priuatarum, vt refert decis. *idem Franc. Marc. in decision.* 338. & non possunt alienari, vt est *decis. Papon. in terminis, lib.* 5 *tit.* 10. *arrest.* 7.

COLLECT. 1162.

Super gloss. in l. cum plures. ff. de administrat. tutor.

FRater non tenetur alere fratrem, aut sororem, h.d. Limita primò in casu *decis. Afflict.* 11. vbi frater tenetur alere sororem petentem legitimam, sicut in filio Religioso, *Franc. Marc. in decision.* 127. Amplia hanc limitationem procedere pariter in fratris hærede, pulchrè *de Franch. in decis.* 178. Limita secundò si frater esset inops, quia tunc frater tenetur alere fratrem, & sorores inopes, *Guid. Pap. in decis.* 419. ad quã etiam vide *Franc. Marc. in decis.* 215 *p.* 2. Limita tertio, vbi frater egisset contra fratrem petitione hæreditatis, quia tunc debet habere alimenta, & expensas à fratre possessore hæreditatis lite pendente *Domini de Rot. in dec.* 2. *de arbitris in nouis*, & ita pariter refert decisum *Verall. in dec.* 10. *p.* 2. Limita quartò, vt frater teneatur alere sororem, etiam ex alio Patre natam, *Boer. in decis.* 129. *Thes. in dec.* 192.

COLLECT. 1163.

Super claus. sine retardatione solutionis pensionis.

CLausula hæc nonnullos habet effectus, quorum primus est, quod tribuit iurisdictionem conditionalem, & operatur, quod Iudex non possit validè procedere in negotio principali, nisi priùs soluta pensione, *Put. decis.* 29. *lib.* 1. *Ioan. Paul. decis.* 61. & fuit dictum in causa *Veto. l. l. n. Pensionis* 29. *Maij* 1589. *coram Platto*; Amplia vt etiam operetur, quod lite pendente pensio sit soluenda, *B. l. d. decis.* 22. Amplia secundo etiam quod ex actis constet de nullitate pensionis, *Io. Paul. cit. decis.* 61. ad hoc tamen vt clausula hæc suos operetur effectus, necesse est, vt constet de reserua-

seruatione pensionis, & quod adsit quasi possessio exigendi, *Rot. diuers. decis.212. lib.2.* & fuit dictum, in vna *Terraconen. Pensionis 4. Decembris 1591. coram Gipsio*; Hinc est, quod mandatum de manutenendo, non datur ei qui non est in quasi possessione exigendi possessionem, *Farinac. in decis.* 681. quemadmodum non operatur quando constat de vitio, seu nullitate pēsionis, ex ventre literarum, & de non iure pensionarij, *Cassad. decis.10. de rescrip. Achil. de Graff. decis.4 eod. tit. Rot. decis.310. diuers. p.1. Caesar. de Graff. decis.8. num.13. de re iudic. & Rot. decis. 349 p.1. Diuers.* & fuit dictum in vna *Salamantina Pensionis 1596. coram Blanchetto*; Limita quando aliunde posset contrarium probari, *Card. Put. in decision.34. lib.1. Rot. diuers. decis.301 p.1.* Limita secundò, quādo adesset quasi possessio exigendi, *Card. Put. in dec.* 145. Secundus effectus huius claus. est, quia stante hac claus. sententia lata non priùs soluta pēsione est nulla, *Put. decis.19. lib.2.* & fuit dictum in vna *Vercellen. Pensionis 29. Maij, & 15. Iunij 1587 coram Platto*; Tertius effectus, quia si adiicitur in commissione appellationis praeseruat iurisdictionem Iudicis, à quo, vt in futurum possit cogere titularem absolutionem, *Rot in decis.641. part 1. Caesar de Graff. in decis.3. de re iudic.* Quartus, quia censetur in qualibet commissione repetita, *Bellamer. in decis. 41. & decis.526. Cassad. in decis.8. de rescript. Ptolomeus in decis.30. Rota diuers. decision.331.* & fuit dictum in vna *Nouarien. Decimarum 11. Decembris 1573.*

COLLECT. 1164.

Super l. fin. C. de pignor. actione.

FRuctus rei pignoratae extenuant sortem, h.d. & ita decidit *Osasch. decis.115. Franc. Mar. in dec.167 p.2. Rot Genuen. in decis.4. Afflict. in decis.373* Amplia, vt non valeat pactum in contrarium, *Thess. in decis.78.* Limita quando ex pacto lucratur, *Guid. Pap. in decis. 432. Mynsing obseru.71. cent.6.* Limita secundò in dote. *Balb. in decis. 29.* quam not. ad *text. in c. conquestus, de vsuris.*

COLLECT. 1165.

Super l. iubemus, C. ad Velleianum.

CLausulae quātumuis generales sunt intelligendae, & restringendae secundum naturā actus, super quo interponuntur; Intelligas primò locum habere, quādo praecedit clausula specialis, & post subsequitur generalis; nam tunc restringitur ad specificata, secus si alia clausula ęquè generalis praecedat, tunc enim non restringitur, sed vnaquaeque suum effectum operatur, *Balb. in dec.348.* Intelligas secundo in casu *Rot. decis.18. de praebend. in nouis*; vbi fuit dictum, quod clausula generalis posita post specificata restringitur ad praecedentia narrata, quando restringi potest, salua pręcedentia recti sermonis; Hinc fit, quod clausula generalis non restringitur quando post expressionem generis sequitur enumeratio specierum, quia species dicuntur expressae causa demonstrationis, & maioris declarationis, non autem restrictionis, *Rot. diuers. decis.189. li.1. & in decis.338. part.2.* aliquid per *Afflict. in decis.106.* praesertim, quando specierum enumeratio respicit actum ligandi, *Rot. decis.189. p.3.* ad mat. huius claus. vide aliquid per *Guid. Pap. decision.503. Affl.*

decif.106.num,8.& feq. Caffad.in decif. 5.de referuationibus.

Collect. 1166.

Super c.non putamus de confuetud. in fexto.

A Sententia Vicarij non appellatur ad Epifcopum, h.d. Amplia etiam confuetudine in contrarium exiftente, *Balb.in dec.22.* Nunc limita, & primo, vt non procedat in Vicario foraneo, quia cum habeat delegatam iurifdictionem, non facit idem Tribunal cum Epifcopo, prout in terminis decidit *Rot.diuerf.decif.297.part.2.* quam reponas ad *gloff celebr. in clem. & fi generalis, in verf.foraneum, de refcript.* Limita fecundò in cafu notabili *dec. Rot.3.de offic Vicarij in nouis*, vbi fuit dictum quod à fententia delegati Vicarij poterit appellari ad Epifcopum, Limita tertiò quando procederetur per viam nullitatis, & querimoniæ, quia prohibitus cognofcere de caufa appellationis, non cenfetur prohibitus de caufa nullitatis, *Caualc.decif.12. p.1.& facit decif. Anna 83.per gloff.in c.1. de offic. deleg.* Limita quarto in pulcherrimo cafu *decif.Put.503.p.2.* vbi fuit decifum quod illud, quod dicitur in *c.2.de confuet. in fexto*, quod à fententia Vicarij non licèt appellare ad Epifcopum, cum idem fit Tribunal, procedit quando appellatur à fentẽtia affirmatiua, fecus fi ab interloquutoria, & ratio eft fecundum *Maynard.in dec.90.li.2.* quia ficut idẽ Vicarius poteft fuam interlocutoriã reuocare, ita & Epifcopus; Limita quintò, à fpeciali delegato Epifcopi, quia poteft ad ipfum Epifcopum appellari, *eadem Rot.decif.7. de offic. Vicarij in nouis*; Limita fextò, vt poffit fupplicari Epifcopo à fententia Vicarij, vt pulchrè diftinguendo refert decifum *Cappll.Tholof. in d.cif.479.*

Collect. 1167.

Super l.neminem, C.de exhibend. reis.

CArcerari quis regulariter non debet, nifi cõuictus fuerit, h.d. cum notatis per DD. Amplia primò, vt in caufa pecuniaria, fiue pro debito ciuili, debitor carcerari non debet, *Gayll.obfer.26.lib.1.* Limita contra fufpectum de fuga, *Iofeph.Ludou. decifion. Peruf. Franch. Marc. in decif.910.* quam limitationẽ Amplia, vt etiam à Iudice incompetenti capi valeat. *Mynfing. cent.2. obferu.65.* Amplia fecundò, vt nec carcerari quis poffit, nifi Iudicis præcefferit mandatum, *Papon.lib.18. tit.5 arreft.7.* Amplia tertiò, vt nec mulier honefta: vt decisũ refert *idem Papon. lib.18.tit.5 arreft.15. Guid Pap. in decifion.256. Ioan.Gall. in decif.99.& 393 diuerf.* Amplia quartò, vt nec clericus, nifi pro graui delicto, *Gomez Leo in decif.14 diuerf.* quã not. ad *text. in cap.fi clericos de fentent. excommunic. in fexto*; Amplia quartò, vt nec Doctores, fiue Medici actu legentes, fiue matriculati, quod intellige pro debitis ciuilibus, fecus in aliis, nifi effent Aduocati, *Iofeph. Ludou. in decif.Lucenf 6.* Amplia fextò, vt nec mulier prægnans, vt decifum refert *Papon.lib.24.tit.3. arreft.3.& 4.* quam not. ad ornatum *text.in l.pragnantis ff. de pœnis*; Amplia feprimò, vt quis priuatum carcerem tenere bene prohibetur, ita decifum refert cum limitat. *Anton. Fab. in decifion. 1. Cod. de priuatis carceribus.* Amplia octauò, vt nec Rufticus agrum laborans,

Gomez

Gomez Leo in decis. 22. part. 2. diuers. quam nota ad *text. in l. agricultores, C. quae res pignori obligari possunt.*

COLLECT. 1168.

Super c. cum de tua, de corpore vitiatis.

QVaerunt hic DD. an Episcopus possit dispensare cum monoculo ad minores ordines, nam *Balb. in decis. 51.* tenet quod sic, dicens iura de hac prohibitione tractantia loqui tantum respectu presbyteratus, & aliorum sacrorum ordinum, non autem respectu promotionis ad beneficium: cõtrariam opinionem, quod neque ad clericatũ promoueri posset, tenuit *Rubin decis. 23.* & de eo qui caret oculo vel pupilla oculi, vt sit irregularis, etiam quoad clericatum, tenuit *Rot. Roman. in vna Pensionis 3. Iunij 1583. coram Seraphino.* Idem tenet *Hartamannus decis. 91.* dicens monoculum simpliciter esse irregularem, non antem eum, qui caret visu oculi dexteri.

COLLECT. 1169.

In c. ad audientiam, de praescrip.

VLtra notata in *c. cum parati. eod. tit.* in materia illa, quod creditur Nuntio referenti, Addas hic aliquas limitationes, & primo, vt minimè ei credatur, si non apparet de cõmissione, *Osasc. in dec. 71. Balbus decis. 90.* facit ad argumentum *Cresc. in decis 1. de iureiurand.* Limita secundò in casu *decis. Guid. Pap. 628.* vbi fuit dictum, quod licet Nuntio super citatione credatur, tamen pars admittitur ad probandum contrarium, vt voluit etiam *Ruiz decis. 2. Rot. Lituan.* Limita tertiò, vt non credatur prçter actum citationis, *Franch. Marc. dec. 51. p. 1.* & proinde si referat de facto alieno, illi non praestatur fides, *idem in decis. 418. p 2.* Limita quartò, in iis quae eius officium non concernunt, *Cresc. decis. 1. de dolo & contum.* Limita quinto, vt non stetur eius depositioni, seu attestationi contra inquisitum de exportatione armorum prohibitorum, *de Franch in decis. 379.* Limita sextò, vt nec etiam credatur asserenti se fuisse vulneratum, seu iniuriatum, de vulneribus habes *decis. Rot. Lucen. diuers. 21.* de iniuriis, habes *Guid. Pap. in dec. 628.* Limita septimò, vt non credatur absque iuramento, *Egomet decis. 16. Cur. Archiep. Neapol.* Nota tamen pro ornatu huius materiae, quod cursori referenti, se aliquem citasse, cúmque dixisse nolle venire, creditur, idem quando refert intimationem sequestri fuisse acceptatam, *Cardin. Put. in decision. 187. lib. 3.* quam not. ad *Bart. in l. 9. C quomodo. & quando Iudex*; Nota secundò, quod exequutio Nuntij vitiosa propriis sumptibus restauranda est, vt fuisse decis. in *Senatu Germaniae* refert *And. Gayll. obseru. 54 lib. 1.* quas not. ad ornatum *text. in l. penultima ff. de Iudiciis.*

COLLECT. 1170.

Ad Rub. ff. de in ius vocando.

AD ornatũ huius Rubricae nota quod nonnullae personae sunt, quę in ius vocari non possunt absque venia, & primò subditus eius Principem, seu fiscum, *Rubin. dec. 13.* Secundò priuignus nouercam, *Osasc. in dec. 31.* Tertiò, gener socerum, *Menad.*

decis.3. Quartò, Monachus non potest suum Abbatem pro beneficio in ius vocare sine venia, *Boer. in dec. 271.* quam not. ad tex. *in c. ex parte, de accusat.* Quintò Vassallus Baronem, *Maynard. decis. 21. lib. 3.* & contraueniens, qua pœna puniatur, videas *Mynsing. obser. 91. cent. 4.* Sextò, libertus patronum, *Capyc in dec. 56.* Septimò, Filius Patrem, *Idem cit. decis. 56. Guid Pap. decis. 221.* bene verum est, quod si filius omissa venia supplicauerit Principi contra Patrem vel Auum, Princeps committendo causam, videtur dispensare, *Balb decis 25.* licet regulariter venia imprimis impetranda est ab eis, qui parentes conuenire intendunt, & inter Patrem & Filium ipsa venia petita potest esse iudicium, *Mágon. dec. Luca. 73.*

COLLECT. 1171.

Ad Rub. de Baptismo.

NOta generaliter nonnulla pro huius Rubricæ generali intelligentia, quod si dubitatur, an quis sit baptizatus poterit baptizari sub illa consueta clausula si tu es baptizatus, &c. de qua in *cap. 1. de baptismo*, & ita nos decidimus in *Curia Archiep. Neap. Egomet in decis 91. in causa d Ill Mori di Spagna*, ab iisdem Regnis expulsorũ, & an filij Hebræorum baptizari possint parentibus inuitis, videas solemnem *decis Affl. 151.* & de triplici specie baptismi, vide *Franc. Marc. in dec. 949.* & an infans pro parte natus possit baptizari à laico, vel à fœmina, videas *Cappel. Tholos. in decision. 156.*

COLLECT. 1172.

In l. fin. ff. rem ratam haberi.

REtrotractio locum non habet, vbi extrema deficiunt, h. d. Intellige primo, vt huiusmodi retrotractio non fit nisi per fictionem, & fictio non operatur, nisi manente æquitate, *Cassad. decis. 3. de prabend.* nec similiter procedit in præiudicium tertij, cui medio tempore ius quæsitum est, *Magon. decis. Lucens. 22.* & ita decidit etiam *Peguer. in decis. 48. & Rota Auenion de Laur. teste in decis. 8.* Intellige secundo, in conditione causali, vel mista, secùs autem in potestatiua, quæ non retrotrahitur, *Balb. in decis 90.* quam nota ad *text. in l. qui balneum, & l. potior. ff. qui potiores, in pignore*; Intellige tertio in casu *in decis. Afflict. 287.*

COLLECT. 1173.

Super l. vnica. C. de plus petitionibus.

AD ornatum huius textus qui infligit pœnas plus petentibus; Nota quod creditor petens plus debito, ad hoc, vt debitum amittat, quatuor concurrere debent, de quibus vide per *Capyc. in decis. 49. Ioseph. Ludou. in decis. 51.* immo petens plus, & probãda solùm in parte, debet obtinere pro illa parte probata, *Guid. Pap. in decis. 27. Balb. in decision. 49.* & actor petens multa bona in libello, & probanda pro tertia tãtummodo debet condemnari reo in omnib. expensis, *Maynard. in decis. 23.* Sed quid si petierit centũ, & probauerit solùm quinquaginta? videas *Guid. Pap. decis. 28. Boer. in decis. 74. Surd. in decision. 70.* Nec dictio (circa) excusat actorem à pluris petitione, *Rauden. in decis. 30.* & ratio est secundum *Guid. Pap. in decision. 290.* quia petitio debet esse

certa,

certa, & illa dictio est incerta, nec reo, à quo plus debito petitum est, licet totum negare, sed verum confiteri tenetur, *Ioseph. Ludou. Perus. 51.* aliàs incideret in periurium, *Papon. lib. 8. tit. 1. arrest. 1.* Nota secundo, quod ad hoc, vt plus debito petens excusetur, praxis est, vt apponat claus. saluo iure superflui addendi & diminuendi, vt in simili in materia expressionis veri valoris, in beneficialibus, *Crescent. decis. 7. de rescriptis*, aliquid per *Ioseph Ludou in cit. decis. 51.* Sed an in eandem incidat pœnam is, qui solutum debitum petit, responde, quod incidit in pœnam stellionatus, vt testatur *Magon. Rot. Florent. decis. 88.* quam ad *l. 1. de crimine Stellionatus* ponas, sed quando plus repetitum est, quis debet expensas soluere licèt debitor non fateatur partem debiti, vide *Rot. Auenionen. decis. 33.* & ad mat. huius text. ac de eius pœna vide *Thessau. decis. 331. Papon. lib. 8. tit. 1. arrest. 2.*

COLLECT. 1174.

Super c. ego en. de iureiuran.

PONit formam iuramenti desferendi per Episcopum, & inter cætera iurare debet se non alienare bona Ecclesiæ Romano Pontifice inconsulto, quod quidem iuramentum præsumitur præstitum ab ipso Episcopo quamuis de eo non constet, *Crescent. decis. 2. de iureiur.* & ratio est quia præsumitur præstitum, quod præstari est consuetum, *Balb. in decisione 39* licèt alienatio vtilis Ecclesiæ facta à Prælato, qui iurauit non alienare, valet, quamuis ipse sit periurus, *Idem Crescent. in decis. 3. de iureiurand.*

COLLECT. 1175.

Super l. fi. C. de Donat. caus. mort.

IN Donatione causa mortis quinque testes requiruntur, h. d. & non prosunt si essent singulares. *de Franc. in decis. 699.* Limita primò inter liberos, *Hartamannus in decis. 99.* Limita secundò ad reuocationem donationis causa mortis, quia duo etiam sufficiunt, *Franc. Marc. in decis. 485.* & aliquid per *Osasc. in d. cis. 55. nu. 6.* & vltra numerum quinque testium in donatione causa mortis, requiritur secundo præsentia donatarij, nec valet facta absenti, nisi præcedente notarij stipulatione, *Capyc. in d. cis. 73. Guid. Pap. in decis. 221. Papon. lib. 11. tit. 1. arrest. 2.*

COLLECT. 1176.

Ad Bar. in l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quar. rer. actio non detur.

LOquitur de metu reuerentiali, pro cuius mat. ornatu duo videnda sunt, primò ex quibus inducatur metus reuerentialis, secundo num sit legitima causa rescindendi contractum, & dicas primò quod non præsumitur ex sola maioris præsentia, *Egomet in decis. Curiæ Archiep. Neapol. 57.* quam reponas ad ornatum text. *in l. ad inuidiam. C. de iis, quæ vi, metúsque causa.* Item in fratre non datur, ita vt ex sola ipsius reuerentia possit actus rescindi, *Capyc. in decis. 159. num. 34.* In matre verò bene habetur metus reuerentialis, *Rubin. in decis. 22.* quemadmodum etiam in patruo, *Balb. in decisione 90.* & in nuru respectu soceri, quod detur latè scribo *in decis. 17.* quemadmodum etiam Episcopo habetur, *Faber in decisione fin.*

C. de sacrosanct. Eccles. quam nota ad *Abba. in cap. contingit. de sen. en. excomm.* In Patre etiam, *Afflict. decisione 69.* Item præceptum Principis, *Seraph. dec. 618.* Dicas secundò, quod metus reuerentialis de per se non est sufficiẽs ad actus rescissionem, *Afflict. decisio. 69.* quemadmodum verus metus, *idem decis. 246 Boer. decis. 100.* aliquid per *Gramm. decis. 18. Capyc. decis. 95. Ioseph. Lud. decis. Lucan. 18.* sed aliquibus etiam additis, puta, verbera, minæ, & his similia sufficit ad contractus inualiditatem.

Collect. 1177.

In §. 1. Instit. de litterar. obligat.

VLtra notata in *Collectan. super l. in contractibus, C. de excep. non numerat. pec.* addas hic nonnulla alia, ex quibus præfata exceptio cessat, prout primò geminata confessio, *Affl. decis. 110. Cappel. Tholos. decis. 375. Gramm. decis. 103.* & ratio est, quia geminatio arguit validitatem actus, qui geritur, *Osasch. decis. 39.* Secundò in casu *decis. Affl. 105.* vbi confessioni per duos testes probatæ standum est. Cessat tertiò vbi quis debitum agnouisset ex interuallo, *Card. Put. decis. 428 lib. 2.* agnoscere autem dicitur, qui soluit partem debiti, *Magon. decis. Lucan. 24. & Ego ipse in decis. 22. Cur. Archiepiscop. Neapol.* Sed non ob id cogitur soluere aliam partem debiti, *idem Magon. decis. 143. Rot Florentin.* Cessat quartò elapso biennio, *Guid. Pap. decis. 92.* Limita de Iure Canonico quo iure creditur etiam post 30. dies, & etiam perpetuò poterit hanc exceptionem opponere, *Cappell. Tholos. decis. 419.* licet huiusmodi exceptio non impediat litis contestationem *ead. Cappell. decis. 187.* Cessat quintò si ei fuit renunciatum, *ead. Cappell. decis. 185.* Intellige quando renuncians iurauit nunquam contrauenire, secùs est si confessus fuisset pecuniam recepisse, & iurauit illam reddere, *Rot. Genua, decis. 26. Mohed. decis. 285.* Cessat sextò aduersus Thesaurarij quietationem, *Franc. Marc. decis. 303. part. 2.* Cessat septimò in casu *decis. Put. 428. lib. 2.* vbi exceptio non numeratæ pecuniæ non potest ad delegatum opponi. Animaduertas tamen ad veram huius mat. praxim. Primò, quod excipiens non numeratã pecuniã contra obligationem in forma Cameræ tenetur id probare, non obtenta absolutione iuramenti, *Mohed. decis. 31. & 80.* Secundo, quod huiusmodi exceptio cessat, quando in instrumento iuratum fuerit, omnia, & singula esse vera, *Rubinus decis. 6.* aliquid per *Gramm. decis. 103.* aliàs simplex confessio quantitatis iurata non tollit hanc exceptionem, *Osasc. in decis. 134.* Tertio, quod debitor conuictus super Chirographo lapso biennio dato ad proponendam exceptionem non numeratæ pecuniæ non potest compellere actorem ad iurandum, quod fuerint pecuniæ numeratæ, *Capyc. dec. 15. Franc. Marc. decis. 698. Papon. lib. 9. tit. 6. arrest. 20 Balb. decis. 17. Maynard. decis. 22. lib. 3.* Quartò, quod confessio facta in instrumento, & verba accepisse, & habuisse fauore liberationis inducunt liberationem post 30. dies, *Affl. decis. 94. Rot. Genua decis. 26.* cui confessioni si per duos testes probaretur, regulariter est standum, *Affl. & decis. 105.* & num confessio facta in epistola præiudicet etiam inter absentes, vide *Franc. Marc. decis. 904. part. 2.* & aliquid per *Rot. Genua decis. 37.*

Col-

COLLECT. 1078.

Supe. l.1.§.1.ff. de quaest.

Confessio facta in tormentis, vel metu tormentorum non praeiudicat, nisi constiterit de perseuerantia. h.d. decidit *Guid. Pap. decis.* 159. *Franc. Marc. dec.* 916. immò necesse est etiam constare de ratificatione facta extra tormenta, sed qualiter, & vbi debeat fieri ratificatio tradit *Balb. dec.* 160. vera tamen praxis est, vt reus ad perseuerandum in confessione facta in tormētis debet adduci apud acta, vel apud alium locum publicum extra conspectum torturae, *Guid. Pap. decis.* 339. alias confessio facta, & illius ratificatio erit nulla, *Rot. collect. à Farinac. dec.* 111. & debet constare etiam de perseuerantia interueniente per interuallum temporis vnius diei naturalis post torturam, *Fran. Marc dec.* 155 *part.* 2. *Papon lib.* 24. *tit.* 9. *arrest.* 9. *Matth. Coler. Rot. Germaniae dec.* 100. & reuocatio confessionis factae per inquisitum in loco ratificationis, nihil ei prodest, *Boer. decis.* 90 & ratio videtur esse, quia confessio in tormentis facta praecedente aliquo indicio, si reuocetur adhuc semper plene probat *Grāmm. dec.* 72. licet perseuerantia in loco ratificationis plurimum coadiuuet confessioni alias nullae, *Franc. Marc. decis.* 18. Limita *in decis Ba b* 22. vbi confessio emanata sine indiciis, licet ratificetur non tamen praeiudicat confitenti, vt ex illa possit condemnari, *Mys. sing obser* 21. *cen* 5. quod amplia etiam, quod post talem confessionē superuenerint indicia, pulchrè *Boer decis* 259. & quando hoc locum habeat, videas *decis. Rot. Auenion.* 138. Nota tamen ad praxim huius mat. quod reus si ad torturae locum confiteatur, talis confessio non dicitur facta in tormentis, sed formidine tormentorum, *Franc. Marc. decisione* 516.

COLLECT. 1179.

Super Articulo pensionis.

In mat. pensionis animaduerto hic nonnulla magis ad praxim conducentia, & primo quod pro pensione competit actio personalis, & hypothecaria contra successorem, *Guid. Pap. decis.* 577. *Verall. decis.* 302. *part.* 2. *& decis.* 14. *part.* 1. *Ioan. Paul. decis.* 89. & ratio est quia successor acceptando beneficium pensione grauatum videtur quasi contrahere, & obligare se ad onera imposita, *Bellam. decis.* 13. & fuit dictum in vna *Mediolanen. pensionis* 12 *Iu h* 1589. *coram Seraphino* Secundò, quod pensionis excessiuitatem probare tenetur agens ad annullationem pensionis, *Verall decisione* 299. *par* 2. *& decis.* 329 *part.* 3. *Bellam decis.* 470 *Thoming. decis* 13. ex regula, quod alleganti beneficium esse minoris reditus, incumbit onus probandi, *Muducis decis.* 34. *Cancer variarum Resolut. cap.* 23. & ita pluries *Rot* decidisse testatur *Farinac. in suis collect. decis* 689. quam conclusionem intelligas tantummodo procedere in possessorio, non autem in petitorio ex *decis Bellam.* 90. Tertio notandum, quod ad probationem valoris attenditur tempus quinque annorum antè, & quinque post *Seraphin decis.* 1340 *Sarnen. decis.* 23. & huiusmodi valor beneficij probandus est de tempore prouisionis, & non sufficit probare de antiquo tempore. *Verall. dec* 330 *p.* 3 *Staul. Pacificus, decis.* 35. & ideo fuit decisum in

vna *Ariminen. Pensionis* 11. *Iunij* 1593. *coram Pamphilio.* Notandum quarto, quod impositione pensionis tres clauſ.adiici poſſunt, prima dummodo remaneant ducati mille pro Epiſcopo, ſecunda ſuper Parochialibus Eccleſiis, dummodo remaneãt centum pro Rectore, *idem in deciſ.*692. quam nota ad *Conc. Trid. ſeſſ* 24. *c.*13. Tertia in beneficialibus dummodo penſio medietatem fructuum non excedat, *Thomas Triui. deciſ.*2. *part.*2.

COLLECT. 1180.

In l.ſi in ſeruum, §.ſi iudex. ff. de arbit.

AD hunc text. in quo dubitatur, ſi in Judicẽ ordinarium compromitti poſſit, videas *Anton. Gabr. deciſ.*1. *C. de arbitris*, vbi refert Senatum decidiſſe non poſſe in eos, tanquam in arbitros iuris, ſed vt in arbitratores, quam ſententiam nonnullę Rotæ Italiæ ſequutæ fuerunt, prout *Vercellen. teſtatur Laffred. Balb. deciſ.* 11. teſtatur etiam *Magon. deciſ. Lucenſ.*19. & ita pariter tentum fuiſſe in Prætorio Delphinali refert *Guid. Pap. in deciſ.*69.

COLLECT. 1181.

*In l.*1.*§.ſi plures. ff. de exercitat. action.*

QVando aliquid fieri debet cum conſenſu alterius actus dicitur nullus ipſo iure ſi fiat abſque illo, hinc infert *Caſſad. deciſ.*3. *nu.*3. *& ſeq. de priuil.* quod collatio beneficij, quæ fieri debet cum alterius conſenſu, libera dici non poteſt, cùm requirat pro forma conſenſum ipſum, vt ad idem voluit *Caputaq. deciſ.*297. *part.*1. Secundò inferri poteſt ad *deciſ. Card. Put.*101. vbi literæ expectatiuæ ad collationem Abbatis, nõ facta mentione conſenſus per alterum collationi pręſtando non tenet, quicquid tenuit *Rot deciſ.*10. *de præbend. in antiq. Biſignet. deciſ.*2. *eod. tit.* quæ illatio anſam præbet diſputandi quæſtionem an ſufficiat, ſi præſtetur conſenſus tacitus, vel ſi neceſſarius expreſſus, quando actus debet expediri cum illo, reſpondeo diſtinguendo, quod aut lex declarat, quod conſenſus debet eſſe expreſſus, & tunc non ſufficit tacitus, *Rot. deciſ.*15. *de offic. delegat.* aut fit mentio de expreſſo, & tunc ſimiliter requiritur expreſſus, quando eſt pro forma, *Ve al. deciſ.*82. *part.*3. aliàs ſecùs, *Put. deciſ.*282. *lib.*3. & aliquid per *eundem deciſ.* 100. *lib.*2. *deciſ.*181. 190. *lib.*3. *Rot. deciſ.*16. *de renunciatio. in antiq. & deciſ.* 788. 811. *part.*1. *diuerſ.* ex quibus autem modis inducatur tacitus, vel expreſſus conſenſus, de tacito videas *Caputaquenſ. deciſ.*212. *& deciſ.*216. *part.*1. vbi fuit concluſum, quod eo ipſo, quod Capitulum recipit litteras prouiſionis factæ ab Epiſcopo, & prouiſum admiſit, tunc cenſetur tacitè conſenſiſſe, facit *idem Caputaquenſ. deciſ.*81. *part.*3. & plenè per *Rotam deciſ.*811. *part.*1. *diuerſorum.* Adde quod eo ipſo, quod quis patitur, & non contradicit, tacitè conſentire videtur, *Caputaquenſ. deciſ.*216. *part.*1. *Put. deciſ.*181. *lib.*3. *& Rot. deciſ.*16. *de renunciatio in antiq. per Regul. qui tacet de regul. iur. in ſexto*, immo etiam qui contradicit, ſi non appellat, dicitur tacitè conſentire, *Balb. deciſione* 504. Secundò quæri poteſt an conſenſus poſſit ſequi, & ſit validus actus, perinde ac ſi à principio interueniret, *Afflict. deciſ.* 180.

teſt.

risi et Sacr. Concil. decidisse, consensum posse adhiberi post actum & illum validare, ad idem expendit *Rota in decis. 11. & 17. de Iurepatron. in antiq. & decis 3. in fin. de consensu in nouis*, aliquid per *Achill. de Graff in dec. 15 & 16. de praebend.* Limita si consensus requiratur pro forma, quia tunc si non concurrit in ipso actu, dicitur nullus actus, & quamuis postea consensus sequatur, non conualescit, *Mohedan. in decis. 2. de renunciat.* aliquid per *Caputaquens. in decis. 52. part. 2. & decision. 153. part. 2. decision. 115. decis. 211.* exemplificari potest huiusmodi limitatio per *decis. Put. 153. lib. 2.* vbi fuit conclusum quod consensus requisitus pro validitate collationis est praestandus de tempore vacationis, & non ante, quia ibi consensus erat pro forma, vt voluit *decis. Pedemont. 165.* Quaero tertio num si ille qui debet praestare consensum, consentire recuset, possit compelli? respondeo, quod tunc potest adiri Superior, vt mandet consentire, aut in eius contumacia ipse Superior, loco eiusd. consensum praestabit, *Balb. in decis 93.* Quaeri potest quartò num si actus super quo fuit primò praestitus consensus, fuit nullus tenetur de nouo praestare cōsensum, affirmat *Put. in decis 258. li. 3.* paria enim sunt non praestare consensum, vel inutiliter praestare *idem in dec. 260. lib. 2. Caputaq. in decis. 54. p. 2.* Quaero quintò num licentia debet pariter praecedere actum, quemadmodum consensus, affirmatiuè tenuit *Rot. in decis 47. p. 1. diuers.* & facit *decis. Caputaq. 258. p. 3.* per quam fuit resolutum esse nullum testamentum vnius Cardin. ante licentiam conditum, nec validatum fuisse per licentiam subsequutam. An autem differat consensus à Consilio videas *Balb. decis. 23.* ex qua fuit orta illa anceps quaestio an de iure Communi possit Episcopus corrigere Capitulares cum solo consilio Capituli, vel sit necessarius consensus, de qua videas plenè per *Put. dec. 92. lib. 3 per Achill. de Graff. in decis. 2. de offic. ordinar.* & per *Mohed. dec. 2. de foro competent.* vbi fuit firmata conclusio, esse necessarium consensum Capitul.

Collect. 1182.

Super l. fin. Cod. si ex falsis instrumentis.

Restitutio in integrum impedit exequutionem sententiae, hoc dicit. Limita vt non procedat, quando exequutio erat iam coepta, *Card. Put. in decis. 10. de restitutione in integrum, & Idem in decis. 285. lib. 2.* & fuit resolutum in causa *Cartagin. 18. Decembris 1587. coram Bubalo, & in causa Burgen. Decimarum de Scalante 28. Octobr. 1586 coram eodem*, & aliàs saepè, & in propriis terminis est *decisio Rot. Sicilia*, de qua per *Mastrill. 30.* ad cuius mater. vide *Rot. Diuers. decision. 449. libro 1. Magon. in decision. 133. Milanen. decis. 11 lib. 7. Card. Put in decis. 446. lib. 2.*

Collect. 1183.

In l. si constat, C. de compensat.

Compensatio non fit ipso iure, sed ita demum si opponatur, h. d. Limita tamen quando fieret de debito liquido ad liquidum, tunc fit ipso iure & actionem extinguit, *Afflict. in decis. 121.* & Iudici necessitas ad compēsandum est imposita, ideò

ex officio debet facere compensationem, licet illi sit renunciatum, *Rota Genua in decis.* 34. licet regulariter quod non fiat ipso iure, tenuit *Mobedan. decis.* 8. *Benintend. in decis.* 37. & nisi opponatur ab homine, *Rot. Genua in decis.* 37. *Domini de Rota in decis.* 2. *de appellat. in antiq.*

Collect. 1184.

Super cap. 1. de rescript. in 6.

Rescriptum impetratum ab excommunicato est ipso iure nullum, hoc dicit; Limita primo in rescripto gratioso, nõ autem ad litem, quia textus de eo qui est ad litem tantum loquitur *Balb. decis.* 29. Limita secundo in casu *decis. Verall.* 90 *p.* 1. vbi fuit dictum, quod text. iste locum sibi non vendicat, quando excommunicatus impetrans rescriptũ, illud præsentasset Auditori Rotæ, & ratio est, quia Auditores Rotæ habent ordinariam iurisdictionem, vt refert decisum *Rot. decis.* 13. *de probationibus, in antiq.* Limita tertio si excommunicatus esset absolutus *Egomet in decis. Cur. Archiepiscop. Neapolit.* 22.

Collect. 1185.

Super l. doli mali exceptio, ff. de nouat.

Exceptio quæ obstat deleganti, non nocet ei, cui facta est delegatio, h. d. Ex quo infero primo ad pulchram *decis. Afflict.* 74. vbi fuit dictum quod exceptio declinatoria fori, quæ obstat deleganti, non obstat ei, cui facta est delegatio. Infero secundò ad *decis. meam Cur. Archiepisc. Neapol.* 29. vbi fuit dictum quòd nec exceptio pacti de non petendo, quæ poterat obiici deleganti, obstet delegato, sed non agenti iure cessionis obstet exceptio compensationis, videas pulchras *decis. Afflict.* 163 & *Th. ff. Rot. Pedem.* 221.

Collect. 1186.

Super clausʃ. codicillari.

Clausula codicillaris habet in iure nonnullos effectus vltra reportata *in collectanea super l.* 1 *ff de iure codicillorum.* Primus effectus est, quia quando testamentum est nullum ratione præteritionis, & adest clausula codicillaris, proximiores censentur esse rogati de restituendo hæreditatem hæredi scripto, & tunc filius detrahit solummodo legitimam, *Guid. Pap decis.* 52. *Cappell. Tholos. decis.* 456. Secundo quia operatur, quod subiectio directa trahatur ad fideicommissariam, *Franc. Marc decis.* 172. *part.* 2. Tertius quia substitutio facta pagano post pubertatem sustinetur in vim fideicommissi quando adest *clausʃ. codicillaris, Cappell. Tholos. citat. decis.* 456. Quartus operatur quod caducata institutione per mortem instituti, habeat locum substitutio facta si sine liberis decesserit, *Vincent. de Franch. decisione* 156. Quintus sustinet testamentum nullum in vim codicillorum *Rota decisione* 4. *parte* 1. *diuers.* quod amplia procedere etiam si testamentum esset nullum ex omni causa, *Menard. decis.* 43. *Ioseph. Ludou. decis. Perus.* 118. in nonnullis tamen casibus nil operatur, & primò quando est quæstio voluntatis, *Balb. decis.* 29. *Ioseph. Lud. cit. decis.*

*decis.*118. item posthumo præterito, *Put.decis*234.*lib.*2.*Gayll.obseru.*114 *lib.* 2. quod intelligas quando esset expresse concessum, secus si tacitè *Thes. decis.*141. & de aliis effectibus huius clausf. *Vide Guid. Pap.in decis* 513.*&* 514. & num defectus voluntatis supple-tur per clau.codicillarem, videas *Put. decis.*79.*lib.*1.*&* *Capyc.in decis.*89.

COLLECT. 1187.

Ad Rub.de iure Codicillorum.

AD ornatum huius Rubr. noto aliquas differentias inter testamentum, & codicillum; Prima quia agenti vigore codicillorum, non cõpetit petitio hęreditatis directa sed actio ex testamento, *Guid. Pap.in decis.* 323. Item non competit remedium *l.fi.C.de euict. Diu. Adria.&c. Ant. Fab. in decis.*3 *C.de codicillis* Item qui elegit viam testamenti insolemnis, non potest deinceps variare, & agere virtute codicillorum, per *l fin. C.de codicillis*, *Afflict. in decis.*134 *Boer.in decis.*33. *Ioseph.Ludouic.in decision.Lucan.*56. quæ omnia procedunt, quando agitur per viam actionis, secus quando procedit per viam exceptionis, *Balb.dec.* 22. Item in omni vltima voluntate testamento excepto, sufficiunt quinque testes, vel rogati, aut fortuito, etiam si duæ ex illis fœminæ existerent, *Guid.Pap.in decis.*538. quod amplia procedere etiam in testamento, vbi adesset clausula codicillaris. *Boer. in decis.*33. Item si in testamento non interuenerunt nisi quinque testes, & nulla adsit hæredis institutio, tale testamentum valebit in vim codicillorum, licèt fuerit productum in iudicio, vti testamentum, *Magon.decis. Rot.Florent.* 32. Item codicillari quis nutu potest, *Gammat.in decis.*73. Item quandoquidem declaratio eorum, quæ in testamento continentur, *Magon.decis.Rot.Florent.*4.

COLLECT. 1188.

Super l.instrumenta, ff.de acquirend. possess.

PEr solum instrumentũ non probauit Dominium, nec possessio. h.d. cũ notatis, & ita decisum refert *Franch. March. in decis.*217. Limita primò in instrumento diuisionis, quia tunc ex eo bene probatur Dominiũ, *Afflict.in decis*12.*Balb.in decis.*39. Limita secundo inter contrahentes, vt in casu *decis. Caualc.*23.*part.*2. ex qua infero ad aliam *decis.Rota*, prima de fide instrument. vbi fuit dictum, quod instrumentum locationis bene probat dominium inter contrahentes. Limita tertiò, quando agitur contra eum, qui habet causam ab altero ex contrahentibus, *Rubin dec.*19.

COLLECT. 1189.

Ad Bart.in l.Gerennius, ff. de decurionibus.

NOtarius quis non præsumitur, nisi probetur, h.d. in instrumẽto antiquissimo non est necessaria probatio Notariatus, *Afflict. in decis.* 245.*&* *decis.*251.*in fin.* & istud prouenit tum ex præsumptione antiquitatis temporis *Franch. Marc. in dec.*488. tum etiam ob difficilem probandi modum, *Maynard.decis.*22.*lib.*3. licèt quandoquidem ad instrumenti validitatem sufficit ostendere Notarium fuisse in quasi possessione Notariatus, *Cappell.Tholos.in decis.*331. *Afflict.*

*decision.*251.& aliquid per *eundem decis.* 246. *& per Franc. Marc. decis. cit.* 488. quę autem sufficiant ad quasi possessionem, videas *Afflict. in decis.* 57. *& Capyc. in decis.* 61. quæ omnia conferunt ad text. in *c. cum Ecclesia Sutrina de causa possess. & propriet* ex confessione autem eiusdem Notarij nunquam eius potestas probatur, *Afflict. in decis.* 317. *Boer. decis.* 258. *Papon. lib.6. tit.6. arrest.6 Balb. in decision.* 121. licèt in iis, quæ ad eius pertinent officium, credatur, *Capyc. in decis.* 94. & aliquid per *eund. decis. cit.* 61. *Franc. Marc. in dec.* 168. *part.*2. quorum omnium ratio diuersitatis est, quia Notarius non præsumitur nisi probetur, cum Notariatus consistat in facto, *Boer. decis.* 36. & facta non præsumuntur nisi probantur *Medices decis.*51 verum hoc intelligas si fuerit oppositum, aliàs secus, *Ioseph. Ludou. in dec. Perus.* 115. *Franc. Marc. in decis.*51.& si fuerit oppositum, nonnullis modis probatur, & primò ex eo, quòd quatuor recepit instrumenta, *Franc Marc. in decis.* 511 *p.*2. *& Boer. & Ioseph Lud. citat. locis*, quam not. ad pulchram *Bart. doctrinam in l. Herennius ff de decurionibus.* Intellige, vt quatuor illa instrumenta non sint confecta super contractibus à Iure reprobatis, quia tunc punitur, & non oritur probatio ex eis, *Monald. Consil. decis.*30 & qualiter puniatur, videas pulchram *decisionem Guid. Pap* 453. probatur etiam Notariatus ex confessione partis, *Egomet in decis. Cur. Archiep. Neapol.*146. Intellige secundò, dummodo conficiat instrumenta de his, quę coram eo gesta sunt, *Put. dec.*5 *lib.*3. *Afflict. cit decis.* 245. Intellige tertiò dummodo illa instrumenta non sint confecta inter personas Ecclesiasticas, quia Notarius Ecclesiasticus non potest recipere instrumenta inter personas laicas, & econtra, *Papon. lib.*4. *tit.*14. *arrest.*2. & quid in Notario Apostolico, videas pulchram *dec. Boer.*242. & aliquid per *Annam in singul.*245.

COLLECT. 1190.

Super l. si pupillus ff. de verbor. obligat.

SIne interpellatione mora non committitur, h.d. Limita primo in minore, in cuius fauorem sancitū est, vt mora re ipsa committatur, *Statil Pacific. dec.*21 Amplia hanc limitat. procedere, etiam si non adesset persona legitima, cui fieri posset solutio, quia hoc non obstante, constituitur debitor in mora, *de Franch. in decis.* 95. licèt huiusmodi priuilegium non extendatur ad maiores, *idem in dec* 227. dicens quod mora non committitur, quando debitor non habet personam legitimam cui soluatur, quam not. ad *text. in l pecunia funebris ff. de vsuris.* Sublimita limitationem, vbi minor succederet maiori, quia tunc non potest vti priuilegio minoritati concesso, vt scilicet mora re ipsa committatur, pulchrè *Marilian. Rot. Genuen in dec.*24. & sic limitatur *text. in leg. in minorum, Cod. in quibus caus. in integr. restitut. non est necess.* licet in beneficio restitutionis in integrum sit secus ex *decision. Afflict.*212. Limita secundò fauore piæ causæ, *Maynard. in decis.*19. *lib.*3. quæ facit ad doctrin. *Iason. in §. ex maleficiis, de action.* Limita tertiò, fauore fisci *Egomet in decis.* 13. & facit *Romanus in sing.*117. Limita quartò vt non requiratur, vbi est dies à lege statuta, *Cassad. in decis.* 2. *de pensionibus*, sed an sufficiat vnica interpellatio respon-

respondeas, quod sic, *Osasc.dec.*12. & potest fieri etiam die feriato in honorem Dei, *Guid. Pap. in decis.*215. non requiritur tamen vbi est apposita dies & pœna *Osasc.dec.*49.

COLLECT. 1191.

Ad not. in l. Barbarius. ff. de offi. praesul.

NOtarius inquisitus de falso, instrumenta conficere nō potest, l.i.d. Limita primò, vt huiusmodi prohibitio non extendatur ad cōtractus prohibitos, *Guid Pap. in dec.* 433 Limita secundò si commisisset aliquid extra suum officium, *Balb. dec.* 22. & ratio est, quia Notarius licèt de falso commisso extra suum officium condemnatus sit, tabellionatus tamen officium exercere potest, *Franc. Mar. dec.*300. *p.*2. Limita tertiò, si instrumentū esset aliàs nullum, quia tunc nec poterit puniri de falso, *Capyc. dec.* 53. Limita quartò in Notario tolerato in officio, quia valent eius instrumenta, licet fuerit inquisitus de falso, *Franc Mar. decis.*301. *p.*2. Limita quintò si Iudex ex causa in sententia, Notario condemnato de falso instrumenta recipiendi facultatem reseruauerit, *Idem Franc Marc. in decis.* 301. *&* 310. Limita sextò, vt alibi possit conficere instrumēta, *Idem in dec.* 313. *&* 301. quæ autem sit pœna Notarij conficientis instrumentum simulatum, videas *Mynsing. cent.*6. *obseru.*65.

COLLECT. 1192.

Super l. si arbitror, ff. de probat.

NOto ad ornatum huius text. quodnam tempus dicatur esse de antiquo, in quo videas *decis. Card. Put.*212. *lib.*1. & quid in probationis materia videas *Mohed. in decis.*12. *de sentent. & re iudic.* & quod tempus antiquum dicitur illud, quod excedit annos centum, vide *de Franch. in decis.* 357. *part.*2. *Verall. in dec.*28. *p.*1. & antiquissimum dici potest quando excedit metam centum annorum, *Afflict. in decis.*146.

COLLECT. 1193.

Super c. super specula, ne clerici, vel Mona. bi.

PRohibetur Clericis, & aliis quibuscunque Religiosis auditus legum. Limita primò existente dispensatione, quia tunc etiam beneficiatus leges audire poterit, *Sayr. in decis.* 1. *eodem tit.* Limita secundò, vt hæc prohibitio non extendatur ad Parochiales Ecclesias, iuxta terminos *c.* 1. *eodem titul. in* 6. *Faber in decis.* 16. *Cod. de Episcop. & clericis.* Limita tertiò in casu decision. *Sayr.* 2. *ne clerici, vel Monachi*, vbi Presbyter doctoratum in iure ciuili assumens, nullam pœnam incurrit.

COLLECT. 1194.

Super Doctr. Castren. in l. edictum, ff. de iudiciis.

NOn inutilis dubitatio est, de qua hic per Castren. mouetur, an scilicet Commissarius nouus debeat iterum citare partem absentem, stāte citatione prius facta ad omnes actus, nam *Balb. in decis.*22. tenet indubitanter non requiri aliam citationem, quia coniungi debet factum

prædecessoris cum facto successoris, *Gratian. decis. Rot. Marchia* 108. refert Rotam illam decidisse, quod delegatus debet de nouo citare, etiam stante citatione facta per prædecessorem, & ita pariter decisum refert in Consilio Neapolitano, *Minad. in decis.* 28.

COLLECT. 1195.

In l. si librarius, ff. de verb signif.

QVando Notarius possit errorē suum corrigere, hic habetur. Et pro cognitione animaduertēdum primò ad distinctionem, quam communiter tradunt DD. in *l. Imperator. ff. de statu hom.* nempe quod Notarius incontinenti potest suum corrigere errorem, ex interuallo verò cum auctoritate Iudicis tantùm *Franc Marc. in decision.* 743. ratio diuersitatis est, quia quæ incontinenti fiunt, censentur inesse, ex *decis. Rot.* 13. *de prob. in antiq.* si tamen Notarius fecerit instrumentum, & in illo deficiat aliquid per errorem, & postea (puta) de Die, & Anno omisso recordetur, poterit illum addere, quia veritas scripturæ probatur per suum auctorem, *Guid. Pap. in dec.* 582. & eò magis, quia præsumitur potius error, quam falsitas, quando repetitur illud scriptum à Notario, quam fuerit à partibus dictum, *Ioseph. Lud. decis Lucan.* 13 *Balb. in dec.* 18. Secundò animaduertendum quod quotiescunque in scribendō instrumento fuerit erratum, probato errore etiam post productionem instrumenti in iudicio, iniungitur Notario de illo reparando, *Guid. Pap. decis.* 130. *Ioseph. Ludou. in decision. Luc. Franc. Marc. in decis.* 289. *part.* 1. *& idem dec.* 163. *p.* 2. *Verall. in decis.* 97. *&* 247. *p.* 2. *Maynard in decis.* 16. *lib.* 3. *Papon lib.* 17. *tit.* 1. *arrest.* 1. quod amplia vt liberum sit Notario etiam absque coniunctione hoc facere, *Laffred. Balb. dec.* 90. quam intelligas antequam expediatur instrumentum, aliàs secus, *idem Guid. Pap. in decis.* 131. mortuo autem Notario non poterit error per alium corrigi, *Anton. Fab in decis.* 15. *C. de Episc & clericis.*

COLLECT. 1196.

Ad Rub. de tabulariis, lib. 11.

PRo huius Rubricæ ornamento noto hic potestates, quas obtinet Notarius, & prima, quia Notarius potest absenti stipulari, *Afflict. in decis.* 135. & ex huiusmodi stipulatione acquiritur ius reuocabile, secundùm *Osasc. in decis.* 53. secundùm verò *Thess.* irreuocabile *in decis.* 70. & qualiter debeat concipere stipulationem pro absente videas *Capyc. in decis.* 73. Secunda, quia si est impeditus potest committere alteri Notario, quod de contractu à se recepto reassumat instrumentum, *Fab. in decis.* 7. *de fide instrumento.* & ipsemet potest subscribere, *de Franc. in decis.* 300. aliquid per *Afflict. in dec.* 6. *& per Cacher. in dec.* 32. & quæ concurrere debeant ad validitatem reassumptionis, videas per *Afflict. in dec.* 6. Tertia, quia Notarius in Iurisdictione voluntaria duplici officio fungi potest Scribæ scilicet, & interponentis auctoritatem, *Franc. Marc decis.* 488 Intelligas dummodo sit legitimæ ætatis, id est 25. annorū, *Franc Marc. in decis* 618. Intelligas secundò, dummodo non sit idem Iudex, & Notarius, quia eius potestas dependet à Iudice. & ideò non creditur Notario, attestanti sibi fuisse factam

ctam commissionem super receptione testium, *Affl. in dec.* 317. Quarta, quia potest verba derogatoria extendere in grossa iuxta voluntatem, quàm sciuit à testatore, *Guid. Pap. in decision.* 119. licèt scriptura cæterata extendatur secundùm stylum illius Notarij, & Formularij, *Papon. lib.* 10. *tit.* 4. *arrest.* 26. *Rot. dec.* 1. *de verb. signific. in antiq. Borgnin. dec.* 16. *de contractibus p.* 2. hæres autem Notarij non potest grossare notam sine Iudicis mandato, *Guid. Pap. in decis.* 2. & 118. & *Boer. decis.* 56. & 57.

Collect. 1197.

Super Auth. defuncto C. ad Tertull. verbo salua gradus prærogatiua.

VErbum istud appositum in dispositione legis, vel statuti non excludit, quo minus filius non succedat in locum patris, vbi agitur de hæreditate Aui, ita fuisse decis. in *causa Firmana bonorum* 19. *Ianuarij* 1582. *coram Cantuccio*, refert *Rot. Diuers. decis.* 708. *p.* 1. & facit Decisio *in causa Romana successionis de Girona* 23. *Ian.* 1507. *coram Robusterio*, & *Vrbeuetana hæreditatis* 28. *Maij* 1509. *coram Lucta.*

Collect. 1198.

Super c. Regni vt cum nihil.

CEnsuit Rex in præsenti Capit. quod Aduena non potest creari Officialis à Barone non subditus præfatæ Regiæ Maiestati, ex quo infertur, quod neque Clerici à Prorege, *de Franch. in decis.* 479. Infertur etiã ad Regẽtem Magnæ Curiæ Vicariæ, si poterit creari exterus Electis contradicentibus, de quo vide optimam *Capyc. decis.* 178. & num Monachus possit esse Officialis, seu Iudex, vide *Guid. Pap. in decis.* 563.

Collect. 1199.

Super Libellorum, ff. de accusat.

AD hãc l. not. tres pulchras dec. Prima est *Tolos.* 20. *p.* 2. vbi fuit decisum, quod accusator non tenetur exprimere diem cõmissi delicti. Secunda est *dec. Rotæ* 8 quę per Farin. vbi pariter fuit dictum, quod nec coarctatur exprimere locum delicti patrati. Limita instante parte, ita decisum refert *Franc. Marc. in decis.* 727. *p.* 1. & num sit ineptus præfatus libellus, vide *Mynsinger. cent.* 1. *obser.* 32. Tertia est *dec. Balb.* 300. 1. & 2. vbi in inquisitione tam generali quàm speciali, exprimi debet locus delicti.

Collect. 1200.

Super l. per minorem. ff. de Iudiciis.

PEr minorem causam, maiori cognitioni præiudicium fieri non oportet. Maior enim quæstio minorem causam ad se trahit, h. d. Hinc est, quod iudicium vniuersale facit silere particulare, *Verall in decis.* 117. *p.* 2. & causa ciuilis pendente falsi accusatione contra partem, & testes, non potest diffinitiuè expediri, nisi data sententia super falsitate *Balb. in decis.* 23. & ratio est, quia ista dicitur maior, ac præiudicialis, *Afflict. in decis.* 103. & semper facit supersederi ne sententia proferatur, *Capyc. in decis.* 25. Aliquid per *Gramm. in decis.* 16 tamen productio testium per partem priuatã facta non prodest, nec nocet parti

fiscali, neque pronunciari potest in criminali ex probatione habita in ciuili, *Guid. in d. decision.* 341. Hinc est, quod pendente causa criminali coram vno Iudice non potest per eundem coram alio Iudice intentari ciuilis, respectu eiusdem facti, *Put decis.* 285. *lib.* 1. Item exceptio falsitatis, cuius probatio in promptu offertur iudicium impedit, *Franc. Marc. in decis.* 223. *p.* 2. & quoties ciuilis causa cum criminali intentatur, criminalis ad se trahit ciuilem, ita quod ad fisci actuarium causa pertinet, *idem in decis.* 227. *p.* 2. Infertur secundò, quod pendente iudicio super raptu coram Iudice seculari non potest Iudex Ecclesiasticus pronunciare super causa matrimoniali, *Pap. lib.* 22. *tit.* 6. *arrest.* 2. Infertur tertiò, quod carceratus inquisitus de delicto resistentiæ factæ contra Officialem si allegat nullitatem capturæ est audiendus, & interim est supersedendum in causa resistentiæ, *Peguer. in decision.* 9. Infertur quartò, quod lis super vna re pendens impedit ingressum litis inter easdem personas super eadem re, *Rot. Gen. in decis.* 179. quemadmodum Reus pro vna, & eadem causa ad diuersa iudicia non est trahendus, aliàs actor suo iure priuatur, *Franc. Marc. in decision.* 248. *p.* 2. Intellige si opponatur, aliàs tenet processus coram vtroque Iudice, maximè quando Iudices sunt pares, secus in Papa, *idem in dec.* 491. & propterea lite pendente coram vno Iudice, alter ad illius cognitionem intromittere se non debet, *Capyc. dec.* 122. *Rot. Genuens. in decis.* 13. Hinc est, quod in his, & similibus causis exceptio litis pendentiæ admittitur, *Bellamer. in decis.* 46. quæ litis pendentia sola citatione inducitur, *Franc. Marc. in d. decision.* 248 *p.* 2. Hinc est, quod processus factus in partibus lite pendente in Curia suprema est nullus, *Mohed. in decis.* 320. Infertur quintò, quod non potest procedi simul, & semel super appellatione ab interlocutoria, & negotio principali, quia sunt causæ præiudiciales, *Franc. Marc. in dec.* 177. Infertur sextò, quod causa priuilegiata respectu processus non admittit concursum alterius iudicij, *Vestall. in decision.* 22. *part.* 1. Infertur septimò, quod petitorium coram Iudice Ecclesiastico intentari non potest quando possessorium coram alio iudice pendet, *Franc. Marc. in decis.* 77. tandem nota ad materiam, quod propter iudicium vniuersale petitionis hæreditatis non silent iudicia particularia creditorum, & legatariorum, *idem Franc. Marc. in decision.* 81. *part.* 2.

COLLECT. 1201.

Super l. alio, ff de alimentis legatis.

Loquitur de executoribus non quidem sententiarum, de quibus loquitur, *Burr. in decis.* 39. sed vltimarum voluntatum; pro cuius materiæ dilucidatione Primò animaduerto, quod executor à testatore electus in cuius conscientia, & arbitrio executionem commisit non potest alteri vices suas in hoc committere, *Balb. in decision.* 401. secus si aliquid certum, & determinatum ab ipso testatore commissum fuerit, *Maynard. in decis.* 13. *lib.* 1. quemadmodum dicimus in casu decisionis *Sayri* 3. *de offic. delegat.* vbi Episcopus examen sibi commissum à Papa cum clausula, in quo conscientiam tuam oneramus, alteri com-

committere potest. Secūdò animaduertendum quod executorum potestas in pluribus consistit. Primò quia tenetur facere inuentarium, *Coler. in decis. 4. Papon. lib. 21. tit. 9. ar est 1.* Secundò, quia potest sibi satisfacere, *idem Papon. eodem lib. eodem tit. & arrest. 2.* Tertiò, quia eis creditur præstito iuramento super distributione bonorum, *idem Papon. eodem lib. eod. tit. & arrest. 8.* Quartò, quia executoribus mortuis, vel absentibus, loco ipsorum debent alij subrogari æquali numero, *Pap. lib. 20. tit. 9. arrest. 6.* Quintò, quia deficientibus bonis mobilibus, possunt alienare immobilia bona pro solutione relictorum, *idem arrest. 10. ibid.* & num autem valeat dispositio mariti constituentis vxorem suam executricem, videas *Thomirg dec. 65.*

COLLECT. 1202.

Super Clementina dispendiosam, de Iudiciis.

IN causis summariis proceditur simpliciter, de plano, & absque ordine iudiciario, h. d. Ad cuius ornamentum videas *Osasc. in decis. 1. Guid. Pap. in decision. 369. Anton Fab. in dec. 1. C de appellat.* vbi etiam refert in Curia Pedemontana omnes causas esse summarias, quæ autem causæ dicantur summariæ videas per *Guid. Pap. in decis. 168.* & interest an causa sit plenaria, vel summaria, quia vt in ea procedatur summariè solus Princeps committere potest; *Balb. in d. c. 339.* & facit *gloss. in l. fin. de hareticis in 8.* & iudicium summarium habet quamplurima priuilegia. Primum quia in eo sufficit semiplena probatio, *Osasc in decis. 38.* Secundò, quia summariæ causæ possunt iuramento partis terminari, si sint modici præiudicij, *Guid. Pap. in decis. 64. in fine.* Tertium, quia testium reprobatio non habet locum in causis summarius, *Afflict. in decis. 351.* Quartum, quia in causis summariis Iudex ad eius arbitrium potest terminum coarctare. *Vt all. in decis. 58. part. 3* non tamen priuilegiantur, vt in eis personæ litigantium non sint legitimandæ, *Rot. Gennen. in dec. 155.* Item quia iudicium quantumcumque summarium sit, neque probationes necessarias, neque defensiones excludit, *Franch. Marc. in decis. 714.* & ratio est, quia summaria causa differt tantùm ab ordinaria, circa iudicij abbreuiationem, non autem circa solemnitates *Put. in decis. 130 lib. 3.* Nota tamen pro huius materiæ coronide, quod Iudex procedens via summaria, potest illa dimissa ad ordinariam conuolare, *Magonius in decis. Mynsing. obseru. 17. cent. 6.* quid autem operetur si causa committitur summariè & terminis non seruatis, vide *Cassad in decis. 8. de rescriptis, & Rot. in decis. 2. de appellat. in nouis.*

COLLECT. 1203.

Super l. ait prætor, §. debitorem. ff. de his quæ in fraudem credit.

DEbitor suspectus de fuga capi potest nullo iuris ordine seruato, h. d. Amplia primò, vt capi possit etiam à Iudice incompetenti, *Mynsing. obseru. 65. cent. 2.* Amplia secundò vt non solum fugitiuus, sed etiam præparans se ad fugam, *Gomez Leo in decis. 22.* Amplia tertiò, vt si talis debitor armata manu resistit, vul-

nerari potest, *Gayl. obser. 44. li. 2.* Amplia quartò, vt talis apprehensio fieri potest etiam die feriato in honorem Dei, *Rubin. in d. cas. 25.* Nunc limita & primò in casu *de cis. Rotæ Genuen. penes Cartar. 111.* vbi fuit dictum, quod debitor à creditore non potest capi vti suspectus, quando debitor præstitit fideiussorem idoneum, & ratio est, quia bona fideiussoris cum bonis principalis confunduntur, *Faber in decis. 1. C. de fide iussor & facit text. in l. si plures, §. præterea, ff. de fideiussor.* Hinc est, quod non est incarcerandus debitor principalis, quando fideiussor est soluendo, *Valasc. in decis. 11.* Limita secundò si non concurrunt posita per *Afflict. in decis. 170.* Limita tertiò quando creditor nollet iurare, *Balb. in decis. 119.*

COLLECT. 1204.

Super c. si contra quos, vt lite pendente in sexto.

SI beneficiatus contra quem super beneficio litigatur cedat, vel decedat, si alius lite pendente cum superstite fuerit electus, non valet electio, quem tex. ampliauit, *Rot. in decis. 1. vt lite pendente in nouis*, vt possit sic electus vti intrusus reuocari, nec eidem permittitur dare obiectos, quã decision. pariter nota ad ampliationem *text. in cap. præsentium, de testibus.* Nunc limita, & primò vbi lis super possessorio tantum esset, quia tunc non inducit litis pendentiam, nec impedit ordinarium prouidere, pulchrè *Cassad. in decis. 4. vt lite pendente.* Limita secundò in casu *eiusdem in dec. 5. eod. tit.* vbi fuit dictum, quod lis in qua per annos 18. aut 20. vel circa, nihil est actum lis dicitur taliter neglecta, quod non inducit litis pendentiam. Limita tertiò in Papa, nam si alter ex litigantibus in Curia super electione, vel etiam beneficio de iurepatronatu laicorum moriatur valet prouisio Papæ, licet iuripatronatus non deroget, nec de eo mentionem faciat, ita *idem Cassad. in decis. 3. vt lite pendente.*

COLLECT. 1205.

Super l. magnam, C. de contrahenda stipulat.

DIes interpellat pro homine, h. d. Amplia, vt non obstante, quod dies fuerit elapsus poterit mora in continenti purgari, *Thessaur. in dec. 77.* Limita tamen conclusionem text. non procedere, quando dilatio esset adeo breuis, vt impossibile esset intra eam expediri actum, vt decisum refert *Thess. in decis. 12.*

COLLECT. 1206.

Super Præmio Rituum M. Curiæ Vicariæ.

STylus Curiæ habet vim legis, h. d. Et propterea infertur, quod eius obseruantia est de substantia, *Balb. in decis. 29.* Infertur secundò, quod sententia lata contra stylum est ipso iure nulla, vt decisum refert *Guid. Pap. in decis. 198.* quam not ad ampliationem *tex. in c. 1. de sententia, & re iudicata.* Infertur tertiò, quod si stylus contradicit Consuetudini præualet stylus, vt decidit *idem Guid. Pap. in decis. 292.* quam not. ad doctrinam *Bart. in l. de quibus, ff. de legibus.* Infertur quartò ad decisio. *eiusd. Guid. Pap. 151.* quam per te videas.

COLLECT.

COLLECT. 1207.

Super l. in pecuniariis, ff. de feriis.

IN causis pecuniariis datur vna dilatio ad probandum, h. d. licèt per consuetudinem possit abbreuiari dilatio, *Cacher. in dec.* 22. & ratio est, quia dilatio probationis, est iudici arbitraria, *Franc. Marc. in decis.* 36 Hinc est, quod Iudex ex officio parte non instante potest dilationem concedere, *Boer. in decision.* 294. & impeditus propter iustum timorem ad comparendum in termino poterit Iudex ex integro ad dilationem restituere, *Affl. in dec.* 29. *& Idem in dec.* 50. In pluribus tamen casibus dilatio denegatur, & primò in casu *Cresc. in dec.* 1. *de dilation.* vbi dilatio est concedenda reo ante terminum ad articulandum, postea verò denegatur. Secundò vbi quis terminum competentem à iure habuit, quia alius terminus dandus nõ est, *Bellam. in dec.* 427. Tertiò actori non datur dilatio, quia debet ab initio venire instructus ad causam, *Cassad. in decis.* 1. *de dilation.* Limita quando reus lite pendente producit ius nouum, quia tunc concedenda est dilatio, *Verall. in decis.* 15. *par.* 1. *& in decis.* 266 Limita secundò propter interuentum nouæ personæ petentis admitti pro suo interesse vigore suæ specialis commissionis, *Cresc. in dec.* 3. *de dilation.* Quartò non datur spoliatori, etiam adhuc non probato spolio, *Cassad. in decision.* 2. *de dilatio. Cresc. in decis.* 4. *eod. tit.* Quintò denegatur reo ex alio iure venienti quamuis detur actori, *Cassad in decis.* 7. *eod. tit. Caputaqu. in decis* 260. *lib.* 1. *Cresc. in dec. f.* 5. *de dilation.* Sextò denegatur illi, qui commisit causam generaliter super possessorio, & ratio est, vt dixi, quia actor debet venire instructus in iudicio, *Verall in dec.* 263. *p.* 1. Septimò dilatio ad probandum vltra tertiam dari non potest, *Benint. in decis.* 45. *Rota Bononia.* Octauò non datur aduersus gratiam si neutri *Cresc. in decis.* 8. *de dilation.* Nonò non datur Procuratori ad consulendum principalem monitum ad docendum se paruisse literis pensionis, in quibus est regressus ob non solutionem. *Crescent. in decision.* 9. *de dilation.* Decimò denegatur reo citato vigore primæ commissionis literis non expeditis, *Cresc. in dec.* 6. *eod. tit.* Pro coronide tamen huius materiæ animaduertendum ad nonnulla practicabilia; & primò, quod Iudex vltra terminum Iuris potest exceptionem dilatoriam admittere, *Cappel. Tholos in decis.* 198. Secundò, quod omnis dilatio probatoria est peremptoria, *Gayl. obseru.* 91. *lib.* 1. quemadmodum sunt termini, qui dantur à *Rota*, *Cresc. in decis.* 7. *de dilation.* Tertiò, quod vltra tertiam dilationem de iure non datur alia iuxta terminos *c. in causis, de test. & c.* licèt post lapsam primam dilationem approbandi, admittitur purgatio moræ, si quis velit incontinenti post ipsam dilationem probare, absq; alia petitione dilationis, *Balb. in dec.* 356. & hæredi de iure communi datur noua dilatio post quartam dilationem concessam defuncto, *Mynsing. obseru.* 73. *cent.* 1.

COLLECT. 1208.

In l. 1. *§. is qui depositum ff. de falsis.*

DE pœna aperientis literas, & reuelantis secreta, hic agitur. Ad cuius ornamentum nota duas Deci-

siones; Prima est *Viuij* 93. vbi fuit dictum, quod punitur pœna falsi, non autem excommunicationis; vt vulgo solet dici; Secunda est *Anna sing.* 383. vbi fuit decisum tempore D. Petri de Toledo esse pœnam amissionis officij.

Collect. 1209.

In c. in causis, de testibus.

QVarta dilatio non est danda absque solemnitate Iuris, h.d. De qua solemnitate videas *text. inc. vltra tertiam, eod tit. Balb. dec.* 12. Hinc *Benint. decis.* 43. *Rot. Bonon.* censuit dilationem secundam non esse concedendam illi, qui nullam probationem fecerit in prima, & an nouus Iudex nouam dilationem dare possit, videas *Capp. Tholos. in decision.* 48. licet post lapsam primam dilationem ad probandū admittatur purgatio moræ, si quis velit incontinenti post ipsā dilationem probare, absque alia petitione dilationis, *Balb. dec.* 356. & ad quartam dilationem impetrandam non sufficit generale mandatū, *Mynsing. obseru.* 73. *cent.* 1. Limita nunc dispositionem tex. multipliciter, & primo si probatum fuerit impedimentum propter quod non potuerit probare, quia tunc non solū secunda, & tertia dilatio, sed etiam & quarta potest dari, *Gayl. obseru.* 91 *lib.* 1. Sublimita in dilatione statutaria, quæ neque augeri, neq; minui potest, *Franc. Mar. in dec.* 37. Limita secundò, propter impedimentum Iudicis, *Mynsing. obseru.* 71. *centur.* 1 Limita tertiò in hærede, cui de Iure communi datur noua dilatio post quartam dilationem cōcessam defuncto, *Idem cent.* 1. *obser.* 75. Tandem nota, quod in materia dilationis sufficit comparere in extrema parte termini, & dies termini non computatur in illo, *Guid. Pap. in decision.* 170.

Collect. 1210.

In l. de creationibus, C. de Episcopali aud.

CVrator non tenetur conficere inuentarium, h.d. prout dicimus pariter in Curatore dato ad litē, *Cappell. Tholos. in decis.* 72. & 147. & *Domini de Rota dec.* 1. *de Iudiciis in nouis*, licet teneatur bona sua obligare, & dare fideiussores, ac promittere vtilia facere, & inutilia prætermittere, *Gayl. obseru.* 108 *lib.* 1. debet tamen satisdare *Card. Put. in d. c.* 130. *lib.* 3. *Ioseph. Lud. in decision.* 48. *Balb. dec.* 142.

Collect. 1211.

Super l. tutore., ff. de administ. tutorum.

TVtor administrare prohibetur, nisi ei administratio fuerit decreta, h.d. & antequā administret debet nouem requisita solemnia obseruare, de quib. vide per *Capyc. in decis.* 50. & *Guid Pap. in dec.* 350. in qua decretatione haberi debet ratio vtilis sexus, *Franc. Marc. in dec.* 11, *p.* 1. & 471. *p.* 2. Item de eorum potestate fidem facere ante omnia tenentur, *Balb. in dec.* 33. Item inuentarium conficere, *Franc. Marc. in decis.* 131 *p.* 1. quam not. ad *text. in l. tutor qui repertorium, ff. de administr. tutor.* an autem tutelæ curæ officium inuitis detur, vide *eundem in dec.* 1219. tenetur tamē Tutor creatus per sententiam pendēte appellatione administrare, aliàs de damnis, & interesse pupillo tenetur, *Ioan. Pap. li.* 15. *tit.*

ti.5 arrest. 4. Ad materiam nota quod iis debat dari Tutor vel Curator bonis, qui eorum futurus est hæres, *Gomez Lo in decision.* 29. & tutela magis personis, quàm bonis datur *Parisiens. in decision.* 29. *& Boer. in decision.* 88.

COLLECT. 1212.

Super eo cum haberet, de eo, qui duxit in vxor.

SPurio etiam ex damnato coitu debentur alimenta ex æquitate Canonica, h.d. Amplia primò vt legari ei quoque possit, dummodo nō sit conceptus ex coitu punibili per leges ciuiles, *Anton. Fab. in decision.* 8. *C. de naturalib. liberis*, & ratio est, quia spuriis relinqui potest in causa alimentorum, *Gayll. obser* 88. *lib* 2 & de tali relicto non detrahitur Falcidia, *Capyc. in dec.* 164. & facit text. in *l. diui. ff. de alimentis legatis*; Amplia secundo præfatum onus transire etiam in hæredes partis, *de Franch. in decis.* 178. quicquid dicat *Capyc. in decis.* 144. Nunc limita & primò si aliunde alimenta haberet, quia tunc illa à Patre non debentur, *Thesaur. in decis.* 111. *Gayll. d. obseru.* 88. Limita secundò quando posset viuere ex aliqua arte, *Petrus de Benint. in dec.* 22. *Rot. Bononien.* Limita tertiò, extra benignitatem Canonicam, *Cassad. decis.* 1. *de successionibus ab intestato*; Limita quartò, vt nil relinqui possit vltra metam alimentorum, *Mohed. in decis* 178. Limita quintò si filius esset increatus, *Franc. Marc. in decis.* 458 *p.* 2.

COLLECT. 1213.

Super c. 2. de Clericis coniugatis.

SCripsi aliàs in Collect. super *c.* 3. *eod. tit. in mat. vacationis beneficiorum*; Addo hic aliqua ex quibus vacat ipso iure beneficium, & primò per matrimonium per verba de præsenti contractum *Rot. in decis.* 1. *de sponsa ibus in nouis, & decision.* 21. *de probat. in Antiq. Cappell. Tholos. in decis.* 239. *Put. decis* 459. *lib.* 2. *Caputaquens. in decis.* 115. *par.* 1. quod amplia etiam si matrimonium esset de iure nullum, veluti quia contraxit in impubere, & ex alio defectu, *Rot. in decis* 1. *&* 2. *de sponsal.* Secundò per non promotionem, nam quando obtinens Ecclesiam Parochialem non promouetur infra annum ad Sacerdotium, tunc elapso anno vacat ipso iure beneficium Parochiale, *Rot. dec.* 38. *de praebend. in antiqu. & in decis.* 6. *de rerum permutatione*, & facit *text. in cap. licet Canon. de elect. in* 6. Tertiò per translationem Prælati ad aliam Ecclesiam, quia prima vacat, *Maynard. in dec.* 22. Intellige tamē dummodo prius sint expeditæ litteræ secundæ Prælaturæ, & ostensæ Capitulo, vt fuit resolutum in vna *Burgen Canonicatus* 3. *Iunij* 1583. *coram Lancellotto*, vbi fuit reprobata opinio tenentium, quod sola expeditio litterarum sufficeret, & sola scientia, absque præsentatione in Capitulo facta. Quartò si electus infra mensem tempore electionis ei præsentare, non consenserit electioni, *Rot. in decision* 7. *de elect. in nouis.* Quintò si electus ante confirmationem per se, vel per alium ingesserit, vel administrauerit, nam eo ipso priuatur iure sibi quæsito, & beneficium vacat iuxta terminos *c. auaritia. de elect. in* 6. *Crescent. in dec.* 6. *de Iurepat. Rot.* iuncta additione *Papazzn. decis.* 6. *in nouis. Rot. Diuers. decision.* 85. *par.* 3. *Put. in decis.* 43. *lib.* 3. *Rot. collect.*

à Farinat. decis. 514. Sextò per promotionem ad Episcopatum post adeptionem possessionis Caputaq. in decis. 303. 304. 394. & 400. p. 2. Achill. de Graff. in dec. 2. de elect. Septimo quando beneficium violenter occupatur, veluti si quis ingreditur possessionem beneficij, nam eo ipso perdit ius, quod ad illud habebat, & vacat ipso iure, Rot decis. 3. de prabend. Bisignet. decis. 3. in antiquiorib. eodem tit. Octauo per violationem sequestri impositi vigore sententiæ diffinitiuę in Romana Curia prolatæ in causa beneficiali, Mohed. in dec. 2. de sequestrat. possess. & facit text. in clement. vnic. eo. tit. Limita quando sequestrum fuisset appositum propter offensam Iudicis, Mohed. decis. 1. cit. tit. Nonò vacat ipso iure beneficium per crimē regalis simoniæ commissæ, Cassad. decis. 5. de simonia, Caputaquens. in decis. 201. par. 1. & decis. 238. p. 3. Rot. diuers. 405. par. 1. Limita in simonia commensionali, quæ inhabilem reddit ad beneficia obtinenda, non autem inducit vacationem obtentorum, Put. decis. 80. lib. 2. Verall. in dec. 250. p. 2. Crescent. decis. 3. de simonia, Achill. de Graff. in decis. 2. eod. tit. quas omnes videas ad mat. extrauag. cum detestabile. Decimò ob non publicationem resignationis iuxta formam Constitutionis Gregor. XIII. Cassad. decis. 5. de prabend. Rot. Diuers. decis. 205. par. 3. Vndecimo per dispositionem, & priuationem, Caputaquens. in decis. 64. p. 1. decis. 48. 325. & 327. p. 3. Duodecimò per apprehensionem possessionis de beneficio collato à Papa ante litterarum expeditionem, Rot. decis. 205. par. 1. diuers. & hodie habemus Constitutionem Julij III. Decimotertiò vacant ipso iure beneficia offendentium litigantes in Romana Curia, Put. decis. 102. 103. & 104. lib. 1. Rota decis. 166. p. 2. Diuers. Decimoquarto vacat ipso iure per confidentiam. Balb. decis. 29.

Collect. 1214.

In l. verum, C vbi pupillus educari d bet.

Educatio pupillorum est arbitraria, h. d. Sed an educari possit penes matrem, videas Afflict. in decis. 183. & an à voluntate testatoris recedatur circa educationem, vide Grammat. in decis. 55. non tamen educari debet penes tutorem, Balb. in decis. 22. Intellige si sit sibi substitutus propter spem successionis, quia spes substitutionis futuræ votum inducit captandæ mortis, Guid. Pap. in decis. 539. Item nec penes vitricum, Maynard. in decis. 29. lib. 3. nec penes matrem transeuntem ad secunda vota, quia lex diffidit de ipsa, tamen debet admitti ad probādam bonam tractationem, Franch. Marc. in decis. 131. licet quandoque educantur penes ipsam transeuntem ad secundum matrimonium, idem in dec 592. p. 2. de Franch. in decis. 350. & qualiter probetur alimenta fuisse præstita, videas Ioseph. Ludou. decis. Lucan. 42. Ad materiam videas pulchram decis. Ant. Fab. 1. C. vbi pupillus educari debet, & Afflict. in decis. 185.

Collect. 1215.

In l. iure nostro, ff. de testament. tutel.

Mater non potest esse tutrix testamentaria, nec à Iudice cōfirmata, hodie verò limitatur iste tex.

per

per *Auth.matri & auie, C. quando mulier tutelæ officio fungi potest*, & vltra ibi notata. Animaduerto primò hic, quod Pater naturalis filiis matrem tutricem dare potest, *Fran.Marc.decis.* 11. & an eo casu teneatur renunciare Velleiano, & secundis nuptiis tradit *Put.decis.* 427. *lib.*2. & tutricem matrem facit testator relinquẽdo filios in eius potestate, *Boer.decis.*124. & mater minor 25.annis constituta tutrix in testamento, potest exercere officium tutelæ suorum liberorum, non obstante minori ætate, *Papon.lib.* 15.*tit.*5.*arrest.*3.*Boer.cit.decis.*124.quomodo autem intelligatur, quod mater præfertur legitimis, videas *Afflict.* *decis.*281.*Guid.Pap.decis.*539. Ad materiam *Franc.Marc.decis.*75.*part.*2. & an Auus paternus volens tutelam nepotis præferatur matri videas *de Franch.decis.*10.

Collect. 1216.

*Super c.in tribus, §.tanta de consecrat. dist.*1.

EPiscopus non potest concedere licentiam obseruandi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Ecclesia non parochiali pro adnotatione populi, h.d. Requiritur enim licentia Summi Pontificis, vt colligitur *ex decis.Rubin.*29. Limitatur tamen pro infirmis, & obseruari potest die, noctúque *ex c.presbyter.eadem distinct.* Pro cuius materiæ ornamento nota duas Sacræ Congregationis declarationes; Fuit enim primò dubitatum an Episcopus possit concedere præfatam licentiam; Secundo supposito, quod Episcopus concesserit an successor potuerit illã reuocare. Ad primum Sacra Congregatio respondit infrascriptis verbis id non posse concedi ab Ordinario, sed requiri licentiam Sedis Apostolicæ. Ad secundum respondit huiusmodi licentiam fuisse nullam, ac propterea ei non esse deferendam, nec esse necessariam reuocationem.

Collect. 1217.

Super c.cùm in illis, de prebend.in 6.

BEneficiorum appellatione curata non veniunt, h.d. Hinc est, quod si in impetratione beneficij nõ fit mentio, quod sit Curatum est ipso iure nullum, *Rot.decis.*1.*de offic.Archipresbyt.* vnde in expectatiuis literis, vt beneficia curata comprehendantur, adiici solet clausula cum cura, & absque cura, vt testatur *Balb.in decis.*323. quamuis in dubio beneficium non præsumatur curatum, sed simplex, *Bellamer.decis.*676.*Rota decis.*7.*part.*1. *diuers.* & fuit resolutum in vna *Pampilonens. Prioratus* 21. *Iunij* 1599. *coram Pamphilio.* & ratio est, quia beneficium Curatum habet magnam præeminentiam ex *decisione Rotæ* 1. *de offic. Archipresb.* Curæ namque exercitium continet in se magnum periculum cùm sit ars artium *c.cùm sit ars de ætat. & qualit.& Maynard.decis.*13. Amplia text. vt beneficiorum appellatione non veniat Curatum, quamuis gratia sit ex motu proprio, quia licet motus proprius excludat subreptionem, *Rot.decis.*7.*de prebend. in nou.* & 29.*eodem titulo*, & 71. *de præscript. in antiq. Anton.Faber decis.*1. *C. de diuers. rescriptis, & decis.*22.*eod.tit. Put. decis.*307. *libro* 1. non tamen ampliat gratiam, vt beneficium Curatum comprehendatur *ex decis.Rot.*7.*cit.tit.* idcirco die 12. *Aprilis* 1542. in vna *Paduana pensionis* fuit resolutum, teste *Put.in decis.* 301. & 307. *lib.* 1. quod Collatio de

Cappella Ecclesiæ Collegiatæ facta ab Ordinario non intelligitur de Ecclesia Curata, & hoc per text. nostrum, sic etiam dispensatus ad beneficia quæcunque non intelligitur dispensatus ad beneficium Curatum, nisi expressè in supplicatione de Curato fiat mentio, *Balb. dec.* 22. nisi æstimaretur æquipollens necessatium ad curam, *Rot. dec.* 13. *de præbend. in antiquior.* vel dictio aliqua vniuersalis, *Crescent. in decision* 1. *de priuileg. Cæsar. de Graff. d. c.* 1. *eod. tit.*

COLLECT. 1218.

Super l. 1. *ff. ad Turpillianum.*

INstigator calumniosè accusationem instigans incidit hoc in Senatusconsultum, quemadmodum ille, qui falsam accusationem dictauit, *Franc. Marc. in decis.* 90 2. *par.* 2. sicut & is, qui accusauit aliquem de proditione, si posteà in tortura asserit falsã esse accusationem, dicens se fecisse aliquo instigante plecti debet pœna mortis, *Rot. Auenionen. decis.* 28. *diuers.* quia pœna Turpilliani est similitudo supplicij, *Franc. Marc. dec.* 657. & in publicis delictis est quinque librarum auri, & irrogationis infamiæ, *idem in decis.* 114. *p.* 2. Immo Iudex si non puniet denunciantem, & suam denunciationem minimè probãtem, punitur ipse, *Gramm. in decis.* 39. qui quandoque potest in expensis condemnari, *Cappell. Tholos. in decis.* 7. Intellige in instigatione speciali, non autem generali, nec talis accusator seu instigator, qui tenetur ad expẽsas, potest declinare iurisdictionem Iudicis, coram quo fuit agitatum iudicium accusationis, *Papon. lib.* 7. *tit.* 7. *arest.* 10. Amplia secundò etiam in instigatore in actis non nominato, *Idem in lib.* 24. *tit.* 1. *arrest.* 2. Nunc limita, tex. & primò si accusator seu instigator haberet pro se aliqua euidentia indicia, sed quæ sufficiant, ne quis incidat in Turpillianum, videas *Franc. Marc. in decis.* 440. *p.* 2 Limita secundò in eo, qui per modum exceptionis crimen proposuit, licet illud non probauerit, *Cappell. Tholos. in dec.* 410. Limita tertiò, inter personas coniunctas, & an, & quando liceat desistere ab accusatione, videas *Franc. Marc. in decis.* 414. Limita quartò in Regno Franciæ, in quo potest quis impunè ab accusatione recedere, *Papon. li.* 23. *tit. fin arrest.* 5. licet alias puniatur quis eo ipso, quod deficit in probando, quia videtur calumniari, *Ro. Bononien. decis.* 45. Limita quintò in eo, qui ductus fuerit calore iracundiæ ad accusandum, quia licet defecerit in probatione, non tamen incidit in pœnas huius tit. *Franc. Marc. dec.* 693. nec facit litem suam, *idem in decis.* 199. *p.* 2. Ad materiam vide *eundem in decision.* 293. *part.* 2.

COLLECT. 1219.

Ad l. 1. *C. de accusationib.*

AD ornatum huius legis, & totius Rubricæ noto quod nonnulla sunt concurrenda, vt valeat accusatio, & primo, vt præcedat inscriptio, licet secùs sit in denunciatione, *Grammat. decis.* 39. Secundò, quod in libello accusatorio, adiiciatur locus & tẽpus, *Balb. in decision.* 401. & 402. aliàs censetur ineptus, *Mynsing. obseru.* 32. *cent.* 2. & id quod diximus in primo requisito de pœna talionis, hodie non est in vsu in Regno Franciæ, *Papon. libro* 24. *tituli.. arrest.* 3.

Tertiò,

Tertio, vt accusatus, non reaccuset suum Aduersarium de pari, vel de maiori crimine, *Gramm decis.53.* licet aliter seruetur in Regno Franciæ, *Papon.lib.24.tit.2.arrest.7.* Quarto requiritur, quod accusans sit talis, cui non prohibeatur accusatio. prohibetur enim primò inimico capitali, *Franc. Marc.decis.655 & seq.* Secundò contra formam Statuti, *Cauall.decis.13.de iudiciis,* Tertio vxori de morte viri, existentibus filiis occisi, *de Franc. decis.382.part. 2. Papon.lib.24.tit.1.arrest.5.* Quarto hæredi de morte defuncti in Regno Franciæ, *Idem lib.24.arrest.6* Quintò vxori contra maritum de adulterio, *Idem l.b.25.tit.2.arrest.6.* Sexto famulo contra Dominum, *Idem eodem lib.tit.2.arrest fi.*

COLLECT. 1220.

Super l.si mandassit.ff.mandati.

REuocatio Procuratoris non intimata non releuat, h.d. & ita refert decisum in *Rot. Aragonia testatur Martinus Monter. in decis.43.* verùm quando agitur solum de damno, aut præiudicio constituentis, non est necessaria intimatio reuocationis, aut pœnitentiæ, *Rot.decis.11. de procurator. Cassad. decis.2. de appell. Caputaq. decis.224. part. 1. & decis.110. part. 2.* quæ omnes faciunt ad ornatum text. *in clem.vnica de renunciat.*

COLLECT. 1221.

In §.aliud quoque Capitulum.in Auth.vt cum.de appell cog.

ENumerãtur quatuordecim causæ, ex quibus filius exhæredari possit, licet *Rot.diuers decis.61.* dicat, quod in aliis casibus similibus poterit filius exhæredari, quemadmodum adulterij crimen iustam præbeat exhæredandi causam, *Osasc.dec.124.* Item facta exhæredatio aliqua causa existente vera, de expressis in exhæredatione, *Mohed.deci.241.* Item si filius non præstiterit auxilium Patri captiuo, vel in carcere detento, *Papo. lib.7.tit.1.arrest.3.*

COLLECT. 1222.

Super c.quanto, de iuriiurando.

AD ornamentum huius tex. qui loquitur de monetarum æstimatione, Nota, quod monetam non debet Princeps facere minoris valoris, in forma, eo quod est in massa, expensis deductis, *Fran Marc.in deci.52.* ob id quod expensæ sunt faciendæ de publico, *Affl in decis.90.* licet solus Princeps possit mutare valorem monetarum, *B.er.in decis.327.& Franc. Marc.in decis.cit.152.* nec Magistri monetarum possint minuere monetam, & contra facientes puniuntur, *Idem Fran.Marc. in decis.87. & 260. part.2.* & quot modis dicatur moneta fraupari, vide *eundem in decis.186.part.1 & & in decis.87.part.2.* Nota secundò, quod Princeps non potest reprobare cursum monetæ alterius Patriæ, *Idem Fran.Mar.in decis.614.parte 2.*

COLLECT. 1223.

Super c.cum Canonicis,de censibus.

SOlutio debet fieri de pecunia antiqua, & sic quæ currebat tempore contractus. Limita vbi antiqua moneta esset mutata, quia tunc soluitur eius æstimatio, *Afflict.decisione 90.* Sublimita nisi aliter se habeat

consuetudo, *idem Afflict. in decis.* 94. *Beninten. decisione* 59. *Rota Genuen. decis.* 119. *Guid. Pap. decis.* 493. *Puteus decis.* 149. *lib.* 2. *Canale decision.* 16 *de contract. part.* 2 *Gayl. obser.* 73. *lib.* 2. *Mynsing obser.* 1. *cent.* 4. Limita conclusionem in credito vsurario, *Thes. in decis.* 174. Limita secundo, quando pecunia reprobatur in totum, & in perpetuum, quia tunc non soluitur de antiqua, sed est soluenda æstimatio in noua pecunia, *Boer. in decis.* 327. *Bald. decisione* 100. quemadmodum dicimus de solutione census, seu Canonis, quæ fieri debet antiqua, aut de noua ad æstimationem antiquæ *Guid. Pap. in dec.* 493. *Franc. Marc. decis.* 432. *part.* 2. Nota tamen, quod pecunia ære vitiata, non venit in solutionem argenteæ, nec cogendus est quis eam recipere, *Rot. Auenion decis.* 41 *diuers. Papon. lib.* 10. *tit.* 5 *arrest.* 2. Et ad materiam videas *Franc. Marc. in decis* 614. *part.* 2. *Ioan. Gal. in decis.* 302. *diuers.*

COLLECT. 1224.

Super c. 1. de cognat. spiritual.

PEr Sacramentum baptismi contrahitur compaternitas spiritualis, h. d. Verum vt conclusio hęc procedat nonnulla concurrere debent; Primò, quod tenens non sit infans: tamen si esset doli capax compaternitatem spiritualem contrahere posset, *Sayr. decisione* 1. *de cognat. spiritua. Seraphin. decis* 399 Secundò requiritur, quod per semetipsum quis teneat, hinc est, quod compaternitas spiritualis non potest per procuratorem contrahi, vt decisum refert *Cappell Tholos. decis.* 157. quam nota ad dictum Archidiacon. communiter recept. in c *fin. eod. tit. in* 6. Tertiò requiritur tactus, vt fuit in *Rot.* resolutum in *vna matrimonij Venetiarum* 19. *Februarij* 1552. *coram Accorambono* vt refert *Verall decis.* 164 *par.* 1. qui contractus dicitur esse de substantia, ita quod si defecerit non contrahitur compaternitas, *idem Caputaq. in decis.* 246. *par.* 3. Quartò requiritur, vt vnus sit patrinus, *Bald. decis.* 99. & est sancitum per *Concil. Trident. sess.* 24. *c.* 2. *de reformat. matrim.* tamen si plures patrini admittantur, omnes cognationem contrahunt cum reg. iuris: Multa facta tenent *Sayr. decis.* 4 *de cognat. spiritual.* Quinto, vt patrinus sit maior baptizato, licet contrarium asserat decisum *idem Sayrus in d. decis.* 4. *eodem tit.*

COLLECT. 1225.

Ad Rubr. vt lite pendente.

SCripsi nõnulla in Collect. 139 in mat. quando lis dicatur pendere, vbi quoque reportaui effectus, qui ex ea prouenire solent, hic tamen aliqua magis ad praxim accidėria inserere volui, & præsertim ea, quæ constituunt beneficium litigiosum, & primo animaduertendum, quod lis super possessione rei, non facit ipsam rem litigiosam, sed possessionem dumtaxat, *Cassad. decis.* 6. *de rescript. Franc. Marc. decis.* 76. *Cassad. decis.* 4. *vt lite pendente Osasch decis.* 144. *Pet. de Benini decis.* 44. *R.* 1. *Bononia*, & è contra lis super proprietate non facit rem litigiosam super possessione, *Ios. Lud. decis.* 68 *Perus.* ad illud tamen si lis super fructibus constituet beneficium litigiosum est solemnis *decisione Gat.* 38. per quam est resolutum, quod vt interrumpatur possessio pacifica, necesse est, vt subsequatur interruptio

terruptio possessionis, & fructuum. Secundo efficitur litigiosum beneficium si est concessa causa à principio tam super spolio, quàm super toto negotio principali, *Verall dec.* 177. *part.* 1. Item fit etiam litigiosum impetratione commissionis, *M. hed. dec.* 16. Quarto licèt lis super priuatione beneficij ipsum non constituat litigiosum, tamen illud facit sententia, *Put. decis.* 496. *lib.* 1. Animaduertendum secundò, quod licet beneficiũ dicatur litigiosum respectu Ordinarij, qui non potest de illo prouidere, tamen illa lis non nocet tertio, nisi adesset fraus inter litigantem, & tertium, *Mohed. decis.* 205. quid autem si beneficium litigiosum transferatur in alium, videas *Dominos de Rota decis.* 1. *& seq. vt lite pend. in antiq.*

COLLECT. 1226.

Super Capitulo cum Ecclesia Sutrina. De causa possessionis.

SCripsi aliàs super hoc textu in materia quasi possessionis; Ponderando nunc eundem textum in verbo vltimo, & immediato; Constituo Regulam, quæ est in beneficialibus, vltimum statum esse attendendum; Hanc conclusionem passim *Rota* tenet, vt *in decis.* 24. *num.* 2 *de praeben. in nouis, & in decis.* 49 *de rescript. in antiq.* Ex qua infero primo, quod beneficium ex vltimo eius statu collatiuum potiùs, quàm manuale præsumitur, videlicet si habeat Rectorem perpetuum, quia beneficium habens Rectorem perpetuum, non potest dici de mensa, ita tenuit *Rota in vna Taruisina parochialis* 27. *Nouembris* 1601. *coram Ludouisio, Cassad. decis.* 12. *de praeben.* & iterum *Rota in vna Parmen. prioratus* 14. *April.* 1600. *coram Penia*; Infero secundo, quod ad cognoscendum, an Capella sit beneficium Ecclesiasticum conferibile, vel potius Oratorium simplex, vltimus eius status inspicitur, *Cassad. decis.* 4. *numero* 7. *de praebend. in decisione* 7. *num.* 7. *de Iur. patron. & tenuit Rota in vna Volaterana Cappella* .6. *Nouemb.* 1594. *coram Seraphino*; quæ limitata fuit ab eadem *Rota in vna Perusina S. Mariæ d. N.ue* 30. *April.* 1599 *coram Pamphilio*; Infero tertio quod præsentatus ab eo, qui habet pro se vltimum statum præsentandi præfertur præsentato à vero patrono, *Rota decis.* 14. *de iure patronat. in antiq. Put. decis.* 189. *lib.* 1. Quod Amplia procedere etiam in electione, quia electus ab eo, qui est in quasi possessione eligendi, est legitimè electus, & præfertur cuicumque alteri; *Balb. decis.* 25. Amplia secundo procedere etiam in collatione beneficij *Rota decis.* 49. *de rescript. in antiq Puteus decis.* 106. *lib.* 1. *Rota decisione* 6 *numero* 1. *de iur. patronat. in nouis*, aliquid per *Cassador. decis.* 6. *de Pension.* & ratio est quia cum collatio, & præsentatio sint de fructibus iuris conferendi propterea ad possessorem spectant, vt fuit latè resolutum in *Rota in vna Braccaten. Monasterij* 4 *Maij* 1598. *coram Lancellotto*; Nunc Amplia suprà dictam Regulam; scilicet quod vltimus status beneficij sit attendendus etiam si de vltimo statu secularitatis non constat, *Mohedan. decis.* 8. *de priuil. g. Tanis in decis.* 1. & fuit sæpius resolutum in *Rota*, & signanter in vna *Placentin. beneficij* 19. *Nouembris* 1599. *coram Pamphilio*; Amplia secundo etiam si vltimus status non esset præscriptus, vt fuit dictum in *vna Ferrarien. prioratus* 17. *Martij* 1608. & pro-

batur *in decis. 2. de preb. in nouis*; Amplia tertiò vt procedat etiam si non constat de vltimo statu, nisi per vnicum actum, vt tenuit *Rota in supra allegata Bracaren. 4. Maij 1598. coram Lancellotto*; Limita quando actus esset admissus cum clausula, sine præiudicio; *Put. decis. 188. lib. 2.* & fuit dictum in *vna Maiorigen. Iuris patronatus 1587 coram Bubalo*; Amplia quartò huiusmodi vltimum statum non mutari per prouisiones Apostolicas, *Bellam. decis. 107. & in decis. 212. Achill. de Grass in decisione 13. de iurepatronat.* Quod multò magis procedit in collationibus inferioris vt fuit dictum in vna *Vercellens. parochialis 13. Ianuar. 1606. coram Marquencontio*; Amplia quinto procedere etiam lite pendente, quia præferri debet is, qui habet vltimum statum pro se, *Rota decis. 49. de rescript. in antiq.* quod procedere etiam in iure patronatus voluit *Crescent. in decis 8. & 10. de iur. patron.* & fuit decisum in *vna Pampilonen. 21. Maij 1603. coram Lancelloto*; Nunc limita quando constaret de mala fide possidentis *Rota dec. 7. de iurepatrona.* Limita secundo in actibus negatiuis, in quibus non datur status in his præsertim, quæ sunt meræ facultatis, *Caputaquens. decis. 306. part. 1.* Limita tertiò quando adsunt duæ possessiones ambę compassibiles, quia tunc non vltima tantum, sed vtraque est attendenda, *Benintend. decis. 23.* Limita quarto quando in contrarium de proprietate beneficij apparet, quia tunc vltimus status possessionis non attenditur, *Paulus decis. 47.* & fuit resolutum in *Compostellana parochialis 16. Ian. 1595. coram Blanchetto.* Et quomodo constare debeat de proprietate videas *Bellam. decis. 103. & Rotam in vna parochial. Valentin. 26. Ianuar. 1582. coram Seraphino.*

COLLECT. 1227.

Ad Bartolum in l. 1. C. de offic. præfect. Vrb.

ILlud etiam vnanimi Doctorum consensu receptum esse scimus, quod iurisdictio data inferiori in dubio censetur tributa cumulatiuè ad iudices ordinarios, non autem priuatiuè, & hæc est communis opinio, quam tradit *Bartolus hic*; Limita primo, vt locum non habeat in iurisdictione acquisita per præscriptionem, quæ intelligitur priuatiuè, ad iudicem ordinarium, *Balb. decis. 13.* & tenuit *Rota in vna Burgen. iurisdictionis. 2. Decemb. 1585. coram Seraphin.* Limita secundò quotiescunque iurisdictio esset concessa fauore personæ, in quam exerceri debet, & fauor ipsius sit, non habere plures, qui eam exerceant, *Afflict. decis. 4.* Limita tertiò existente consuetudine in contrarium, *Thoming. decis 90.* Sed quæro num præfata conclusio principalis, procedat in Episcopo, & *Rot. Farin. in decis. 30.* asserit affirmatiuè vbi tenuit, vt conclusio præfata procedat etiam si iurisdictio competeret Prælato inferiori, vt fuit resolutum per *Rot. in vna Abul. 10. Nouem 1600. coram Ludouisio,* vbi facultas visitandi Prælato inferiori ex fundatione competebat, & tamen fuit dictum, quod non intelligebatur adempta facultas visitandi tributa Episcopo ex dispositione *Concilij Tridentini sess. 22. cap. 8. de reform.* cùm intelligi debeat cumulatiuè, non priuatiuè ad Episcopum contra quem debet esse expressa prohibitio, vt etiam censuit

Sacra

Sacra Congregatio eiusdem Concilij.

COLLECT. 1228.

Super c.1. §. Hanc autem, & ibi G.min. de censibus in 6.

Communis & trita conclusio est, quod Episcopus de iure cōmuni habet intentionem fundatam, vt possit visitare omnes Ecclesias sibi subiectas vt hic, & subiectæ præsumuntur, quæcūque existentes in sua Diœcesi, *Rota decis.186. part.1. diuers.* quinimò propria auctoritate visitare potest etiam Ecclesias exemptas, quando non habent specialem exēptionem quoad visitationem, *Rub. decis.23.* & ratio est, quia exemptio à visitatione non comprehēditur sub generali concessione exemptionum, *Rot. decis.2. de censib. in antiq. Achill. de Grass. decis.2. de exemp. Rota diuer. decis. 186. part.1.* Hinc est quod si Ecclesia fuerit particulariter exempta, quoad visitationem, Episcopus illam visitare nequit, *idem decis 1. de exempt. Achil. de Grass decis.15. de priuil.* Et procedit etiam in Ecclesiam illi vnitam *Put. decis.115. lib.3.* & fuit latè resolutum in *Rota in vna Pisaten. seu nullius iurisdictionis 7 Maij 1582. corā Gypsio*, sed istud intelligi debet quoad potestatem ordinariam, secus quoad delegatam, nam hodie ex dispositione *Sacri Conc Trid.* Ordinarij locorū possunt, ac debent singulis annis visitare quo modolibet etiam exemptas tanquam Sedis Apostolicæ delegati, vt *in sess. 7. de Ref. c.8.* & probat *Rauden. decis. 35.* quę constitutio conciliaris locum habet, quamuis facultas visitandi in fundatione Prelato inferiori sit concessa, quia nōn ob id censetur adempta facultas tributa Episcopo ex dispositione eiusdem Concilij, cum intelligi debeat cumulatiuè, non priuatiuè ad Episcopum contra quem debet esse expressa prohibitio, vt tenuit *Rot. in vna Abulen. iuris visitandi 10. Nouemb. 1600. coram Ludouisio*, & ita censuit Sacra congregatio Concilij, quinimò licet Episcopus habeat visitare cum aliquibus Canonicis assistentibus eligendis à capitulo vigore *Concil. Trid. sess 6. c.4.* non propterea tenetur adhibere consilium vel consensum, vt tenuit *Rot. in vna Illerden visitationis 13. Nouemb. 1602. coram Iusto, & Rota collecta à Farin. decis. 15.* Amplia conclusionem principalem procedere etiam in inferioribus Episcoporum habentibus iura ordinariorum, *Sayr decis.9. de sponsal.* & tenuit *Rot. in vna nullius iurisdictionis 3 Octobr. 1589. coram Gypsio*, & iterum in *vna Salam iurisd. 5. Octob. 1579. coram Sera.* in qua fuit dictum quod Concilium in *c.8. sess.7.* disponens, quod Episcopi Ecclesias exemptas auctoritate Apostolica visitare teneātur habet locum etiam in inferioribus; Sed quæritur hic opportunè numquid Capitulum sede vacante possit visitare Ecclesias subiectas Episcopatui, & Rota in *vna Bur. iuris visitandi 1. Iun. 1598. coram Orano* tenuit quod sic, & prædicta locum habent etiam quando datur quasi Sedis Episcopalis vacatio, vt puta Episcopo ab hostibus, vel paganis capto; vt fuit dictum in *eadem Burgen. 10. Martij 1597. coram Orano per S. ss in c. si Episcopus. de supplen. negl. pral in 6* & hæc nota adg. *in clem. in verbo capituli de baret.*

COLLECT. 1229.

Ad Glossam in Clementina Dudum; in verbo præsentare. de sepulturis.

DE absente Clerico præsentatio fieri nõ potest, h. d. & eſt communis opinio secundum decisionem meam 39. & ita tenuit *Rota in decisione 3. de Iure patron.* Limitatur primò hæc conclusio, vt non procedat, quando præsentatio à præsentato intra tempus datum, ad præsentandum ratificata fuit, *Rota d. decis. 3. de Iur. patron. in nouis*, & fuit dictum in vna *Maceraten.* 10. *Iunij* 1600. *coram Mantica*; Limitatur secundò, vt non procedat vbi aliàs præsentatus est taliter notus habenti illum instituere, vt examinatione non egeat, vt tenuit *Rota in vna Valentin. beneficij 16. Maij 1583. coram Cardinali Lancellotto, & in vna Regien. beneficij 14. Decembris 1587 coram Pamphilio*; Hanc limitationem Intellige sequuta acceptatione præsentati, infra tempus, & admissione Ordinarij, secus est si prædicta non concurrunt, quia tunc præsentatio non suffragatur, & ratio est, quia examinatio est omnino necessaria, & notitia non sufficit, *Guidobonus decis. 70.* & tenuit *Rota in vna Asloricens. parochialis 11. Maij 1587 coram Gipsio*; Limitatur tertio, vt quamuis præsentatio facta de absente Clerico regulariter non valet, tamen nominatio facta erit valida, etiam si fieret de non clerico, quod nota summoperè, scilicet quod nominatio facta per patronos laicos etiam de non clerico ad beneficium sit valida, vt tenuit *Rota in vna Burgen. Abbatiæ 19. Decemb. 1588. coram Penia.* vbi ad Iura in *c. sacramenta de electione*, & ad doctrinam Lambertini dicentia præsentationem de laico factam, esse nullam, fuit responsum, quod sunt intelligenda de præsentatione propriè dicta; quæ tunc fit, cum præsentatus coram Ordinario personaliter sistitur ab eo institutionem acceptatus, iuxtà decisionem pulcherrimam *Achill. de Graff. 12. de Iur. patr.* Et ad materiam, quod clericus absens præsentari non possit, videas *Rot. decis. 4. de iur. patro. de Graff. decis. 135. nu. 4. de Amatis decis. 4. nu. 24.* & in terminis *Mastrill. in decis. Rotæ Siciliæ 2. per totam part. 1.*

COLLECT. 1230.

Ad stylum Vrbis.

QVando dubitatur de scriptura Notarij, an sit scripta, vel subscripta eius manu iuxta stylum Curiæ in vrbe, habetur pro plenè recognita, quando testes deponunt se cognoscere manum, vel scripturam, & personam scribentis secundum *Vestrium in prax. lib 6 c. 1. num. 8.* & ita pluries decidit *Rota*, vt patet *in decis. 554. & 709. in antiq.* & inter impressas diuersorum *decis. 124. nu. 2. part. 2.* præsertim vbi sunt instrumenta de partibus, quia non possunt in Curia reperiri testes, qui deponant vidisse illum scribere illud instrumentum, de cuius recognitione agitur *Caputaq. decis. 27 lib. 1. in manuscriptis*, qui refert ita tentum in quadam *Maiorigen. coram Augustino.*

Si autem testes sint mortui, nunc pro recognitione cum aliis instrumentis ab eo subscriptis facienda Comparatio iuxta *l. comparationes. C. de fid. instrum. Ioseph. Ludou. decis. 10.* & ita fuit decisum in *Rota Romana in vna Romana de fideicommissu de Gallis anno 1586. coram Platto.* Est tamen in hac materia aduertendum, quod is, qui intendit facere recognitionem debet probare, quod scriptura, ad quam fit comparatio sit certa illius Notarij, vt tenuit *Rota in vna Bononien.*

nienſ. de Maluetiis 25. *Maij* 1587. *coram Platto*, & prædicta locum habent, niſi agatur de tranſumpto antiquo, quia tunc recognitio non eſt neceſſaria ex vi antiquitatis temporis, *Put. deciſ.* 359. *lib.* 2. & fuit reſolutum in *Rota in vna Caſertana beneficij* 13. *Maij* 1598. *coram Penia*, vel ſaltem ex ſtylo Rotæ ſufficit recognitio facta etiam inter alias perſonas, vt per *Mohedan. deciſ.* 178. *Card. Put.* 108. *& idem in dec.* 151. *lib.* 2. *Afflict. deciſ.* 145. *num.* 3. *Marta deciſ.* 180. *per totam*, & *Ego in deciſ. Cur. Archiep. Neap.* 39. *num.* 15.

COLLECT. 1231.

Super Cap. 1. *de Iuram. Calum. in ſexto.*

NOn ſemel in dubium reuocatur, an ex omiſſione iuramenti calumniæ proceſſus vitietur, in qua quæſtione licet textus noſter expreſſè diſponat, non vitiari proceſſum, illum tamen limita, ſi iuramentum expreſſè fuerit petitum iuxta *deciſ. Put.* 598. *lib.* 2. ſecundùm quam Rota pluries iudicauit, & præſertim in vna *Pol.* [illegible] *penſionis de Spinellis* 24. *Octobr.* 1575. *coram Cardinali Seraphino*; ſecus ſi iuramentum non fuiſſet petitum, quia cenſetur tacitè remiſſum, & proceſſus valeret, *Rot. deciſ.* 663. *in antiqu.* & fuit iterum reſolutum in *vna Bargen reſidentiæ* 30. *Maij* 1568. *coram Cardin. Platto*. Extende ſecundo, vt præſtari debeat etiam in iudicio ſummario iuxta *Clem. ſæpe. de verborum ſignificatione*, intelligendo ſemper ſi fuerit petitum, vt iudicauit *Rota in vna Bononien. attentatorum* 24. *Octob.* 1588. *coram Bubalo*; Extende tertio, vt proceſſus ſit nullus etiam ſi vigeat contraria conſuetudo, vt ſi illiamentum hoc fuerit petitum remitti poſſit, ſiquidem talis conſuetudo non valer, iuxta *capit. cæterum. de iurament. calum.* & decidit *Rubin. deciſ.* 23. Extende quartò, vt iuramentum hoc præſtari poſſit etiam per procuratorem, & ſufficit ſi præſtetur in obſeruatione terminorum ad ſententiam, vt fuit tentum per *Rotam in vna Romana reſ*[illegible]*ſionis contractus* 1590. *coram Penia*, & alias ſæpius; Nunc limita ſuprà priuatam concluſionem quotieſcunque ex actis clarè conſtaret de bono iure illius, pro quo lata fuit ſententia, nam hoc in caſu ſuſtinetur ipſa ſententia, non obſtante dicta omiſſione iuramenti de calumnia, vt colligitur ex *Creſcent. deciſ.* 63. *Achill. de Graſſ. deciſ.* 1. *de Iureiurand.* & tenuit *Rota in vna Romana de Magdalenis* 26. *April.* 1599. *coram Seraph.* & iterum in *vna Chien. pecuniaria* 16. *Decemb.* 1592. *coram Cardin. Mellino.*

COLLECT. 1232.

Super Capitulo quoniam Abbas, de offic. deleg.

SÆpenumero contingit, vt cauſæ delegentur Vicario Epiſcopi, vel alteri perſonæ, vnde dubitatur, an huiuſmodi commiſſiones tranſeant in ſucceſſorem, & quod non tranſeant de communi, atteſtatur *Balb. deciſ.* 33. verùm *Achill. de Graſſ. in deciſ.* 2. *de offi. Vica.* Hanc controuerſiam fœdere diſtinctionis conciliauit, dicēs, quod vbi dignitas, ſub cuius nomine fit talis commiſſio, per ſe ſubſiſtit, id eſt competit iure proprio, & non alieno, vt in Principe, & Epiſcopo ipſo, & tunc tranſit ad ſucceſſorem,

secus si ab alio dependeat, prout in Vicario Episcopi, quæ tamen distinctio intelligẽda est, vbi de contrario stylo non docetur, vt tenuit *Rota in vna Papien 3. Martij 1587. coram Lancellotto* Limita tamẽ si commissio esset facta Episcopo, vel eius Vicario, quia tunc delegans videtur habuisse respectum ad Tribunal, vt tenuit *Rota in vna Siracus. Illegitimitatis 10. Decemb. 1575 coram Cantuccio.*

COLLECT. 1233.

In cap. Relatum. de Cler. non Resident.

ABsentia beneficiati opeeatur, vt non lucretur fructus beneficij, hoc dicit. Cui iuris dispositioni conforme est Concilium Tridentinum *c. 12 sess. 14.* Quod amplia procedere etiam respectu fructuum qui debentur loco præbendæ vt fuit tentum in *vna Vallisolet. residentia 24. Nouembris 1603. coram Lancelloto*, & prædicta locum sibi vendicant non obstante aliqua excusatione, quia in hac materia non admirtitur excusatio, vt fuit tentum per *Rotam in vna Burgen. r. sidentia 4. Iulij 1586. coram Platto*, vnde excusatio cessare videtur, vbi negotium sit tale, vt possit tractari per alias personas, puta per Procuratores, *Boer. decis 43.* & fuit resolutum *in vna Foroluien. fideicommissi 21 April. 1587. coram Lauretano*, similiter lis non dicitur legitima causa absentiæ, & lucrandi fructus ea durante, nisi in tribus casibus. Primò si verteretur super iuribus ipsius beneficiati, *Sayr. decis. 7. de Cleri. non resident.* Secundò nisi sit criminalis, & talem criminalitatem contineat, propter quam Clericus prohibeatur residere, *Rota collecta, à Farinacio decis. 168.* Tertiò nisi litigetur contra capitulum, quod deneget dare fructus Canonico, vt fuit tentum in *vna Salamant. censurarum 1595. 21. Maij coram Seraphino*, sic etiam legitimam causam non residendi præbet monitorium emanatum ab Auditore Cameræ ad personaliter comparẽdum in curia, quam intellige nisi huiusmodi monitorium emanasset ob culpam præcedentem ipsius, vt fuit *in Rota resolutum in vna Calagurritana fructuu 1. Iunij 1587. coram Platto.* Est tamen in hac materia animaduertendum, quod impedito, tũc demum debentur fructus. quoties cumque ipso impedimento cessante consueuerit residere, secus si minimè consueuerit residere, quia tunc durante etiam impedimento nequaquam fructus lucrabitur *Medices decis. 28.* & fuit resolutum in *Rota in dicta Calagurritana*, quod procedit etiam in absentibus pro seruitio Episcopi si per prius constet non fuisse consuetos residere, vt tenuit *Rota in vna Valentin. emolumentorum 27. Nouemb. 1579. coram Seraphino.*

COLLECT. 1234.

Super capitulo quamuis, de præbendis in 6.

MVlti casus enumerari possunt, in quibus pensio per titularẽ solui non debet, sed Ego nonnullos tantum recensebo, in foro iudiciali magis frequentes. Primus est casus quando titularis fecit diligentiam pro habenda possessione beneficij, & illam habere non potuit, tunc enim nõ tenetur ad vlteriorem solutionem pensionis. *Menaldus cons. decis. 123.* quã dec. Amplia etiam si se obligaue-

gauerit ad soluendum in forma cameræ cum iuramento, & cum clausula; habita, vel non habita, &c. quia sæpius Rota interpretata est huiusmodi clausulam, vt non operetur vltra vnum, aut duos, vel tres annos, vbi subest iusta causa *Rota diuersorum in decis. 705. libro 3.* & fuit iterum per Rotam tentum in vna *Conuen. de Cordellas mense Iunij 1565. coram Oradino*, & ratio est, quia iuramentum hoc casu secundùm naturam principalis dispositionis est intelligendum, vt fuit decisum in vna *Placentina pensionis 19. Nouembris 1568. coram Seraphino*. Secundus casus vbicumque impositio pensionis esset nulla, & surreptitia, quia tunc beneficiatus ad solutionem non tenetur, veluti si imponatur secunda pensio, non facta mentione de prima *Cassad. decis. 3. de pensio. Fabius decis. 16. Boer. decis. 162.* & fuit tentum per *Rotam in vna Veronen. pensionis 27. Iunij 1590. coram Platto*, quam limita nisi Papa habuerit notitiam de pensione antiqua, quia tunc tollitur vitium subreptionis; *Bellam. decis. 746. Rota in decis. 17. de rescript. in nouis*, & fuit dictum coram eodem *Cardinali Platto in vna Polcastren. pensionis 17. Februar. 1587.* Tertius casus non tenetur successor ad pensiones decursas tempore prædecessoris, quod Intellige quando præcesserunt diligentiæ contra prædecessorem. *Cassador. decis. 3. & 4. de locato. Crescent. decis. 58 in fine, Ach ll. de Grass. decis. de pensionibus Puteus decis. si. de offic. ord. & in decis. 189. nu. 3.* & tantò magis hoc procedit, quando pensionarius est hæres beneficiati, contra quem successor potest recurrere, *Puteus dicta decis. 189. num. 4.* & fuit dictum *in Rota in vna Hispalen pensionis 16. Decembr. 1577. coram Blanchetto*, & vide etiam *Statilium Pacificum in decis. Rota 97.* Quartus casus quando pensio fuit assignata super fructibus beneficij, & fructus non potuerunt percipi ob sterilitatem, vel ob aliam causam, argumento *decis. Mohedan. 236 Puteus decis. 3 de transactio. Caputaquens. in decis. 96. part. 1. Guidobon. decis. 74. Accorambon. decis. 39. lib. 2.* Quintus casus quando pensio fuit reseruata Clerico in facultate, quod possit illam transferre in alias personas, & translatarius, qui petit pensionem non est Clericus, tunc enim titularis non tenetur ei soluere, cùm talis facultas intelligatur de personis similibus nempe clericis, *Verall. decis. 505. part. 2. Cassad. decis. 6. de vnionibus.* Sextus casus est quando pensio fuit extincta per obitum pensionarij, vel per cassationem, *Cassador. decis. 2. de vnionibus.*

COLLECT. 1235.

Super l. si expressim. ff. de appellationibus.

QVamuis sententia nulla certis casibus cõfirmari possit vt hic, non tamen Judex parte opponente potest illam confirmare, sed debet omnino super nullitate pronunciare, *Balb. decis. 17. Puteus decis. 72. lib. 3.* aliàs grauaret partem, & faceret numerum sententiarum contra ius litigatoris, *Caputaq decis. 266. part. 1.* contra text. *in c. veniens. de senten. & re iudicata*, & ita fuit tentum per *Rotam in vna Vercellen. pratensis spolij 5. Maij 1586. coram Platto*, vbi ad hoc fuit allegata alia *decis.* facta *coram Cæsare de Grassis in vna Patauina decimarum 9. Iunij 1576.* & prædicta conclusio locum habet, etiam si nullitas primæ sen-

tentiæ influat in secundam confirmatoriam, quia sicut prima non potest confirmari, *Farin.decis.*39. Rursus eadem cõclusio procedit, quamuis sententia non sit nulla in totum sed pro parte, quia nec etiam sententia pro parte nulla reformari potest pro ea parte, quæ est valida, nisi contineat diuersa capita, *Puteus decis.*320. *lib.*1.*& Rot.decis.*107.*part.*1.

COLLECT. 1236.

Super Authentica qui semel. C. quomodo, & quando Iud. x.

QVi semel actionem proposuit, cogitur vsque ad finem litis exercere, h.d. Super quo textu contingit persæpe dubitari, an in prosequutione causæ actori variatio permittatur, quæ disputatio duos distinctos casus habet. Primus est quando versamur citra varietatem actionum, & tunc licita est variatio, adeò quod vna intentata actione, altera intentari non prohibetur *Afft decis.*53. *& decis.*156. vbi omisso interdicto retinẽdæ, intentatum fuit interdictum recuperandæ, voluit etiam *Boer decis.* 401. *Rota diuer.decis.*254 255.256.*&* 257.*part.*1.& iterum in vna *Placentina aquarum*8.*Martij* 1596.*coram Arigonio.*

Secundus casus est, quando non versamur circa varietatem actionũ, sed circa modum agendi, veluti si actor ordinarium iudiciũ intentauerit, & posteà velit aggredi viam exequutiuam, & hoc casu si non adsit clausula, quod vna via electa, altera non tollatur; variatio nõ est permissa cùm per talem electionem creditor sibi præiudicauerit. *Thoming. decis.*25. & ita fuit resolutum per *Rotam in vna Romana donationis* 4.*Maij* 1558.*coram Iunio*, & rursus in alia *Romana pecuniaria* 9. *Octobris* 1562.*coram Caputaquens.*; Limita, & declara per aliam decisionem *Rotæ in vna Romana pecuniaria* 28.*Iunij* 1595 *coram Lic?a.*

Sed dubium est, an per obseruationem terminorum substantialium à via exequutiua recessum censeatur, & dicendum est, quod non, quia termini substantiales sunt obseruandi etiam in via exequutiua, quando agitur de causa graui, veluti excedente summam scutorum ducentorum iuxta facultates Auditoris Cameræ, quidquid dicat *decis.*4 *de appellat.in nouis*, & ita fuit resolutum in vna *Romana Fornaria* 1. *Iunij* 1576. *coram Robustorio*, & deinde in vna *Fauentina transactionis* 29.*April.*1596.*coram Blanchetto.*

COLLECT. 1237.

Super Glossa in l.prolatam.C.de sententiis, & Interlocut.

SEd illud quoque annotare placuit, quod in praxi multories cõtingit, videlicet, quod quamuis ex breuitate temporis sententia reddatur nulla, tanquam præsumatur sine causæ cognitione lata, vt *Glossa* hic, tamen hoc non procedit in Judice subrogato alteri Judici, coram quo fuerat causa instructa, tunc enim dilatio non requiritur pro instructione causæ, sed Judex subrogatus potest statim illam expedire, quia sufficit, quod potuerit instrui, licèt non plenè, vt sentẽtia reddatur nulla, *Puteus* 4.*de Iudic.*& ideò in *Rot.*subrogatus potest eadem die tenere terminum & sentẽtiare, quia sufficit, quod verisimiliter potuerit esse instructus, nam tunc breuitas temporis non con-

consideratur, vt tenuit *Rota 17. Iunij 1560. coram Caputaquens.* vt ipse dicit *in decis. 133. lib. 1. in manuscriptis.*

Collect. 1238.

Super Capitulo causam, quæ de testibus.

SVper hoc textu non semel consueui in dubium reuocare, si corã eodem Judice, & inter easdem personas duæ instantiæ vertantur, an acta gesta in vna earum probent in alia, & dicendum, quod non probant, nisi productio fiat apud acta vtriusque causæ, *Cather. de. ist. 1. Rota diuers. decis. 445. par. 1.* vbi fuit reiecta sententia Abbatis, & Felini, quod Judex possit moueri extra acta, & pariter fuit reprobata opinio *Guid. Pap decis. 29.* Hoc idem voluit *Rota decis. 179. Chisan. reiecta dec. Afflict. 18.* & fuit iterum per *Rotam* resolutum in vna *Romana census 10. Decemb. 1593. coram Pamphilio.* Hinc est, quod ad effectũ acquirendi facit quasi possessionem, ex remedio *l. fin. C. de edicto D. Adrian.* non sufficit, quod testamentum exhibeatur Judici, sed productio in actis fieri debet, nec sufficit scientia Judicis, fuit resolutum per *Rotam in vna Romana census coram Pamphilio.* & prædicta tanto magis procedunt, vbi productio facta in alio iudicio est limitata ad certum finem, & effectum, nam ad alium diuersum finẽ non debet suffragari, *Bellam. decis. 613.* Et talis productio debet esse realis cum specificatione Iurium, & termino ad opponendum, nam verbalis tantum non sufficit, nec Judex in illa se fundare potest, *Cassad. decis. 6. de appell. & in decis. 1. in fin. de except.* quod procedit etiam in causis summariis, & vbi mandatum procedit de plano, & manu Regia, *Mohedan. decis. 204. & Crescent. decis. 111.*

Collect. 1239.

Super Glossa in l. 2. C. si aduersus præscrip. pign.

DIsputant Doctores nostri in præsenti Glossa, an aduersus præscriptionem quadragenariam ex capite ignorantiæ restitutio in integrum detur, quæ disputatio non est leuis, vt colligitur ex traditis per *Balb. in decis. 23.* receptior tamen est affirmatiua sententia, quam Rota sæpius fuit amplexa in terminis præscriptionis statutariæ, vt patet *in decis. 39. num. 3. lib. 2. diuers. Peregrinus decis. 43. in vna Bononien. hæreditatis, Chissanus decis. 153. Caputaq. decisione 107. part. 3.* & fuit resolutum in vna *Romana domus de Morouibus 13. Nouembris 1579 coram de Rubeis*, & iterum in vna *Tiburtina affirmationis 2. Ianuarij 1585. Mohedano decis. 1 de restit. in integrum*, quam amplia procedere etiam in hærede, & competit etiam post quadraginta annos, *Rota diuers. decis. 42. lib. 1. & in decis. 39. lib. 2.* Amplia secundo etiam in Ecclesia, Intellige, facta plene probatione de ignorantia, *Rota diuers. decis. 387. par. 1. supra positam conclusionem principalem.* Intellige dummodo ignorantia fuit iusta, seu probabilis. *Statilius Pacif. in decis. Rota Romana 71. Caputaquens. citata decis. 207. in fine lib. 3.* ideo quælibet ignorantia non sufficit, sed ea tantùm, quæ ex omni parte sit excusabilis, & circa quam nulla interueniat negligentia, quod non est quando ex coniecturis arguitur sciẽtia, vel quando habuit in genere notitiam, aut quando probatur in-

ueſtigare, vt fuit tentum per *Rotam in vna Romana Saluiani interdicti* 28. *Ianuarij* 1602. *coram Iuſto, & in alia Romana deuolutionis tenimenti* 27. *Iun.* 1576. *coram Robuſterio*, & rurſus *in eodem anno* 14. *Maij in vna Florentina Iurispatronat. coram felicis recordationis Clemente Octauo tunc Auditore*, & ſupradicta nota ad ea quæ reportauimus, *in l.fi.C.de praſc.triginta annorum.*

Collect. 1240.

Super Concil.Tridentino in verſiculo in vniuerſitatibus.ſeſſ.25.c.9.

QVando verſamur in Jurepatronatus Vniuerſitatis verè eſt cõmunis concluſio, quod ad illud probandum, ſi non oſtendatur titulus fundationis vltra immemorabilem requirũtur continuatæ præſentationes per ſpatium quinquaginta annorum, quæ fuerunt ſortitæ effectũ, & probentur per Authenticam ſcripturam, vt diſponit hic Sacr. Concilium; Quæ probatio requiritur pro forma, adeo quod aliter facta nõ ſuffragatur, vt fuit pluries reſolutum per Sacram Congregationem Concilij, & tenuit *Rota in vna Tabien. beneficij de anno* 1582. *coram felicis recordationis Clemente Octauo tunc Auditore*; Ratio eſt, quia verſamur in caſu præſumpto vſurpationis, vnde Concilij diſpoſitio locum habet, etiam ſi vniuerſitas ſit parua, *Farinac. in ſua collecta deciſ.*507. & ratio quia militant eædem rationes in parua, quàm in magna vniuerſitate, ſcilicet vſurpationis, *Puteus deciſ.*57. *&* 305. *lib.*1. *Creſcen.deciſ.*13. *Verall.deciſ.*318. *part.*2. & quod etiam in parua vniuerſitate præſumatur Jus patronatus tenuit *Rota in vna Bononien. Iuris patronatus* 20. *Martij* 1589. *coram Gipſio*, & hæc præſumptio præcipuè locum habet in Italia, vbi propter receſſum Curiç omnes populi ius præſentandi vſurparunt, & præſertim in locis, in quibus Ordinarij Collatores ſunt inferiores Epiſcopo, *Achill. de Graſſ.deciſ.* 4. *de Iur. Patr. & Puteus deciſ.*57. *lib.*1. quæ vſurpationis ratio ceſſat in eccleſiis Monaſterialibus, ſeu Conuentualibus, in quibus non acquiritur Jus patronatus, *Mohed.deciſ.*340. & fuit tentum in vna *Regien. prioratus coram Card.Pamphilio.*

Collect. 1241.

Super l.ſi pupillus.ff.de his, quæ in fraudem creditorum.

AMbiguus eſt ille articulus, qui agitari ſolet in præſenti textu, An ſolutio facta debitori in pecunia numerata poſſit à primo habente hypothecam anteriorem auocari, *Affli.* ſiquidem *in deciſ.*190 *per totam* quæſt. hanc ad partes examinat, & tandem concludit negatiuè, verùm eius opinio recipit nonnullas limitationes, & in primis fuit limitata per *Rotam in vna Romana pecuniaria* 9. *Maij* 1594 *coram Seraphino*, vt patet *in eius deciſ.* 950. vt non procedat, quando tempore ſolutionis par fuit omnium creditorum diligentia, & tamen poſterior fuit gratificatus; Secundò limitatur, quando ſolutio fit per decoctum, & non ſupereſt, vnde ſatisfiat anteriori creditori, vt fuit reſolutum per *Rotam in alia Romana pecuniaria ſub die* 29. *Decembris* 1593. *coram Penia*; Tertio limitatur, vt non procedat quando creditor eſt priuilegiatus, in quibus terminis intelligi debet doctrina *Bartol.hic Rubin.deciſ.*

43.

43. ideò non habet locum in fisco, nam potest ipse solutum posteriori creditori auocare hypothecaria *l. pecunia de priuileg fisci.* Quarto limitatur, vt non procedat rigore, sed de æquitate, vt latè *Ego scribo in decis. Curiæ Archiep. Neapol.* 93. vbi allego *Parisium consil.* 65. *nu.* 1 *& secundò lib.* 4.

Verùm est aduertendum, quod prædicta intelligi debent, nisi pecunia soluta fuerit consumpta, vt loquitur *Afflict. d. decis.* 190. *& Rota* tenuit in vna *Romana pecuniaria de Caualca. de anno* 1565. *coram felicis recordationis Clemente Octauo tunc Auditore.*

Collect. 1242.

Ad statutum Vrbis.

DIsputatio est in Sacro Rotæ Auditorio frequens, & vtilis, an statutum *Vrbis lib.* 1. *c.* 151. disponens de contractibus mulierum certa sollemnitate celebrandis locum habeat in mulieribus fideiubentibus, & locum habere est resoluendum, nam licèt in quatuor tantum casibus loquatur, tamen procedit etiam si in aliis, in quibus viget eadem ratio, *Put. decis.* 7. *& in decis.* 85 *&* 160. *lib.* 3. *Crescent. decis.* 3. *de constitutionibus Rot. decis.* 529. *part.* 1. *diuers.* ideò procedit etiam in fideiussoribus, vt in terminis fuit decisum in vna *Romana fideiussionis* 13. *Maij* 1596. *coram Seraphin.* & rursus in alia *Romana societatis offitij* 4. *Febr.* 1601. *coram Penia*; Extenditur primo conclusio hæc, vt procedat etiam si mater fideiubeat pro filio, quia statutum comprehendit etiam contractum cum Matre, *Medices decis.* 23. & fuit tentum *coram Cardinali Mellino in causa S. Seuerini bonorum* 8. *Februarij* 1602. Extenditur secundo, vt procedat etiam in contractu iurato, nam licèt fideiussio facta à muliere cum iuramento non seruatis sollemnitatibus valet de Jure communi, vt fuit firmatum in causa *Interamen. mercium* 4. *Iunij* 1597. *coram Penia*, non tamen valeret attenta dispositione dicti statuti, *Balb. decis.* 29. Limita nunc, vt non procedat quando mulier se obligat ad fauorem piæ causæ, vt fuit dictum in vna *Toletana pecuniaria* 26. *Ianuarij* 1594. *coram Comitulo.*

Collect. 1243.

Super Clausula sine præiudicio.

VTilis est, & frequens materia huius clausulę, prȩsertim in Sacro Romanæ Rotæ Auditorio, sed quia diffusè ab aliis pertractatur, Ego pauca quędam solùm annotabo, est igitur hæc clausula præseruatiua iurium *Puteus decis.* 32. *lib.* 2. *& in decis.* 197. *num.* 23. *lib.* 1. item reddit quidquid geritur conditionale, & sic operatur, quod quatenus inferatur præiudicium, *Puteus decis.* 33 *lib.* 2 & fuit dictum in causa *Caputaq. præcedentiæ* 17. *Iunij* 1577. *coram Cardinali Blanchetto*, item est præseruatiua omnium iurium, & censetur apposita à signatura in qualibet commissione ad præseruandam legitimam exequutionem *Bellam. decis.* 41. *& Cassa. decis.* 8. *nu.* 5. *de rescriptis.* & fuit resolutum in causa *Nouarien. decimarum* 11. *Decembris* 1573. *coram eodem Cardinali Blanchetto*, & fuit resolutum in vna *Auellina Archipresbyteratus*, 6. *Aprilis* 1590. *coram Penia.* Item clausula sine præiudicio exequutioni litterarum Apostolicarum apposita in commissione clausulæ principalis, operatur

vt non possit procedi in negotio principali, nisi parito, sicut dicitur de clausula sine retardatione solutionis pensionis, *Put. decis. 19 de pension. Paulus decis. 61.* & ratio est, quia huiusmodi clausula illi æquipollet, vt fuit tantum in vna *Syracusana praeminentiarum* 5. *Octobris* 1584. *coram Bubalo,* & *in dicta Auellina Archipresbyteratus coram Penia.*

COLLECT. 1244.

Super Glossa in l. si quis pro emptore, in ver. non habere. ff. de vsucapione.

SI quæratur in præsenti Glossa, an possessio defuncti in eius hæredē continuatur, duo casus sunt distinguendi; Primus est quando nullum extat statutum continuās possessionem, & tūc subdistingue secundùm *Rotam in vna Vrbeuetana Castrorum* 18. *Maij* 1569. *coram Seraphino*, quod aut defunctus corpore, & animo suo possidebat, & tunc non continuatur in hæredem sine apprehensione, vt voluit etiam *Afflict. in decis.* 167. & in propriis terminis decidit *Viuius in dec.* 227. aut animo suo, & corpore alieno possidebat, & hoc casu sufficit continuatio Coloni, & hæredis nomine secundùm *decis.* quam tradit *Vrsillus d. decis.* 167. Secundus casus est, quando adest statutum de continuanda possessione defuncti in hæredem, quod statutum viget Bononiæ, & Mediolani, & tunc vera, & communis opinio est, quod possessio ipso iure transeat, *Rubin. decisione* 44. ex quo infertur, quod hæredi competit interdictum retinendæ contra turbantem possessionem defuncti, absque aliqua actuali apprehensione, vt patet *in decis. mea* 21. vbi allego *Menochium in 3. remedio retinendæ nu.* 59. licèt in bonis feudalium, & emphyteoticatiis hæc statuti continuatio locum non habet, vt fuit decisum *in Rota.* in vna *Imolen. bonorum* 20. *Aprilis* 1592. *coram Card. Pamphilio*, quemadmodum dictum statutum locum non habet, quando possessio erat apud defunctum ex causa de sui natura non transitoria ad hæredes, vt fuit resolutum *in Rota* in vna *Mediolan. bonorum* 28. *Martij* 1594. *coram Card. Mellino*; Tertio non procedit etiam, quando possessio naturalis fuit medio tempore ab initio occupata, *Rot. decis.* 27. *num.* 13 *part.* 1. *diuersorum*, quæ opinio fuit limitata ab eadem *Rota* in vna *Bonon. de Carnalibus* 11. *Ianuarij* 1602. *coram eodem Cardinali Pamphilio.*

COLLECT. 1245.

Super l. 1. Cod. de exequutione rei indicatæ.

EXceptio nullitatis potest opponi in exequutione sententiæ, h. d. Amplia procedere etiam in exceptione redditionis administrationis tutelæ, licèt non impediat exequutionem, *Viuius decis.* 317. *nu.* 1. *lib.* 2. & hanc quoque sententiam tenuit *Rota*, vt per *Sarnen. decis.* 65. licet *Puteus decis.* 146 *lib.* 1. asserat hunc articulum non fuisse discussum, licet hoc idem fuit resolutum *in Romana Saluiani interdicti* 19 *Nouemb.* 1599. *coram Cardinali Lancellotto*, vt refert *Statilius Pacificus decis. Rota* 121. & facit *Afflict. in decis.* 13. *num.* 16. Amplia secundo in exceptione supplementi legitimi, licet non retardet etiam exequutionem, *idem Statilius decis.* 190. Amplia tertio etiam in exceptione dominij, *Seraphin. decis.* 390. quod intellige

telligé nisi dominium esset iam probatum vel incontinenti probaretur, quia tunc exequutio suspenditur *Paleottus decis.* 32. *Puteus dec.* 54. *lib.* 2. & *dec.* 233. & 243 *lib.* 2. Intellige secundo in casu *Rota decisione* 103. *part.* 1. *diuers.* & aliquid per *Capycium decisione* 10. *num.* 19 Amplia quartò in exceptione periurij, licet exequutionem non retardet, vt fuit resolutum *in Rota Romana in vna deuolutionis Molendini die* 23 *Feb.* 1579. *coram Lauretano*. Amplia quinto in exceptione nõ implementi, & hæc impedit exequutionem etiam aduersus obligationẽ Cameralem, *Caputaq. decis.* 117. *part.* 3. & talis exceptio locum habet etiam si in minori parte verificetur, *Puteus decis.* 340. *numero* 1. *lib.* 1. & *decis.* 357. *lib* 3. *Caputaquens. decis.* 316 *part.* 3. sed intellige si à parte opponatur, aliàs tenet iudicium, præcipuè in contractibus nominatis, *Rota diuersorum decis.* 810. *part.* 1. & fuit resolutum *in Rota* in vna *Romana Veneferrei* 1592. *coram Cardinali Blanchetto*. Amplia sexto in exceptione apposita de non iure agentis, quæ executionem retardat, *Cassador. decis.* 1. *de restit spol. Rota diuers. decis.* 340. *part.* 3. *libro* 3.

Illud porro est indubitatum in hac materia, quod exequutio sententiæ retardatur per appellationem, quotiescumque ea venit admittenda, secus si appellatio non sit permissa, vt in iudicio momentaneæ possessionis, in quo de iure ciuili non appellatur, tunc enim exequutio non suspenditur, quamuis Judex detulerit appellationi per concessionem Reuerentialium, nam *Rota* in vna *Romana damnorum* 10. *Iunij* 1591. *coram Penia* interpretata fuit hanc delationem, vt non operetur effectum suspensiuum, sed solùm deuolutiuum, per *Benint. dec.* 17. Item Reuerentiales in forma dati intelliguntur sub conditione, quatenus sententia appellationem admittat, & quoad illam tantùm partem, quæ admittitur, *Achil. de Graff. decis* 8. *de appellat.*

COLLECT. 1246.

Super Capitulo vtile, de regul. iur. in sexto.

VTile per inutile non vitiatur, h. d. Ex qua Regula infero primo, quod pensio reseruata dummodo medietatem, seu tertiam partem fructuum non excedat, si excesserit non vitiatur in totum, sed reduci debet ad ipsam medietatem, vel tertiam partem, *Cassador. decis.* 4. *in verbo sine praeiudicio. de pensio. Crescentius decis.* 234. *lib.* 1. *in manuscrip. Puteus decis.* 34. *nu.* 2. *lib.* 1. & fuit tentum per *Rotam* in vna *Vicentina pensionis* 28. *Iunij* 1591. *coram Cardinali Mantica*. Ratio est, quia summa est diuidua, quo casu vtile per inutile est. Infero secundò, ad translationem pensionis, nam si Papa transferat pensionem quoad dimidiam partem fructuum vsque ad eam partem, quæ non excedit, translatio sustinetur *Paleottus decisione* 12. & fuit decisum in vna *Lucana pensionis* 17. *Februarij* 1592. Infero tertio, quod mandatum vltra summam debitam relaxatum, sustinetur pro summa debita *ex Bartolo* licet contrarium testatur decisum in *Rota Puteus decisione* 323 *libro* 1. & fuit tentum in vna *Salamantina pensionis* 9 *Maij* 1583. *coram Bubalo*, vbi fuerunt allegatæ aliæ decisiones, idem fuit resolutum in vna *Assisien. subhastationis* 19. *Nouembris* 1596. *coram Orano*, & in vna *Romana spolij* 21. *Februar.*

1600. *coram Iusto*; Infero quarto in locatione Ecclesiæ vltra triennium, licet prohibeatur per extrauagantem *ambitiosè*, erit tamen valida pro triennio, *Gamma* qui refert Senatum Lusitanum decidisse *decis. finali*. licet Rota Romana aliter sentit, scilicet extrauagantem Pauli Secundi de reb. Ecclesiæ annullare contractum locationis in totum, & ita fuit decisum in vna *locationis Brixien. 5. Decembr. 1594. coram Penia*, & iterum in vna *Corrensi locationis 1600. 20. Martij coram Illustriss. Pamphilio*, & sæpius in aliis causis, & eandem opinionem tenuit Consilium Neapolitanum probat *Afflict. decis. 107. in causa Domini de Motiis*. Infero quintò, quod datio in solutum pro parte nulla non redditur in totum inualida, licet aliter sentiat *Ma ilianen. in Rota Genuen. in decis. 8.* volens quod cùm decretum sit indiuiduum, si pro parte fuit interpositum super bonis non obligatis in totum corruit, quam opinionem sequuta fuit pariter *Rota Taurinensis testatur Thessaur. Filius in decis. 13.* Infero sextò ad emphyteutam, qui absque Domini directi assensu à parte rei emphyteosis non cadit in totum, sed à parte alienata tantum, vt pulchrè refert decisum *Grammaticus in decisione Neapolit. 49.* & aliquid per *Valasc. in decis. 17. de Beniten. in decis. 6. Rota Bononia, & in decis. 7.* Infero septimo ad Episcopum qui vltra tempus à iure sibi concessum Indulgentias populo publicauerit, nam non viriatur concessio in totum, sed pro excessu tantùm, & ratio est, vt in textu, quia vtile per inutile est, latè *Ego scribo in decis. Cur. Archiepiscop. Neapol. 29.* quam nota ad celebrem *glossam in c. fin. de pœnitent. & remission. in 6.* Potest inferri octauò, an si emphyteuta defecerit in solutione Canonis in vno nummo tantum, an cadat, pro cuius quæstionis resolutione vide *Benint. decis. 8. Valasc. decis. 6. Caroc. decis. 110.*

COLLECT. 1247.

Super l. properandum. C. de iudic.

Conclusio est trita & communis quod sententia lata, perempta instantia est nulla per hunc textum *Cornazzan. decis. 22. Rota Lucensis*, dicens hanc legem locum habere etiã in consistorio Principis, vt decisum refert *Mynsing centur. 2. obs. 73.* Sed Ego Neapo. vidi practicatum, quod si fuit facta citatio infra triennium, perpetuatur instantia per aliud triennium, & si demum fit alia citatio ad dicendum &c. Infra aliud triẽnium similiter per aliud perpetuatur, & ita audiui Sacrum Cõsilium alias interpretatum fuisse pragmaticam, quæ loquitur de substantia non restituenda, & fuit in causa *Domini Siluestri Tomacelli cum Cognatis suis*; & tunc fuit dictum, quod in causa illorum de quoquo cum hæredibus Ioannis Andreæ Sagelle Sacrum Consilium fortius practicauit, quod sufficit vnica citatio ad dicendum &c. etiam quod elapsi essent nouem anni, & sic tres instantiæ, & aliàs vidi processum, in quo erat hoc decretum *die penultimo Iunij 1570. in causa Philippi de Afflicto cum Iacobo de Rogerio super efficio Guardionatus partium Calabriæ*, & peremptione instantiæ apposita communi voto omnium Dominorum Sacri Consilij, & Magnifici Iacobi de Agello, & Marcelli Carelle Præsidentium Regiæ Cameræ Summariæ in eodem Sacro Consilio

rio Præsidentium conclusum est, quod non obstante oppositione peremptionis instantiæ stante stylo Sacri Consilij procedatur ad sententiam, similiter *de anno* 1588. fuit decisum in causa *Innocentia de Sangro in petitione decimaquarta partis quorundam Castrorum*, quod haberet locum executio sententiæ non obstante quod esset lata perempta instantia.

COLLECT. 1248.

Super § Quoniam, in Auth. qui filij sunt legit.

LEgitimatio non facta mentione legitimorum filiorum est nulla, h.d. Et Amplia præfatam conclusionem procedere non solum quando pater habet filiũ, sed etiam si habeat filiam, & hanc opinionem tenuit *Rota apud Peregrinum decis.* 91. *lib.* 2. licèt in eo casu in quo facta sit mentio filiorum legitimorum teneat, & non requiritur illorum citatio vt per *Put. decis.* 89 *lib* 2. & Ratio est quia tunc legitimatio potest fieri eis inuitis, secus verò si de illis non fuit facta mẽtio, quia hoc casu non præsumitur, quod Princeps velit illis pręiudicare, & ita procedit decisio *Achill. de Graff. in decis.* 2. *& qui filij sunt legitimi* Limita primo Ampliationem, vt valeat legitimatio non facta mentione de filia, quando ei non præiudicatur vt fuit *in Rota* resolutum in vna *Romana de Bussaido de anno* 1567. *coram Robusterio*; Limita secundò, vt valeat legitimatio si non facta fuit mentio de filia quoad remotionẽ infamię, & quoad honores, secus quoad successionem, *Balb. decis.* 400. & fuit resolutum *in Rota Romana* in vna *Portuen. bonorum* 27. *Nouemb.* 1573. *coram Cardinali Seraphino*, & latè fuit etiam idem tentum *coram Robusterio in illa Romana de Perusiis* 15. *Ianuar. &* 29. *Febr.* 1580.

COLLECT. 1249.

In materia Accessus, & Regressus.

IN causis beneficialib. aliquando disputari solet an gratia contineat accessum vel potius regressum, ideò videndum, quomodo hęc differant, & dicas, quod regressus differt ab accessu, quia accessus totaliter pendet à futuro euentu, nec aliquod ius de præterito habet, vt declarat *Cassadorus decis. vnica de pactis*. Regressus verò propriè dicitur, qui habet causam de pręterito, quia non est acquisitio noui tituli, sed antiqui cõtinuatio dum dicit quod Regressus habet causam, & pendet à iure de præterito, *Raudensis decis.* 16 Hinc dixit *Achill. de Graff. in dec.* 3. *de regress. bus.* quod regressus est reliquia iuris cessi vt voluit etiam *Puteum in decis.* 1. *eodem tit.* Hinc est quod regressus non comprehenditur sub concordatis Germaniæ, nec sub indultis Cardinalium, quia nõ dicitur gratia merè pręuentiua, sed habet ius de præterito, *Cassadorus in decis.* 4 *de priuil.* & ex hac distinctione Ego alias inferebam in quodam casu occurrenti quod retractio facta ad fauorem cuiusdam, cõtinebat gratiam regressus, & iudicandus erat regressus non autem accessus, quia stante cessione facta ad fauorem præfati cũ ipse haberet ius de præterito dicebatur potius regressus quam accessus *Achill. de Graff in decis.* 3. *de regressib & Peregrin. decis.* 33. Rota tamen semper tenuit quod quando quis habet titulum præcedentem cum sola supplicatione semper dicitur regressus,

bene verum est, quod datur etiam accessus, qui si non potest iustificari prior titulus inter clausulas accessus, vt quis excedat ad beneficium vigore præsentium, etiam non iustificato priori titulo, vt per *Puteum decis. 197. lib. 1 Bellam. dec. 46* Ad materiam vide *Cassad. dec 54. n. 6. de caus. poss. & Peregrinus dec. 50. lib. 2. Puteus dec. 59. lib. 2. & Rota* in vna *Compostellana Canonicatus de anno 1574. coram Decano.*

COLLECT. 1250.

Ad Panormitanum in c. cum te issent. in fine de institutione.

SOlet controuerti illa iuris cōclusio, an confessio qualificata possit pro parte acceptari, & pro parte respui, in qua quæstione vltra ea quæ alibi reportauimus, hic tamen constituo duas conclusiones; Prima sit conclusio quod confessio continens vnicum factum cum qualitate, quæ nullum reddit ipsum actum, seu eum in alium transfundat, & tunc nō potest diuidi, nec acceptari reiecta qualitate, sed in totū approbari, vel improbari debet, puta, si quis confessus fuerit se professionē emisse per violentiam, nam qualitas violentiæ reddit actum professionis nullum, & simul cū ipso concurrere non potest, ideò non debet considerari seorsum ab ea, & sic ipsa confessio diuidi non potest, ita tenu t *Rota* in vna *Asturicen. Archidiaconatus 27. Nouemb. coram Costa*, & patet *in decis. 272. part. 2. diuers.* Secunda sit conclusio, quod quando contra qualitatem adest iuris præsumptio, tunc poterit acceptari confessio, reiecta qualitate, vt tenuit *Rota* in vna *Nucerina Affictus 15. Maij 1573. coram Cardinali Seraphino*, vt patet *in eius decis. 163. lib. 1.* quando vero contra qualitatem nulla adest præsumptio, tunc cōfessio continens vnicum factum non potest pro parte acceptari, & pro parte impugnari, *Ant. Fab. in decis. 1. C. de Confessu.*

COLLECT. 1251.

Ad Baldum, in l. certi iuris. Cod. Locati.

COntrouertitur admodum ille articulus, an hypotheca cadat in mercibus venalibus, & licet nonnullorum opinio sit in sententiam negatiuam, nihilominus affirmatiua amplectenda est, quam tenuit *Balbus decis. 322.* & hanc Rota sæpius amplexa fuit, & præsertim in vna *Romana Pecudum 24. Maij 1600. coram Cardinali Mellino*, in qua fuit dictum hāc opinionem esse non solùm magis communem, sed veriorem, & durat hypotheca etiam post illarum venditionem, quando alienatur tota hypotheca, vel eius pars, ita quod penes emptorem non desinat esse corpus vniuersale, secus si non alienatur hypotheca, sed tantùm distrahuntur ipsius merces particulares quæ ibi retinentur, ad continuam venditionē, quia tunc ne commercium impediatur, obligatio, seu hypotheca extinguitur, vt tenuit *Rota* in vna *Augustiniana* vt patet *in decis. 655. lib. 3. diuers.* quæ ratio cessat in corpore vniuersali Apothecæ, seu Tabernæ, quæ de sui natura non exponitur, nec retinetur venalis; & ideo non cadit sub obligatione cum illa qualitate, quatenus non sit alienata, sed cadit sub hypotheca simpliciter, & transit in emptorem cum sua hypotheca, siue tota, siue pars sit alienata *Puteus decis.* 297.

297.li.2. Prædicta intellige, dummodo tempore alienationis contra debitorem alienantem non sit mota lis à creditore in ipsa hypothecaria, secus si iudicium esset cœptum, quia tunc in mercibus etiam venalib. hypotheca per venditionem non extinguitur, & ita fuit tentum per *Rotam Romanam* in vna *Romana Pecudum 5. Iulij 1599. coram Gipsio.*

COLLECT. 1252.

Super c.1. de iureiurand.

PRo regula ab omnibus traditur quod volens agere ad rescissionem alicuius contractus in primis, & ante omnia debet petere absolutionem à iuramento per ipsum præstito in dicto contractu, quæ sibi ad effectum agendi tantùm solet cōcedi, & ita semper seruauit *Rota Romana*, teste *Cassado. decis. vnica de empt. & vendit. Rota diuersorum* in manuscriptis *decis. 122.* & fuit resolutum *coram Robusterio* in vna *Tirasonen. decimarum 10. Octobris 1576.* Extenditur primò hæc conclusio, vt procedat etiam si quis alleget defectum consensus ex capite erroris. *Affl ct. in dec. 322. & 393.* & fuit dictum in supra allegatis decisionibus, & iterū in vna *Romana Legitima 30. Maij 1588 coram Bubalo*, & in vna *Mediolanen. affictus de anno 1588 coram Orano*. Extenditur secundò vt locum habeat, quamuis plura adsint iuramenta, quia tunc nō sufficit petere absolutionem quoad vnum iuramētum tantùm. *Anna* qui dicit decisum in singulari secundò, *Gramm. in decis. 66. num. 12.* & fuit tentum *in Rota* in vna *Romana de Theodolis 28. Februar. 1592. coram Cardinali Blanchetto*; Limita hanc ampliationem, vt non procedat quando supplicatio pro obtinenda absolutione esset generalibus verbis cōcepta, & taliter quod omnia iuramenta quæ obstant agenti complectantur, quia tunc sufficit vna absolutio, *Rubinus in decis. 23.* & fuit tentum *in Rota Romana* in vna *Mediolanen. Bonor. 4. Iun. 1597. coram Cardinali Pamphilio*, quæ fuit confirmata *5. Iun. 1598. coram Orano*; Limita secundò quando pluralitas iuramentorum tenderet ad obseruantiam vnius actus tantùm, quia tunc sufficit vnicam petere absolutionem ad effectum agendi contra illum actum, *Balbus decision. 300.* & fuit resolutum in vna *Romana Legatorum 13. Nouembr. 1595. coram Orano*: Ex quo infero, quòd si diuersæ sint factæ transactiones iuratæ, & vltima impugnetur sufficit petere absolutionem respectu vltimæ; *Caputaqu. in decis. 393. lib. 1. in manuscriptis.* & fuit resolutum *in allegata Mediolan. bonorum 4. Iunij 1597. coram Cardinali Pamphilio.* Extenditur tertiò principaliter vt procedat quamuis statutum annullet iuramentum interpositum in aliquo contractu sine certis solemnitatibus, quia hoc etiam casu est necessaria absolutio iuramenti, *Rota diuers. decis. 21.* & fuit tentum in vna *Tirasonen. decimarum 3. Octobris 1586. coram Robusterio.* Extenditur quartò, vt locum habeat etiam si quis iurasset, se absolutionem non petiturum; *Artaman. decis. 50.* Nunc limita, vt non requiratur absolutio à iuramento stante enormissima læsione, quod intellige quando de enormissima læsione constat per sententias latas sine oppositione partis de periurio, aliàs semper est necessaria absolutio cum non sit aperienda via, vt eludatur iuramentum, ita

fuit resolutum *in Rota* in vna *Romana legitimæ de Vrsinis* 20. *Maij* 1588. *coram Bubalo*, & in vna *Hispina Laud.* 10. *Decembr.*1604. *coram Cardinali Mellino*; Limita secundò quoties quis antequam obtinuerit absolutionem à iuramento aliquos actus iudiciales peregerit per quos in periurium inciderit, quia tunc absolutio à iuramento præstito in contractu peti non potest, sed est necessaria absolutio à periurio iam incurso, *Afflict. in decis.* 210. *num.*17.

COLLECT. 1253.

Ad Doctrinam Iasonis in l. frater à fratre, num. 40. *ff. de cond. indebit.*

DOctores magis communiter tenent per hãc originalem doctrinã, quod iuramentum confirmat donationem inter patrem, & filium, ad quam materiam nota infrascriptas Rotæ Romanæ manuscriptas decisiones. Prima est confirmationis ad dictam Jasonis doctrinam, vt fuit tentum per *Rotam* in vna *Rauennaten. donationis* 27 *Iun.*1597. *coram Penia*, & per prius in eadem causa 29. *Aprilis* 1596. *coram Cardinali Seraphino*, quæ decisiones deinde fuerunt confirmatæ d.e 20. *Maij & die* 21. *Iun.* 1598. *coram Cardinali Lancellotto*; Amplia primò etiam si donatio esset remuneratio, *Rota in dicta Rauennaten. donationis* 29. *Aprilis* 1596. *coram eodem Seraphino*; Amplia secundò, etiam si donatio filio absenti facta fuerit, & nulla interuenerit stipulatio, quia per iuramentum acquiritur ius absenti etiam absque stipulatione Notarij, *Thessaur. in decis.* 70. *Catheran. decis.* 30. & fuit in *Rota* tentum in vna *Vrbeuetana hæredit.* 15. *Iul.*1580. & sufficit sola scientia, & patientia, vt per *Surdum decis.* 11. & fuit tentum *coram Robusterio*, in vna *Romana fideiussionis* 28. *Ian.* 1577. Amplia tertiò, vt locum habeat, quamuis deficiet insinuatio argumento decisionis, *de Pont. consil.* 85. & censuit *Rota* in vna *Beneuentana donationis* 21. *Octobr.* 1597. *coram Gipsio*, quod intellige nisi statutum vltra dispositionem iuris communis, requirens insinuationem, vlterius velit tale iuramentum in actu donationis appositum etiam geminatæ censeri dolose extortum, & nullius roboris esse, vt in terminis tenuit *Rota* in vna *Toletana donationis* 17. *Maij* 1599. *coram Arigonio*.

COLLECT. 1254.

Super l. 1. *ff. quorum legatorum.*

IVris propositio est egregia, & notabilis, quam in ore omnium quotidie esse videmus, quod possessio bonorum fideicõmisso subiectorum à fideicommissario de manu hæredis est accipienda, & non auctoritate propria, aliàs non dicitur legitima, sed potius vitiosa, vt in textu nostro; Hinc infero, quod fideicõmissarius non dicitur legitimus contradictor ad impediendam hæredis immissionem, *Rota diuers. decis.*565 *part.*1. & fuit resolutum in vna *Vrbeuetan. hæreditatis* 11 *Decembris* 1597. *coram Seraphino*; Amplia primò conclusionem textus, vt locum habeat etiam quando restitutio fideicommissi fit ipso iure, quia nihilominus fideicommissarius non potest propria auctoritate possessionem apprehendere, sed illam debet capere de manu hæredis, *Surd. in decis.*333. *num.*8. & fuit reso-

resolutum per *Rot.* in vna *de Capizuchis* 10. *April.* 1606. *coram Card. Lancell.* & vide aliquid per *Boerium decis.* 156. Ampliа secundò, vt locum habeat, tametsi mandatum de manutenēdo fuerit à Iudice fideicōmissario concessum, quia ex tali mandato vitium possessionis non purgatur, cùm concedatur etiam prædoni, & spoliatori, *Paleottus dec.* 87. & fuit pluries resolutum per *Rotam*, præsertim in causa *Bononien. Iuris machinandi* 19. *Aprilis* 1577. *coram Cantuccio.* Amplia tertiò quamuis fideicommissarius acquisiuerat possessionē ante aditam hæreditatē, *Rot. diuers. decis.* 565. *p.* 1. Amplia quartò procedere etiam si fideicommissarius possideat auctoritate Prætoris, eadem *Rot. dec.* 520. *p.* 1. Nunc limita & primò, vt locum nō habeat, quando nullus existit hęres, qui restituere possit, quia tunc fideicommissario non licitum est propria auctoritate possessionem apprehendere, vt fuit decisum in vna *Maceraten. hæreditatis* 15. *Nouemb.* 1599. *coram Penia.* Limita secundò quando hæres fecit verbalem restitutionem, licèt non realem, quia tunc videtur fideicommissario licētiam dedisse propria auctoritate possessionem naturalem apprehendendo, *Balb. dec.* 23. & fuit in *Rota* resolutum in vna *Maceraten. hæreditatis* 1587. 11. *Maij coram Pamphilio,* & deinde *coram Penia* 15. *Decemb.* Limita tertiò, quando testator dedit fideicommissario licentiam capiendi fideicommissum propria auctoritate, quia tunc à seipso sine aliqua restitutione potest capere, *Surd. dec.* 333.

COLLECT. 1255.

Super l. 4. & ibi Glossa in verbo Adesse ff. de actionib. empt.

DOctores communiter dicunt per hunc textum, quod licèt contra emptorem sit lata sentētia ad restituendum rem sibi venditam, tamen si non fuerit exequuta nō competit ei actio de euictione, pro re, quam adhuc possidet, *Balbus decis.* 22. est enim necessarium, vt possit agi de euictione, quòd sentētia exequutioni demandata fuerit, aliàs ad interesse solùm agi potest, vt tenuit *Rota* in vna *Vulterana bonorum* 15. *Februa.* 1585. *coram fęlicis recordationis Clemente Papa Octauo tunc Auditore*, in qua actione veniunt fructus amissi, & refectio aliorum damnorum, quæ emptor occasione euictionis quouis modo passus est, vt fuit resolutum in vna *Placentina euictionis* 20. *Aprilis* 1589. *coram Cardinali Plato*, idem tenuit *Rot.* in vna *Senogalien. Prædij* 27. *Ian.* 1595. *coram Cardinali Seraphino*, item venit augmentum valoris prædij euicti, vbi ille sit auctus à die venditionis vsque ad tempus euictionis sequutæ, *Rota collecta à Farinacio in decision.* 13. & tenuit *Rota in eadem Placen. euictionis* in vna *Burgisami sepulchri bonorum* 22. *Maij* 1596. *coram Cardinali Blanchetto.*

COLLECT. 1256.

Super Concil. Trident. sess. 23. c. 10.

NOn licet Abbati cuiquam, qui Regularis subditus sibi nō sit, tonsuram, vel minores ordines conferre, h. d. Ex quo infero ad pulcherrimam *decisionem Seraphini* 985 *part.* 1. vbi fuit dictum, quod Abbas quantumcumque exemptus non potest litteras dimissorias Clericis secularibus, vt alij ordinentur concedere, sed Regularibus tantùm sibi sub-

ditis, vt tenuit etiam *Rota* 17. *Aprilis* 1591. *coram Seraphino*. Cuius decisio. Ratio videtur esse illa, quia concessio dimissorialium & ordinatio pari passu ambulant, *Villalua dec.* 13. & idem dicendum, vt non liceat Abbati personis secularib. tonsuram conferre, & habentibus litteras dimissorias à suis Ordinariis, vt patet in citata *decis.* 985 quia eius iurisdictio restringitur tantummodo in suos regulares subditos, quamuis obtinuisset iura quasi Episcopalia iuxta cap. accedentibus de excess. prælat. per quam concessionem permittitur ei cognoscere de causis matrimonialibus, ac criminalibus, iuxta *dec. Rotæ collect. à Farin.* 100. sicut etiam habenti iurisdictionem quasi Episcopalem, litteræ dispensationum matrimonialium, & similes eiusdem Prouinciæ remitti possunt iuxta *Conc. Trid. sess.* 22 *c.* 5. *Seraphin.* 1072. quia Abbas habens præfatam iurisdictionem perinde habetur, ac si esset extra Episcopi diœcesim, *idem in dec.* 1278 & hoc casu non potest Episcopus illud territorium visitare, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatus *Idem in decis.* 459. & Abbati habenti iurisdictionē quasi Episcopalem præterea, quæ sunt ordinis competunt ea omnia, quæ possunt competere Episcopo in suo territorio, vt fuit resolutum *in Rota Romana* in vna *Vrbinaten. iurisdictionis* 11. *Maij* 1601. *coram Seraphino*, vt patet *in eius decis.* 1386 ex qua infero, quod potest denunciationes matrimonialium remittere, *Sayrus in decis.* 9. *in titulo de sponsalib.* Infero secundo, quod Abbas in Ecclesiis sibi subiectis potest impertiri solemnem benedictionem sicut Episcopus, vt fuit *in Rota* resolutum in vna *Salamant. Iurisdictionis* 3. *Iun.* 1580. *coram Seraphino*, pro qua est textus *in c. Abbates, de priuileg. in sexto* Infero tertiò, quod Abbas teneatur residere in Collegiata, in qua est intitulatus, & est Caput, quod procedit, quamuis aliam habeat Sedem in Cathedrali, quia non excusatur, ita vt si non resideat in Collegiata lucretur fructus, & distributiones in illa, *Idem in dec.* 1451. Infero quartò, quod Abbas, & alij superiores Regulares habent iurisdictionē temporalem in Parochianos, & Episcopus non potest visitare parochias, nec personas curam animarum, & sacramenta exercentes, vt fuit *in Rota* resolutum in vna *Ciuitaten. iurisdictionis* 12. *Februar.* 1594. *coram Seraphino*, vt patet *in eius decis.* 1067. an autem Abbas teneatur accedere ad Synodum, & quando non, vide *eundem in decis.* 190.

COLLECT. 1257.

Ad gl. in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, in verb. controuersia, ff. de re iudic.

Regulariter exequutio sententiæ per tertium contradictorem impeditur ratione solius possessionis rei per sententiam alteri adiudicatæ, h. d. Quinimo exequutio etiam triū conformium impeditur, si tertius de cuius interesse agitur non fuerit citatus, *Rot. decis.* 13. *de re iudic. in antiqu.* & fuit tentum in vna *Burgen. de Elines* 26. *Nouembr.* 1588. *coram Orano*. Dixi ratione solius possessionis, quia quando tertius non possidet, non impeditur exequutio, *Bisignet. decis.* 4. *de Iudiciis*, & fuit dictum in vna *Bononien. possessionis* 10. *Nouembr.* 1596. *coram Corduba*. Amplius id, quod de citatione diximus, vt sufficiat si saltem

etiam per proclama citatus fuisset. *Achill. de Graff. in decision. 3. de re iud.* Idem est si tertius sciuit causam agitari, & post sententiam comparuit pro suo interesse, quia tunc ad retractandam exequutionem non auditur, *Rot. Perus. decis.* 26. pari ratione exequutio impeditur, vbi acta non fuerunt integrè transportata, *Farinacius in decis.* 20. & 28. Similiter pendente causa restitutionis in integrum regulariter exequutio suspenditur. *Afflict. in decis.* 356. *Capyc. in decis.* 53. *Minad decis.* 14. Limita si exequutio esset iam cœpta, *Achill. de Graff decis. final. de sentent. & re iud. Puteus decis.* 10. *de restitut. in integr. in d. cis.* 285. *lib.* 2. *Mohed. decision.* 177. *Mastrill. in dec.* 30. *Carta Rot. Genuen. decis.* 20. Limita secundò vbi vigeret vehemens præsumptio calumniæ, *Cassador. decis.* 1. *de restit. in integr. Afflict. cit. decis.* 356. & fuit resolutum in Rota in vna *Burgen. Decimarum* 28. *Octobris* 1586. *coram Bubalo.* Item clausula si quid exequendum exequaris, posita in commissione exequutionem retardat, *Crescent. in decis.* 42. *Rot. diuers decision.* 487 *p.* 3. *Paleot. in decis.* 69. Vnde talis clausula tantùm suspendit, donec de Iustitia sententia cognoscatur, *idem in dec.* 133. *Caputaquens. in decis.* 180. Item exceptio nullitatis ex ventre instrumenti præsentati surgens, *Cassador. in decis.* 3. *de mutuis petitionibus*, quod Amplia vt præfata exequutio impediatur, etiam si esset obligationis Cameralis, *idem in decis.* 10. *de rescriptis*, & faciunt in argumentum *decis.* 5. & 6. *Rota de fide instrum in antiqu. Afflict. decis.* 160. *Capyc. in dec.* 29. *num.* 2. *Paleot. in decis.* 61. Amplia etiam si talis exceptio altiorem requireret indaginem, *idem Cassad. cit. decis.* 10. Item per inhibitionem impeditur etiam sententiæ exequutio, præsertim si inhibitio fuerit totalis, quæ siue iusta, siue iniusta, semper est timenda, *Achill. de Graff. decis.* 29. *de appell. Accorambonus decis.* 52. *Put. decis.* 595. *lib.* 2. *Caputaquens. in dec.* 93. *p.* 2. & fuit dictũ in causa *Romana Saluiani interdicti* 14. *Decembr.* 1598. *coram Lancillotto.* Item exceptio meliorамentorum, *Capyc. decis.* 17. licèt à Rota soleat præfigi terminus pro illorum liquidatione, *Puteus dec.* 471. *Peregrin. decis.* 16. *lib.* 2. *Accorambonus decis.* 8. *Rot. diuers. decis.* 112. *p.* 2. Item exceptio compensationis, *Afflict. in decis.* 121. *Magon. decis.* 42. *Rot. Florentia; Surd. decis.* 191. *Rot. diuers. decis.* 253. & 257. *part.* 3. & 708 *lib.* 3. vbi dicitur, quod istud procedit quando debitum est liquidum, aliàs secus. Item exceptio attentatorum suspendit exequutionem, cùm eorum purgatio in primis, & ante omnia fieri debeat, etiam respectu fructuum, etiam quod non sint liquidi, quia quicquid dixerit *Mohed. in decis.* 211. non sufficit oblatio cum dispositione vnius Iulij pro non liquidis, sed debet fieri realis restitutio, iuxta *decis. Caputaquens.* 170 *part.* 1. 270. *p.* 2. 224. *p.* 1. *Paleott. decis.* 369. *Peregrin. decision.* 346. *Put. decis.* 143. quæ licèt loquantur in spolio, multò magis locum habent in attentatis, *Rot. decis.* 1. *de ordine cognit. in antiqu. Caputaq. in decis.* 131. *lib.* 1. Limita nisi notoriè constet de non iure petentis reuocare attentata, quia tunc talis exceptio non suspendit, *Rot in decis.* 2. *de restitut. spoliat. in nouis. Cass. decis.* 3 *eodem tit. Put in decision.* 203. *lib.* 1. Limita secundò respectu tertij non existentis in lite, *Peregrin. in decis* 96. *lib.* 2. Limita tertiò, vbi ex actis constet de desertione appellationis, *Rota in decis.* 1. *de appellat. in nouis*, *decis.* 7. *de appellat.*

in antiq. & Achill. de Graff. in decis. 2. eod. tit.

Collect. 1258.

Super l. 1. C. de Magistr. conueniendis.

NOtarius racipiens fideiussorem minus idoneum, tenetur ad interesse, h. d. Limita primo, quando de mandato Iudicis acciperet fideiussorem minus idoneum, quia mãdatum Iudicis excusat Notarium, quod nõ teneatur, immo Iudex, qui tutorem dedit sine satisdatione, non potest etiam postea ex interuallo iniũgere, *Ant. Fab. in dec. 1. C. de Magist. conuen.* Limita secundò, quando principalis esset satis idoneus, quia tunc etiã Notarius excusatur, & ratio est, quia bona principalis confunduntur cum bonis fideiussoris, *Valas. dec. 11.* & tunc debet principalis satis idoneus, quando res suæ tantùm valet, quantùm est quantitas promissa, *Ego in dec. Cur. Archiep. Neap. 29.* Limita tertiò, quando Notarius reciperet fideiussorem minus idoneum in præsentia partis, non reclamantis, quia tunc enim isto casu Notarius excusaretur, vt pulchrè refert decisum *in Rota Lucens. Ios. Lud. dec. 33.* qui allegat *Put. in tract. de syndicatu c. 3 n. 3.* dicens imputandum esse parti non reclamanti. Limita quartò, vt cõtra Magistratum non agatur nisi in subsidium tãtùm, idem excussis bonis fideiussorum, iuxta terminos *l. aduersus, C de magist. conueniendis.* vt refert *Rub. in dec. 94.*

Collect. 1259.

De Renouatione Emphyteus.

SCripsi nonnulla in præsenti materia in Collect. super doct. *Bar. in l. 1. § permittitur, ff de aqua quotid. & stiu.* Hic tamen per viam regulæ cum ampliationibus, & limitationibus nonnullas Rotæ Roman. decisiones habeas, vnde regula sit, quod Dominus directus teneatur emphyteusim ad se reuersam reconcedere agnatis proximioribus. Et secundùm hanc conclusionem pluries *Rot.* tenuit præsertim in vna *Bononien. bonorum 2. Decembr. 1582. coram Robuste.* & iterum in vna *Brixien. feud. 16. Maij 1583. coram Bubalo.* Amplia primò, vt procedat non solùm in agnatis descendentibus: Sed etiam in transuersalibus, *Balb. in dec. 30.* & tenuit *Rot.* in vna *Lucan. emphyteus. 6. Iunij 1587. coram Oradin.* & iterum in vna *Roman. relocationis 3. Iulij 1595. coram Gypsio.* Amplia secundò, vt procedat quamuis proximiores, qui petunt renouationem sint fœminæ, & procedit etiam si ex tenore prioris inuestituræ masculi tantùm vocentur, & nihilominus Dominus directus tenetur proximioribus fœminis renouare, *Rot.* in vna *Ciuitat Castelli Emphyteus. 23. Iunij 1586. coram Cardin. Platto.* Amplia tertiò, vt locum habeat, tametsi proximiores sint plures in eod. gradu, quia omnibus etiam renouatio fieri debet, & non vni eorum tãtùm etiam si ex tenore prioris inuestituræ vnus tantùm vocetur, vt fuit dictum in vna *Ciuitat. Castell. 23. Iul. 1586. coram Platt.* Amplia quartò, vt dicta conclusio extendatur, & procedat etiam si prima concessio fuisset declarata nulla, & inualida ob defectum sollemnitatum, vt fuit resolutum per *Rot.* in vna *Roman. relocat. domus 3. Iulij 1595. coram Gypsio* & vide *Rot. diuers. decis. 214 part. 2.* & de ratione vide in vna *Roman. domus 2. Decembris 1588. coram Bubalo.* Nunc limita

limita, & primò vt non habeat locum quando Dominus vult pro se bona retinere: quia tunc magis communis, & verior opinio est vt non cogatur illa reconcedere proximioribus defuncti in cuius personá emphyteusis est finita, *Caputaqu. in dec. 303. par. 1. Benin. en. Rot. Bonon. in decis. 19.* & hanc tanquam veriorem, & æquiorem *Rot* sæpius amplexa fuit, & præsertim *in vna Rauenat n. Bonorum 20. Nouembris 1587. coram Card. Mantic.* nec est verum quod contrarium *Rot.* senserit *in decis. 195. part. 2. diuers.* quia numer. 7. & 9. vbi loquitur de hac materia nihil firmat. Limita secundò, vt locum non obtineat quādo fuit renunciatum iuri petendi renouationem, vt latè scribo *Ego in dec. Cur. Archiep. Neapol decis. 112.* An autem huic iuri renunciari possit affirmatiuè tenuit *Rot. in vna Geruien. bonorum 23. Mart. 1583. coram Seraphino*, vt patet *in eius decis* 400. Limita tertiò, vt procedat quando emphyteusis est hæreditaria: quia tunc solis hæredibus renouatio facienda est licet alij proximiores in gradu reperiantur ex consil. *Ancharan. 38. in fin.* & tenuit *Rot. in vna Bononien. de Bolognini 10 Decembr. 1564. coram Seraphin.* vt patet in *eius decisionibus*, quam limitationem veram intelligas dummodo hæres iste attenta natura præcedentis inuestituræ sit capax, stante autem eius incapacitate, vt quia sit hospitale, vel locus pius in quem ex sui natura emphyteusis non transit renouatio fieri debet hæredi proximiori capaci, vt fuit resolutum in *vna Cesenaten. Palatij 7. Nouembris 1597. coram Penia.* Limita quartò, vt non procedat quando non fuit petita renouatio infra annum, quia tunc agnati amittunt omne ius quod habent ad dictam renouationem petendam, verùm intelligas quando constat quod agenti habuerunt notitiam, seu scientiam quod emphyteusis esset finita, quæ scientia debet plenè & concludenter probari ita vt non sufficiant coniecturæ *Rot. in decis 2. de dolo, & contumac. in antiqu. Mohedan. in decis. 160. Caputaq. in decis. 116. num. 4. part. 1. Puteus in decis. 114. lib. 1.*

COLLECT. 1260.

Super c. licet ex quadam, de test.

OMnes Doctores in hoc videntur conuenire, vt descendentia ad effectum succedendi debeat sigillatim, & per gradus distinctos probari per hunc text. nostrum, ibi singulos gradus. Hinc prouenit primò quòd deficiente vno gradu destruitur tota probatio ipsius descendentiæ, vt in puncto tradit *Rubi... in decis. 8. ex Innocent.* communiter recepto in *cap. fertes tit. nostro.* Hinc prouenit secundò quod petens hæreditatem vti hæres & consanguineus, non admittitur ad illam nisi vtcumque probauerit, *Grattan. Rot. March. in decision....* Et *Anna* qui pariter refert decisum in *singular...* Infertur tertiò quod nedum probari debet descendentia per gradus distinctos, sed etiam quod veniat à linea legitima, vt tenuit *Rot. Roman. in vna Sutrin. beneficij 18. Decembris 1588 coram Illustrissimo Pamphilio.* Sed animaduertendum est ad tria admodum practicabilia circa præsentem materiam; Primò quod suprapræfata regula procedit quando lex vocans aliquē de descendentia simul desiderat illū esse in certo gradu, quia tūc bene

requiritur probatio descendentiæ per gradus distinctos; secus in aliis casibus; quia ad probandum quem esse de genere, vel parētela sufficiunt indicia, & præsumptiones, vt tenuit *Rot. in vna Placentina Cappellania* 15. *Nouembris* 1593. & iterum 10. *Ianuarij* 1598. *coram Penia*, immo sufficiunt duæ enunciatiuæ emanatæ à diuersis personis non suspectis, *Achill. de Graff. in decis.* 5. *de iur. patron. Put. decis.* 207. *lib.* 2. & fuit tentum *in vna Romana Cappellaniæ de Capizucch. de anno* 1570. *coram Costa* iterum in *vna Vrbeuetana fideicommiss. de Corbetaria* 31. *Ianuarij* 1565 *coram Cardin. Lancellotto.* Secundò est animaduertendum, quod instrumenta, vt dicantur antiqua ad effectum probandi descendentiam debent esse centum annorum dempto tempore litis inchoatæ iuxta opinionem quam Rot. tenere solet quam latè *Ego discutio in decis. mea* 90. & debent esse saltem duo: quia cum probatio per antiquitatem vim habeat famæ publicæ sicut illa non probatur per vnum testem, minus probatur ista quæ illi æquipollet, *Rota diuers. decis.* 288. *part.* 2. & quod requirantur enunciatiuæ plurium instrumentorum quæ sint centum annorum tradit pulcherrimè *Put. decis.* 209. *lib.* 2. & iterum in *dec.* 359. *eodem lib.* & in terminis probationis descendentiæ tenuit *Rot. in vna Sutrin. Beneficij Sancti Angeli* 13. *Martij* 1588 *coram Cardinal. Platt.* Tertiò animaduertendum quod testes de auditu deponentes eo casu quo admittuntur ad probandam descendentiam debent concordare cum personis à quibus audiuerint,

Ego in dec. 28 *ex Deci. communiter recepto in cons.* 120.

COLLECT. 1261.

Super l. 1. *ff. vti possidetis.*

VVlgo dici solet vti possidetis, ita possideatis, & allegant hunc text. qui nil aliud dicit nisi quod manutentio est concedenda illi, de cuius possessione constat, tam tempore motæ litis, quàm tempore turbationis, & ita *Affl. in dec.* 394 præsertim si possessio fuit capta vigore prouisionis Apostolicæ, quæ non potest dici clandestina, & instrumentalis, *Mohed. in decis.* 88. aliquid per *Afflict. in decis.* 302. immo releuat etiam si alius deinde possessionem fuerit adeptus, nam contra illum potest duplici remedio experiri, restitutionis, scilicet in spolio, & manutentionis *Puteus in decision* 419. *lib.* 2. & fuit tentum in vna *Regien. reseruationis fructuum* 6. *Maij* 1586. *coram Gypsio*, & in *vna Mediolan. Parochialis* 22. *Iun.* 1587. *coram Cardinal. Platto*, in qua fuit dictum dandum esse mandatum de manutenēdo antiquo possessori non obstante quod idem antiquus possessor petijsset coram iudice se restitui, & ideo videretur habuisse se pro spoliato, quia nihilominus voluit Rot. illum propterea ciuilem possessionem non amisisse, sed illam retinuisse saltem animo, allegatáque fuit ad hoc *decis.* aliàs facta *coram Vicecomite in vna Toletan.* 16. *Nouembr.* 1580. & in terminis extat *decis. Caputaquens.* 43. *libro* 2. Amplia etiam, vt manutentio debeat dari possidenti etiam si contractus esset reprobatus *Cæsar. de Graff. decis.* 4. *de caus. possess. & propriet.* & fuit tentum in *vna Vincentin. census* 22. *Martij* 1596. *coram Cardinal. Arigon.* & in *vna Mediolanens. Pensionis*

II.

ti. Decembris 1600. coram Cardin. Seraph. Amplia etiam licet non probetur possessio de tempore motæ litis, quia in dubio præsumitur continuatio Cardin. Put. in decis. 17. lib. 2. Limita nunc, vt non detur manutentio, seu possessorium vti possidetis ei qui appellatione pendente possessionem est ingressus Rot. diuers. decis. 9. part. 1. quod procedit etiam si possessio esset vacans, Put. decis. 35. de Iudiciis.

COLLECT. 1262.

Super l. 1. vbi Bart. ff. de Saluian. Interdict.

AD obtinendum in Saluiano interdicto actor duo extrema debet probare, videlicet creditum suum cum hypotheca; & possessionem debitoris de tempore obligationis, vel postea, alioquin altero ex eis deficiente non est locus huic remedio, vt hic dicit Bart. iunct. decis. Put. 207. libro 1. & fuit dictum in vna Roman. Saluian. interdict. 25 Iunij 1599 coram Penia, & in quampluribus aliis causis, dixi creditum cum hypotheca quoniam cessante hypotheca Saluia. interdictum non intrat, vt fuit dictum in vna Roman. Saluian. interdicti 4. Decembris 1600. coram Horatio Cardinal. Lancell. Ex quo infero primò quod non potest agi Saluiani interdicto super mercibus venalibus, postquam distractæ sunt, cum in eis non cadat hypotheca iuxt. l. cum Taberna ff. de pig. &c. Put. in decis. 297. lib. 2. Infertur secundò Saluianum interdictum non dari etiā pro bonis extradotalibus; cùm pro illis nulli competat tacita hypotheca quæ non inducitur nisi in casibus à iure expressis, Surd. decision. 471. num. 10. Guid. Pap. in decision. 468. nu. 5. Afflict. in decis. 44. in princ. & fuit dictum in vna Bonon. pecuniaria 11. Decembris 1600. coram Cauino; Infero tertiò quod super bonis emphyteoticis expressè prohibitis alienari Saluian. non potest exerceri cum prohibita censeatur omnis hypotheca Rot. diuers. decis. 425. par. 1. & fuit dictum in vna Roman. Saluian. interd. 17. Maij 1602 coram Licta Capp. Tholos. in decision. 462. Animaduertendum ad illud quod de primo extremo probando supra diximus hoc est creditum cum hypotheca; quia plenè, & concludenter est probandum Caputaquens. in decis. 368. part. 2. & aliquid in decis. 328 eodem lib. Crescent. in decis. 302. Achill. de Graff. decis. fin. de testi. & hanc crebriorem, & veriorem sententiam, ac in Rotæ Auditorio seruari scribit Sarnen. quæst. 36. de infirmit. resignant. Limita nisi essemus in re antiqua; quia tunc ratione difficilis probationis sufficit leuior probatio, Cassador. in decision. 3. numer. 3. de Procurator. In probatione autem secundi extremi, videlicet possessionis rei conuenti sufficiunt probationes semiplenæ, & leuiores. Rot. in decis. 117. seu 8. de restitut. spoliatorum. Caputaquens. in decis. 400. lib. 1. manuscript. vbi quod sufficit reum constituisse Procuratorem ad locandum, & fructus exigendum, hæc enim possessorium concernunt, Put. in decis. 316. immo passim Rot. tenet quod sustentatio litis vnà cum adminiculo aliquo ad huius extremi probationem sufficiant, vt per Cesar de Graff. in decis. 1. de restitut. spoliatorum Caputaquens. in decis. 369 part. 2. & fuit dictum in vna Regien. bonorum de anno 1576. coram Cardinal. Blanchetto, & alias sæpius.

COLLECT. 1263.

Super cap. pastoral. de causa possessionis, & proprietatis.

VLtra ea quæ scripsimus in hoc textu in materia suspensionis petitorij, addas insuper nonnullas Decisiones Rotæ Roman. tam manuscriptas, quàm impressas; Regula sit, quod proponens possessorium, potest petitorium à se intentatum suspendere, & ita tenuit *Rot. in decis. 5. eodem tit. in nouis. Caputaq. in decis. 30. in manuscriptis*, & huiusmodi suspensio operatur, vt ligatæ sint manus Iudicis in pronunciando in petitorium *Rot. in decision. 19. de restit. spolia. in nouis*, & ideo omnes probationes ad discolorandum titulum tendentes reiectæ censentur *Rot. in decis. 76. lib. 2. Verall. in decis. 322. lib. 2.* Amplia, vt huiusmodi petitorij suspensio pluries fieri possit, & pluries quoque ab eo recedi, *Rot. in decis. 8. de causa possessionis in nouis, & Rot. diuers. decis. 9. lib. 2.* Amplia secundò vt fieri possit, nedum in prima instantia, sed etiã in secunda, & tertia *Capyc. in decis. 30. nu. 6. Verall. in decis. 323 part. 2.* Amplia tertiò, vt huiusmodi suspensio fieri possit, quãuis pars consenserit super petitorio cognosci, *Rot. diuers. citata decis. 9. num. 2.* Nunc limita, & primò vt non procedat, si huiusmodi suspensio fiat post conclusionem in causa *Rot. cita. decis. 8. de causa possessionis, & proprietatis in nouis.* Limita secundò quando petitio suspensionis esset calumniosa, veluti si constaret de bono iure illius contra quem peteretur suspensio, *Rot. diuers. dec. 1. 18. lib. 3. & in d. decis. 9. Mohed. in decis. 14. de restit. spolia.* Limita tertiò quando quis in prima instantia obtinuit sententiam fauorabilem in petitorio, quia tunc in alia instantia non est locus suspensionum, *Cappell. Tholos. in decis. 280.* Limita quartò, vt huiusmodi suspensio non obstet tertio venienti in causam *Rot. decis. 3. de causa possess. & proprietatis.*

COLLECT. 1264.

Super c. si quis presbyterorum, de rebus Eccles. non alien.

PVlchra est, & vtilis admodum dubitatio, quæ fieri solet in consulendo in præsenti textu, an in contractu alienationis rei ecclesiæ post obtentum beneplacitum sit locus pœnitentiæ, & dicas negatiuè concludendum esse, licèt nondũ sit sequuta sententia confirmatoria, vigore Breuis, si in euidentem, dummodo beneplacitum Apostolicum expeditum fuerit, nam quamuis ante beneplacitum sit locus pœnitentiæ, in quibus terminis loquitur *Put. in decis. 353 lib. 1. Accorambon. in decis. 9. Achill. de Grass. in decis. 2 de pactu, Verall. in decis. 12 part. 3. Rot. diuersorum decis. 573. num 2. part 1 Farinac. in sua collecta decis. Rot. 205.* tamen post obtentum beneplacitum partes non possunt amplius pœnitere, neque à contractu resilire vt fuit latè dictum in *Rot. Roman. in vna Legodien. domorum 10. Maij 1576. coram d. Rubeu, & in vna Romana locationis 4. Iunij 1584. coram Blanchetto*, quod procedit etiam antequam sequatur sententia per commissarios ferenda, *Farinac. in decis. 13.* & fuit resolutum in *Rota in vna nullius emphyteusis 15. Nouembris 1607. coram Lancellotto*; Amplia secundò supradictam conclusionem pro-

procedere etiam respectu successoris, qui alienationi non consensit, nam non potest pœnitere, vt colligitur ex *Cassad in dec. 1. de locato*, quam ampliationem intelligas dummodo beneplacitum fuerit impetratum in vita prædecessoris, qui alienauit, vt fuit tentum per *Ro. in vna Bonon. transactionis 1607. coram Conino*; Limita nunc regulam principalem, quando prima alienatio esset nulliter confirmata, quia tunc est locus pœnitentiæ, licet regulariter electio sit ecclesiæ, *Put. decis. 310. lib. 2.* & fuit tentum per *Rot. in causa Cortonen. bonorum 3. Iulij 1589. & 16. Ianuarij 1590. coram Platto*; An autem liceat reuocare alienationem post porrectam supplicationem ante tamen expeditionem assensus, si postea fuit expeditum per verbum fiat, vide *Afflict. in decis. 253.* vbi multa ad materiam.

COLLECT. 1265.

Ad Panormitanum in Rubrica de success. ab intestato.

QVæri, ac dubitari persæpe contingit, ad quem spectent eleemosynæ, seu oblationes, quæ Imagini pictæ in aliquo pariete offeruntur. Pro resolutione distinguas duos casus, primus enim est quando apparet de intentione offerentis, veluti si pecunia exponatur in caxa eleemosynarum pro fabrica, vel pro missis celebrandis, & talis mens debet obseruari, *Cappell. Tholos. in dec. 483.* Secundus casus est quando non constat de intentione offerentis, & tunc si adsit particularis consuetudo illa pariter obseruanda est, dummodo ius non resistat, *Rubin. in decis. 25.* Si verò oblationes fiant Imagini pictæ in pariete alicuius priuati, tunc non acquiruntur Domino domus, & ita decisum fuit in *Rota Roma. in vna Calaguritana oblationum 21. Octobris 1588. coram Pamphilio*, in qua fuit allegatus *Soccin. de oblatione lib. 8.* Controuersia tamen non modica est, an acquirantur Rectori Parochialis Ecclesiæ intra cuius limites domus est sita, & verior opinio est quod sic, quam Ego sequor *in decision. Archiepiscopalis Curiæ Neapolit. 128.* Hinc est, quod translatio Imaginis existentis in aliqua ecclesia, ad quam concursus habetur, si ibi adsit Rector, siue Parochus, non potest fieri ipsis contradicentibus, vt tenuit *Rot. Roman. in vna Hispalen. translationis imaginis 9. Martij 1598. coram Cardinali Pamphilio.*

COLLECT. 1266.

Super Glossa in capit. cum nobis, de præscriptionibus.

DVbitatur in præsenti glossa, an immemorabilis per scripturas probari possit, & licet *Rota collecta à Farinac. in decis. 570.* tenuit negatiuam partem, eandem tamen sententiam sequuta fuit iterum *Rota in dec. Pute. 209. lib. 2. & Caputaq. in decis. 347. part. 3. contra glossam in cap. 1. de præscriptionibus in sexto.* Pro concordia tamen, sic distinguas secundùm aliam eiusdem *Rota decis. in vna Burgen. Quindenniorum 8. Martij 1599. coram Litta*, aut enim adducuntur scripturæ super actibus ipsis confectæ ad probandam immemorabilem, & hoc casu non probant eam, sicque procedit opinio glossæ, & aliorum, & ratio est, quia cum ex dictis scripturis constet de Initio,

meritò ex illis resultare non potest probatio immemorabilis quæ ad sui essentiam desiderat memoriam initij non extare, vt fuit dictum per *Rotam in vna Salamantina iurisdictionis 22. April.1580. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino*, aut verò ad probationem illius adducuntur scripturæ in quibus enunciatur ipsa immemorabilis, & tunc negari non potest quin etiam probent, ratio est, quia per enunciatiuas antiquas probatur immemorabilis, latè *Ego ipse in dec.Cur. Archiepisc. Neapolit* 5. & ita fuit tentum in *Rot.in vna Braccaren. Monasterij 19. Nouembr.1597.coram Pamphilio, & in vna Burgen. iurisdictionis 20. Decembr. 1596.coram Orano.*

COLLECT. 1267.

Ad text. in c. ad audientiam vbi Imola de rescript.

SVbrectio opponi potest vsque ad quadraginta annos, hoe dicit; quamuis vitiet gratiam ipso iure, *Caputaq.in decis.224. p.3.* veram per tanti temporis spatium præsumitur noua gratia, & confirmatio, *Cassad.in decis.3. de causa poss.* Sed aduerte, quod neque intra quadraginta annos de subrectione dici potest, si in literis sit apposita clausula, quod de subrectione &c. quod intellige verum concurrente clausula sublata, quæ releuat impetrantem ab onere probandi, & admittit parti, & iudici facultatem aliter interpretandi, & iudicandi, etiam quod versemur in gratia concessa ad postulationem partis, *Put. in decis. 377.* secus si clausulæ istæ non essent simul iunctæ, *idem in decision. 213. lib.2.* & fuit in *Rota decisum in vna Calaguritan. Iurisdictionis 30. Maij 1580. coram de Rubeis.*

COLLECT. 1268.

Ad Glossam in l.1.prope finem, C.de Iudiciis.

VAldè controuersa est illa quæstio, an in executione sententię requiratur partis citatio, vt patet ex *Gabrielio de citatione conclus.1.* & quidem glossa hæc disponit sententiam mandari in executionem, sine causæ cognitione, ex quibus verbis clarè demonstratur citationem non esse necessariam. Verùm, æquior, & humanior sententia est, quod requiratur citatio, vt tenuit *Cassad. in decis.6. de causa possessionis, & proprietatis*, & hanc quoque sententiam aliàs *Rota* sequuta fuit *coram Cardinal. Blanchetto in causa Taurinens. Cappellaniæ 24. Februarij 1589.* & iterum in *vna Barchinonen. bonorum 16 Februarij 1587. coram Seraphino*; Ampliatur vt locum habeat quamuis fiat executio super eadem re, super qua fuit iudicatum, & inter easd. partes, inter quas fuit pronunciatum, *Ioseph Lud. in dec.10.* & fuit tentum per *Rotam in vna Romana Sancti Thomæ 17.Decembr.1564. coram Couino.*

COLLECT. 1269.

In l.Creditorem ff.de legatis 2.

SI debitor legat creditori, in dubio non intelligitur animo compensandi, h.d. licet non semel in iudiciis forensibus dubitari contingit, vtrùm testator aliquid suo creditori relinquens censeatur animo compensandi id fieri, & licet pro huius quæstionis

nis resolutione nonnulli enumerantur casus à scribentibus; Ego tamen duos tãtummodo principaliores, & in praxi magis frequentes enarrabo. Primus casus est quando creditori relinquitur cum onere non petendi, quod sibi debetur, tunc si relictum acceptat sibi preiudicat, & inducitur compensatio *Rot. diuers. decis.* 517. *n.* 2. *p.* 1. & iterum fuit tentum per *Rotam in vna Romana bonorum* 24. *Maij* & 28. *Iun* 1596. *coram Penia*, in qua fuit dictum, quod neptis debebat esse contenta legato, sibi facto ab Auo cum dicta clausula, omissa successione patris, vt etiam voluit *Anton. Fab. in decis. Ro'a Sabaudiæ* 19. *Cod. de legatis*, & in hanc sententiam iterum inclinauit *Rot. Rom. in vna Cesenaten. legati* 26. *Iunij* 1596. *coram Gipsio*. Limita hanc clausulam vt non operetur quoad ius de futuro, *Guid. Pap. decis.* 203. Limita secundò, vt neque ad ius superueniens, vt tenuit *Rot. in vna Placentina euictionis* 4. *Aprilis* 1588. *coram Blanchetto*. Limita tertiò, vt nec operetur, quando is cui legatum factum est cum tali prohibitione, nullum aliud ius habet, cui dicta prohibitio adaptari possit, *Rubin. decision.* 17. & tenuit *Rot. in vna Camerinen. legati* 12. *Maij* 1589. *coram Platto*. Secundus casus est quando testator legat simpliciter sine prohibitione petendi, quod sibi debetur, & tunc si est maritus cui relinquitur, & hoc casu non censetur ei relictum animo compensandi cum lucro dotis, *Boer. in decis.* 244. *numer.* 6. & *Fab. in decis.* 8. *Cod. de legatis*, & fuit latè dictum, ac resolutum in *Rot. Roman. in vna Cesenatens. Restitutionis dotis* 6. *Martij* 1589. *coram Cardinali Seraphino*. Quando autem debitum resultat ex causa mercedis, non fit compensatio, sed vtrumque debetur, scilicet legatum & debitum, *Afflict. in decis.* 44. & ita intelligitur text. noster. Sed hic exoritur non leuis dubitatio pro ornamento præsentis text. An si Matri relinquatur vsusfructus omnium bonorum huiusmodi legatum censeatur factum animo compensandi in eius legitimam, *Card. Seraph in decis.* 222. tenuit affirmatiuè prout in similibus ad vitam duraturis in legitimam imputandis tenuit *Rot. coram eodem in vna Romana de Piatetis* 1570. 17. *Aprilis*.

COLLECT. 1270.

Super l. legatum, ff. de administratione rerum Ciuitatu.

Legatum ad vnum vsum factum, in alium mutari non potest, & hoc procedit etiam in Episcopo cui non permittitur permutatio vltimarum voluntatum, ex vi *Concil. Trid. sess.* 22. *can.* 6. vbi nonnulla reportaui, quibus nunc addo primam limitationem, quam tradit *Cresc. in decision.* 1. *de iurepatron.* & 7. vbi fuit dictum, quod Episcopus pro vna vice tantum potest de consensu patroni instituere ad beneficium patronatus, non habentem requisita per fundatorem in limine fundationis posita, & quæ sint huiusmodi requisita vide per *Rot. Marchia de Amatis in decis.* 4. Limita secundò vt Episcopus, seu eius Vicarius poterit ex causa necessaria, vel vtili alterare voluntatem testatoris, *Mohed. in dec.* 1. *de iurepatron.* & ratio est, quia Ordinario permittitur alteratio, non autem mutatio, *Rot. Diuersorum in decis.* 1122. *par.* 3. Limita tertiò in legato facta pro construendo monasterio in loco campe-

ſtre, quod conſtrui prohibetur per diſpoſitionem *Trid.* nam Epiſcopus poterit legatum iſtud commutare, vt pulchrè deciſum refert, *Alex. Raudenſ. in deciſ. Rota Piſana* 44. Limita quartò, vbi legatum non reſpicit certam perſonam, & cauſam, *Guid. Pap. in deciſ.* 556. Limita quintò ſi legatum non poteſt deputari ad deſtinatum, quia tunc poteſt fieri cõmutatio in alium vſum per inferiorem, puta per Epiſcopum, *Cappel. Tholoſ. in deciſ.* 6. Limita ſextò, quando legatum eſſet factum ad vnum non ita neceſſarium, puta ad pingendam Eccleſiam, quæ minatur ruinam, quia tunc Epicopus poterit pecuniam ad picturam non ita neceſſario deſtinatam in alium pium vſum magis eidem Eccleſiæ neceſſarium commutare *Ego in deciſ. Curia Archiep. Neapol.* 3. Sed non leues circa præfatum text. inſurgunt dubitationes, prima eſt an Princeps ſecularis pium legatum à ſuo anteceſſore relictum poſſit commutare in pium effectum quem reputat vtiliorem, puta manutenendi triremes aduerſus piratas, vel turcas, reſolutio eſt negatiua ex mente *Rubini in deciſion.* 53. Secunda eſt dubitatio, an Princeps hæres patris poſſit legatum pium permutare, in aliud pariter eodem modo, reſoluitur etiam negatiuè, vt patet ex *deciſ. Raudenſ.* 44.

COLLECT. 1271.

Super c. 1. Vt lite pendente.

AD materiam ſubrogationis in viribus defuncti, quæ ſæpius ventilatur in Curia Romana, & tractatur hic in text. nota nonnulla in praxi frequentiora, primò quod mandatum de immittendo, gratiosè concedi debet ſubrogato, *Seraph. in deciſ.* 196. quia fundatam habet intẽtionem ſubrogatus ſuper literis gratiosè non ſolum ad ius, ſed etiam ad poſſeſſionem *Caſſad in deciſion. 1. vt lite pendente, Rot deciſ. 5 eod. tit. in nouis, Mohed. deciſ.* 727. cum aliis allegatis, & procedit etiam quoad perſecutionẽ litis, *AEgid. in dec.* 351. *Paleot. in deciſ.* 150. *&* 118. *Put. deciſ.* 484. *lib.* 2. & Papa in huiuſmodi ſubrogationes plures facit gratias, vt per *Bellam. dec.* 115. ideo licet ſubrogatus lite pendente teneatur iuſtificare ius ſui auctoris, vt per *AEgid. deciſ.* 112. quam eſſe in viridi obſeruantia tradit *Caſſad in deciſ. 2. de cauſa poſſeſ. & propriet.* Hoc tamen procedit ad effectum canonizatoriẽ, & petitorij nõ autem poſſeſſorij, *Put. deciſ.* 466. *lib.* 2. Nota ſecundò ad materiam quod ſubrogatio non datur in iure ad rem, *Balb. dec.* 41. *& Seraph. deciſ.* 596. & ſubrogatio in lite facit præſumptionem notitiæ litis in ſubrogato, *Caſſad. deciſ. 2. vt lite pendente*, & quãdo ſubrogatio obtinetur quoad ius, poſſeſſionem & litem cum clauſula quouis modo, capit etiam modum vacationis per priuationem, vt fuit reſolutum in *Rota vna Marſicana beneficij 15. Decembr.* 1593. *coram Seraphino*, vt patet in *eius deciſ.* 1055. quia ſubrogatio gratioſa locum habet in beneficio litigioſo, *idem in deciſ.* 990. & ad materiam vide *eundem in deciſ.* 1426. 1383. 1165. *&* 596.

COLLECT. 1272.

Super Concil. Trident. ſeſſ. 23. c. 6.

NVllus prima tonſura initiatus aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus ante quatuordecim annos

annos beneficium obtinere poteſt, Hoc dicit; licet olim aliter fuerat ſancitum per diſpoſitionem iuris communis, vt expreſſè patet in *cap. ſi eo tempore. de reſcrip. in 6*. Amplia primò, vt non poſſit Epiſcopus diſpenſare, quia eius conſtitutio non tollit conſtitutionem Pontificiam, vel alicuius concilij à ſummo Pontifice approbati, ita pulchrè *Thom. Treuiſ. in deciſ. 42. part. 2*. Amplia ſecundo, etiam in præſentatione: nam ad beneficium iuris patronatus quis præſentari non poteſt, niſi exiſtens in decimoquarto anno, *Raudenſ. in deciſ.* 43. Nunc verò limita niſi in fundatione beneficij aliter fuerit cautum, *Rot. in deciſ. 13 de iure patron. in antiq.* & cenſuit Sacra Congregatio Concilij. Vnde in vna *Gerunnen. benefic.* fuit dictum 12. *Iunij* 1579. *coram Lancell.* in qua fundator mandauit præſentari eos, qui ſunt de genere, & præſentari presbyterum, ſi adſit, quo non exiſtente eum, qui infra annum poſſit promoueri, & ſi nec talis adſit, voluit præſentari clericum, & cum occurrente vacatione fuiſſet præſentatus ſimplex clericus de ſuo genere, qui negabat alios adeſſe, reſeruarunt Domini de Rota an ex quo non probatur quod præſentatus eſſet conſtitutus in decimoquarto anno, prout concilium requirit, ſed tantùm eſſet conſtitutus in duodecimo anno, ſi obſtaret dictum concilium, in qua difficultate illuſtriſſ. Cardinales ſacri concilij interpretes cenſuerunt non obſtare, *die 2. Iulij* 1579. vt patet *in deciſ. diuerſorum* 482. *part. 2*. Cenſuit etiam Sacra congregatio hunc text. non prohibere quin ille, qui iam decimumquartum annum ſuæ ætatis attigit, licet nondum expleuerit, poſſit beneficium ſimplex obtinere, pro qua declaratione extat etiam *deciſ. Rubini* 43. quam nota ad *gloſſ. m in Clementina generalem in verbo in decimooctauo, de ætate, & qualitate.*

COLLECT. 1273.

Super gloſſam in l. 1. ff. ſi quis cautionibus.

IN dubio iudicandum eſt appellationem non eſſe deſertam, hoc dicit. Deſerta tamen cenſetur multis modis, primo quotieſcunque rediēs pro apoſtolis habuit reuerentiales, & infra decem dies non fecit cōmittere cauſas, *Rot deciſ. fin. de appell. in nouis. Caſſad. deciſ. 4. eodem tit. & Creſcent. deciſ.* 25. Secundò, vbi appellans penes Regentem, loco Vicecancellarij non inſtiterit pro ſignatura commiſſionis obtinēda, & ad Curſores perferenda infra viginti dies poſt appellationem, *Put. deciſ* 389. *lib. 2. Guid. Pap. deciſ.* 39. *& tenuit Rota in vna Terracinen. Molendini* 13. *Nouembris* 1592. *coram Seraphino.* Tertiò appellatio dicitur deſerta, quando appellans infra annum ſi habuit refutatorios nō obtinuit committi cauſam appellationis, & citari ad dicendum contra *Achill. de Graſſ. deciſ. 11. de appellat.* Additio ad *Rotam deciſ. 7. eo. tit. in nouis*, & fuit deciſum in vna *Placentina de Portillo* 17. *Aprilis* 1564. *coram felicis recordationis Clemente VIII. tunc Auditore*, & iterum in vna *Romana pecuniaria* 17. *May* 1595. *coram Lucta.* Quartò, deſeritur appellatio quoties appellans cui eſt datus terminus iuris infra dictum terminum non redit pro apoſtolis vel cauſam commiſit *Creſc. deciſ.* 63. *Caſſad. deciſ.* 4. *de appellat.* Limita concluſionem hanc ſi adeſſet exceptio modici temporis, videlicet

vnius diei tantùm, quia talis excessus non habetur in consideratione, *Rot. Pedemontana decis.12.nu.9. Mohed.decis.79.* Illud præterea est notandum, quòd desertio appellationis attendi debet, & super ea est pronunciandum, & non super negotio principali, etiam si pars de ea non opponat, alioquin sententia est nulla, ex defectu iurisdictionis, vt decisum refert *Mynsing cent.2.obseruat.59. alleg. tex. in l.vn. si appellationem vbi gloss.* & communiter Doctores *de appellat.* & hoc procedit etiam quoad partes, quæ nō possunt iurisdictionem prorogare, *Cap.Tholos. decis.244.* & ad materiam vide *eundem Mysing.* qui nonnulla bona in praxim ponit in *cent.2. obseru.60.* & additionem ad *Cappell.in citata decis.244.*

COLLECT. 1274.

Super l.fi.C.de contrah.empt.

IVre communi est absolutū, quod in contractu venditionis pretium in alterius arbitrium conferri potest, vt probat textus noster. Sed quæstio est inter Doctores multum controuersa, vtrùm arbitrator, cui hæc declaratio fuit commissa possit ad illam deuenire absque partis citatione, & omnes conueniunt, quod sufficit citatio in actu discussionis, non autem in declaratione, ita *Cr sent. decis.2. de arbitris.* quam opinionem sequuta fuit iterum *Rota in vna Romana domus 24.Maij 1602.coram Litta.* pro cuius confirmatione accedat, quod in relatione facienda per peritos, non est necessaria partis citatio, *Anna* qui refert in *Sacro Consilio Neapolitano decisum in singulari 321.* quidquid sit in eorum electione secundùm *decis.Balbi 65.* Secundo controuerti solet in præfata materia num si is, cuius arbitrium est electum, in declaratione modum excesserit, declaratio reducatur ad arbitrium boni viri, quæstio hæc resoluitur in partem affirmatiuam, secundum *decis. Rubini 118.* quam veram intelligas etiam si fuerit dictum ad eius arbitrium, & beneplacitum, quia verbū beneplacitum importat arbitrium boni viri, ita *Capyc dec s.116.n.4* Quęritur etiam hic opportunè quid sit agendum quando venditor recusat recipere pretium rei venditæ ab Arbitratore, vt supradictum est, & declaratum, & dicas quod potest de iure emptor implendo è latere suo cōtractum, facere de illo depositum parte citata, & Judice auctore, quod quidem depositum vim veræ solutionis habet, *decisio mea Curiæ Archiep. Neapol.21.* in qua allego *Bart. in l.si soluturus, num.5.de solut.* & ita fuit sæpe resolutum per *Rotam Romanam, vt in vna Romana Vinea 5. Ianuarij 1579. coram Robusterio,* & in alia *Romana pecuniaria 14 Nouembris 1596. coram Cardinali Mellino,* & hoc modo adimpleto contractu ex parte emptoris si venditor recusat conficere instrumentum de dicta venditione potest Judex ex officio mandare tale instrumentum confici, ac venditorem cogere ad rem venditam tradendam, *Anton.Fab. in decis. 1.de actionib. emp.i.* & fuit resolutum in *dicta Romana domus coram Litta.*

COLLECT. 1275.

Super l.non ignoret. C de fructibus & litis expensis.

VIctus Victori condemnatur in expensis, h.d.pro cuius tex.ornamento

namento exoritur dubitatio non leuis, an scil. procedat in criminalibus, *Bter.* enim *in decis.* 324. *& Rota Lucens. in decis.* 16. *in nouis, & Anton. Fab. in decis.* 7. *C. de iudiciis*, incuntanter tenent fiscum non dare, nec recipere expensas iterum; *Balb. in decisione* 21. contrarium refert decisum, scilicet præfatam regulam procedere etiam in criminalibus, & hoc procedere asserit, siue agatur per viam accusationis, siue per viam inquisitionis, nam si agatur per viam accusationis, accusator condemnabitur Reo absoluto; si verò per viam inquisitionis tenebitur fiscus, qui non præcessit præcedentibus legitimis indiciis, contra quam opinionem latè exclamat *Viuius in decis.* 279. contra quam exclamationem Viuij insurgit *Guid. Pap. in decis.* 469. dicens in Gallia seruari, vt condemnentur fiscales in expensis, quando Reus fuit absolutus, & contra illum fuit processum nullis præcedentibus legitimis indiciis, & ita etiam scribit decisum *Cappel. Tholos. in decis.* 6. vbi bona additio, & hæc obseruantia laudabilis est, & obseruanda, & vtrique partium proficua pro fiscalibus, vt maiori studio, ac diligentia criminosos prosequantur, pro reis, vt calumniosam euitent inquisitionem, Reus autem absolutus propter torturam an soluat expensas, videas pulcherrimam decisionem cum distinctione *Rota Pedem. apud Gaspar. Thess. in decis.* 45.

Collect. 1276.

Super §. 1. *in Authentica vt facta noua Constit.*

Constitutio non ligat ante eius publicationem, h. d. in quo tex. Magna est controuersia inter DD. an idem sit dicendum in constitutione, in qua adest decretum irritans: pro negatiua opinione quod scilicet non ligat, nisi fuerit publicata, allegatur *Card. Put. in decis.* 278. *lib.* 1. *Cassad. in decis.* 3. *in principio de constitutionibus Balb. in decis.* 29. *Robusterius* in quodam suo discursu relato inter impressas *diuers. decis.* 578. *numero* 3 *part.* 1. Pro affirmatiua verò sententia, quod scilicet ligat etiam ante publicationem virtute clausulæ decreti irritantis, *Thess. in decis.* 154. *in fine. Rubin. in decis.* 69. & hanc quoque opinionem amplexa fuit *Rota Romana in vna Calaguritana beneficij sanctorum Iacobi & Andreæ* 17. *Maij* 1593. *coram Cardinali Blanchetto*; Sed pro resolutione oportet perpendere quod decretum irritans semper sequitur naturam dispositionis super qua apponitur *Card. Puteus in decis.* 1. *lib.* 1. ideò istæ opiniones concordari possunt distinguendo duos casus; primus est quando agitur de indulto, seu constitutione aliqua particulari, & tunc procedit prima sententia, vt scilicet decretum liget ante publicationem *Cardin. Put. in decis.* 145. *num.* 1. & fuit tentum per *Rotam Romanam in vna Calaguritana Beneficij* 26 *Februarij* 1607. *coram Lua*, & ratio est quia in istis constitutionibus specialibus publicatio non requiritur, *Balb. in decis.* 7. & propterea sequitur, quod si habent decretum irritans statim ligant, & operantur etiam contra ignorantes, vt fuit in *Rota* resolutum in vna *Pampilonen. Archidiaconatus* 10. *Decemb.* 1593 *coram Car. Pamphilio.* Secundus casus est, quando versamur in lege, seu constitutione generali, quia tunc procedit secunda opinio, *Anton. Faber in decisione* 1. *C. de legibus*; Animaduerten-

dum tamen est quod quando clausulæ ex nunc &c. addatur clausula ex nunc, ac si à die præsentium satis dicitur apparere quod Princeps voluerit constitutionem obligare etiam ante publicationem, *Ego in decis. 12.* simili modo constitutio non eget publicatione vbi esset registrata in registro Papę, essetque publicè impressa, & palàm venderetur, nam ex iis oritur pręsumpt. & publicat. vt in terminis constitutionis felicis recordationis Pij Papæ IV. super societatibus officiorum tenuit *Rota in causa Romana societatum 29. Ianuarij 1601. coram Cardinali Mellino.* Item si publicatio constitutionis fuerit facta in loco residentię Principis, ligat etiam in aliis locis in quibus non fuit facta publicatio, *Sayr. in decis. 1. de constitutionibus*, sicut videmus in regulis Cancellariæ quæ publicatæ in curia vbique afficiuntur, *Cappell. Tholos. in decis. 40.* & in terminis constitutionis *Pij V. de non admittendis resignationibus* fuit decisum per *Rotam in vna Hipporegiens. Canoni:atus 14. Maij 1584. coram Orano.* & iterum in vna *Papien. bonorum 16. Ianuarij 1598. coram Cardinali Pamphilio*, & in terminis alterius constitutionis eiusdem Pij reuocatoriæ facultatum testandi, & disponendi in illegitimos, contra quam opponebatur de non publicatione in Ciuitate Papiensi; nam fuit responsum quod sufficiebat illum fuisse publicatum Romæ vbi residet Papa, qui est supremus Dominus, & sic tentum quod quidam filius naturalis cniusdam, qui sola legitimatione nitebatur, non succedebat patri etiam laico in bonis emphyteoticis ecclesiasticis iuxta resolutiones sæpiùs factas, tam coram *de Rubeis de anno 1579.* quàm etiam *in causa Romana de Perusibus 29. Februarij 1580. coram Robusterio*, & latiùs in vna *Perusina de Vbaldis 15. Octobris 1589. coram felicis recordationis Clemente VIII* tunc Auditore, & iterum in vna *Bononien. alimentorum 28. Mart. 1594. corā Penia*; Amplia etiam quod non probetur vsus constitutionis in iis locis, in quibus publicatio non fuit facta, quia quidquid dixerit *Mohedan in decis. 6.* cuius opinionem Rota non seruat stante eius publicatione in curia vsus præsumitur donec doceatur de contrario, *Cr. sent. in decis. 79. Mohedan. in decis. 90. Card. Put. in decis. 281 lib. 1.* & fuit dictum in vna *Brixien. Locationis 5. Decembris 1594. coram Penia*, præsertim cum decretum irritans impediat non vsu vsum, *Caputaquens. in decisione 82. lib. 2.* & iste non vsus est ita probandus, vt deuenerit ad notitiam maioris partis populi, vt fuit dictum in vna *Parmen. Legati 20 Octob. 1570. coram Cardinali Seraphino*, vt patet in eius decisio. impressis, summopere tamen nota in præsenti materia quod decretum irritans, siue apponatur in constitutione generali, siue particulari nunquam ligat ignorantes quoad pœnam, sed solum quoad nullitatem actus, *Cardin. Puteus in decis. 178. libro primo, Rota diuers. in decisione 19. libro primo.*

COLLECT. 1277.

Super cap. nihil cum scandalo. de praescriptionibus.

Nihil cum scandalo est agēdum hoc dicit, ex quo infero quod attentata non sunt reuocanda ratione scandali, seu periculi in populo, *Rot. in decis. 8.* vt lite pendente in antiquis

quis, *Bisignett. in decis. 30. de appellationibus. Papaz. in decis. 1. de causa poss. & proprietatis*; quam refert & sequitur *Grammat. in decis. 82.* ex quibus omnibus aperte colligitur quod ex causa receditur ab illa regula quod attentata lite pendente sunt in primis, & ante omnia reuocanda, & plures per eos fuerunt causæ consideratæ, & inter cæteras quando reuocatio esset incommoda propter exhumationes quæ per partes allegabantur, vt fuit dictum in vna *Calaguritana translationis 13. Ianuarij 1570. coram Sarmiento*, quod etiam senserunt quando reuocatio esset difficilis, vt fuit dictum in vna *Hispalen. professionis 14. Octobris 1560. coram de Rubeis*, in qua dubitatum fuit an Monialis quæ prætendebatur quod exeundo lite pendente monasterium attentasset deberent attentata reuocari redeundo ad Monasterium cum id in facto perdifficile reportaretur. Infero secundo, quod licet ante omnia spoliatus sit restituendus iuxta tradita in *l. si quis ad se fund. im. C. ad l. Iuliam de vi publica*, attamen si immineret periculum, seu scandalum non fit restitutio, *Auen. in decis. 8* & propterea à Rota non fuit restituta Abbatissa cuiusdam Monasterij licet obtinuerit tres sententias super spolio, ex hoc quia ratione impudicitiæ de qua contra eam dabatur imminebat periculum, & scandalum totius Monasterij, vt patet *in decis. Mohed. 14 de restitutione spoliatorum.* Infero tertio, quod quamuis creditori licitum sit rem suam recuperare à debitore etiam furtiuo modo, id tamen minime procederet, quando immineret scandalum, vt pulchrè discutit *Ioseph. Lud. in decis. Lucens. 1.* Pro omnium tamen supradictorum intelligentia animaduertendum est quod non sufficit scandala simpliciter allegare, sed illa debeant etiam probari, aliàs si de scandalis non constaret, fieret reuocatio attentatorum, prout restitutionem spolij, non obstantibus scandalis quæ allegabantur, vt resoluit *Rota in vna Calaguritana translationis 26. Iunij 1573. coram Blanchetto.*

COLLECT. 1278.

Super c. fi. de concessione præbendæ.

PAtronus non potest constituere procuratorem ad præsentãdum, cùm beneficium vacabit, h. d. Tu autem pro vero huius text. intellectu distingue duos casus. Primus casus est quando patronus dat mandatum pro præsentanda certa persona ab eo nominata in casu vacationis certi beneficij, & tale mandatum non est validum, nec præsentatio ipsa sustinetur, quia continet votum captandæ mortis, *cap. 3 de concessione præbendæ, & Cassad. in decis. 5 de iure patronatus*, & ita fuit resolutum per *Rotam in vna Pampilonen. Parochialis 17. Maij 1597. coram Orano*, quæ fuit confirmata *19. Ianuarij 1598. coram Peregrino.* Secundus est casus, quando patronus constituisset procuratorem pro præsentanda persona idonea, & habili succedente ipsa vacatione, non tamen exprimendo personam præsentandam, &c. tunc huiusmodi mandatum valet, & præsentatio sustinebitur, *Kopin. in decisione 93.* & fuit in *Rot.* resolutum in vna *Pampilonen. iurispatronatus 13. Februarij 1595. coram Iusto*, in qua fuit dictum regulam huius text. limitari vbi patronus dat mandatum generale pro omnibus suis negotiis, & etiam ad præsentandum

succedente vacatione præsertim si subsit iusta causa dandi tale mandatum, vt puta longæ absentiæ suæ, & sufficit vacatio de iure, licet beneficium non vacet de facto, *Rota in decis. 9. de iur. patronatus in antiq. & in decis. 4. de rerum permutatione in nouis*; præsentatio autem facta de beneficio nondum vacante, quod tamen patroni putabant vacare, reconualescit à die quo beneficium verè vacat, *Rot. in decis. 16. de renunciatione in antiquis*.

COLLECT. 1279.

Super Reg. 21. Cancellariæ.

IN collatione beneficij familiaris Cardinalis requiritur consensus illius Cardinalis, cuius defunctus erat familiaris, h.d. hinc est quod familiaris vnius Cardinalis obtinens beneficia si mortuo eo Cardinale ad seruitia, & familiaritatem alterius Cardinalis se transferat, & in hac secunda familiaritate moriatur beneficia sic vacantia cum consensu secūdi Cardinalis conferri debent, *Seraphin. in decis 378*. Limita si cum hac secunda familiaritate concurrat alia familiaritas Papæ, vt fuit resolutum in vna *Beneuentana reseruationis beneficiorum 15. Decembris 1597. coram eodem*. Amplia etiam mortuo Cardinale, quia beneficium eius familiaris vacans Cardinale mortuo dicitur reseruatum, & intrat *reg. 3. ad fauorem Papæ. Bal. in decis. 21.* quod procedit solum ad effectum, vt Ordinarius de eo prouidere non potest, non autem ad effectum liberæ collationis quandiu adsit interesse alterius Cardinalis, quia tunc requiritur consensus Cardinalis *Seraph. in decis. 1072*. Amplia supra positam regulam, requiri Cardinalis consensum etiam si constet familiarem abiisse à Ciuitate Romana *Puteo. in decis. 2.* & ratio est quia familiaritas non desiit ex discessu à prædicta ciuitate, *A. b. ll. de Graff in decis. 13. de præb. ndu & digni*. Nunc limita in pulcherrimo casu *decis. Cassad. 1. de verbor significatione*, vbi fuit resolutum solas familiaritatis litteras nullo dato obsequio, & seruitio non sufficere ad conquistanda priuilegia familiaritatis, vt voluit *Anna allega. 44.* Nota vlterius ad hanc mat. quod Conclauistæ per Bullam Sixti V. dicuntur veri, & non ficti familiares, & continui Papæ commensales, & gaudent omnibus priuilegiis, & iuribus quibus alij familiares, etiam quoad assequutionem beneficiorum gratis expediendorum, vt fuit resolutum in vna *Beneuentana Beneficij 15. Decembris 1597. coram Seraphino*, vt patet in eius *decis 1251*. Limita secundo in casu *decis. Crescent. 5 de præbendis, & dignitatibus*, vbi familiaris Auditoris Rotæ euntis cum Cardinali legato non dicitur familiaris Cardinalis etiam mediatè, licèt in tinello comedat cum aliis familiaribus Cardinalis, & ratio colligi potest ex traditis per *Fabrum in decis. 21.* quia non solum commensalitate fit familiaris, sed animo quod ipse velit Cardinali famulari, & notat *idem Crescen. in cit. decis 5. de præbendis*.

COLLECT. 1280.

Super vers. sint executores Conc. Trid. sess 22. cap. 8.

EPiscopi tanquam Sedis Apostolicæ delegati sunt executores omnium piarum dispositionum, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate

tate, h.d. Amplia primò, procedere etiam testatore contradicēte, vt fuisse decisum in *Curia Archiep. Neap.* refero *Ego ipse in decis.* 122. & facit text. *in l. licentiam. C. de Episcopis, & Clericis*; Amplia secundo procedere, tam quoad legata pia, quam non pia, *Cappel. Tholos. in decis.* 112. Subamplia quod de legatis ad non pias causas Episcopus potest se intromittere etiam ex officio per modum executionis, vt refert in *Curia Tholos.* decisum ac obseruatum *in decis.* 51. *Capp. Tholos.* Amplia tertiò procedere, tàm in actib. viuentium, quam morientium, *eadem Rot. in decis.* 155. Limita vt executionis potestas non transferatur in Episcopum, nisi à tempore quo potest confici, seu perfici inuentarium, *Cappell. Tholos. in decis.* 78. licet limitatio hæc hodie non subsistat existentibus expressis verbis Concilij in contrarium.

COLLECT. 1281.

Super c. 2. de feudo.

RES Ecclesiæ solita concedi in feudum potest per Prælatum infeudari absque sollemnitate, h.d. Amplia primò, quando res solita cōcedi esset incorporata mensæ Ecclesiæ, quia tunc non potest amplius alienari absque sollemnitate, argumento *decis. Peguer. Rot. Catalonia* 134. & fuit late resolutum in *Rota Romana* in vna *Mediolanen bonorum* 23. *Ianuarij* 1593. *coram Orano* quando autem dicatur facta incorporatio vide per *Bellon in decis.* 91. Limita secundo, quando cessat prima causa concessionis putà si res inculta esset data in feudum, vel emphyteosim, vt reduceretur ad culturam, si posteà redacta ad culturam rediret ad Ecclesiam, non poterit de nouo concedi sine sollemnitate, *Balb. in decis.* 90 & confert ad originale Dictum *Abb. in c. vt super, de rebus Ecclesiæ non alienand.* & fuit late dictum *in Rota, in vna Mediolanens. bonorum* 23. *Ianuarij* 1593. *coram Orano*, & facit *decis. Crescentij prima de rebus Ecclesiæ non alienandis*; Limita tertiò, quando Ecclesia tempore primæ concessionis erat diues, nunc verò depauperata, *Seraphin. in decis.* 21. Limita quartò, vt non possit infeudari alterando solitum, putà si solet concedi masculis non potest concedi fœminis, nisi ex magna causa, vt si præcessisset meritum ex parte recipientis qui fecerit aliquod notabile seruitium Ecclesiæ, quia potest concedi etiam quoad fœminas, de *Beninten. in decis.* 52. & ita fuit in *Rota* pluries decisum, & signanter in vna *Brixien. locationis* 5. *Decembris* 1594. *coram Penia*, & *in eadem* 17. *Maij* 1595. *in vna spolij Montis Feliuij* 8. *Maij* 1595. *coram Orano*; Limita sextò, quando res est data Ecclesiæ cum conditione, & pacto quod alienari non possit, quia tunc non potest de nouo concedi *Ego in decis.* 90. & facit doctrina *Aluarott. in cap.* 1 *de his, qui feudum dare possunt.* Limita septimò, quando non adesset vera consuetudo infeudandi, vt per *Crescen. in decis.* 1. *de consuetudine*; quando autem dicatur res Ecclesiæ solita infeudari, vide pulchram *decis. Seraphini* 434. per quam fuit dictum duo esse necessaria, scilicet vel quod procedat vna concessio sollemnis, & valida, & illicò dicetur res solita infeudari, nec requiritur cursus temporis, vel hac deficiente, quod adsint duæ infeudationes cum cursu 40. annorum, hæc ille.

Collect. 1282.

Super verſ. non tamen Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Regulæ 8. Cancellariæ.

PRæſens Regula expreſsè excipit Cardinales, ita vt quoad illos reſeruatio eius ligatas habet manus, vt nihil iuris adimat Cardinalibus collatoribus, & ita etiam *Rota in deciſ. 537. par. 3 diuerſ.* vt fuit dictum in vna *Hiſpalen. portionis 19 Ianuarij 1594. coram Illuſtriſſimo Pamphil o*, & iterum in vna *Hiſpalen Beneficij 12. Maij 1603.* & ratio poterit eſſe, quia Cardinales non ligantur per ſecundam editionem regularum, *Mohed. in deciſ. 23. in fine de renunciatione. Cardinal. Puteus in deciſ. 195. lib. 1. Caſſador. in deciſione 36. ſub regulis*, quamuis ſi de eis non ſit expreſſa mentio in excipiendo comprehendnntur, *Balb. in deciſ. 29.* hinc eſt quod Regula antiqua moderatoria indultum ſuper nominatione ad collationes faciendas ligabat Cardinales, *Puteus in deciſ. 436. lib. 1.* nec non Regula reuocatoria facultatum circa legitimationes & diſpenſationes comprehendebat Cardinales, *Rota diuerſ. in deciſ. 248. & in deciſ. 151. part. 2.* item reſeruationes factæ per Papam ligent Cardinales, licèt de illis mentio non fiat *Rot. in deciſ. 3. de offic o legati in nouis, & in deciſ. 1. eod. tit. in antiquis, Creſcent in deciſ. 20. de prabendis. Achill. de Graſſ. in deciſ. 1. in fine de officio ordinarij.* Denique quod hæc regula 8. comprehenderet Cardinales ſi exceptuati non fuiſſent fuit expreſsè reſolutum teſte *Creſcent. in deciſ. 20. de prabendis.* quod corroboratur ex eo, quia ſi Regulæ reſeruatoriæ non comprehenderent Cardinales ſequeretur eſſe inutilia, & ſuperflua indulta Cardinalium, quæ vt plurimum illis conceduntur ad conferendum quæcumqne beneficia, non obſtantibus reſeruationibus cum clauſulis ampliſſimis vt per *Fabrum in deciſ. 21. C. de iure patronatus*; Quæ indulta nil de nouo concedunt, nec augent facultatem conferendi de iure communi conceſſam, ſed ſolummodo tollunt de medio obſtaculum inductum ad conferendum per conſtitutiones reſeruatorias, *Caſſad. in deciſione 8. de prabendis, & in deciſ. 3. & 4. de priuilegiis Caputaquenſ. in deciſ. 214. part. 2. Mohedan. in deciſ. 12. ad finem de prabendis, & in deciſ. 1. & 8. de priuilegiis, & idem Cardin. Put. in deciſ. 93. & in deciſ. 190. libro 3.* & fuit latè reſolutum in *Rota vna Romana beneficij 8. Aprilis 1595. coram Gypſio, & in eadem 5. Nouembris 1596. coram Gypſio*, & aliquid per *Triuiſ. in deciſ. 54. lib. 1.* & per *Rot. diuerſ. in deciſ. 537. lib. 3.* Corroboratur ſecundò, nam derogatio indultorum Cardinalium ſuper conferendis beneficiis quamuis ſimpliciter, & indefinitè fiat dumtaxat intelligitur de indultis conceſſis Cardinalibus collatoribus extraordinariis, non autem de conceſſis Cardinalibus ordinariis collatoribus, *Put. in deciſ. 422. lib. 2. & in deciſ. 93. lib. 3. Achill. de Graſſ. in deciſ. 848. de priuilegiis.* Ex quo infertur primo quod beneficia quæ conferunt legati de latere, vel nuntij vigore ſuarum facultatum quando vacant in menſe reſeruato non dicuntur conferre tanquam ordinarij, ſed vti delegati, *Rota diuerſ. in deciſ. 148. parte 3* Infertur ſecundo, quod reſeruatio huius Regulæ, non ſolùm afficit Epiſcopos, & alios ordinarios collatores, qui Cardinales ordinarij nō ſunt

sunt in suis diœcesibus, sed etiam afficit, & ligat manus Cardinalium legatorum, quoad suas Prouincias; *Rot. in decis. 29. de praebendis in nouis.* & fuit in *Rot. resolutum in vna Regien. Canonicatus 17. Nouembris 1595. coram Pamphilio.*

COLLECT. 1283.

Super cap. in causis. de sentent. & re iudicat.

Appellatio & nullitas æquiparãtur, h. d., licèt in quibusdam inter se discrepant, prout primò, quia appellatione remota nullitas sublata non censetur, *Gayll. obser. 135. lib. 1.* Secundò, quia deserta causa appellationis, nõ est deserta causa nullitatis, *Anna allegat. 93.* Tertiò, quia nullitas euidens poterit opponi etiam post tres sententias, non sic in appellatione, *Crescent in decis. 12. de sententia, & re iudicata.* Quarto, quia iudicium nullitatis est priùs decidendũ, quàm appellationis *Puteus in decis. 60. lib. 3. & in decis. 72 & 81.* Quintò, quia in causis appellationum locus est inhibitionis non autem nullitatum, vbi tales sunt quę altiorem requirunt indaginem, *Mynsing. cent. 4. obseru. 64.* Sexto quia nullitate proposita prosequi potest, licèt appellatio fuerit deserta *Hartaman. li. 1. pract. obser. decis. 35. de appellat.* Septimò, quia nullitas sine appellatione proponitur, quia Judex superior absque appellatione, sed per viam querelæ poterit de nullitate cognoscere, *Hartaman. in decis. 35. de appellat. d. lib. 1.* & propterea de nullitate cognosci poterit etiam per Judicem coram quo lata fuit sententia, *Mynsinsing cent.... obseruat....* quia nullitate omissa de principali cognosci potest, *Hartaman. in decis. 33. in tit. de appellatio.*

COLLECT. 1284.

Super cap. fin. §. caeterum. de officio delegati.

IS cui committitur executio nudi ministerij alteri delegare non potest, licet secùs quando ea quæ sunt iurisdictionis committuntur; quod amplia procedere etiam si à Principe adijcietur clausula, in quo conscientiam tuam oneramus, quia potest alteri delegare, *Sayr. in decis. 3. de officio delegati.* quia dicta clausula præsumitur potiùs adiecta in vim monitionis, & executionis, quam formę, *Gratian. in decis. 157.* Item quia verba illa, conscientiam tuam oneramus, directa executori referuntur tantum ad idoneitatem prouisi apostolici vt fuit in *Rota* resolutum in vna *Auersana Beneficij 15 Iulij 1593. coram Seraphino*, vt patet in *eius decis. 1045. part. 2.* Infero ex conclusione text. quod cũ executor apostolicus datus sub forma dignum dicitur ei commissa iurisdictio non autem nudi ministerij executio, propterea potest subdelegare, *Rota in decis. 14 de officio delegati in nouis. Gratian. in decis. Rota Marchia 157.* quod autem talis executor dicatur habere iurisdictionem, patet quia tenetur assumere partes Judicis, & procedere cum causæ cognitione, *Seraphin. in decis. 1045.* Item citare partes, *idem in dec. 817.* Infero secundo, quod Vicarius Episcopi facultatem absoluendi à reseruatis aliis subdelegare potest, quia iurisdictionis non nudi ministerij est, *Sayr. in decisio. 13. de officio delegati*; Infero tertiò, quod cum Collectori Sedis Apostolicae

licæ dicatur commissa iurisdictio, propterea poterit subcollectorem facere, pulchrè *Crescent. in decis. 1. de off. fic delegati*. sed & alia videtur ratio, quia collector est negotiorum gestor Cameræ Apostolicæ, & potest de iure plures simul in eadem ciuitate, & diœcesi substituere collectores *Rota in decis. 8. de officio delegati in nouis*; Sed quæro primò pro introductione huius materiæ an potestas executoris dati ad prouidendum si ita inuenerit esse expiret morte Papę re integra, & fuit decisum negatiuè, vt per *Rotam in decis. 12. de officio delegati in nouis*, & vide per *Peguer. in decis. 128. Rot. Cataloniæ*. secundò an mandatum Apostolicum Episcopo sub nomine dignitatis directum eo mortuo possit successor exequi; respondit affirmat. *eadem Rota in decis. 17. de officio delegati.*

COLLECT. 1285.

Super vers. ac consuetudines etiam immemorabiles, Reg. 8. Cancellariæ.

HÆc Regula de medio tollit omnes consuetudines etiam immemorabiles, vt illis minimè obstantibus habeat semper locum reseruatio, & ratio est quia sublata consuetudine nunquam sublata censeatur consuetudo immemorabilis, *Afflic. in decis. 254.* & fuit resolutum in *Rota in vna Burgen. quindenniorum 15. Maij 1600. coram Corduba*. quod amplia etiam si addatur dictio vniuersalis quæcumque, aut quælibet *Balb. in decis. 21.* Secunda est ratio, quia immemorabilis habet vim priuilegij à Principe concessi, & tituli melioris de mundo, *Cardin. Put. in decis. 205. lib. 1.*

COLLECT. 1286.

Super gloss. in l. in rem. §. signi. ff. de rei vend. cat.

OPerarij excusantur quando aliquid faciunt de mandato conducentis, h. d. Intellige dummodo fuerint in bona fide, & actus de sui natura non sit illicitus *Hartmann. in decis. 29. in tit. de iudiciis*, hinc est quod quando mandatarius rem quam agit mandato alterius non putat esse delictum excusatur à pœna, licèt mandans puniatur, *Guid. Pap. in decis. 413.* licèt mandans ex mandato non tenetur si mandatarius illud exequutus non fuerit, quia attendi debet executio, & non susceptio mandati, *Gramm. in decis. 58.* alia est ratio quia mandatarius excusatur quãdo mandatur id quod est de genere permissorum, *Rubin. in decis. 22.* Nunc limita præsentem glossam quatuor modis, & primo vt non procedat quando dictis operariis fuisset protestatum, *Ioseph. Ludou. in decis. Perus. 103.* quoniam per protestationem constituerentur in mala fide iuxta terminos *l. si quis maior. C de transact. Anton. Fab. in decis. 23. C. de rei vindicatione*; Limita secundò quando operarentur tempore nocturno, *Balb. in decis. 91.* Limita tertiò, quando dicti operarij essent vicini fundo vbi operabantur, vel aliàs sciuissent fundum non esse conducentis, *Idem Ios. Lud. in cit. decis. Perus. 103. & Magon. in decis. 150. Rot. Florentiæ*; Limita quarto, quando fundus esset litigiosus, & operarij hoc scirent, vt latè scribo *Ego in decis. 39.* & refert *eadem Rot. Perus. in cit. decis. 103.*

COLLECT. 1287.

Super cap. cùm Episcopus de officio ordinarij.

Episco-

EPiscopus habet intẽtionem fundatam super iurisdictione in tota diœcesi, h.d. & propterea Infero quod poterit suam iurisdictionem exercere in quacumque parte suæ diœcesis,& contra quoscumque ibidem existentes, *idem in eius Vicario, Verall. in decis. 306.* quod amplia procedere etiam contra regulares, *Papon. lib. 1. tit. 9. arrest. 1.* Infero secundo quod poterit exercere iurisdictionẽ in parochialibus, & parochis Abbatiæ Episcopalem iurisdictionem non habentis etiam quod Abbas vtatur Mitra & Baculo,& excommunicet, &alia faciat iurisdictionem spiritualem tantum concernentia, sed secus est in iurisdictione contentiosa, & temporali vigore Sacri Concilij Tridentini quam Episcopus exercere non potest,vt fuit in *Rota resolutum in vna Caietana iurisdictionis 28. Nouembris 1576. coram Seraphino*, vt patet in eius *decis.* 311. Infero tertiò quod habet iurisdictionem in Canonicos, & Capitulum, *Idem in decis.* 1213. licèt vigore Concilij Tridentini in procedendo contra Capitulares debet procedere cum duobus Canonicis, quem locum Concilij intelligas in capitulis exemptis tantummodo, *Rota diuers. in decis.* 308 *part.* 2. licèt procedat, tam in criminibus grauibus, quam in leuibus, *Seraphin. in decisione* 710. & Episcopus potest corrigere tanquam Sedis Apostolicæ delegatus cum ex eo quod est Episcopus sit ei concessa iurisdictio delegata, *Idem Seraphin. in decis.* 205. Infero quartò quod Episcopus non potest in loco extra suam diœcesim exempto collocare tribunal,licet in tota sua diœcesi possit, *Seraphin in decis.* 417. Infero quinto, quod Episcopo existenti in possessione suæ Ecclesiæ competit possessio respectu omnium membrorum iurisdictionis, non data particulari possessione alterius in aliquo membro priuatiuè ad Episcopum, *idem Seraph. in decis.* 633 hinc est quod cognitio causarum criminalium & matrimonialium ad Episcopum spectet *Farinac. in decis. crim.* 100. *Pacific. in decis.* 90. *Seraphin. in decis.* 595. adeo tamen Episcopus habet fundatam intentionem in iurisdictione super tota diœcesi,quod donec constet de alterius iurisdictione in ea manuteneri debet, vt pluries censuit *Rota Romana*; & signanter in vna *Burgen.* 10. *Decembris* 1594. *coram Seraphino*. vt patet in eius *decis.* 1104. declara vt in *decis. eiusdem* 1228. Declara secundò,quando ius commune non suffragatur Episcopo in mat. iurisdictionis, *Idem in decis.* 1386.

COLLECT. 1288.

Super c. Monachis. de præbendis.

EPiscopus habet intẽtionem fundatam super omnibus beneficiis suæ diœcesis,h.d. Intellige dummodo de eius quasi possessione conferendi constet, *Balb in decis.* 22 Intellige secundo, dummodo collationes suum sortitæ fuerunt effectum; vt fuit dictum in vna *Asculana prioratus 1. Iulij 1587 coram Seraphino*, vt patet in *eius decis.* 1104. Amplia primo textum procedere etiam quoad beneficia regularia, *Seraphin. in decisione* 1353. Limita in casu *decis. Verall.* 283. *parte* 2. vbi fuit dictum quod ordinarius potest de iure conferre omnia beneficia in sua diœcesi, fallit in canonicatibus, & præbendis in Ecclesia Cathedrali, in quorum collatione consensus capituli requiritur nisi

aliter se habebat consuetudo. Limita secundò in beneficiis patronatibus, de quibus collatio ab Episcopo facta est nulla; *Anton. Fab. in decis. 2. C. de iure patronatus*, & vide per *Cappel. Tholos. in decis. 207.*

COLLECT. 1289.

Super gl. in l. vniuersa. in verbo praebeatur. C. de Precibus Imp. offerend.

QVilibet actus tendens ad fauorem alterius est intelligendus parte petente, & volente, h.d. & ita *Rota in decis. 1. in princ. de decimis. Achill. de Graff. in decis. 2. numero 4. de iureiurando*; Infero primo, quod omnino concessio facta ad fauorem alicuius, habet tacitam conditionem, si is in cuius fauorem facta est concessio, ea vti vellet, *Puteus in decis. 353. lib. 2. Rota in decis. 21. de praebendis*; Infero secundò, quod sententia lata nulla parte instante est ipso iure nulla, *Caesar de Graff. in decis. 19. num. 3. de causa possess. & proprieta. Rot. diuers. in decis. 516. part. 1.* & fuit resolutum in vna *Comen. Cappellania 26. Ianuarij 581.* & in vna *Pampilonen. Parochialis 13. Iunij 1600. coram Penia.* Infero tertiò quod quamuis veniens contra transactionem audiri non debet nisi restituto illo quod vigore transactionis accepit, *l. si de certa, Cod. de transact. Afflict. in decis. 220.* intelligitur parte petente, & non aliàs, *Rota diuers. in decis. 810. part. 1.* & fuit resolutum in vna *Tirasonen. decimarum 8. Octobris. 1576. coram Robusterio.* Infero quarto quod licet instrumento à publico notario confecto in actis producto regulariter non sit standum, nisi manus Notarij recognoscatur, hoc tamen procedit parte opponente, alias datur illi plena fides, *Bellam. in decis. 540. Verall. in dec. 99 part. 2.* & aliquid *in decis. 117. num. 4. part. 3.* Infero quintò quod quamuis procurator post litem contestam tanquam dominus litis effectus reuocari non possit vulgatis iuribus, & *Mohedan. in decis. 4. de procuratoribus*, tamen intelligendum est parte non opponente, *Cardin. Put. in decis. 50. & in decis. 303. lib. 2.* Infero sexto, quod quamuis Papa nunquam intendat grauare eundem collatorem super prouisione duorum beneficiorum, ita quod acceptatio secundi beneficij sit ipso iure nulla *Cassador. in decis. 1. & 2. de concess. praebendae. Mohed. in decis. 6. eod. tit.* hoc tamen locum habet Ordinario contradicente, secùs verò non contradicente *Puteus in dec. 425. lib. 1.* Infero septimò, quod quamuis alienatio rerum Ecclesiae facta sine debita iuris solennitate sit ipso iure nulla in vim Paulinae, verùm intelligitur ipsa Ecclesia volente, nam si nolit dicere de nullitate contractus sustinetur, *Cardin. Puteus in decis. 310. lib. 1. Caesar de Graff. in decis. 3. num. 2. de sententia excommunicat. Crescent. in decis. 1. de locato*, & fuit late resolutum in vna *Romana domus 4. Decembris 1592. coram Cardinali Mantica*, & in alia *Romana Palatij Sanctae Mariae Maioris 15. Martij 1604 coram Pamphil o* Infero octauò, quod priuilegium concessum Cardinalibus intelligitur illis volentibus vti, & non inuitis, *Achil. de Graff. in decis. 1. de priuilegiis, & in decis. 2. super regulis.* Infero nono, quod poena non incurritur nisi parte petente, *Cassad. in decis. 2. & 3. de locato. & Verall. in decisione 3. part. 2. Cardin. Puteus in decisione 34. libro 2. Achill. de Graff. in decisione 5. de pensionibus. Caputaquens. in decisione 263. parte 2.* Infero decimò,

niò ad transactionem, in qua si apponitur clausula quod in euentum contrauentionis transactio sit ipso iure nulla quamuis sit cõtreuentum, nihilominus tenet transactio quandiu implens non dicit de nullitate, quia intelligi debet, volente eo qui pro parte impleuerat, *Put. in decis.* 340.*li.*1.Infero decimoprimo, quod licèt attentata sint ipso iure nulla, *c. non solùm de appellationibus in 6. Verall. in decis.*137.*part.*3. *Rot. diuers. in decis.* 6. *& in decis.*406.*part.* 2. hoc tamen intelligitur parte volente, & petente, & non aliàs, *Verall. in decis. 6. num.*1. *part.*1. Infero decimosecundo quod effectus decreti irritantis nihil operatur, nisi parte volente, & petente, *Caputaquens. in decis.* 49.*part.* 1. *Puteus in decis.*340. *& in decis.*8.*num.*8.*lib.*2. Infero decimotertiò, quod licèt collatio facta de beneficio iuris patronatus laicalis sine præsentatione, vel consensu patroni sit ipso iure nulla, verumtamen intelligitur patrono volente, & non contradicente: nam ipso tolerante firma remanebit talis collatio, *Rot. in decis* 5. *de rerum permuta. Cassad. in decis.* 2. *de locato*; Infero decimoquartò, quod obligatio dandi fideiussores ad certum diem sub pœna nullitatis contractus, vel alia intelligitur parte volente, & petente, *Rot. diuers. in decis.*113.*par.*1.

COLLECT. 1290.

Super Auth. qui rem in 1. parte. C. de Sacrosanctis Ecclesiis.

TExt. iste in prima sui part. ponit discrimen inter emphyteosim ecclesiasticam, & laicalem; Tu dicas quod differt primo, quia emphyteosis ecclesię quando legitimè est facta concessio ad extraneos hæredes transit, *Afflict. in dec. s.*100. quod intellige tempore concessionis constaret de vtilitate Ecclesię, & de sollemnitatibus adhibitis, aliàs secus *Magon. in decis. Lucan.*12. & quando extendatur vltra tertiam generationem tradit *Franc. Marc. in decis.* 103. *Caualc. in decis.*30. *de contractibus*; Differunt secundò, quod emphyteota ecclesiæ non soluens canonemper biennium cadit à iure suo, & tenetur nihilominus ad solutionem canonis præteriti, secus in emphyteota laico, *Ioseph. Ludou. in decis. Perus.*54. num autem minores excusantur, vide *Gramm. in decis.* 52. Differunt tertio, quod bona ecclesiæ concedi nequeunt in emphyteosim in perpetuum, secus in bonis laicorum, *Afflict. in decis.* 107. Quartò differunt, quia in emphyteosi ecclesiastica appellatione filiorum comprehenduntur fœminæ, *Balb. in decis.* 2. de cuius veritate, vide *Ioseph. Ludou. in decisione Lucan.* 29. *de Franc. in decis.*30. *Magon. in decis. Lucan.* 29. secus autem in emphyteosi laicali, vt per *eundem Magon* Quintò differunt, quia bona ecclesiæ in emphyteosim concessa non veniunt in generali obligatione, quia requiritur assensus apostolicus, *Afflict. in decis.* 85. secus autem in bonis laicorum in emphyteosim concessis, *idem Afflict. in decis.*191. Sextò, quia legitimatus admittitur ad emphyteosim laicalem, secus in ecclesiastica, nisi ab habente potestatem in specie fuerit legitimatus, *Magon. in decis. Lucan.*10. Septimo, quia emphyteuta ecclesiæ tenetur ad censum etiã data nullitate contractus, *de Franch. in decis.*297. Octauo, quia emphyteusis ecclesiæ re concedatur pro se, & suo hærede, tantum de primo hærede intelligen-

dum est, *Fran. Marc. in decis.* 103. licèt aliàs hæredum appellatione veniunt omnes vsque in infinitum, *l. sciendum. ff de verborum significatione*. Nono, quia emphyteosis ecclesiæ concessa sine sollemnitatibus, & necessitate, vel sine euidenti vtilitate Ecclesiæ non valet ipso iure, & redit ad Ecclesiam vna cum fructibus à die occupationis non obstante præscriptione, *Caualc. in decis.* 16. *de contractib.*

Collect. 1291.

Super Concil. Trid. sess 24. c. 2. de reformat.

ARchiepiscopus tenetur quolibet triennio Synodum prouincialem congregare, hoc dicit; circa quam mat. de pluribus dubitari poterit, & Primò num concilium prouinciale sit maius dignitate ipso Archiepiscopo, in hac quæstione respondet *Villagut. in decis.* 22. dicens quod si in *d. Concilio* præest Patriarcha non dubitatur quin tunc Concilium prouinciale sit maius Archiepiscopo, aliàs secùs, & primò casu poterit ab ipso Archiepiscopo appellari ad Concilium, *Sayr. in decis.* 1. *de appellationibus. Capyc. in decis.* 137 Secundò, dubitatur an possit synodum congregare absque consensu capituli? Respondetur non posse, nec proinde statuta concedere, & ita fuisse in *Rota Romana resolutum in vna Illerdensi iurisdictionis* 16. *Iunij* 1552. *coram Romano* refert *Verall. in decis.* 305. *part.* 2. Tertiò, dubitatur an Concilium prouinciale contradicente Archiepiscopo aliquid decernere valeat; Respondetur posse, & ratio est quia Archiepiscopus Concilio prouinciali præsidens non à se illam potestatem solus habet, sed vnà cum suffraganeis collegialiter, & in hoc distat à Concilio Generali in quo Papa præest, vt persona in qua tota potestas Ecclesiæ residet, ita quod solus posset statuere quidquid cum concilio posset, ita *Sayr. in decis.* 1. *de his, quæ fiunt à maiore parte capituli*, & ex hoc Infero quod Concilium prouinciale potest ipsum Archiepiscopum excommunicare, *idem in decis.* 7. *de officio ordinarij*. Notandum finaliter quod Episcopus legitimè impeditus ad concilium vocatus poterit se per procuratorem excusare, *Id. m in decis.* 10. *eod. tit.* an autem Rectores nullius iurisdictionis ad synodum compelli possunt; Respond. non posse, vt patet *in decis. Sayr.* 11. *eod. tit.* quod autem discrimen sit inter exemptum, & nullius diœcesis, vide per *Rotam diuers. in decis.* 208. *part.* 2.

Collect. 1292.

Super c. cum parati de præscriptionibus.

PRobaris extremis media præsumuntur, h. d. iuncto Felino; pro cuius loci ornamento; Infero ad nõnulla practicabilia; primò, quod possessio continuata medij tẽporis probatur probatis extremis, *de Beimnt. in decis. Rot. Bonon'a* 143. & ratio esse poterit, quia qui semel possedit præsumitur semper possid:re, *Balb in decis.* 22. Infero secundò, ad decisionem *Bella.* 121. vbi fuit dictum quod probatis extremis media præsumuntur, & propterea si probatur se fuisse scholarem ante, & post confectionẽ Roruli Parisiis præsumitur quod fuerit ibi scholaris tempore Rotuli; Infero tertio ad *dec. Rota* 11. vbi si fuerit probata vacatio beneficij, & institutio

tio, ex hoc præsumitur præsentationem præcessisse institutionē, quamuis de præsentatione aliter non constet, quàm per verba narratiua instituentis, Infero quarto ad præsentationes continuatas, ad probandum ius patronatus secundum formam Concilij, nam quamnis vna præsentatio media deficiat, probatur ius patronatus, *Rota diuers. decis.* 545. *part.* 1. & non alia ratione, quia probatis extremis media præsumuntur. Infero quintò, quod si probetur citatio præcedens, & intimatio subsequens cum instrumento adiudicationis satis dicitur probatum medium, quod est decretum probatis supradictis extremis, vt fuit resolutum in vna *Romana spolij* 23. *Febr.* 1603. *coram Ortemb.*

COLLECT. 1293.

In l. qui iure familiaritatis. ff. de acquirenda poss.

IN dubio possessio præsumitur iure familiaritatis, h. d. & maximè quando apparet de titulo alterius, licèt ille titulus esset inualidus. *Balb. in decis.* 29. sicut in simili vxor possidens cum Marito, præsumitur iure familiaritatis possidere, *Cacher. in dec.* 140. *Ios. Lud. in decis. Lucana* 54. *idem in decis. Perus.* 69. *part.* 2. quando verò dicatur vitiosa possessio ratione familiaritatis, vide *Papon. lib.* 7. *tit.* 1. *arrest.* 6. Idem in fratre qui administrat bona, quia dicitur ac præsumitur etiam possidere iure familiaritatis, *eadem decis. Lucan* 54. & *Papon. lib.* 7. *tit.* 1. *arrest.* 6. hinc est quod per actus qui fiunt ex gratia, vel familiaritate nullum quæritur ius, licet quis per 30. annos in liberalitate perseuerauerit, *Hartaman. in decis.* 16.

COLLECT. 1294.

Ad Rub. C. de caducis tollendis.

PRæsens Rubrica non reperitur hodie in aliquo correcta, seu innouata, & in eius mate. nonnulli casus decisi reperiuntur, præsertim in quibus relictum caducum efficiatur, prout legatum legatario mortuo nō purificata conditione, *Hartam. in dec.* 35. *de testamentis.* Secundo in casu decis. *Boer. in d. c.* 38. & 354. Tertiò conditione mixta deficiente corruit dispositio, & substitutio efficitur caduca, *Magon. in decis.* 144. *Rot. Flor.* quamuis regulariter licèt deficiat onus legato iniunctum legatum non deficit *Balb. in decis.* 39. Aduerte tamen nonnulla in iure reperiri quæ à pœna caducitatis excusant, prȩsertim clausula codicillaris, quæ operatur quod caducata institutione per mortem instituti habeat locum substitutio facta si sine liberis decesserit, vt fuit in *Neap. Consf.* decisum refert *de Franc. in dec.* 159. Item clausula in testamentis apponi solita, scilicet vt valeat omni meliori modo quo valere poterit, *Ioseph. Lud. in decis. Perus.* 118. Tertiò, substitutio non efficitur caduca per mortem primi substituti, cui secundus fuerat substitutus, *Thomin. in decis.* 15. & propterea præmoriente dicto primo substituto secundus loco illius succedit heredi grauato, acsi illi esset substitutus, vt refert decis. *Papon. lib.* 20. *tit.* 3. *arrest.* 2. Quartò, ex caducitate vnius substitutionis non infertur ad aliam, *Magon. in decis.* 134. *Rot. Florentin.* Notandum tamen primò, quod legatum caducum remanere debet penes hæredem, *Vitall. in decis.* 125. *part.* 1. Limita si lega-

tarius habuisset collegatarium, *Faber in decis.12. C.de legatis*, notandum secundo quod debet remanere penes hæredem absque onere, *Balb.in decis.* 21. Limita non procedere in legatis, & fideicommissis ad pias causas, *de Franch in decis.*159.

COLLECT. 1295.

Super Doctr. Speculat.in § .nunc.vers. 72.in tit.de locato.

DVbitari non semel contingit an agenti ad caducitatem, & rem emphyteoticam prætendēti incumbat onus probandi dominium, & quod res sit emphyteotica, & dicēdum est quod sic ex præfata Spec. Doctrina, & ita pariter tenuit *Rota in vna Forliuien. parochialis* 3. *Iunij* 1588. *coram Illustrissimo Cardinali Mellino*, & iterum in vna *Romana pratensa deuolutionis* 13.*Nouembris* 1596.*coram Litta*, & aliàs sæpè, & hæc probatio debet fieri per scripturas, *Rota Pedem.in decis.* 58. vel saltem per solutionem continuatam per 30.vel 40. annos, *Balb. in decis.*49.vnde hoc casu dominium debet probari concludenter in tantū quod non admittitur iuramentum in supplementum, *Bocr in decis.*105. neque locationes sufficiunt, *Rota in decis.*1.*de fide instrumtn. in nouis. Affl. in dec* 316.nec pariter confessiones, aut solutiones pro illius probatione sufficiunt, *Caputaq.in decis.*280.*part.*1.& fuit resolutum in vna *Romana Domus Sancta Agnetis* 16. *Iunij* 1589. *coram Orano*, & in alia *Romana Domus* 11. *Maij* 1592. *coram Cardinali Mellino*. in qua fuit dictum quod licet locatio concurrentibus adminiculis putà solutione canonis, & confessione aliàs sufficiat ad probationem dominij, nihilominus ad effectum deuolutionis non sufficit, sed requiritur probatio concludens, & exacta ex traditis per *Caputa.in decis.*280.*par.*1. Et istud procedit etiam vbi agitur ad rem feudalem, nam Dominus concludenter dominium suum probare tenetur, & quod res sit ipsamet, quam concessit in feudum *Afflict. in decis.*267. quod procedit etiam si contineatur intra fines Castri, quia non sequitur propterea quod sit feudalis, vt tenuit *Rota Romana in vna Asten. feudi* 27. *Aprilis* 1584. *coram Bubalo*. & iterum in vna *Romana census* 13.*Iunij* 1586.*coram Orano*.quidquid in contrarium ausus fuerat decidere *Cons. Neapol. teste Afflict.in decis.*107.quod amplia procedere, siue prædicta bona possideantur ab inuestito, siue à tertio, vt latè fuit resolutum in vna *Leodien. hæreditatis* 14. *Nouembr.*1603.*coram Cardinali Seraphino*.

COLLECT. 1296.

*Super l.*1.*C de procurat.*

DVbitari aliquando solet in presenti tex.an procurator qui habet mandatum teneatur illud producere in actis, ad hoc vt iudicium sustineatur, vel potius sufficiat de eo docere quandocumq; in quo quæsito sic distinguendo respond. quod aut pars opposuit nihil fieri nisi docto de mandato,& tunc non sufficit mandatum adesse in rei veritate, sed debet in actis exhiberi, aliàs acta facta post dictam oppositionem non valent, aut pars nihil opposuit, & tūc hoc casu sufficit de mandato quandocumque docere, ita *Guidobon.in decisione* 129. quam distinctionem tenuit *Rota in vna Romana census* 4. *Decemb.*

Decembr. 1595. *coram Cardinali Pamphilio*, sed aduerte quod hæc protestatio, quod nihil fiat nisi docto de legitimo mandato debet repeti in quolibet actu, alioquin censetur ab eo recessum *Mohed. in decision.* 44. *&* *in decis.* 2. *de iudiciis*, & fuit tentum per *Rot. Roma. in vna Siracusana quarta* 10. *Iunij* 1586 *coram Cardinali Platto*; Intellige procedere, vel quando ille procurator ab initio habebat legitimum mandatum iuxta *decis. Card. Putei* 385 *lib.* 2. vel quando sumus in casu quo iudicium potest claudicare, vt tenuit *Rota in vna Verulana Legitima* 18. *Martij* 1588. *coram Cardinali Blanchetto*. Sed quæro huius quæstionis occasione an iudicium agitatum cum Monacho constituto procuratore sine licentia superioris sustineatur quando non fuit oppositum, & partem negatiuam tenuit *Caputaq. in decis.* 174. *p.* 1. in impressis, quemadmodum etiam gesta per falsum procuratorem, vt tenuit *Rota in vna Auximana Affictus* 9. *Februarij* 1588. *coram Cardinali Platto. ad mat. vide per Achill. de Graff. in decis.* 5. *de procuratoribus*, *& per Rot. in vna Abulen. præstimonij* 6. *Nouembris* 1587. *coram Cardinali Pamphilio*.

COLLECT. 1297.

Super clausula Arbitrio Rotæ.

PLerumque accidit quod in rescriptis, seu commissionib. caussarum quæ diriguntur apponatur clausula, Arbitrio Rotæ, intelligitur itaque hæc clausula, id est omisso rigore iuris, & seruata æqualitate iurisgentium, vt pulchrè per *Beninten. in decision.* 31. *Rota Bononiens.* & fuit tentum *per Rotam in vna Cathanien.* *illegitimatis de anno* 1583. *coram felicis recordationis Clemente Papa Octauo tunc Auditore*. quamuis enim hæc clausula, Arbitrio Rotæ, importat, prout de iure *Cæsar de Graff. in decis.* 8 *de sententia & re iudicata cum similibus*: est tamen verum quod dat facultatem aliqualiter discedendi à regulis iuris, *Crescentius in decisione* 4. *de testamentis*. maximè quando rescribitur illi qui aliàs habebat iurisdictionem, & sic facultatem procedendi, prout de iure, quia tunc videtur magis accedere ad liberum arbitrium ne aliàs si redigatur ad meros terminos iuris illa commissio fiat superflua, vt fuit latè in *Rot.* resolutum *in vna Romana Costini* 6. *Martij* 1606. *coram Sacrato*.

COLLECT. 1298.

Super l. Iulianus §. offerri, ff. de actionibus emption.

COmmunis, & trita est iuris conclusio quod agenti ex cōtractu vltrò citròque obligatorio obstat exceptio non adimplementi. Amplia vt etiam succedens in locum alterius tenetur ea omnia adimplere ad quæ ipse auctor se obligauit, vt tenuit *Rota in vna Romana Predij Fundaci* 1. *Iunij* 1607. *coram Manzanedo*; Amplia secundò vt non adimplens non possit moram purgare *Cardin. Put. in decis* 66. *in princ. lib.* 3. *Caputaquens. in decis.* 135. *part.* 2. *Rot. diuers. in decis.* 575. *num.* 2. *part.* 1. Nunc limita & primò, & intellige, vt vera sit conclusio quando sequuta fuit traditio in emptorem, secus si non fuit sequuta traditio, quia tunc omnes admittunt, quod contractus ipso iure resoluatur, & fuit dictum in *Rota in vna*

Roccanen. rescissionis contractus die 3 Maij 1586. coram Lancellott. Limita secũdò, quando in contractu non est pactum resolutiuum, quia tunc ob defectum implementi contractus non rescinditur, & ita fuit decisum *coram Cardinali Seraphino de anno* 1598. & in *vna Romana de Iustinis* vbi fuerunt allegatę aliæ decisiones, vt patet in *sua decis.* 329. & iterum tenuit *Rota in vna Rom. census* 17. *Aprilis* 1598. *coram Penia*, ad quam materiam videndus est *Afflict. in dec.* 171.

COLLECT. 1299.

Ad Rub. icam vt Ecclesiastica beneficia.

QVoniam de beneficiis ecclesiasticis frequenter tractatur non inconueniens videtur, hoc in loco tractare quomodo beneficium esse ecclesiasticum dignoscatur, igitur beneficium ecclesiasticum esse eo ipso dignoscitur, quod reperitur aliqua ecclesia, vel Cappella erecta auctoritate superioris *Guid Pap. in decis.* 87. *Rot. diuers. in decision.* 508. *numer.* 6. & 509. *numer.* 1. & *sequentib. part.* 1. Præterea cognoscitur etiam ex sequentibus signis de quibus per *Rot. diuers. in decision.* 508. *part.* 1. & licet de natura beneficij sit quod conferatur in perpetuum, vt late scribo *Ego ipse in decis.* 22. tamen aliquando potest esse beneficium ecclesiasticum quamuis non sit conferibile, exempli gratia si ille qui beneficium fundauit voluit in perpetuum illud spectare ad liberam dispositionem certarum personarum veluti Abbatis certi Monasterij, cum hoc quod etiam possit administrationem illius alteri concedere in totum, vel in parte prout sibi videbitur, ita fuit resolutum per *Rotam in vna Perusi a Sancta Maria de Niue trigesimo Aprilis.* 1599. *coram Cardinali Pamphilio.* Sed opportune hoc in loco dubitare contingit an appellatione beneficij hospitale comprehendatur, & regulariter nõ comprehendi ex decisione *Thoming.* 99. ex quo deducitur primò, quod laicus est capax hospitalis, licet sit publicũ & religiosum *Rot. diuers. in decis.* 725. *num.* 6 *part.* 1. Infertur secundo quod Hospitalia non veniunt in reseruatione extrauagantis ad regimen. *Cardin. Puteus in decis.* 261. *lib.* 1. *Mohed. in decision.* 18. *de causa possessionis & proprietatis*, etiam si auctoritate Episcopi sint fundata, & habeant Ecclesiam, & Campanile, in eisque perpetuo Missæ celebrantur *Mohed. cit. decision.* 18. *Rota in decis.* 3. *de regularib. in antiquis.* Limita tunc, & primò si hospitale in perpetuum titulum conferatur, *Sayr. in decis.* 1. *de religiosis domibus.* Limita secundò vbicumque hospitale accessoriè est vnitum beneficio ecclesiastico, quia tunc de illo iudicabitur sicut de beneficio *Bellamer. in decision.* 387. Limita tertiò, in materia fauorabili, quia tunc beneficij appellatione venit etiam hospitale *Capu. aquens. in decision.* 33. *part.* 3. hinc *Rota in vna Regien. hospitalis* 13 *Nouembris* 1587. *coram Bubalo* tenuit quod constitutio de publicandis resignationibus comprehendat etiam hospitalia, vt voluit etiam *Rota collecta à Farinac. in decision.* 673.

COLLECT. 1300.

Super l. honor. § fin. ff. de muneribus & honoribus.

Iure

Iure communi est absolutū, quod naturales, & spurij sunt incapaces dignitatum; quod præsertim Amplia procedere etiam in feudo, in quo nec legitimati admittuntur, nisi duo necessaria interueniant: primum quod expresse fuerit facta legitimatio ad ipsum feudum *Rota per Cardinalem Seraphinum in decis. 42. lib. 1. aliquid per Boer. in decis. 123. numer. 6.* alterum quod etiam legitimatio facta ab habente potestatem, videlicet à Papa in bonis suis, & ecclesiæ non autem ab Imperatore, & Principe seculari, vt per *Rot. in decision. 1.* qui filij sunt legitimi in nouis *Boer. in decis. 297. numer. 2.* vnde Infero quod admissio naturalium quandoque facta per Papam ad dignitatem non facit statum, vel obseruantiam, ita vt naturales possunt dici habilitari sine præuia dispensatione, quia Papa non cogitur dispensare, & gratiam facere, ideò dici solet quod prouisiones Apostolicæ non faciunt aliquem statum *Bellam. in decis. 107.* nec illud mutant, vt decisum refert *Achill. de Grass. in decision fin. de iure patronatus, & Idem in decis. vnica de statu beneficij*; Sed neque prædictis concurrentibus legitimatio suffragatur si fuerit reuocata per *Bullas Summorum Pontificum Pij IV. & Pij V.* contra illegitimos editas, & per viam legis emanatas, quia legitimatio quæ est de iure ciuili potest per eundem Principem qui concessit tolli, & reuocari, vt refert *Afflict. in decis. 128. num. 13.* & ibi *Vrsill. in add* quid autem dicẽdum in successione emphyteosis an admittatur Naturalis vide pulchram *decis. Triuis. Rota Venet. 23. part. 1.* vbi in affirmatiuam decidit.

COLLECT. 1301.

Super c. si quem, de Procurat. in 6.

Sed illud quoque obseruandum est quod in praxi frequẽter contingit occasione præsentis tex. an scilicet per comparationem cõstituentis procuratorem, procurator reuocatus censeatur, tu dic, quod tunc demum reuocatus censetur quando constituens ipse actum aliquem iudicialem fecerit sine clausula citra reuocationem procuratoris sui, secus si simpliciter, ita *Cassad. in decis. 2. de appellat.* Si verò actus non fuerit iudicialis per illum non cẽsetur procurator reuocatus etiam non facta dicta protestatione, ita Rota Romana, vt per *Guidobon. in decis. 130.* vbi Rota noluit annullare processum factum per procuratorem licet Dominus coram actuario Iudicis simpliciter induxisset vnum testem ad iurandum non facta dicta protestatione citra reuocationem, &c. mota hac ratione, quia actus ille nõ poterat propriè dici iudicialis, nec erat verisimile ex eo actu voluisse Dominum Procuratorem suum reuocare, hæc autẽ reuocatio, quæ per comparitionem principalis absque clausula citra dicitur præsumptiua, ideò facilè alia præsumptione tollitur, vt ... *Rota in vna Anchonitana de Rinaldinis 15. Ianuarij 1588. coram Orano.*

COLLECT. 1302.

Super clausula decreti irritantis.

Clausula decreti irritantis plures habet effectus, quos omnes

recensere non est mei instituti, sed solum decisos, ac magis principales, & notatu dignos; primus itaque huius decreti effectus est vt in constitutione, seu alia dispositione appositũ afficiat etiam ignorantes *Cassad. in decis. 12. n. 5. sup. r. regul* Limita si esset decretum legati, seu alterius inferioris quod ignorantes non ligat, ita in terminis *Simonett. in decis. 13 Cassad. in dec. 3. de decreti reseruat.* Limita secundò si agatur de pœna, quia tunc decretum illud ligat etiam ignorantes, *Balb. in decis. 21.* intellige vt ligat solum quoad nullitatem actus, non autẽ quoad pœnam, vt sæpius censuit *Rota, vt per Card. Put. in decis. 278. lib. 1. Rota diuers. in decis. 578. num. 3. p. 1. Balb. in decis. 22.* Secundus effectus, quia posita in cõfirmatione statutorũ operatur quod statuta non possunt tolli, vel interpretari *Boer. in decis. 119. in fine* Limita quoad hoc vt per eam non alteratur natura ipsorum statutorum, vt fuit latè dictum in *Rota Romana in vna Romana Vinea 5. Maij 1589 coram Pamphilio.* Tertius, quia vbi adest præfata clausula actus non potest adimpleri per æquipollens, *Rota diuers. in decision. 215. num. 1. part. 1.* & fuit tentum in *vna Toletana professionis 27. Februarij 1595. coram Cardin Pamphilio.* Quartus effectus, quia decretum irritans nedum operatur nullitatem eorum, quæ fiunt contra dispositionem, vel gratiam, in qua illud continetur, sed etiam inficit titulum, & possessionem *Cassad. in decision. 11. numer. 5. super reg. & in decision. 12. num. 7. eodem tit. Caputaquens. in decis. 134. part. 3.* & fuit tentum in *illa Verulen. pensionis 19. Maij 1587. coram Cardinali Platto* Declara primò vt hoc procedat solùm quando decretum irritans est positum in reseruatione clausa in corpore iuris, vel super certa re, vt puta super certo tempore beneficij: nam tunc bene inficit titulũ, & possessionem, & operatur nullitatem eorum, quæ fiunt in cõtrarium, aliàs secus *Card. Put. in dec. 183. lib. 2.* & fuit dictum in *causa Nucerina benefi ij 17 Ianuarij 1596. coram Card. Seraph.* Declara secundò procedere quãdo pars ad cuius fauorẽ est appositum de illo opponit, secus quando non opponit *Rot. diuers. in decis. 232. in manuscriptis. Rot. in decisi m. 21. de concessione prebendæ in antiq. tit. Caputaquens. in decis. 249. p. 1.* quidquid scripserit *Cassad. in cit. dec. 2.* Animaduertas tamen quod quamuis decretum irritans operatur supradictos effectus nihilominus cum stet accessoriè ad gratiam, seu dispositionem secundùm naturam illius debet regulari, *Card. Put. in dec. 309 num. 2. & seq. lib. 1.* Ex quo infertur quod si dispositioni, vel gratiæ derogetur *Cassad. in decis. 10* requiritur tamẽ derogatio specialis, *Verall. in decis. 82. p. 2. Mohed. in decis. 12. lib. 2.* Infertur secundò quod si decretum sit appositum in gratia ad postulationem partis intelligitur veris existentibus narratis nec impedit exceptionem subreptionis, vt fuit resolutum in *causa Calaguritana iurisdictionis 30. Maij 1580. coram de Rubeis.* Sed dubitatio non leuis nascitur nunquid decretum irritans liget ipsum Papam, dicas quod sic, præsertim si dicatur etiam per nos, &c. *quia tunc Papa quoque comprehenditur,* vt testatur *Rot. diuers. in dec. 106. p. 1. diuers.* Limita secundò quando apponitur in lege, seu constitutione generali, hinc est quod decretum irritans appositum in regula octaua Cancellariæ de mensibus & alternatiua ligat ipsum Papam quoad prouisiones contingentes in mensibus

sibus Ordinarij *Gard. Put. in decis.* 491. *lib.* 2. *& in decis.* 387. *libro* 3. *Mohedan. in decis.* 1. *de concess. prebenda.* quod multò magis locum sibi vendicat si ius sit auditum in concilio generali in quo non sit expressè reseruata Auctoritas sedis Apostolicæ, vt tenuit *Rota in vna Vlubon. decimarum* 27. *Nouembris* 1572. *coram Robusterio, & in vna Oriolen. decimarum* 8. *Feb.* 1588. *coram Orano.* Ad mat. vide *Cassad. in decis.* 58. *super Reg. Caputaquens. in decis.* 176. *part.* 1. *& Rot. inter Misc. llaneas decis.* 34. & quæ scripsi in *Collect.* 787.

Collect. 1303.

In l. Sancimus. C. de donationibus.

IN donatione excedente summam 500. aureorum requiritur insinuatio, h. d. & ita decisum refert *Capyc. in decis.* 201. aliàs non valeat *Papon. li.* 11. *tit.* 1. *arrest.* 17. sed qualiter, & quibus vocatis fieri debeat vide *Papon. d. lib.* 1. *tit.* 1. *arrest.* 17. & coram quo Judice vide per *Guid. Pap. in decis.* 325. *Papon. d. lib.* 11. *arrest.* 26. Nunc limita text. & primò vt non requiratur insinuatio in donatione facta ab habēte merum Imperium seu à iudice ordinario *Franc. Marc. in decis.* 87. *& Capyc. ibid. n.* 11. Limita secundo in donatione ob causam, seu remuneratoria *Capp. Tholos. in decis.* 382. requiritur tamen expressio causæ *Mynsing. obseru.* 75. *cent.* 4. Limita in donatione inter viuos facta in vim legati *Papon. lib.* 11. *tit.* 1. *arrest.* 31. Limita vt coaceruatio summarum fieri non potest ad effectum, vt in donatione requiratur insinuatio *Magon. in decis. Rota Florent.* 123. Sed quæstionis est in præsenti mat. an insinuatio requiratur in donatione vbi adest iuramentum, pro cuius quæstionis resolutione videndi sunt *Capyc. in decis.* 159 *nu.* 31. *Franc. Marc. in decis.* 326. *Guid. Pap. in decis.* 350. *Cappell. Tholos. in decis.* 382. *Balb. in decis.* 29. *Thoming. in decis.* 51. & isti sunt pro opin. affirmatiua. Pro negatiua verò scribunt *Verall. in decis.* 286. *parte* 1. *Gayl. obseru.* 59. *lib.* 2. *Polyd. Ripa in obseru.* 51. tamen opiniones possunt conciliari quòd affirmatiua procedit quando in specie ipsi insinuationi cum iuramento fuit renunciatum, negatiua quando generaliter, vide *Magon. in decis.* 64 *num.* 23. *& in decis.* 65. *Rot. Florent.*

Collect. 1304.

Super c. nouit. de appellat.

ISte tex. ponit discrimen inter merum, & mistum exequutorem. Tu vero pro illius ornamento considera primo, quod tex. in cap. statutum de rescriptis in sexto, non habet locum in meris executoribus, sed tantum in mistis *Rota in d. cis.* 31 *de rescriptis in antiquis, & in decis.* 29. *eod. tit. in nou.* cognoscitur tamen an quis fuerit merus vel mixtus executor ex clausula adiecta in rescripto, scilicet vocatis vocandis, quæ operatur, vt merus executor efficiatur mixtus *Rot. in decis.* 56. *de conc. ss. praben. in antiquis* & propterea meri executores efficiantur veri Judices, & tenentur procedere cum causæ cognitione, vt per eandem *Rot. in decis.* 32. *de rescriptis in antiquis.* quæ clausula subintelligitur quando alius est in possessione beneficij *Ego in decis. Cur. Archiepiscopalis Neapol.* 13. *ex text. in c. licet de prabendis in sexto.* hinc fuit resolutum per Rotam Romanam quod aduersa-

rio possidente tenetur delegatus assumere partes Iudicis, citare possessorem, & illum audire vt pluries *Rota* tenuit, & signanter *in vna Neapolitana S. Andreæ* 14 *Februarij* 1569 *coram Fnetio*. Dignoscitur secundo si fuerit datus ad prouidendum in forma dignum, vt fuit decisum per *Rotam Romanam in vna Nullius Cappellaniæ de anno* 1578 *coram Aldobrandino postea Clemente Octauo*, & in forma dignum dicitur quando fit gratia, & committi ut si inuentus fuerit idoneus *Rota in decis.* 53. *de concessione prabendæ in antiquis*, & an talis commissarius possit vices suas alteri demandare, quod sic tenuit *Rota in decis.* 63 *eodem titu'o in antiquis, & Gratian. in decis.* 157. Tertio dignoscitur si fuerit datus ad conferendum in forma iuris per vacationem contractam per simoniam, vt fuit resolutum in *Rota in vna Aversana* 5. *Iunij* 1595. *coram Seraphino*, vt patet in *eius decisione* 1045. Quarto dignoscitur si fuerit datus cum clausula, & amoto illicito detẽtore, & quod verificato valore expresso conferat beneficium, nam talis tanquam mixtus executor tenetur assumere partes Iudicis *Bal. in decis.* 29. & fuit in *Rota resolutum in vna Aserien. attentatorum* 20. *Decembris* 1593. *coram Seraphino*. vt patet in *eius decisione* 1056. Quinto dignoscitur quod quis fuerit mixtus executor si datus sit super imperratione certo modo, præsertim si adiicitur clausula suprapposita, scilicet amoto quolibet illicito detentore *Idem Seraphinus in decis.* 1471. Verba illa conscientiam tuam oneramus, directa executori non faciant illum esse mixtum, quia referuntur tantùm ad idoneitatem prouisi apostolici, vt fuit latè dictum in *vna Aversana Beneficij* 5. *Iulij* 1583. *coram Seraphino*. Ad materiam executoris animaduertendum, quod executor admittere debet exceptiones, quæ deducuntur ante collationem impediendam, vt fuit resolutum in *vna Florentina parochialis* 2 *Nouembris* 1569. *coram Seraphino, vt in decis. eiusdem* 85. & tenetur citare possessorem stante clausula si constiterit *Seraphin. in decis.* 1041.

COLLECT. 1305.

Super Auth. Episcopalis dignitas C. de Episcop. & Cleric.

AVctoritas Episcopi in multis versatur. Primo quod potest charitatiuum subsidium imponere, *Gram. in decis.* 88. *Boer in decis.* 116. Secundo quod potest inualidum pro interesse suæ ecclesię reuocare *Gram. in decis.* 79. Tertio eius literis attestantibus de collatione ordinum creditur *idem in decis.* 81. Quarto in sua diœcesi potest vnire monasterium seu ecclesiam alteri ecclesiæ *Guid. Pap. in decis.* 103. Quinto quia episcopi sunt legitimi administratores suarum ecclesiarum, & monasteriorum iuxta text. in c. fraternitatis de donationibus, & possunt agere absque capituli consensu *Bellam. in decis.* 695. Sexto potest de iure conferre omnia beneficia existentia in sua diœcesi, fallit in canonicatibus, & præbendis in Ecclesia Cathedrali, in quorum collatione consensus capituli exigitur *Verall. in decis.* 284. *part.* 2. Septimo confert beneficia deuoluta *Ægid. in decis.* 106. Octauo habet intentionem fundatam contra omnes religiosos circa ordines faciendos in sua diœcesi etiam priuatiuè *Papon. lib.* 1. *titulo* 9. *arrest.* 1. Nono potest resi-

resignationes admittere præsertim si obtinet facultatem conferendi *Cardin. Put. in decis. 76. lib. 3.* Decimo licet episcopo visitare beneficia simplicia in diœcesi existentia, canonicos, & alios regulares extra monasteria degentes, & delinquentes punire *id m Puteus in decis. 113. libro 3.* Decimoprimo potest suam iurisdictionem exercere in quacumque parte suæ diœcesis, & contra quoscumque ibidem existentes, *idem in eius vicario, Verall. in decis. 306. part. 1.* Decimosecundò potest Episcopus, ac eius Vicarius extra suam diœcesim beneficia conferre *Boer. in decis. 30.* Decimotertiò est executor vltimarum voluntatum ad pias causas, vt fuit resolutum in *Rota Romana in vna Salamantina Cappellania 15. Mar. 1583 coram Ser. phino*, vt patet in *eius decis. 611.* Decimoquartò habet intentionem fundatam super omnibus beneficiis suæ diœcesis etiam regularibus, *idem Seraphin in decis. 1353.* Decimoquintò potest cum capitulo statuta concedere in iis quæ concernunt statum Ecclesiæ, & canonicorum *de n in decis. 1147. & in decis. 590.* Nonnulla tamen sunt quæ Episcopo prohibentur, primò nihil capere potest pro literis non residentium ex causa *Papon. lib. 3. tit. 13 arrest. 3.* Item non potest rem repertam in mensa non solitam infeudari de nouo infeudare inconsulto Papa, *Guid. Pap in decis. 153.* sed quo casu Episcopus rem ecclesiæ infeudare possit vide *Gayl. obseruat. 160. libro 2.* Tertiò Episcopus habens alternatiuam ad sex menses in aliis conferre non poterit *Puteus in decis. 507. libro 2.*

Collect. 1306.

Super l. 2 ff. de appellat. recipiend.

AB interlocutoria, quæ infert grauamen quod non potest reparari per appellationem à diffinitiua appellatur, h. d. & propterea infero Doctores admittere passim dari appellationem ab interlocutoria in qua iudex declarat se competentem ex *decis. Guid. Pap. 16.* quæ procedit non solum quando expresse pronunnunciat super competentia, sed etiã tacitè per processum ad vlteriora *Mynsing. obser. 35. cent. 3.* Ratio est quia hoc casu grauamen non potest reparari per appellationem à diffinitiua. Infero secundò idem dicendum in sententia legitimationis personarum à qua appellatur cum trahat secum executionem, & irreparabile inducat præiudicium *Cappell. Tholos* vbi bona additio *in decis. 48.* Infero tertiò quod quamuis exceptio nullitatis minimè impediat executionem trium conformium iuxta terminos *Clement. vnic. de sentent. & re iudicat.* nihilominus quando continent grauamen irreparabile præfat. regula non procedit *de Franc. in decis. 56. Capp. ll. Tholos. decisione 411.* & hoc ex regula iuris fundatissima, quod vbi grauamen non potest reparari in diffinitiua licitè appellatur ab interlocutoria *Surd. decis. 36 Ann.* qui refert decisum *in Sacro Consil. all gat. 8.* quod etiam procedit quando posset reparari, sed non ex toto, vel cum difficultate, vt latè scribo *Ego in decis. Cur. Archiepiscop. Neapolitan 93.* vbi allego text. *celebrem in l. fin. §. quæsitum vbi Balb. ff. de appellat.* Infero quarto quod statutum prohibens

Tt 4

appellationem intelligitur secundum ius commune in casibus, scilicet in quibus grauamen potest reparari in diffinitiua, aliàs secus, quia statuto non obstante erit locus appellationi *Ioseph. Ludou. decis. Perus. 38. Surd. cit. decis 36. num. 8. Ozasc. decis. 25.* & vide per *eund. Surd. in decis. 27 & Cappel. Tholos. in decis. fin.* Limita supradicta omnia non procedere parte tacente, & non opponente *Puteus decis 383. lib. 2. R. t. diuers. decis. 105. part. 1.*

Collect. 1307.

Super l. fi. §. filia ff. de leg. 2.

Filia potest grauari in dotem, quatenus dos est vltra legitimam, h. d. Hinc Rot. decidit omne grauamen esse reiiciendum respectu quãtitatis ipsius legitimæ, in reliquo autem quod superest onus, & grauamen tenet, vt fuit dictum in *vna Romana successionis 2. Iunij 1595. coram Illustriss Pamphilio*, & iterum in vna *Perusina restitut. dotis 10. Maij 1602. coram Cardin. Mellin.* Amplia præsertim procedere in filia dotata, quæ à statuto non excluditur, in hoc enim casu cum dos in legitimam imputatur vllum grauamen imponi poterit, *Rota diuers. decis. 266. par. 1.* Similiter est loco legitimæ quando datur filię quę est exclusa à statuto propter dotem, secus si esset exclusa propter existentiam masculi, vt tenuit *Rot. in vna Albanen. legitima 22. Maij 1592. coram Illustrißimo Blan hett.* & iterum in vna *Galli. n. dotis 11. Decembris 1598. & 24. Maij 1599. coram Orano.* Item succedit loco legitimæ quando pater relinquit filiæ non simpliciter ex causa dotis, sed etiam pro legitima quamuis statutum ab ipsa legitima filiam excludat *Balb. decis. 300.* & tenuit *Rot. Romana in vna Altanen. compromiss. 8. Februarij 1574. coram Cotta*; Item dos filiæ relicta succedit in locum legitimæ si hoc filiis masculis expediat, & statutum excludens fœminas eorum fauore sit factum, secus si hoc filiis non expediat, vt tenuit *Rot. 5. Mart. 1554 coram Fantuccio.*

Collect. 1308.

Super §. naturales si de feud. defunct. content. sit.

Filij naturales non succedunt in feudo, h. d. Ad quod vide aliquid per *Vesill. decis. 99. & per Capyc. decis. 32.* quemadmodum filij naturales, non succedunt in emphyteosim *Triuis. in decis. 16.* Grauis tamen dubitatio est circa præsentem text. an procedat etiam in filiis legitimatis? Circa quam dubitationis resolutionem distinguere debes duos casus; Primus est in legitimatis per rescriptum Principis, & tales non succedunt, nisi duo concurrant: primo quod expresse fuerit facta legitimatio ad ipsum feudum *Seraphin. decis. 42 lib. 1. Boer. decis. 123. numero 6.* & ita sentit *Glos. in §. nostro in verb. legitimis*; Alterum quod etiam legitimatio sit facta ab habente potestatem, videlicet à Papa in bonis suis & ecclesiæ, non autem ab Imperatore, & Principe seculari *Rota decis. 1. qui filij sint legit. in nou.* aliquid per *Boer. in decis. 297. numero 2.* quas omnes nota ad intellectum *cap. per venerabilem qui filij sint legit.* Secundus in legitimatis per subsequens matrimonium, & in hoc

hoc dubitandum non est quin succedant, & ita refert decisum *Mnsing. obseru. 42 centur. 5. Gayl. lib. 2. obseru. 4. Guid. Pap. in decis. 59. Balb. in decis. 59.* quas omnes nota ad celebre con. *Calderin 5. de feud.* quod communiter recipitur.

Collect. 1309.

Super cap. cum propter laicorum, de iur. patronatus.

SI quæstio iuris patronatus inter patronos nō diffinitur inter quatuor menses Episcopus ordinabit ecclesiam, h. d. secundùm quem tex. refert decisum *Sayr. decis. 5. de iur. patronat.* Verum, vt text dispositionem dilucidiorem habeas velim, vt notes nonnullos casus decisos per *Rot. Rom. in vna Thuderten. iuris patronatus 20. Februarij 1601. coram Penia.* Primus est quando non constat de iure patronatus, nec præsentantes esse patronos, & hoc casu non obstante contradictione præsentatorum Episcopus potest liberè conferre, nec tenetur expectare quadrimestre, vel semestre; Secundus casus est quando dubitatur an beneficium sit de iure patronatus, & tunc si patroni inter se litigant de iure, vel possessione iurispatron. Episcopus non potest statim cōferre, sed debet expectare patronos laicos per quatuor menses, & ecclesiasticos per sex, vt in text. nostro, vt voluit etiam *Anton. Fab. decis. 3. C. de iure patron.* Tertius casus est quando patroni litigant de præsentatione ex vi iuris præsentandi, & tunc idem dicendum est quod in præcedenti casu, vt tenuit in *d. Thuderten.* Quartus quando lis est super libertate ecclesiæ inter Episcopum, & patronos, & tunc ob lapsum temporis non est locus deuolutioni, pulchrè *Rot.* diu atque omnino videnda *in decis. 421. num. 3. part. 1.* & hanc opinionem pluries amplexa fuit *Rot.* & signanter in vna *Leggionen. parochia'is 12. Octobris 1590. coram Lucta*, & iterum *in vna Compostellan. iur patron. 16. Ianuarij 1580. coram Illustrißimo Blanchetto* Quintus casus quando patroni litigant super præsentatione ratione prærogatiuæ, vel formæ præsentationis, aut meritorum præsentatorum, & tunc ob lapsum temporis nullum eis operatur præiudiciū, vt in terminis tenuit *Rubin. in decis. 13. & tenuit Rot. in d. Thuderten. iuris patro. 19. Februarij 1601. coram Penia.* Sextus est quando lis est inter ipsos præsentatos in tempore prætendentes solùm præsentationem de se factam esse attendendam, & isto casu non est locus deuolutioni etiam si lis nō finiatur intra tempus requisitum, quia dispositio ea. quoniam. de iurepatron. tanquam rigorosa, & exorbitans habet locum solùm quando lis est inter patronos, & non extenditur ad litem inter præsentatos *Rot. in vna Braccaren. benefi. 3. Martij 1603. coram Ludouisio.*

Collect. 1310.

Super cap. per vestras. de donat. inter vir. & vxor.

SCripsi in materia assecutationis dotis in coll. in *l. si constante ff solu. matrimo.* Verum vltra ibi posita addas hic nonnulla, & sic constituas regulam, mulier est assecuranda de dote, h. d. text. Amplia primo, vt assecuratio peti possit per vxorem etiam super pecunia debita viro, ita quod

pecunia conuertatur in emptionem, vt de fructibus alantur vir, & vxor *Afflict. decis.* 221. Amplia secundo in casu *decis. Vrsil.* 402. *num.* 4. vbi fuit decisum assecurationem esse faciendam mulieri etiam si dos non constet nisi per instrumentum cõfessionis emanatæ per eius virum; Amplia tertiò, vt præstari debeat pro pretio, quo emptores reperiuntur, licet pretium fuerit longè minoris *de Franch. decis.* 54. *num.* 5. Hinc fuit decisum in Sacr. consil. quod cum terra fuisset appretiata pro ducatis sex pro modio, & emptores obtulerant ducatos duodecim fuit præstita assecuratio pro pretio quo emptores reperiebantur etiam si fuerit plus longe pretio quo appretiabatur *Capyc. decis.* 41. *nu.* 13. Amplia quarto, vt sit facienda non tantùm pro summa dotali, sed etiam pro sumptibus in litem à muliere factis *Anton. Faber. in decis.* 3. *de iur. dotium*; Amplia quinto, vt mulier possit petere assecurationem dotis probata viri paupertate per viam exceptionis etiam circa declaratoriam *Anton. Faber. in decis.* 10. *de iur. dot.* Hinc est quod sola paupertas etiam absque absentia mariti facit locum separationis dotis *Idem in decis.* 12. *Cod eodem tit.* Amplia sextò etiam pro dotibus virtute instrumenti, dotis confessatæ super bonis viri, non obstante instrumento mutui, deinde confecto de dictis dotibus per quod claré demonstrabatur dotes adhuc non fore solutas ipsi viro, vt est in terminis decisum *Vrsill.* 323. Nunc limita quoad prælationem: nam mulier in assecuratione dotis non præfertur creditoribus anterioribus expressam hypothecam habentibus, *Ant. Fab. in dec.* 28. *de iur. dot.* & vide etiam *eundem in dec.* 48. *eo. tit.* Limita secundò, vt assecuratio dotis non possit peti per mulierem super bonis viri vindicatis per creditorem viri absque instrumento dotali, quia quemadmodum restitui non debet dos absque instrumento dotali, ita nec assecuratio, vt fuit decisum in Sacr. consil. testatur *Grammat. decis.* 42. *Vrsil. decis.* 332. *Carthar. decis. Genua* 8. *Magon. decis. Rot. Florentia* 125. Limita tertiò quoad acquisitionẽ dominij: nam assecuratio obtenta per vxorem super bonis viri, & soceri non operatur illorum dominium, sed tãtummodo acquiritur custodia rei assecuratæ *Afflict. decis.* 9. *aliquid per de Franc. in decis.* 117. Limita quartò, quoad hoc quia assecuratio dotis operatur, vt marito vigente ad inopiam assignentur bona viri vxori pro dote hypothecata ipsi vxori iure pignoris detinenda *Afflict. decisione* 199. *& in decis.* 332. *Grammat. decis.* 92. *Carthar. decis.* 8. *Magon. citat. decis. Put. decis. Romana* 356. *part.* 3. *Del Castill. decis. Sicil.* 25. Limita quinto, vt in iudicio assecurationis cogatur primùm imputare, quæ penes se habet; deinde excutere bona mariti *Anton. Faber decis.* 21. *Cod. de iur. dot.* Pro coronide tamen huius text. animaduertas ad quatuor admodum practicabilia. Primò ad differentiam quam tradunt DD. in restitutionem dotis, & assecurationem, quam habes decisam apud *Fabr. decis.* 2. *C. de iur. dot.* Secundò quod contra mulierem petentem dotium assecurationem non habet locum ius offerendi *idem in decis.* 53. *eod. tit.* Tertiò quod assecuratio dotis potest peti per vxorem etiam si dos esset socero soluta, qui socer promisit per priuatam scripturam conseruare, & restituere obligando eius bona, &c. *Afflict. dec.* 332. *de Franch.*

Franch. in decis. 581. *Grammatic. cit. decis.* 82. Quarto similiter potest peti etiam post promissionem dotis factam à fratre vxoris viro obliganti omnia eius bona pro illius restitutione, & post contractationem debitorum per instrumentum vt fuerit cõfessus dotem recepisse, & ita attenta anterioritate creditoris ante instrumentum confessionis, & post capitula promissionis excludatur ob eius creditum à possessione capta *Affl. ct. decisione* 402. *Boer decisione* 330. Aliquid per *Valasc. decisione Lusita* 6. *Vin. decisione* 537. *Peregrin. decisione Padua* 141 *Hieronym. de Laurent. decisione* 25. *Rot. diuers. decis.* 485 *part.* 3. & *in decis.* 544. *eodem libro. Polydorus Rip. obseruat.* 265.

COLLECT. 1311.

Super Rubr. de appellat.

AQuauis sententia appellari potest, h.d. Hinc dicas, quod appellatur à decreto torturæ, imo etiã à communicatione ipsius, & ita Judex supersedere debet prout quotidie practicatur, vt refero ego ipse in *decis. Cur. Archiepisc.* 13. vbi allego *Carauit. Rit.* 149. Item à decreto habilitationis à iuramento, licet ea pendẽte in causa procedi possit *de Fran decis.* 622. Item ab incidentibus in causa suspicionis officialium *Idem in decis.* 408. Item à sententia liquidationis interesse ex causa alterius sententiæ condemnatoriæ ad interesse liquidandum, vt refert decisum *Vrsil. dec.* 33. Item à sententia lata contra expendentes falsam monetam licet minimè ab illa, quæ fertur contra falsificantes *de Franc. decis.* 351. Item ab interlocutoria quando continet damnum irreparabile *Ann.* referens decisum *Allegat.* 82. Item inquisitus de homicidio non tamen confessus *Addit. in Capyc. in decis.* 144. *Minad. decisione* 28. Item à sententia lata in possessorio de iur. canon. de iur. ciuil. tamen admittitur, sed non retardatur executio *Afflict. decisione* 269. aliquid per *de Fran. decisione* 193. & 288. *Cacheran. decisione* 25. *Beninten. decisione* 17. *Ioseph. Ludou. decisione Perus.* 20. *del Castil. decis.* 42. *Rota Auenionen.* 73. & 165. *Gayl. lib.* 1. *practicarum obseru. capite* 147. *Peregrin. decisione* 97. & 98. Item à sententia liquidationis certæ quantitatis licet prima sententa per quam fuerat facta condemnatio ad aliquid liquidandum fecisset transitum in rem iudicatam *Vrsill. decis.* 157. referens ita decisum. Item à decretis suspicionis officialiũ non admittatur appellatio, non tamen prohibentur nullitates ipsorum proponi præsertim quando de notoria iniustitia constaret *De ponte* qui pluries refert decisum *in decis.* 30. Item à sententia Principis ad relationem Doctoris, cui fuerat commissa causa cum clausula quod faceret iustitiam nomine Regis *Grammat. decisione* 35. licet aliqui asserant præfatam sententiam habere executionem paratam non obstante appellatione, prout *Capyc. decis.* 111. Item à sententia Sacrosanct. consil. per quod prouidetur circa exceptionem reseruatam ad merita, vt est decisio *Ann. in terminis singula.* 605. Item à sententia libertatis *de Fran decisione* 684. Item à sententiis officialium feudorum ecclesiæ *de Ponte in decisione* 2. Pro coronide tamen animaduertas primo quod appellatio interposita per querelantem absoluto inquisito po-

test expressè renunciari *de Franc.decis.* 688.Secundò quod appellatio vnius prodest alteri quando sententia vnum caput contineret, vel plura annexa *de Franc. decis.* 467. *Peguer. decis. Cathalon.* 194. Tertiò quando contumax debeat appellare, scilicet infra decem dies à die scientiæ, vel die sententiæ *Capy.dec.*139.*Vrsill.dec.*134. Quarto quod appellans ab interlocutoria iudicis Regij ad Sacr. consil. debet condemnari in expensis si per eundem Sacr. cons. fuerit dictum bene iudicatum, & male appellatum *Afflict. decis.* 42.

Collect. 1312.

Super c. ex tenore, & ibi DD. de testi.

ARticulare quis prohibetur super eisdem, vel de directo contrariis, h.d. Hinc est, quod articuli in causa liquidationis præsentandi illud idem continetes quod in primo termino in causa principali positum fuit *de Franc. decis.* 683. dicens præfatos articulos esset reiiciendos, Intellige si illud specifice continere videntur, secus si genericè, *Balb.decis.*199. quemadmodum articuli impertinẽtes sunt statim in causa reclamationis reiiciendi *Gram. decis.* 45. *Mynsing decis.* 56. *cent.* 2. Tertio Articuli præsentati in termino repulsæ illud idem continentes, quod positum fuerat in primis articulis, vel de directo cõtrariis articulis partis aduersæ sunt reiiciendi nisi per viam restitutionis, *Afflict. decis.* 216. Quicquid dicat de *Amatis Rot. March. in decis.* 78. Quartò Articuli qui sunt idem cum primus, & de directo contrarij articulis repulsatoriis aduersæ partis, an sint admittendi, vide *Capyc.decis.* 72. Nunc limita regulam suprapositam, & primò in casu decisio. *Afflict.* 13. vbi fuit dictum quod Articuli præsentati per reum conuentum super possessione recuperanda, si concernunt factum proprietatis, non sunt tanquam impertinentes reiiciendi, vt voluit etiam *Anna Allegat.* 77. *Faber decisione* 86. *Cod. vndi vi. Triuis. in decisione Venet.* 4. *num.* 15. Secundo limita in art. in quibus continetur simulatio priuilegij, nam si fuerint allegati impertinentes, eo quod non fuerint declaratæ species simulationis non sunt reiiciendi. *Anna. allegat.* 77. Articuli tamen in secunda instantia producti comprehendentes quæ in prima instantia fuerunt producta de iuris necessitate sunt reiiciendi, vt refert decisum in *Sacr. cons. Ann. singul.* 425. Limita tertiò in casu *decis. eiusd. Sacr. consilij* 216. *vbi Vrsil.* vbi fuit dictum quod licet parti articulos contrarios ponere, quando perempta sit instantia, & noua inchoatur. Limita quartò in casu *decis. Triuis. Rot. Venet.* 43. *lib.* 1. vbi fuit dictum quod articulos de directo contrarios articulis partis aduersæ licet parti in causa appellationis præsentare, & inducere testes super eis, quando testes in termino probatorio super articulis partis non plenè probarunt, vt voluit etiam *Afflict. cit. decis. n.* 4. Limita quintò, quando articularetur, quod testes examinati super articulos partis aduersæ falsum deposuerunt corrupti, vel subornati: *Afflict.* sæpius *citata decisione numero quinto*, *Ann.* referens ita decisum *per sacrum cons. singul.* 425. & plenissimè *Ego in decisione Curiæ Archiepiscop. num.* 200. Limita sextò in casu *decisionis eiusdem Ann.* 425. vbi refert decisum, quod articulus inter-

termino præsentatus, si pars aduersa contrarium probauerit facta publicatione in termino repulsatorio, vel in causa appellationis potest eundem articulum præsentare, & inducere alios testes ad probandum illud idem vt voluit etiam *Afflict.cit.decis.num.* 4. aliquid per *Surdum decis.*296.*& in decis.*126.*num.*11.

COLLECT. 1313.

Super l.filiorum,ff.de verb.signif.

Illud enim tractari consueuit, & in iudiciis sæpissimè controuerti per hunc textum, vtrum in emphyteusi concessa pro se, & filiis sint vocatæ etiam fœminæ, nam si verba tex. nostri inspiciantur nulli dubium est non esse vocatas, quia filiorum appellatione non veniunt fœminæ, & ita quoque tenuit *Reg. Consil. Neapolit.in decis.*30. *de Franch.* verum licet opinio hæc fugita sit, attamen contraria sententia amplectéda est, quia secundum eam iudicauit, *Rot. Roman.* vt patet in *decis diuers.*125.*parte* 2. & iterum in *vna Certien. Bonorum* 1. *Februarij* 1593. *coram Seraphino*, vt patet in *eius decis.*124. *libro* 1. fundatur hæc sententia, quia in contractibus præsertim stricti iuris qualis est emphyteoticus, verborum proprietas attenditur, & masculinum non concipit fœmininum *Balb. in decis.*300. quæ opinio procedit maximè in emphyteusi ecclesiastica, vt fuit dictum in vna *Sutrina Bonorum* 9. *Decembris* 1587. *coram Cardinal. Platto.* Nunc limita suprapositam conclusionem, & primò quando is qui emphyteusim recepit tempore concessionis non habebat nisi vnicam filiam, & nec spem habebat alios procreandi, tūc enim emphyteusis concessio pro se, & filiis facta intelligitur etiam de dicta filia fœmina *Kopp. decis.*30. *ex Gabriel.*, *de verbor.signif. conclusione* 6. *num.*91. Limita secundò quando emphyteusis habet originem à fœmina, quia tunc fœminæ comprehenduntur, vt pulchrè refert decisum *Rot. Bononien. apud de Benint. in decis.*51. Limita tertiò quādo adest statutum, seu consuetudo, quod fœminæ cum masculis pariter admittantur in bonis emphyteoticis, *Ego in dec.*6. *ex Gabriel. cit.loc.* Limita quartò, quando semel vocatæ fuerunt fœminæ, quia tūc emphyteusis semper transit ad fœminas ex regula illa, quod res semper effecta talis semper durat talis *Garz.in decis* 99 Limita quintò, quando ex vrbis inuestituræ appareret contrahentes voluisse vocare fœminas: tunc enim receditur à dicta cōmuni opinione, quod fœminas excludit, vt tenuit *in vna Bononien. Bonorum* 14. *Ianuarij* 1602. *coram Iusto.* Limita sextò, si emphyteusis fuerit concessa pro filiis, & hæredibus, vsque ad tertium genus, nam stipulatio censeretur concessa etiam pro fœminis, quia generis appellatione fœminæ etiam continentur, vt tenuit *Rot. in vna Sutrina Bonorum* 9. *Decembris* 1567. *coram Illustriss. Platto.*

COLLECT. 1314.

Super cap. cum venerabilibus, de Relig. Domin.

Communis, & est iuris conclusio, quæ sumitur ex præsenti textu, trita, quod habens fundatam intētionem de iure communi debet manutenери, etiā nulla probata pos-

fessione; quàm cóclusionem amplia procedete, vt detur huiusmodi manuten io, etiam si non probet quasi possessionem *Cap. taquensi. in dec.* 203. *p.* 1. & iterum in *vna Bononi. S. Petron.* 28. *Aprilis* 1595. *coram Illustrissimo Mantica*, & iterum in *vna Veron. S. Petronij* 18. *Martij* 1596. *coram Cardinali Pamphilio*; Amplia secũdò siue Episcopus sit in ciuitate, vel alibi per diœcesim, & siue per se, siue per Vicarios suos sit solitus exercere iurisdictionem *Verall. in decis.* 306. *p.* 1. Amplia tertiò, etiam si contra habentem intentionem fundatam exhibeatur priuilegium, seu titulus, quia donec de illius releuantia disputatur ei datur manutentio, vt fuit latè resolutum in *vna Carthaginen decim.* 1590. *coram Gipsio*; Limita hanc Ampliationem si producens titulum esset in possessione, vt fuit dictum in *vna Valent. decimarum* 20. *Februarij* 1598. *coram Peregrino*, & ita intelligendus est *tex. cap cum persona*, §. *penult. & ibi Lapus Abb. num.* 4. *de priuil. in* 6. Amplia quartò siue Episcopus sit in possessione subiectionis, siue non: quia potest vti iurisdictione contra præscriptionem allegatam *Rot diuers. decis.* 145 *p.* 1. Amplia quintò, vt procedat etiam in ordinario inferiore, nam huic quoque danda est manutentio, nulla probata possessione *Anton Fab. decis. finali, Cod. vnde vi*; Nunc limita, & primò vt non procedat quando assistentia iuris communis est turbida, quia tunc non releuat nec ex eo datur manutentio: *Seraphin. in decis.* 30. & fuit dictum in *vna Montis Regalis* 4. *Nouembris* 1548. *coram Penis*; Limita secundò in Parocho, quoad possessionem exigendi decimas *Put. decis.* 61. *lib.* 3. *Rot. diuers. decis.* 1. *p.* 1.

COLLECT. 1315.

Super Bald. in l. aliena. C. de legatis.

QVando id quod est debitum præstari non potest, tunc soluẽda est ęstimatio, h. d. hinc est quod quando habitatio alicui relicta præstari non potest, tunc debetur æstimatio habitationis, & est facienda iuxta æstimationem alimentorum *de Franc. in decis.* 186. *num.* 5. Hinc *Afflict. decidit in decis.* 34. esse faciendam æstimationem habitationis ad vitam pro annis quindecim præstita cautione si plus viueret creditor soluendi illud plus; Infertur secundò, quod feudo legato debetur æstimatio, vt refert decisum, *Ann. in decis.* 126 intellige deducta legitima liquidanda, *idem in allegat.* 227. cuius allegationis ampliationem vide per *eundem in allegat.* 180. *num.* 4. Limita, vt non debeatur æstimatio extraneo instituto in feudis, vt fuit decisum in *causa illorum de Suriano, cum sororibus de Venato in* 1582. *refert Depont. de potestate Proregis tit.* 6. §. 2. *num.* 10. & in æstimando feudo, cuius ratio habenda sit, vide *decis. Ann. in consi* 26. Infertur tertiò quod æstimatio præstanda est, quando quod debetur dari non potest. *Afflict. in decis.* 347. *Caualcan. decis.* 17. *lib.* 1. Infertur quartò, quod cum homo mortuus præstari non possit, propterea eius æstimatio debetur, & materia homicidij fit regulariter in ducatis 50. in contingentia facti cuiusdam iuuenis qui prętendebat fieri procurator, fuit æstimatio facta per *magnam curiam in ducatis* 100. vt refert decisũ *Vrsill. in dec.* 34. *n.* 10. Æstimatio autem an debeatur pro feudo fuit decisum affirmatiuè, vt refert *Anna*

Anna filius in additione ad eius Genitorem in dec. 117. *in fine.*

COLLECT. 1316.

Super l. 1. *Cod. de reb. cred.*

Dicit iste text. quod periurus à Deo solo punitur: ibi, iusiurandi contempta ipsa religio satis Deum vltorem habet. Tu autem dicas quod immo periuri ab hominibus veniunt puniendi prout primò, quia tenentur pœna *l. si quis maior. C. de transact.* quæ pœna procedit vbi adest dolus, & præiudicium alterius, vt fuit dictum in vna *Romana non adimplementi* 15. *Nouemb.* 1597 *coram Seraphino* vt patet in *eius decis.* 1243. Item periuro numquam defertur iuramentum in supplementum probationis *Bald. in decis.* 300. Item quia repellitur à testificando *Ego in decis. Cur. Archiep. Neapol.* Septima vbi allego *Glos. in c. per tuas in verb. adulteri de Simon.* Item quia propter periurium clericus priuatur beneficio *Rot. in decis.* 1. *de iureiurando in antiq.* & fuit dictum in vna *Segobien. insordescentia* 5. *Iunij* 1598. *coram Seraphin.* vt patet in *eius decis.* 1285. Ad materiam tamen animaduertas quod periurium non incurritur per eum qui non est doli capax, nec talis ligatur iuramento *Idem Seraphin. in decis.* 771. & Ratio potest esse quia ad incurrendum quem in periurio requiritur dolus *Rota diuers. decis.* 110. *par.* 2. Secundò animaduertendum quod iuramentum quantum ad effectum periurij non transit in hæredes, secus est quantum ad effectum obligationis, pulchrè *Guid. Pap. in decision.* 414. & fuit dictum in vna *Tiburtin. Castri Vitarij* 4. *Decembris* 1587. *coram Seraphin.* vt patet in *eius decis.* 405. Tertio animaduertendum quoad euitandum periurium dicta restium non sunt cauillanda, sed ciuiliter intelligenda *Idem Seraphin. in decis.* 1279.

COLLECT. 1317.

Super clausula, si in euidentem.

In alienandis bonis ecclesiasticis solet Papa committere ordinario, seu alicui, vel aliquib. probis viris cū clausula, vel eorum alteri, vt constito sibi quod alienatio in euidentem vtilitatem ecclesiæ cesserit, & cedat alienationem eandem cum omnibus & singulis pactis, & conuentionibus in ea appositis approbet, & confirmet, super qua clausula animaduertas ad quinque satis practicabilia. Primò, quod huiusmodi euidens vtilitas ad hoc, vt dici possit necesse est, vt habeatur ratio sextæ partis *Seraphin. in decis.* 1490. præsumptio autem euidentis vtilitatis ex sollemnitatibus adhibitis in alienatione, vel dismembratione in dubio resultat. *Idem in dec.* 414. quia in literis si in euidentem nihil aliud intendit Papa nisi quod alienatio cadat in vtilitatem ecclesiæ *idem in decis.* 1125. & in rescripto si in euidentem attenditur sola ratio vtilitatis ecclesiæ *Seraphin. in decis.* 1538. & subreptio quæ circa ipsam causam versatur sola attenditur *Seraph. in decis.* 508. & propterea infero quod sententia pro euidenti vtilitate vigore rescripti si in euidentem lata, facit vt alienatio præsumatur vtilis ecclesiæ donec contrarium probetur, vt fuit dictum in *Rot. in vna Papien bonorum* 28. *Aprilis* 1595. *coram Seraph.* vt patet in *eius dec.* 1125. & *in de-*

cisio. 1073. Secundò animaduertendum quod tempus contractus attéditur ad dignoscendum, an alienatio cedat in euidentem Ecclesiæ vtilitatem *Guid. Pap. in decis. 152.* Hinc est quòd ad probandam vtilitatem, vel lęsionem attenditur tempus locationis *Seraph. dec. 1125.* Hinc etiam prouenit quod vtilitas ecclesiæ adsit de tempore reconductionis, & non sufficit quod adfuerit de tempore primi contractus, *idem in d cision 413.* Limita dupliciter, & primo in emphyteut. ecclesiastico, quia in eo sufficit quòd adsit vtilitas tempore quo contractus est in scriptura redactus, vt fuit dictum in *Rot. in vna Placentin. bonorũ 1583. coram Seraphin.* vt patet in *eius decis. 627.* & Ratio est quia contractus emphyteoticus ab eo tempore recipit perfectionem *Cachera. in decis. Pedemont. 53.* Limita secundò in casu *d. cis. Casar. de Grass 4. de reb. eccles. non alienand.* vbi fuit dictũ, quod in concessione rei emphyteoticæ debet adesse euidens ecclesiæ vtilitas tempore vltimæ concessionis, & non sufficere adfuisse in antiqua concessione. Tertio animaduertendum quod ad iudicandum vtilitatem ecclesiæ in literis si in euidentem, attenditur valor rei non fructus, vt est punctualis decis. & omnino videnda *Seraph. 480.* & propterea infero, quod melioramenta dicuntur pars pretij ad effectum probandi vtilitatem ecclesiæ, & non læsionem *Seraphin. in decis. 485.* Animaduertendum denique dismembrationem fructuum dici alienationem, & requirere omnes sollemnitates requisitas in alienationẽ rerum Ecclesiæ *Rot in decis. 1. de rebus eccles. non alienand. in nou.* & propterea fuit dictum iterum in *Rot. in vna Marsican.* non potuisse Episcopum dismembrare fructus parochiæ pro eligendis nouis canonicatibus in ea cum numerus parochianorum non fuerit talis quod Rector cum vno clerico in administratione sacramentorum non posset supplere, iuxta *dec. Cassad. 19. de prebend.*

Collect. 1318.

Super cap. 1. vbi DD. de litis contest. in 6.

Triuialis, & Tyronibus iuris nota est illa conclusio quod in gratiosis narrata sunt iustificanda, vt gratia suffragetur, vt dicit hic text. & *Rot. d. cis. 20. de prebend. in nou. Bellamer. in decis. 76. & in decis. 303. Verall. decis. 39. par. 1. Put. decis. 242. lib. 1.* & ea præsertim sunt verificanda, quæ reddunt Principem ad concedendum gratiam difficiliorem *Rot dec. 4. & 75. de rescript. in antiq. Aegid. dec. 4. & 95. Cassador. dec. 11. & in decis. 12. de prebend. Caputaq. in decis. 310 part. 1.* vel super quibus Princeps se fundauit maximè quando copulatiuè sunt narrata, & quælibet narratiua per se non sufficit, *Caputaq. in decis. 142. p. 2.* Amplia primò suprapositam text. conclusionem, vt procedat etiam quoad narratiuam iuris patronatus, quæ similiter debet iustificare *Rot. diuers. decision. 203 & 531 p. 1.* Amplia secundò, quoad narratiuam ætatis quamuis consistat in facto proprio *Fabius in decis. 17. Mohed in decision. 336.* & quod gratia reddatur nulla si narratiua ætatis nõ iustificetur tradit *Caputaquens. in decis. 114. p. 2.* Amplia tertiò, vt procedat etiam respectu qualitatũ: nam in gratiosis etiam qualitates narratæ sunt verificandæ *Casar. de Grass. in decis. 7. de prob.* Limita hanc ampliationẽ, vt

vera

vera sit quando qualitas narrata inest de facto, secus si ex iuris dispositione, quia tunc non est opus eam iustificare, *Rot.dec.75.& 37. de rescriptis in antiquis.* Limita secundò in casu *dec 5.Rot. diuers.531.parte 1. Cassador. decis. 10.de preb. Aegid.decis.734.* Amplia quarto, vt obtineat etiam quoad narrata in dispensatione, nam illa quoque sunt verificanda *Cæsar de Graff decis.66.* Amplia quinto, etiam si narratiua gratiæ sit negatiuè concepta *Cassad. decis. 5. super regul.* & fuit dictum in *vna Militen. Canonicatus 16. Iunij 1586. coram Cardinali Platto.* Amplia sexto procedere nedum in iudicio ordinario, verum etiam in iudicio executiuo, *Mohed. decis. 304. Cæsar de Graff.decis.48.*

COLLECT. 1319.

Super regul.8. Cancell.

COlligitur ex præsenti regula in ver. Archiepiscopis, quod alternatiua mensium solummodo conceditur Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis non autem Capitulis, & Archidiaconis, nec aliis Collatoribus, quibus ex cõsuetudine, vel priuilegio ius conferendi competit, & ita fuit decisum in *vna Salamantin. alternatiua 27. Nouembris 1581. coram Robustella*, vnde hodie stante tenore modernæ regulæ iam cessant decisiones *Achill. de Graff.3.de præbend. Put. 88.lib.3. Rot. diuers. 12.lib.3.* prout etiam hæc regula denegat alternatiuam ipsis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis in beneficiis, quæ ad liberam illorum collationem non spectant, licet secus erat in alternatiua in antiqua *Put. decis. 472. libro 2. Rot. diuers.decis.12.*

Sed hic pulchrè exoritur dubitatio, an Vicarius Patriarchę, Archiepiscopi, vel Episcopi, qui habet potestatem conferendi quæcumque beneficia, possit etiam conferre beneficia liberæ collationis vacantia in mensibus illorum. Et primo videbatur negandum, quia in generali potestate Vicariis concessa non veniũt illa quæ vigore priuilegij Episcopo competunt *Rota decis.9. de offic. Vicar. in antiq. Bisignet. in decis.3 eo.tit* hoc tamen minimè refragante contraria opinio est verior, & tenenda, prout etiam tenuit *Rota in vna Portugallen. 27. Octobris 1546. coram Put.* vt patet *in eius decis.488.lib.2.* Non obstat, quod in generali potestate concessa Vicario, non veniunt ea, quæ competunt vigore priuilegij, quia respondet ipse *Put.* dictæ decisioni, quod per alternatiuam nullum priuilegium Episcopis conceditur, sed tantùm obstaculum remouetur *Put. in decis.205 & 215.& 222. lib. 1. & in decis.442. libro 2.decis.93.140.163.190.226.libro 3. Crescent.decis.11.de priuilegiis. Verall.decis.214.par.2.Ioan.Paul.decisione 28.*

COLLECT. 1320.

Super c.dudum, il 2.de elect.

IN fine huius tex. colligitur cõclusio, quod criminosus inquisitione pendente potest suum beneficium resignare, iuxta cuius dispositionem censuit *Rota Romana*, vt patet ex *decis. 5. Bisignet.de re iudic. Crescent.decis.227. Put. dec. 213 lib. 2. Boer. decis. 205.* & hanc opinionem esse receptam frequentiori DD. schola attestatur *Bald. decisione 251.* Intellige vbi criminosus non veniret puniendus ipso iure, sed per sententiam Iudicis

Cappel. Tholos. decis. 336. licet regulariter nullum crimen inducat priuationem ipso iure *Achill. de Grass. in decis.* 1. *de pœnis. Puteus decis.* 133. *lib.* 3. & requiri declarationem iudicis in omni crimine est magis communis opinio, de qua attestatur *Mohedan. decis.* 472. & propterea in Curia Archiepiscop. Neapol. Nos sæpius decidimus priuandum semper facere fructus suos. Amplia primò regulam text. vt possint criminosi etiam lite pendente eorum beneficia resignare *Cappell. Tholos cit. decis.* 336. & ita fuit decisum in *Rot. in vna Parmen. Parochial.* 12. *Iunij* 1562 *coram de Rubeis*, quemadmodum etiam accusatus de crimine pendente lite potest permutare *Sayr. decis.* 2. *de accus.* Amplia secundò, vt valeat renunciatio lite pendente, etiam potest receptas probationes, & conclusum in causa *Boer. decis.* 206. Amplia tertiò, vt possit etiam renunciari post sententiam pendente appellatione, quia appellatio extinguit pronunciatum. Hinc est, quod collatio facta per priuationem ante transitum in rem iudicatam est nulla, esto quod priuatus postea non appellauerit, *Mohed. decis.* 148. *Puteus decis.* 30. *lib.* 1. & fuit in *Rota* resolutum *in vna Veronen.* 12. *Decembris* 1545. *coram Cardinali Sanctæ Crucis*. Amplia quarto, vt possit fieri huiusmodi resignatio, etiam non facta mentione de accusatione, vel inquisitione, si iudicium pendet *Rot. decis.* 5. *de re iudic. in antiquior.*

Sed pro ornamento huius materiæ quæritur primo num beneficium criminosi possit impetrari in euentum priuationis? & *Rot. in decis. fin. vt lit. pen. in nou.* tenuit affirmatiuè, & taliter impetrans debet se obligare ad pœnam extraordinariam arbitrio Rotæ, & sic non requiritur pœna talionis *Crescent. decis.* 161. Quæritur secundo, an impetrans beneficia alterius ob illius priuationem, vtrum illo interim decedente sit habilis ad consequenda præfata beneficia, & *Rot. in decis.* 441. *vt lit. pendent. in nou.* negatiuam tenuit sententiam, quam opinionem tenuit pariter *Cap. Thol. decis.* 437.

Collect. 1321.

Super constit. Regn. quisquis de Burgens.

Ego in *decis.* 13. *Curia Archiep. Neap.* intelligo istum text. ex dictis per Frecc. & per Isern. procedere tantummodo in vassallis ascriptitiis feudo, & in vassallis, qui ad personalia seruitia tenentur, & angarij, vel parangarij sunt, tunc enim Barones illos reuocant, si alibi ad habitandum accesserint, *Afflict. decis.* 265. Quod amplia procedere siue iuerit in terra alterius Baronis, siue Regis *Capyc. decis.* 168. in vassallis vero Burgensibus, & in his, qui angarij non sunt, hoc non procedit, qui ad eorum libitum possunt ad habitandum accedere, & recedere, *idem Capyc decis.* 118. quis autem dicatur Burgensis in hac materia, vide *Ann. alleg.* 105.

Collect. 1322.

Super Constit. instrumentorum Robur.

Adornatum huius constitutionis adde, quod si testis dicit se non recordari an possit cogi se subscribere, vide *Capyc. dec.* 29. & an instru-

strumentum Clerici per manum Notarij Apostolici teneat vide *eundem in decis.* 201. An autem instrumentum stipulatum per Notarium Apostolicum in hoc Regno probet, sic distingue, quod aut loqueris in rebus Ecclesiasticis, & plenè probat, si iu profanis, & tunc si stipuletur in Regno cum Judice, & testibus, iuxta formam huius constitutionis, & tūc, aut instrumētum petitur exequi secundùm formam Ritus Magnæ Curiæ, & non probat, quia si non habet requisita Ritus, aut dubitatur vtrum faciat fidem in causa ordinaria, & facit fidem, ita *Boer. decis.* 242. *Afflict. decis.* 245. *Capyc. decis.* 201. *Ann. decisione seu singul.* 245. *&* 246. & vt reassumi possit instrumentum, quæ requirantur vide *Affl ct. decis.* 5. *Guid. Pap. decisione* 2. & si literæ non possunt legi, quod non probat, vide *Ann. in alleg.* 43. quemadmodum etiam non probat si instrumentum in protocollo non reperitur *de Franch. in decis.* 567. vbi etiam dicit, quod si reperiatur cartula non in protocollo, sed in arca Notarij defuncti non potest fieri reassumptio, quia non concurrunt requisita necessaria ad reassumptionem Notar j defuncti; Item nō probat si continet aliquid scriptura in margine *Ann. in decisione seu singula.* 246. & si instrumentum petitur rescindi, non debet reassumi in publicam formam, *idem decisione* 252 & instrumentum, vt possit reassumi, vide *eundem in decis.* 254. Animaduertas tamen primò, quod quando petitur reassumi, non proceditur via iudiciali, *idem singula.* 355. Secundò, quod in reassumptione conceditur primum, & secundum beneficium, *idem cit. loco.*

COLLECT. 1323.

Super l à Diuo Pio. §. sententiam. ff. de re iudicata.

POtest vnus Judex alterius iurisdictionis Judicem requirere, vt eius sententiam exequatur, h. d. Pro cuius ornamento potest de nonnullis dubitari, & primò, num talis Judex requisitus possit cognoscere de nullitate, aut de æquitate sententiæ. *Guid. Pap. in decis.* 419. *&* 574. negatiuam tenuit sententiam, quam *Guid. decis.* limita tripliciter, & primò in casu *decis. Boer.* 90. Secundò in casu *dec. Anton. Fabri prima C. de executione, & re iudicata*, vbi fuit dictum, quod quando discussio sententiæ exequendæ non continet altiorem indaginem, poterit Judex requisitus de illius nullitate cognoscere. Limita tertio, quando nullitas à iure cōmuni pendet, non ab alia causa, de qua Judex requisitus cognoscere nō possit, *idem in decisione* 29. *citato tit. & Franc. Marc. decisio.* 135. *part.* 2. Secundò quæritur, num in executione præfatæ sententiæ sit seruandus stylus Curiæ Judicis requirentis, an verò Curiæ requisitæ? huic quæstioni respondet *Guid. Pap. in dec.* 23. dicens seruandum esse stylum curiæ requisitæ, pro cuius confirmatione accedunt *decisiones Marliani* 16. *& Triui.* 32. *part.* 2. Tertiò quæritur, quid si exequendo modus exceditur, & ita potest appellari, vnum appellabitur ad superiorem primi Judicis iudicantis, an verò ad superiorem Judicis auxilium dantis? Respondetur si Judex alius exequitur ad literas alterius, ad superiorem illius exequentis appellabitur, si verò ipse

Vu 2

non exequitur, sed exequenti præstat auxilium, tunc si quidem præstat auxilium iuris, puta excommunicando, vel intercidendo, vel iurisdictionem denegando, tunc ab ipso appellatur, quoniam ipse actus est, qui me lædit; si verò præstat auxilium facti puta concedendo primo Judici familiam, milites, & similia, tunc à primo Judice appellatur, quia ipse est qui lædit ministerio alterius, ita *Capell. Tholos. in decis.* 340.

Collect. 1324.

Super const. Regni quamplurimum.

SCripsi in materia subuentionis seu adiutorij pluribus in locis; hic tamen fac regulam cum ampliat. & limitationibus, regula sit quod Vassallus in casibus hic expressis tenetur Baroni præstare adiutorium, seu subuentionem; Amplia primò, vt procedat regula etiam in vassallis subfeudatariis, quia tenentur feudatario maritanti subuenire *Guid. Pap. in decis.* 57. Amplia secundo, vt peti possit etiam pro secunda filia maritanda *idem in cit. decis.* Amplia tertiò etiam pro filia spuria maritanda *Boer. in decis.* 130. Amplia quarto subuentionem hanc deberi feudatario pro omnib. *de Franc in decis* 215. & quid si eodem anno duas filias maritauerit, vide *eund. in decis.* 306. Amplia quintò procedere etiam in matre dotante filiã propter inopiam mariti, vt latè per *Boer. in decis.* 119. Amplia sextò, vt possit peti etiam ab emptore cum pacto de retrouendendo *de Franch. in decis.* 76. Amplia septimò in casu *de Franc. in decis.* 73. vbi si auunculo succedit nepos qui sororem maritauit fuit decisum deberi adiutorium *de Franc. decis.* 73.

Collect. 1325.

Super extrauagant. adiuncta de electione.

VAcatio sedis Episcopalis durat vsque quo literæ Apostolicæ fuerint expeditæ, & præsentatæ capitulo, h. d.

Nec aduersatur, quod de iure communis sedes Episcopalis desinat vacare per prouisionem factam à Sede Apostolica, ita vt Prælatus statim acquirat iurisdictionis exercitium per dictam prouisionem antequam sit capta possessio, ita vt sit etiam licita collatio beneficiorum *Rota diuers. in decis.* 182 *part.* 2.

Quia hodie non solum requiritur prouisio, sed etiam expeditio literarum, & transportatio, ostēsio, & præsentatio per tex. nostrum, & ita fuit tentum per *Rotam in vna Burgen. Canonicatus* 3. *Iun.* 1583. *coram Lancelloto* vbi declaratur valida collatio facta per capitulum non vocato episcopo iam promoto non tamen præsentante literas expeditionis.

Sed quæro huius tex. occasione an episcopus dando mandatum ad resignandum episcopatum in curia an possit conferre beneficia post resignationem admissam, & Respond. negatiuè quia quemadmodum facta renunciatione amittitur possessio *Rot. in decis* 3. *de renunciatione in nouis Cassad. in decis.* 2. *eod. tit. Mohed in decis.* 1. & 2. ita quoque fuit amissum ius conferendi, quod est fructus episcopatus, vt tenuit *Rota in vna Seguntina beneficiorum* 1. *Iunij* 1592. *coram Orano.*

Et

Et idem dicendum episcopo ad alium episcoparum translato: hinc est quod si translatio non peruenit ad notitiam Vicarij valebit collatio, & actus per eum gestus *Rota diuers. in dec. 33. lib. 2.* æquiparatur enim casus mortis, & translationis ad alium episcopatum, ideo Procurator per episcopum constitutus, ita cessat per mortem ipsius quemadmodum per translationem *Rot. in decis. 28 de Procur. in antiquis. Aufr. in decision. 265.* quidquid scripserit *Guid. Pap. in decis. 547.* quia contra eum extat *decisio Anna 92.*

COLLECT. 1326.

Super c. fin. vt lite pendente.

EXisto textu constituo regulam, quod lite pendente potest quis, tam in possessorio, quã in petitorio nouum ius citra vitium attẽtatorum acquirere. Hinc infero ad *dec. Bellam. 102. & 662.* vbi si aliquis impetret lite pendente nouam prouisionem, si neutri, vel aliam gratiam non dicitur attentare *Thanis. in decis. 72.* Infero secundo ad *decis. eiusdem Rota 176. de rescriptis in nouis*, vbi cessio facta alicui litiganti per tertium lite pendente valet, & tenet; Infertur tertiò quod potest litigans lite pendente impetrare à Principe beneficium cessionis bonorum, & illo vti *Afflict. in dec. 379.* Infertur quartò, quod lite pendente potest fieri excussio quæ tanquam ex iure superuenienti ex causa de præterito iudicium conualidat, *Guid. Pap. in decis. 422.* qui dicit ita se pluries vidisse iudicari, Infertur quintò, quod minor potest factus maior lite pendente petere restitutionem in integrum, ex quo tempore cœptæ litis erat minor *Afflict. in decis. 210.*

Nunc limita principalem Regulam text. & primò vt non procedat in priuilegio impetrato, & obtento à communi Domino, vel Prælato *Bellam. in decis. 749.* & ratio est quia tale priuilegium non censetur validum, ex quo non creditur communem Dominum litis pendentiæ aliquod præiudicium inferre, ita etiam *Rota in decis. 25. de rescriptis in nouis, & Capp. Tholos.* vbi *Aufrer. in decision. 147.* Limita secundò, vt non procedat quando ius impetratum, aut superueniens lite pendente tenderet in præiudicium iuris, vel possessionis alterius partis, quia tunc censetur attentatũ, & cadere sub edicto *Ægid. in dec. 749.* Limita tertiò nisi ius lite pendente superueniens respiceret titulum super re de qua litigatur, quia titulus superueniens lite pendente non suffragatur *Balb. in dec. 29.*

COLLECT. 1327.

Super l. defuncta, ff. de vsufr.

QVotidiana, & practicabilis quæstio quæ hic consueuit à DD. fieri, est de fructibus beneficiorum, per obitum ad quem spectent: Conclusio igitur est, fructus recollecti ante obitum Prælati, vel Clerici ad ipsius hæredes pertinent, & propterea de illis testari possunt *Guid. Pap. in decis. 109.* pendentes verò ad successorem in beneficio *Rota Perusin. in decis. 33. Borgnin. in decis. 34. lib. 1. Thess. in decis. 143.* Ampliatur primò, præfatas conclusiones procedere etiam in beneficio per resignationem, vel renunciatum *Franc. Marc. in decis. 196. & idem in decision. 197. part.*

2. & *Caualcan. in decis.* 44. *num.* 4. *p.* 1. Ampliatur secundò procedere etiam in pensionibus & fructibus iam maturatis in vita antecessoris, sed nondum solutis, quia spectant ad successorem in beneficio, & non ad hæredes *Thesaur. in dec.* 143. Ampliatur tertiò etiam in clerico deposito, vel priuato *Borgn. dicta dec.* 44. Ampliatur quarto etiam si antecessor iudicia, ac litem mouisset ex *bulla Iulij III. nona in ordine & Ego in decis.* 91. Nunc limita regulam principalem supra positam, & primò vt non procedat in fructibus beneficiorum simplicium *Rubin in decis.* 30. vbi allegat *Gigant. consil.* 27. qui restringit ad Prælatum habentem administrationem, quod notabile, & digito notandum dicit *Borgnin. cit. decis.* 44. *sub num.* 4. *in fine.* Limita secundò vt licet tales fructus maturati, sed nondum percepti spectent, vt dictum est, ad successorem, verè tamen sunt ecclesiæ, & detractis alimentis seruire debent pro vtilitate ecclesiæ, & ea bonificanda, vt late deducit *Borgnin. in repertor. dec.* in verbo *fructus*, nec dissentit *Thes. in dec.* 143. vbi declarando *cap. relatum de testam.* dicit spectare ad ecclesiam nullo dato successore cum hodie spolia sint Cameræ Apostolicæ *Ioseph. Lud. cit. decis.* 33.

Collect. 1328.

Super l. ne quidquam, §. vbi decretum, ff. de offic. proconsul.

IN verbo vbi decretum nota nonnullas decisiones, & prima est quod decreta Sacri consil. prius debent executioni demandari, vt possit in causa reclamationis procedi, sed quid si fuerit promissa per instrumentum solutio condemnationis infra certum tempus, & interim correspondere in pagha promissore, an per hoc impediatur executio in causa reclamationis? Fuit decisum quod sic *de Franch. in decis.* 603. Secunda est quod decreta M. Cur. Vicar. & Sacr. consil. si in aliquo discordant, & in aliquo concordant dicuntur conformia ad euitandam reclamationem *de Franch. in decis.* 710. *Mastrill. decis. Sicil.* 110. Tertia est quod de nullitate decreti potest dici vsque ad annos 35. *Balb. dec.* 29. quia tãto tempore præscribitur ius prædictum. Intellige quando non proceditur per viam exceptionis *Afflict. in decis.* 178. *num.* 5. non tamen dici de nullitate decreti si fuerint adiudicata bona, non citatis hæredibus debitoris, vt refert decisum *Afflict. d. decis.* 178. *nu.* 6. Similiter si non fuerunt seruatæ sollemnitates arij. *Afflict. dec.* 191. *in fin.* aliquid per *Caualc. decis.* 3. *p.* 1. Quarta est quod decretum latum super bonis non obligatis est in totum nullum, licet adsint alia bona obligata *Afflict. in dec.* 218. & ratio est quia decretũ Iudicis est indiuiduum, vt aliquid per *de Franch. in decis.* 86. *in decis.* 147. *Milanen. dec. Sicil.* 115. *lib.* 1. & *in decis.* 9. *lib.* 2.

Collect. 1329.

Super cap. 1. de consanguinit. & affinit.

TEstes in causa matrimoniali debent esse omni exceptione maiores, h. d. Hinc est, quod talis qualitas est articulanda, & probanda, vt pluries iudicasse in *Cur. Archiepis. Neapol. refero in decis.* 142. Cuius decis. ratio est, quia licet quilibet præsumatur

matur idoneus, non tamen præsumitur omni exceptione maior *Hartaman. in decision. 2. de test.* & propterea fuit decisum dictum pueri non esse omni exceptione maius contra matrimonium *Verall. in decis. 288. par. 3.* dicetur tamen omni exceptione maior vnus testis cum fama concurrentibus aliis adminiculis, *idem in decision 288.* & facit *Cappel. Tholos. in decis. 171.* vbi ait in materia matrimonij vni testi dari iuramentum suppletorium, & *in decis. 172.* dicit matrimonium probari per vnicum testem, & famam, si non fiat alteri matrimonio præiudicium, hinc *Sayr. in decis. 2. de consanguinitate, & affinit.* ait non impediri matrimonium contrahendum vnico teste asserente se ab alio audiuisse eos esse cognatos, item parentes sunt omni exceptione maiores, *Franc. Marc. in decis. 751. part. 2*

Animaduertendum tamen ad ornatum, ac ad verum intellectum tex. nostri, quod ad probandum matrimonium tantùm requiritur qualitas quod testes sint omni exceptione maiores, & sic quoties agitur de impugnando matrimonio, vt censuit *R t in vna Tullens. matrim. 14. Ianuarij 1568. coram Oradino*, vbi fuit dictum, quod quando non agitur de impugnando aliquo matrimonio sufficiunt testes ordinarij, nec præfata qualitas exigitur, ex doctrina *Abb. recepta in c. super eo il 2. in 3. notabili de test.*

Animaduertendum secundò, quod si præfata qualitas fuerit admissa articulari, potest recipi etiam post publicatas attestationes, & etiam ex officio Iudicis potest se informare de ea,
Ego in dec. 6.

COLLECT. 1330.

Ad Bald. in c. bona, in vltim. notab. de appellat.

Qvod dicit, quod attentãs debet fructus restituere, & in eis debet per Iudicem condemnari, & secundùm hanc *Bald.* sententiam pluries censuit *Rot.* vt patet *in decis. 5. de restit spoliat. in nou. & in decis. 36. de re iudic. in antiq. Cassad. in decis. 6. vt lite pendente*, & fuit aliàs resolutum *in vna Palentin. Canonicat. 28. Nouembr. 1548. coram Augustino*; Amplia primò, vt veniat condemnandus non solum in fructibus perceptis, verum etiam in illis, qui percipi potuerunt, vt sentit *Glos. in cit. cap. bona, in verbo statu*, & ponit expressè *Rot. in cit. decis. 5* & ita fuit etiam decisum, vt patet *in decis. diuers. decis. 552. lib. 1.*

Subamplia primò, hanc ampliationem procedere, etiam si in sententia fuisset omissum dicere de his, quos potuisset percipere, *Achill. de Graff in decis. 140.*

Subamplia secundo, vt huiusmodi condemnatione veniant etiam distributiones quotidianæ, quamuis enim aliàs distributiones quotidianæ non dicantur verè fructus *Cassad. cit. in decis. 6.* quamuis si fuerit lis super Canonicatu, & possessor condemnetur in fructibus, tenetur etiam ad restitutionem distributionum quotidianarum *Rot. diuers. decision. 139 p. 2.* quidquid præscripserit *Boerius in decis. 340.*

Amplia secundò principaliter, vt attentans, ad euitandam hanc fructuum restitutionem non admittatur ad beneficium capit. *Odoardus de solut. Rot. in decis. 22. de restitut. spoliat.*

in antiq. & in decis. 30. *de re iud. in antiq.* & ratio est quia doloso non est tale remedium communicandum, *Verall. in decis.* 278. *lib.* 1. *Capp. ll. Tholos. in dec.* 466. attentantem autem esse in dolo expressè tradit *Rot. cit. decis.* 5. *& Rot. diuers. decis.* 11. *p.* 2.

Amplia tertiò, vt condemnatio, de qua agitur, non solum fiat ad partis instantiam, verumetiam officio Iudicis, *Guid Pap. in decision.* 405. *Mynsinger. obser.* 55. *cent.* 4 quemadmodum Iudex ex officio potest attentantem in expensis condemnare *Rot. in decis.* 1. *vt lite pendent. in nou.*

Amplia quartò, vt fructus veniant restituendi non tantum à die motæ litis, verum etiam à die attentationis, *Rot. in decis.* 4. *de restit. spoliat. in nou.* & fuit dictum in *vna nullius Castrorum* 18. *Martij* 1586. *coram Oradino.*

Amplia quintò, vt pro restitutione præfatorum fructuum non sufficiat attentanti facere depositum, *Verall. in dec.* 219. *p.* 1. *Rot. diuers. decis.* 708. *p.* 3. *Peregrin. decis.* 245. *& Mohedan. decision.* 23.

Amplia sextò, vt admittatur exceptio compensationis contra restitutionem fructuum petentem, *Verall. in decision.* 114. *p.* 2.

Amplia septimò, quod si huiusmodi fructus essent aliquomodo obscuri, debet parte petente ante omnia negotium liquidationis absolui, *Rot. diuers. dec.* 352. *p.* 1. *& in dec.* 712. *p.* 3. *& in dec. s.* 48. *&* 64. *eodem lib. Caputaqu. in decis.* 32. *p.* 2.

Limita nunc regulam principalem, & primò nisi attentans esset pauper, quoniam stante paupertate dat quandoque Signatura commissionem, quod fructus, & expensæ reseruentur in finem litis, vt fuit dictum in *vna Leodien. attentatorum* 20. *Decembris* 1556. *coram Aldobrandino tunc Auditore, postea Clemente VIII.*

Limita secundò, quod & si attentans condemnatur in Curia ad huiusmodi fructus restituendos, non per hoc esset facièda solutio horum fructuum in curia, sed in partibus, sicut dicimus in spolio, quod condemnatus in fructibus, tenetur illorum solutionem facere in partibus, *Put. decis.* 1. *de solut.*

COLLECT. 1331.

Super l. fructus ff. solut. matrim.

FRuctus dicuntur, qui deductis expensis supersunt, h. d. Hinc est, quod decima fructuum debetur deductis expensis *Rubin. in decision.* 13. & facit *text. in cap. cum homines, de decim.*

Principalis tamen quæstio, quæ communiter per DD. ventilari solet in præsenti tex. est, quonam modo probetur, ac liquidetur fructuum perceptio, cuinam quæsito respondeo, & primò adduco decis. *Ioseph. Ludou. Rot. Perusin.* 87. vbi fructuum liquidatio, vt dicatur legitimè facta, est necesse articulare, & probare, quod in locis circumstantibus, & conuicinis tot fructus percepti fuerunt per *Consil. Cornei* communiter *recept.* 101. *lib.* 3. Secundò adducitur *dec. Verall.* 31. *p.* 2. vbi fructus possunt liquidari per testes, quorum vnus probet de vera scientia, & alij de publica voce, & fama, cum iuramento in supplementum. Tertiò adducitur decis. *Caputaqu.* 30. *part.* 2. vbi ait, quod licet difficile sit probare fructus, qui percipi potuerunt, tamen in

illis

illis versatur arbitrium Iudicis. Quartò affertur *decisio eiusdem 28.lib. 2.* vbi fructus percepisse dicitur ille, qui percipit pretium fructuum quia idem est habere pretium fructuum quàm habere fructus.

Sed quæro num fructuum condemnatio comprehendat etiam distributiones quotidianas, & *Verall.in decision.29.p.2.* negatiuè respondet, quemadmodum etiam respondit *Rota in decision.38.de prab in antiq.* & aliquid per *Boer. in decision.* 140. quicquid dicat *Mohed.in dec.109.Put.in decis.139 lib.1.*

Ad illud tamen, quod dicit, quod fructuum appellatione illud solum venit, quod superest deductis sumptibus, & impensis, vide *Afflict. in dec. 252.* & aliquid per *Boer.in decis.44. & Capyc. in decis.20.* Limita in expensis litis pro conseruandis, & reparandis rebus, quia non sunt compensandæ cum fructibus perceptis, vt tenuit *Rot.* in vna *Roman. viridarij 28. Maij* 1590. *coram Illustrissimo Seraphino*; & iterum in vna *Bononien. de Formagliaris 29. Nouembris 1604. coram Ludouisio.*

Collect. 1332.

Super l.impensa §.1.ff.de verbor. significat.

IMpendenti regulariter refici debent expensę, h.d. Amplia primò, quamuis expensæ factæ sint causa colligendorum fructuum, *Triuisan. decis.32.part.1.*

Amplia secundo, etiam si maritus vtiliter in rem vxoris impenderit, nam is quoque meliorationes consequitur, neque compensat cum fructibus, quia cùm illos iure dominij fecerit cessat compensatio, *Afflict.in dec.87.num.6.*

Amplia tertiò procedere etiam in hærede per fideicommissum conditionale grauato *de Franc.in decis.* 109. & *Rot.* in vna *Bononien. 29. Nouembris 1604.coram Ludouisio.*

Amplia quartò etiam in vassallo, & emphyteuta *Guid.Pap. in decis.169. & in decis.438.* & aliquid per *Rot. diuers. decis.398.part.1. & in decis. 312. part.2. Surd.in decis.78.nu.3. & in dec. 300.num.20.* Limita hanc ampliationem in casu *decision.Rot.* in vna *Roman. melioramentorum. 20. Nouembris. 1581. coram Illustrissimo Seraphino.*

Amplia quartò, vt procedat etiam in impensis vtilibus, *Chisan.in dec.93.* intellige dummodo de vtilitate eius quod impensum est appareat, neque enim sufficit probare impensum, nisi simul probetur ipsa melioratio, *Rot. diuers.398.p.1.*

Collect. 1333.

Super constit.iuris peritorum.

HÆc constitutio fuit edita ad dirimendam controuersiam, quæ est inter ciuilistas & canonistas, quod in causa appellationis non sit licitum deducere illud idem quod fuit deductum in prima instantia, & ita decisum refert, *de Franch. in decis. 668.* & ratio quia essent articuli impertinentes iuxta *decis. Vrsill. 7. Capyc. in decis.15.& 62. Guid. Pap.in decis.585.* & quando possit de directo contrario articulari vide *Ann. dec s. seu singular. 423.* & quid in tertio comparente pro suo interesse, an possit producere testes nouos? vide *Ioseph. Ludou.in decis.Perus.26. Affl in decision.*

33. & in decis. 89. & in decis. 216. vbi nonnullos congerit casus, in quibus post didicita testificata possunt testes produci, & vide etiam Guid. Pap. decis. 114. In causa verò criminali pro defensione post publicatum possunt articuli, & testes de directo contrarij præsentari, vt aliquid per de Franch. in decis. 470. Capyc. in dec. 81. Vrsill. in dec. 235. quemadmodum etiam in causa matrimoniali testatur Thess. in decis. 261. in fin. & Faber in decis. 5. C. de probat. Et in dubio articuli sunt admittendi, licèt allegentur impertinentes Ann. decis. seu singular. 622 Item admittuntur instrumenta post publicationem in causa ad concomitantiam instrumenti, quia subornatio cessat, Capyc. in decis. 61. & idem Ann. singular. 752.

Collect. 1334.

Ad Bald. in consil. 475. lib. 1.

PVlchra est; & vtilis admodum dubitatio, quæ ex Baldo hoc in loco colligitur, an in contractu alienationis rei Ecclesiæ sit locus pœnitentiæ, cui quæsito respondeas duas diuersas constituendo conclusiones.

Prima sit conclusio ante assensum Apostolicum expeditum locus est pœnitentiæ, & ita voluerunt Put. in d c sion. 151. lib. 1. Accorambon in decis 9. A. bill. de Graff in decision 1 de pact. Caputaq. in decis. 1. p. 3. Rot. diuers. decis. 573. part 1.

Secunda sit conclusio post obtentum beneplacitum non possunt amplius partes pœnitere ita Farinacius in decis. 205. & Rubin. dec. 71. Secundum quam opinionem pluries cēsuit Rot. & signanter in vna Leodien. bonorum 10. Maij 1596. coram de Rubeis. & in vna Roman. locationis 4. Iunij 1584. coram Illustrissimo Blanchetto. & iterum in vna nullius emphyteusis 15. Nouemb. 1607. coram Illustrissimo Lancellotto. Ampliatur supradicta proxima conclusio, vt locum habeat etiam contra successorem, qui alienationi non consensit dummodo beneplacitum fuerit impetratum in vim prædecessoris, qui alienauit, si quidem stante assensu Apostolico si contractus est vtilis prælatus succedens non potest pœnitere, nec tollere ius iam alteri acquisitum, vt fuit decisum per Rot in vna Bononien. transactionis 5. Decembris 1607. coram Coccino. limitatur econtrà eadem conclusio, vt non procedat, quando alienatio esset confirmata, sed nulliter, quia non posset peti, vt de nouo contraheretur, nec ad id ecclesia cogi posset, sed eius esset electio, an vellet stare contractui, vel potius ab eo recedere Put. in decis. 310. lib. 1. & fuit tentum per Rot. in vna Corthonen. bonorum 1589. & iterum 26. Ianuarij 1590. coram Illustrissimo Platto per text. in cap. si qua 12. quæst. 2.

An autem liceat reuocare alienationem post porrectam supplicationem ante tamen expeditionem beneplaciti si posteà fuit expeditum per verbum fiat, vide Afflict. in decis. 253. vbi plura ad materiam.

Collect. 1335.

Super animaduertendis in materia concursus.

IN præsenti materia ad quædam est summoperè animaduertēdum vltra ea quæ scripsi in nonnullis collectaneis. Primò animaduertendum quod si eo tempore quo debet fieri

fieri prouisio per concursum non adsint examinatores synodales, de quibus loquitur *Sacrum Conc. Trident. sess. 24. cap. 18. de reformat.* Episcopus non obstante forma concilij potest deputare nouos examinatores absque celebratione synodi, vt fuit resolutum per *Rot.* in vna *Placentina Parochial. de Malpartida 29. Nouembris 1593. coram Lista*, nec obstat quod in consilio adsit decretum militans, quia illud tanquam accessorium est intelligendum *Cassad. in decision. 10. super regulis.*

Animaduertendum secundò, quod in huiusmodi concursu episcopus tenetur iudicium sumere regulare secundùm iuris dispositionem, vt fuit tentum in vna *Archileggien. iurispatronatus 5. Maij 1586. coram de Rubeis.*

Animaduertendum tertiò, quod à iudicio Episcopi in collatione parochialium per concursum facta datur appellatio, vt latè *Ego in decis. 3.* & extat cōstitutio Pij Quinti super collatione parochialium edita. Hinc est quod potest appellans praelectum prouocare ad nouum examen, & si ipse in eo magis idoneus repertus fuerit reuocata electione prima ipse parochialem obtinebit, *Gratian. in decis. 97.* & tenuit *Rot.* in vna *Retrusin. parochialis 18. Decembr. 1581. coram Gypsio.* Sed istud temperari debet, vt procedat quando iudicium episcopi est irrationabile, nam ex constitutione Pij V. non conceditur simpliciter appellatio, sed tunc demum quando episcopus dolosè & irrationabiliter iudicat, *Rota* in vna *Rauennaten. parochialis 2. Decembr. 1542. coram Arigonio*, & de huiusmodi irrationabilitate, & dolo episcopi liquido constare debet ex verbis Bullae, (Ibi constito) & fuit dictum in vna *Pampil. benefi. ij 17. Maij 1577. coram Blanchetto* & iterum in vna *nullius parochialis concursus 4. Octobris 1600. coram Ludouisio.*

Animaduertendum quartò, quod ordinarius potest aliquem ad concursum admittere non obstante quod terminus ab eo praefixus sit elapsus, & ratio est quia ordinarius potest prorogare praefatum terminum *Crescent. in decis. 11. & 12. de dilat.* quod amplia procedere etiam si aduersarius qui compatuerat in termino contradicat, vt fuit resolutum per *Rotam* in vna *Calaguritan. dimidij beneficij 22. Aprilis 1602. coram Orttembergo.*

Animaduertendum quinto, quod tempus quatuor mensium episcopis datum ex constitutione Pij V. ad parochiales conferendas non incipit currere nisi à die habitae notitiae vacationis *Rot. diuers. decis. 481. volum. 1.* quemadmodum dicimus de tempore quod patronis conceditur ad praesentandum *Rot. in decis. 1. & in decis. 14. de iur. patron.* & per *Rot. diuers. in decision. 574. p. 1.*

COLLECT. 1336.

Super constitutione Regni, amatoria pocula.

MVlier quae, vt suam impudicitiam tegeret sumēdo poculum abortum fecerit poena vltimi supplicij punienda est, h.d. Cuius constitutionis dispositio intelligenda est in corpore iam animato secundum quod decisum fuit *in Senatu Pedemont.* teste *Cacherа. in decis. 60.* & quando infundatur anima, tam in masculo, quàm in foemina, & qua

pœna puniantur procurantes abortum, & si sunt puniendi medici, qui causa valetudinis mortis causant abortum vide latissime per *Vin. in decis.* 82.

In corpore autem non animato minori pœna puniri debet secūdum quod iudicauit *idem Senatus Pedemont.* vt testatur *Thes. in decis.12.& sequ.* & vide *Ant.Fab.in dec.3. C.de pœn.& Sacr. Consil.Neapol.* ita iudicauit, quod scilicet fustigetur,& detrudatur in monasterium, vt patet *in decis.de Franch.* 592. Quæ autem sit pœna clerici procurantis abortum, vide per *Sayr. in decis.de homicid.*

Collect. 1337.

Super constitut.Regni post mortem.

AGitur hic de materia releuij in qua principalis quæstio quæ fieri cōsueuit est an releuium debeatur de feudo refutato? Et dicas quod quando fit proximo successuro, quia est contractus inter viuos releuium non soluitur *Rubin in decis* 90. sed an debeatur de feudis donatis contemplatione matrimonij? vide *Capyc. in decis* 85 *& Ann decis* 23. & quod non debeatur pluries fuit decisum *in Regia Camer.Summaria* in causa *Principis Melphiæ*, & in causa *Comitis Sinopoli*, vt refert *de Ponte de potestate proregis in Rubri. de refutation. numer.* 5. & iterum in causa *Ducis Mataloni cum Regio Fisco*, soluitur tamen de feudis reuersis ad partem refutantem, qui filio refutatorio succedit *de Franch. in decis.* 3. Item soluitur duplicatum quando non fit denunciatio mortis licèt minori, & prodigo detur restitutio secundùm quod fuit decisum *in Regia Camera*.

Collect. 1338.

Super constitut.Regn.minorum iura.

AD ornamentū huius constitutionis animaduertas quod no. in principio iudicij, effectus maior pendente iudicio, restituitur in integrum *Afflict. decis.*210. Quod amplia procedere etiam in causa lucratiua *de Franch.in decis.*17.in causa tamē liquidationis bonorum non procedit hęc constitutio quando in causa principali fuerunt cōcessa beneficia *Afflict. in decis.*35.*&* 114.& an minori in primò,& secundo beneficio, vide *Afflict. in decis.*87.& num rescissa conclusione per beneficium possit peti repulsa testium examinatorum in primo termino, vide *Capyc.in dec.*157.

Collect. 1339.

Super cap. graue nimis, de prebend.

COlligitur quod criminoso beneficium resignari non potest, & communiter de stylo curiæ si exprimitur resignatarium esse criminosum ex re digna depositione non signatur supplicatio, si autem hoc non narratur distinguendum est quod si crimen eum indignum reddit nulla est resignatio, si vero crimen resignatarium indignum non reddit valida est impetratio *Bellamer. in decis.* 697. *Put.in decis.*514. *lib.*2. Ex quo infero primò, quod homicida non potest beneficiū resignare, quia ipse beneficium habere non potest *Cappell.Thol. decis.*207. Infero secundò, quod hæretico beneficium resignari non potest *Sayr.decis.6. de hæretic.* Infero tertio, quod nec simoniaco *Aufrer. ad Cap.*

Cappell.dec.438. Infero quartò, quod, nec apostatæ *Sayr. decis. 1. de apostatis* & qui sint apostatę, vide *Bullam Pauli IV. & Pij V.* Infertur quintò, quod nec excommunicato potest beneficium ecclesiasticum resignari; *Puteus decis. 11. de renunc.* quam amplia primò procedere etiam si collatio esset facta excõmunicato occulto, *Cassador.in decis.1.de præben.* Amplia secundo, vt si excommunicatus haberet beneficium non faceret fructus suos *Put.decis 280.lib.2.* Multò minus poterit fieri resignatio in fauorem illius excommunicati, qui insorduerat per annum sustinendo excommunicationem obdurato animo, quia iste est similis hæretico iuxta dispositionem *cap. 3. sess. 25. de reformat. Concil. Trident.* & potest beneficio obtento priuari *Franc. Marc. decis. 822. part. 2.* Et an in tali priuatione sit necessaria citatio, vide pulchr. *decision. Seraphin.1285.*

Nec valet resignatio admissa cum absolutione, quæ solet in literis apponi; Téque à quibusuis, &c. & ad effectum præsentium assequendum &c. si fuit facta in fauorem illius, qui sustinuerat excommunicationem vltra annum, *Tholomeus decis. 49* Infertur sextò, quod lusori ad primeram & ad alios ludos prohibitos non potest resignari beneficium curatum, vt fuit resolutum *in Rot.* in vna *Pampilonen. Parochialis coram Aldobrandino.*

COLLECT. 1340.

In c.cùm ad sedem.vbi Abbas de restitut. spoliat.

IN materia interdicti recuperandę pro regula traditur communiter à DD. vt agenti hoc interdicto, sufficiat pro fundamento intentionis probare duo extrema, antiquiorem scilicet possessionem suam, & nouam conuenti, & ita decisum fuisse in Sacro *Cons. Neapolit.* testatur *Afflict in decis.327. & in Rot. Roman.* in vna *Illerden. Canonicatus 24 Maij 1596. coram Orano*, & in vna *Auximana Molendini 23. Iun.1572. coram Robusterio*, & his præfatis probatis, actio spolij datur aduersus titulum possidentem, etiam si res ad eum sine vitio peruenerit *Thess.decis.29. Mynsing. obseru.85. cent.3.Cassad.dec.7.de restit.spol. Mohed. decis.3.eod.tit.Put.decis.151.lib.3.Rot.diuers.decis.344.part.1. Afflict. decis.361. num.35.* & fuit dictum in vna *Rota Hispal. Præstimoniorum 26.Febr.1600. coram Lancellotto supra prafatam regulam.* Limita primo, vt non procedat quotiescunque possessio non datur sine titulo, quia tunc vltra extremorum probationem debet etiam ipse titulus iustificari *Ægid. decis. 49. & in decis. 433.* idem in beneficialibus est dicendum, in quibus agẽs remedio restitutorio obtinere non potest nisi etiam cũ possessione doceat de titulo saltem colorato, *Rot.decis.1. de rest spoliat in nouis, Cassad.decis.1. eodem tit. Bellam.decis.49. Chissan.decis.176.* Limita istud non procedere quando constat spoliatum beneficio ante litem motam illud pacificè possedisse per triennium, quia tunc non est necessaria tituli probatio secundùm *decis. Cassad.secundam de causa possessionis, & proprietatis*; Limita secundò quando actio spolij intentatur contra fundantem se non in iure communi, quia tũc sufficit solam possessionem probare, etiam si ius commune resistat, vt tenuit *Rot.* in vna *Elboren. decimarum prima Decembris 1606. coram*

Penie; Limita tertiò, vt non procedat in spolio attentato, lite pendente, quia tunc non requiritur probatio tit. etiam colorati, sed sufficit probare solum statum *Rot.. decis. 2. de restitu. spoliat. in nouis*, *Cassador. decis. 3. eod. tit. Bellam. citata decis.* 49. Limita quarto non habere locum quando spoliator ingressus fuit possessionem auctoritate, seu mandato Judicis *Caputaquens. decis.* 186. *part.* 3. *Caesar de Grassis decis.* 1. *de constitu.* & fuit aliàs sæpius per *Rot.* resolutum; Sed opportunè hîc quæritur, qualis probatio in his duobus extremis probandis requiratur, & dicas communem sententiam, & praxim hanc esse, vt in probando secundo extremo leuiores probationes sufficiant *Rota decis* 8. *de restit. spol.* primum autem extremum spoliati, scilicet possessio debet probari per probationem plenam, & concludentem *Caputquens. decis.* 331. *& in decis.* 371. *&* 573. *part.* 2. *Puteus decis.* 17. *&* 23. *de restit spoliat. in manuscriptis. Rot diuers. in decis.* 165. *parte* 2. & secundùm hanc iudicasse Consil. Neapolit. scribitur per *Afflict. in decis.* 364. & propterea Infero non sufficere vnum testem etiam de visu, & publica voce, & fama, nisi saltem concurrat alius etiam de publica voce, & fama, quia tunc coniunguntur, & faciunt plenam probationem *Caputaquens. in decis.* 373. *part.* 2. *Cassador. decis.* 3. *de probatio. Verall. decis.* 399. *par.* 3. Secundò infero quod licèt primum extremum ad effectum spolij probetur per confessionem in libello, vt fuit dictum in illa *Papien. Tenutæ* 26. *Maij* 1563. *coram Ludouisio*; Nihilominus procedit quando talis confessio est clara, & omnino concludens *Mohed. decis.* 2. *de restitut. spoliat. Ægid. decis.* 691. verùm primum extremum non semper est probandum, sed aliquando sufficit præsumptiua, aut semiplena probatio, vt in casu *decis.* 88. *&* 394. *part.* 1. *Rot. diuers.*

COLLECT. 1341.

Super Rubrica C. de dilat.

QVæstio est non modica, de qua sæpius cõtrouerti solet in præsenti loco, an dilatio ad deliberandum, & se instruendum, sit litigantibus instruendum, in qua dubitatione breuiter de singulis personis pertractando, infraposite conclusiones sunt notandæ. Prima est quod actori non conceditur dilatio, quia paratus tenetur venire ad iudicium *Caputaq. decis* 15. *nu.* 1. *& seq. part.* 1. Amplia primò procedere etiam & si tertius veniret ad causam contra ipsum vigore clausulæ obtentæ contra ipsum per actorem *Achill. de Grass. decis.* 2. *de dilation.* Amplia secundo etiam si actor commisisset causam super vno iure, & reus pendente iudicio produxit ius nouum, cuius respectu lis non fuerat cœpta *Cassad. decis.* 1. *de dilation.* Limita ampliationem quando reus cedit ius suum tertio, & cessionarius venit actori datur dilatio propter mutationem personæ, licèt cessionarius vtatur iure cedentis, *Cresc. dec.* 10. *de dilat.* Secunda est conclusio, quod licèt reo regulariter danda sit dilatio, vt possit se informare de iuribus suis, an velit cedere, an contendere, hoc tamen fallit, vbi cõtra eundem iam seruatus sit terminus ad articulandũ, & anno elapso petat causa sibi dari sub prætextu, quod nũc velit venire ex alio iure *Cresc. decis.* 5. *de dilatio.* Tertia est conclusio, quod procu-

procuratori generali in curia citato concedenda est dilatio ad partes ad certiorandum domum de lite particulari sibi mota, vt deliberet an cedere, an contendere velit, *Bsignet. de cis. 1. de dilat. Cassad. decis. 1. eodem tit. Rot. decis. 31. de procuratoribus in nouis.* Quarto est conclusio, quod cessionario litiganti dandæ non sunt dilationes ad partes pro defensionibus suis habendis vbi prius datæ fuerunt auctori suo cum quo prius eadem lis vertebatur *Guido Bon. dec. 64* Non est tamen omittendum in hac materia, quod in his casibus in quibus dilatio conceditur officium iudicis conquiescit *Cassad. decis. 4. num. 2. de appellatio.* & facit tex. *in l. fiue pars. C. de appellat.*

COLLECT. 1342.

Super l. 1. ff. de edendo.

REo regulariter dāda est dilatio, vt possit deliberare, si velit cedere, vel contendere, h d. Limita primo, quando Reus habuit quartam dilationē, quia vltra illam nulla amplius danda est, pulchrè *Mynsinger.* ac omnino videndus *in obser. 72. centu. 1.* quam nota ad celebrem tex *in l. fin. ff. de ferus.* Sublimita, vt detur hæredi, & successori, quamuis eius prædecessor quartam obtinuisset, nec exprimendum est quod sit quarta, vel quinta, iuxta *decis eiusdem obseru. 73. centur. 1.* Limita secundo, in reo spoliatore, quia non datur dilatio, etiam si adhuc spolium non sit probatum, *Crescen. decis. 4. de dilatione.* & latissimè discutio *Ego ipse in decis Cur. Archiepiscopalis Neapol. 32* Sublimita, vt detur ei aliqua dilatio ad opponendum contra iura nouiter producta, *idem Crescen. decis. 7. cita. tit.* Sublimita hanc sublimitationem in casu vbi produceretur gratia si neutri, nam tunc dilatio aliqua ad opponendum contra eam non datur *Cresc. decis. 8. citat. tit.* Limita tertiò postquam terminus contra eum ad articulandum fuit seruatus, licet citatio contra eum decreta, & termini obseruatio emanauerit vigore commissionis impetratæ literis non expeditis, & ita sine iurisdictione, quæ postmodum data fuit mediante noua commissione, *idem Crescent. decis. 6. de dilatio. & Balb. decis. 300.* Limita quarto vbi contra eundem iam seruatus sit terminus ad articulandum, & anno elapso petat eam sibi dari, sub prætextu, quod nunc velit venire ex alio iure, quod sibi superuenit *Crescent. decis. 5. de dilatio.*

COLLECT. 1343.

Super cap. d lectus filius. de Procuratoribus.

PRocuratori generali in curia citato concedenda est dilatio ad certiorandum dominum, h. d. Intellige ad finem, vt dominus deliberet, an cedere, an contendere velit, atque ipsum procuratorem instruere valeat de pertinentibus ad litem sibi motam *B signet. d. cis. 1. de dilatio. Cassad. decis. 1. eod tit. Rot decis. de procurator. in nouis.* Nunc limita suprapositam textus regulam, si Procurator iste repertus in curia habeat speciale mandatum procedendi in dicta causa iam commissa, & cuius commissionis vigore citatus ipse fuit, quia tunc ei non conceditur aliqua dilatio ad certiorandum dominum, vt fuit per *Rotam Romanam*

resolutum in vna *Strigonien. violationis testamenti 4. Decembris 1595. coram Illustrissimo Mantica?* Limita secundò vt non detur dilatio Procuratori ad consulendum dominum vbi actor petit declarari locum esse regressui ob non solutam pensionem dum tamen per prius dominus ipse fuerit monitus ad docendum se paruisse literis Apostolicis in quibus erat reseruata pensio,& in casu non solutionis regressus, & non fuit probata solutio. *Crescent.decis.9. de dilatio.* Limita tertiò, vt dilatio Procuratori non detur pro habendis defensionibus post decretum citationis, vbi post dictum decretum mandatum produxit per tres menses *Guidobonus dec.* 65. Limita quartò, quando dominus fuit citatus, per edictum in partibus constito de non tuto accessu, *Rota apud Sarnen.decis.*118.

COLLECT. 1344.

Super l.in rem in fine.ff. de rei vendicatione.

EST adeò frequens forensia tractantibus de rerum identitate disputatio, vt non prorsus inutile sit aliqua de hac re, quæ sæpius in cognitionem incidunt replicare; prius itaque videndum est cui incumbat onus probandi identitatem, deinde verò quot modis hæc probatio fiat; Identitas igitur rei ab eo probanda est, qui se fundat in illa, vt in tex. nostro, *& Balb. decis.*90. Hinc est quod præsumitur pluralitas contra eum, qui probare tenetur *Rot. diuers. decis.* 441.*parte* 1. Hinc est etiam quod dominus agens ad rem feudalem probare debet esse illammet quam ipse concessit in feudum *Thomin. decis.*16. & hoc adeò verum est, vt procedat siue bona feudalia possideantur à tertiò, siue ab ipso inuestito, vt tenuit *Rot.* in vna *Leodien. hæreditatis* 14. *Nouembris* 1603. *coram Illustrissimo Seraphino* : Simili quoque modo is, qui vult defuncto succedere, debet probare identitatem bonorum hæreditariorum,& quod ea à defuncto possidebātur, vt est punctualis decis. de qua per *Ann.in alleg.*23. quod amplia licèt agatur contra habentem causam ab hærede grauato, vt tenuit *Rot.* in vna *fideicommissi Montisfalsci* 22. *Maij* 1602. *coram Illustrissimo Pamphilio*, & iterum in vna *Bononien.de S. Petro* 4 *Iun.*1588.*coram Cardin. Platto*; Item fideicommissarius tenetur probare identitatem bonorum fideicōmisso subiectorum etiam si agatur contra filium testatoris, qui dicta bona possidet, *Ego ipse in decis. Cur. Archiep. Neap.*30. Limita vbi concurrerent coniecturæ ex quibus inferri posset bona interuenisse à patre, *Sur. decis.*15.& fuit dictum *in Rot. Romana* in vna *fideicommissi de Saluiatis* 13.*Feb.* 1604.*coram Penia.*

Quoad secundùm caput, scilicet, quomodo identitas ipsa probetur, dicas sic, quod si res mobilis sit probatur certis signis, de quibus per *Anton. Fabrum in decis. fi. C. de probationibus*, si verò immobilis, puta fundi identitas, & tūc probari potest multis modis inter cæteros, præcipuus est verificare locum, in quo res existit cum duobus confinibus, *Rot. diuers. decis.* 281.*par.*1. Amplia hoc etiam si ex tribus confinibus expressis tertium esset falsum, vt fuit resolutum *in Rota Romana* in vna *Bononien. fideicommissi de Rubeis* 15. *Decemb.* 1592. *coram Illustrissimo Card. Lancellotto*; Amplia secūdò, vt locum habeat quamuis

uis plura alia confinia expressa non conueniant, quia vt rei identitas probetur adhuc sufficit, quod sint vera *Rot. in citat. de Rubeis.* Amplia tertiò, vt procedat licet qualitas rei sit mutata, vt puta si fundus ex aratorio factus sit Siluosus: nam adhuc sufficit quod duo confinia concurrant *Rota in vna Bononien. de Manerolis 20. Iunij 1603. coram Coccino*, idem est licet sit diuersitas circa numerum corporum, *eadem Rota in vna Bononien. de Mauris 16. Ianuarij 1609. coram Oratio Card. Lancellott.* Probatur etiam, & Secundò identitas rei immobilis, in antiquis præsumptionibus, *Afflict. in decis. 23.* & fuit dictum in vna *Ciuitatis Castelli Bonorum 4. Maij 1540. coram Pamphilio.* quinimo in materia antiqua satis est quod verificetur locus, in quo res existit etiam cum vno confine, si aliud fieri non possit, vt fuit per *Rot.* resolutum *in vna Bononien. de Maluetiis 27. Iunij 1582. coram Lancellotto Patruo.* Probatur tertiò identitas rei ex confessione facta in diuisione, seu transactione ab hęredibus grauatis, quod bona sint fideicommisso subiecta *Seraph. in decis. 490. Mohed in decis. 37. Put. decis. 30. lib. 3. Caputaquens. in decis. 139 part. 1.* Amplia hoc, vt locum habeat etiam contra singularem successorem, *Surd. in decis. 256. numer 8.* & tenuit *Rot. in vna Bononien. iurisdictionis 18. Maij 1556. coram Illustrissimo Lancellotto.*

COLLECT. 1345.

In § fin. in Authentica, quibus modis Naturales efficiantur legitimi.

FIlio naturali à Iustiniano, deficientib. legitimis tribuuntur duæ vnciæ hæreditatis paternæ moriente patre sine testamento, vt in text. nostro, qui est registratus *in Authentica, licet, C. de naturalibus liberis.* Pro cuius ornamento quæro de tribus, & primò, an istę duæ vnciæ debeantur hodie naturalibus filiis, qui nascuntur extra formam concubinatus ex coitu non punibili, cùm de iure canonico hodie non possunt teneri concubinæ domi, ita vt veniat casus successionis de quo apud Justinianum, vt in *dicta Authentica*, in qua quæstione respondit *Rot. Pedem. teste Gaspar. Thess. in decision. 83. part. 2.* præfatos scilicet filios non esse ad dictas duas vncias admittendos. Secundò quæritur in quo succedant deficientibus filiis legitimis cum coniuge *de Franc. in decis. 291. refert Sacr. Conc. decid. sse*, succedere in sexta parte. Tertio quæritur, an id procedat etiam in filio nato ab ea, quæ prius polluta fuit per adulterium, & negat *Anton. Faber. in decision. 6. Cod. de naturalibus liberis.*

COLLECT. 1346.

Super cap. oblata, de Appellationib.

TErminus appellationis statutus à iure potest præueniri, secus vero si fuerit statutus ab homine, h. d. & huiusmodi præuentio operatur nullitatem processus *Maynard. in dec. 100. lib. 1.* Hinc est quod rescriptum impetratum ab appellato pręueniendo, appellationem iuxta cap. oblatæ de appellationibus, est nullum, ope exceptionis nō autem ipso iure *Card. Put. in dec. 141. lib. 2. & idem Card. in decis. 9. de Appellat.* & ratio est quia regulariter quando dicitur rescriptum nullum intelligitur ope exceptio-

nis, nisi dicatur ipso iure, & hanc rationem tradidit decidendo in propriis nostris terminis *Crescent. in decis. 4. de rescriptis*, facit, & secunda ratio quia regulariter etiam rescripta ad lites, ita demum sunt nulla si opponatur, *Bisignet. in decis. 13. de appellat.* Tertia tádem ratio colligitur ex eodemmet textu nostro, ibi obtinere non debeat aliquam firmitatem, & sic per verbum infinitum quod importat per exceptionem *ad Gloss. in l. criminali. C. de iurisdictione omnium iudicum*, secundum quam decidit *Rot. in decis. 48. de rescript. in antiquis.* Limita hoc in casu *decisionis Crescentij 9. de appellat.* Animaduertas tamen in praxim quod hodie dispositio textus nostri disponens de non præueniendo partem appellantem in impetratione rescripti non habere locum in curia Romana, vt fuit decisum *in Rota eiusdem Vrbis in Caulitana iuris ingrediendi 27. Aprilis 1580. coram Seraphino*, vt patet *in eius decision. 455.* ratio est quia in ea curia praxis est; vt statim datis apostolis pars appellata potest impetrare commissionem super appellationem, & ita testatur *Rot. in decis. 16. de appellationibus in nouis*, cuius rationis est ratio vt citius imponatur finis litibus, & circuitus euitetur, *Iaffredus in decision. 458.*

Collect. 1347.

Ad Iserniam in cap. 1. An agnatus.

Disputatio est non leuis apud nostros Iuris Interpretes: An primogenitus succedens in feudalib. teneatur contribuere, & pro qua parte, in qua quæstione variæ sunt opiniones, quarum prima est, quod primogenitus hæres in feudis teneatur contribuere pro rata feudorum, non pro portione hæreditaria, & ita refert *Sacr. Consil. decidisse Capyc. in decis. 198. de Franch. in decis. 1. num. 24. & 41.* atque iterum *in decis. 159.* & vide aliam *decisionem* quam refert *de Pont. in consil. decisiuo 52.* Quorum opinionem ampliant, procedere etiam, quando primogenitus concurreret cum hæredibus in burgensaticis *Anna*, qui pariter refert decisum, *Alleg. 96.* Secunda est opinio quorundam affirmantium, faciendam esse distinctionem, vnde debita processerint, ita vt ad debita super feudo, teneatur successor in feudis, & ad alia successor in allodialibus, *idem in decision. seu alleg. 141. part. 2.* Tertia est opinio, quæ quotidie seruatur in Regno Neapolit. vt scilicet contributio fiat pro rata bonorum, non autem pro quota hæreditatis, neque fit distinctio, vnde debita processerint, *Capyc. in decis. 191. & Anna in consil. 4.* hæc autem opinio procedit in feudo hæreditario, in quo fit contributio pro rata bonorum, at in feudo ex pacto, & prouidentia non fit talis contributio sed cum successor capiat feudum ex prouidentia concedentis, & nihil habet á moriente, propterea fit separatio bonorum, & debita ex feudo prouenientia soluat successor in feudo, alia verò successor in allodio, *Anna in alleg. 116. lib. 2.* Immo sic succedens in feudalibus non tenetur soluere debita prædecessoris, etiam ex fructibus feudi, quod procederet etiam si esset hæres illius qui debita contraxit sine beneficio legis & inuentarij *Mohed. in dec. 277.* pro ornamento tamen materiæ videas *Affl. in decision. 240. numero 9.*

Collect.

COLLECT. 1348.

Super l. si in arca, ff. de conditione indebiti.

RETentio rei regulariter datur in pendenti donec expēsæ, & melioramenta ei persoluantur, licèt recordor reportasse nōnulla circa præsentem textum, eiúsque regulam, attamen insuper addo limitationes, & ampliationes aliquas ad regulam de qua suprà, quam firmauit *Capyc. decis.* 17 *Put. decis* 471. *&* 474. *lib. 2. Peregr. decis.* 16. *lib. 2.* & fuit resolutum *in Rot. Roman. in vna Romana Domus* 18. *Iunij* 1602 *coram Illustrissimo Pāphilio*; Amplia primò, etiam si ex aliqua alia causa res ipsa retineri non possit *Boer. dec.* 15. Amplia secundo, vt obtineat etiā locum in malæ fidei possessore cui datur retentio donec satisfiet *Balb. decis.* 150 & fuit resolutum *in dicta Romana domus.* Amplia tertiò, vt huiusmodi retentio pro melioramētis detur etiam in executione sententiæ, licèt exceptio melioramentorum impediat eius executionē *Capyc. in decis.* 17. Intellige quādo sunt liquida aliàs exequeretur cum cautione, *Puteus in decis.* 471. *lib. 2. Bintntens. in decis.* 77. *Rot. March decis.* 22. *de Franch. in decis.* 112. *&* 476 *Ioseph. Ludou. in dec.* 34. *Anna Allegat.* 6. & fuit resolutū per *Rotam in vna Saluiani interdicti* 19. *Nouembris* 1593. *coram Penia.* Amplia quartò etiam si valor melioramentorum nō sit penè iustificatus, quia pro habenda retentione sufficit, quod constet de genere de illorum existentia, & iuxta stylum Rotæ, ante executionem præfici solet terminus pro eorum liquidatione ne aliàs propter moram liquidandi executio retardetur, *Put. dec.* 12. *de re iudicata, & in dec.* 418 *lib.* 2. *Peregr. dec.* 16. *lib.* 2. & fuit dictum *in allegata Romana domus coram Pamphilio.*

Non leuis tamen dubitatio est inter DD. an bonæ fidei possessor teneatur fructus perceptos ex melioramentis ab ipso factis cōpensare cum sumptibus, vel potius retētio ei concedatur, & dicendum est retentionem concedendam nec fructus cum melioramentis compensare, sed ad possessionem bonæ fidei spectare, *Afflict. in dec.* 87. *n.* 6. 7. *de Franch. in dec.* 191. *num.* 11. *Surd. in decis.* 281. *Rot. diuers. decis.* 294. *part.* 1. *&* 112. *part.* 2. Ad materiam vide *Cassador. in decis.* 1. *de causa possessionis & proprietatis. Ioann. Paul. decis.* 36. *&* 120. *Caputaqu. in decis.* 27. *p.* 2.

COLLECT. 1349.

Super l. 2. ff. de in litem iurand.

IVramentum in litem defertur ratione doli non autem culpæ, h. d. an autem dolus præsumptus sufficiat vide pulcherrimè per *Rot. Auenion. in decision.* 59 & quando detur, & qualis dolus exigatur vide per *Afflict. in dec.* 360. non tamen huiusmodi iuramentum defertur contra hæredem dolosi, quemadmodum nec contra fideiussores ipsius *Ego in decis. Cur. Archiep. Neapol.* 13. quemadmodum non datur etiam contra hæredem tutoris, *Capyc. in decis.* 91. *Afflict. in decis.* 169. *& Anna* qui pariter decisum refert *singular.* 177. Intellige quando præfatus hæres non confecisset inuentarium, vel hæres non esset in dolo, vel lis non fuisset contestata cum defuncto *Rot. Auenionen. in dec.* 85. *in tit de iureiurand. in dec sion. diuers. tom.* 3.

Item non defertur contra tertios possessores *Rubin. dec.* 13. Limita nisi hæredes, & tertij possessores administrassent cum defuncto, vel de eius ordine *Anna allegat.* 8. & in duobus alijs casibus congestis per *Menter. in decis. Aragon.* 11. vbi doctissimè disputat an huiusmodi iuramentum detur successoribus in officiis, & dignitatibus, quod sic quando dicerent se informatos à prædefunctis, nam iurandi facultas transit ad hæredes propter identitatem personarum *ex Balbo decis.* 13. quam limita si esset hæres, qui habitasset cum defuncto *ex decis. Rot. Auemonen.* 106. Item non defertur prælatum iuramentum fideicommissario aduersus hæredem qui omisit inuentarium conficere; Limita nisi fideicommissarius institisset pro confectione inuentarij, & hæres prætermisisset per ea, quæ dicit *Guid. Pap. in decision.* 351. Item non defertur pariter ratione auri, vel argenti, siue facti, siue infecti *Anton. Fab. in decis.* 2. *Cod. de in litem iurand.* Pro ornamento tamen huius materiæ animaduertas in praxi quod potest, & debet Iudex taxare quantitatem vsque ad quam iuretur in litem secundùm id quod ex actis, & instrumentis litis esse putauerit *idem in dec. fin. citat. titul.* nec vsuræ debentur illius quantitatis de qua iuratum fuerit, vt patet *in decis. eiusd. final. sæpius cit. tit.*

COLLECT. 1350.

Super cap fin. de iudic.

INstantia de iure canonico non perimitur triennio, & sic est perpetua quemadmodum in causis vbi proceditur summariè, simpliciter & de plano sine strepitu, & figura iudicij sola facti veritate inspecta, quemadmodum quando cõsensu partium prorogatur, quæ prorogatio de iure permittitur, *Beer. dec.* 283. *Lanfranc. decis.* 426. *Gayll in decision.* 140. *lib.* 1. *Mynsinger. obseru.* 47. *cent.* 3. Limita in casu *eiusd. obseru.* 48 *ead. cent.* & in casibus in quibus non potest prorogari illa perempta instauratur *Mynsinger. cent.* 3. *obseru.* 49. quemadmodum in casibus in quibus transit in singularem successorem *Mohed. in decision.* 41. *Put. in decis.* 181. *lib.* 2. & de vsufructuario quod in eum transeat vide per *Ann. alleg* 14. Item non permittitur in consistorio Principis *Afflict obser.* 283. *Papon. lib.* 12. *tit.* 3. *arrest.* 18. Item *in camera Imperiali, Mynsing obseru.* 48. *centur.* 2. Instantia tamen in causis criminalibus perit biennio, nec potest per partes prorogari nisi ipsa prorogatio impetretur à Principe *de Franc. in decis.* 250.

COLLECT. 1351.

Super l. cùm tale. § rescripta de cond. & demonstr.

DVbitari etiam solet an cõditio nubendi cum consensu alterius delegato facto puellæ rejiciatur, & respondendũ est huiusmodi conditionem reiiciendam esse, & legatum purè deberi, vt in text. nostro, & ita decisum refert *Balb. in d. cis.* 70. quod procedit etiam si puella nuberet sine dicto consensu, vt tenuit *Rot. Roman. in vna Roman. Bonorum* 11. *Martij* 1585. *coram felic. recordation. Clement Pap. VIII tunc Auditore*, & præcedit ista conclusio nedum quando legatum est factum ex causa onerosa veluti quando pater legat

gat filiæ pro omni, & toto eo quod prætendere potest: quo casu dos dicitur subrogata in locum legitimæ *Anton. Fab. in decis. 10. C. de iur. dot.* sed etiam quando est factum ex causa lucratiua, quinimo si fuerit relictum mulieri, vt facilius nubat adhuc legatum debetur reiecta dicta conditione quæ impedit matrimoniū, quod facilius cum ea quod relictum est subsequeretur *Ego ipse in decis. Curia Archiep. Neap. 33* Sciendum est tamen quod licet conditio nubendi cum consensu alterius de legato reiciatur, vt dictum est, tamen secus est si fuerit dictum si matrimonium cum tali contraxerit, nam hæc conditio valet, & reddit legatum conditionale, quia non impleta, legatum non debetur *Th. wing. decis. 7* pro impleta tamen habetur vbi per ipsam legatariam nō steterit, quin matrimonium cum ea contrahat, vt probat text. *in l. 1. & 2. C. de instit. & substit.* & tenuit *Rot. in vna Mediolanen. indulti 27. Octobris 1591. coram Illustriss. mo Pamphilio* in qua præcisè fuit dictum, quod licet conditio de nubendo cum aliquo de certa familia teneat, nec reiciatur, nihilominus habetur pro impleta vbi per eam nō steterit quin nubat cum aliquo de dicta familia, qui nubilis sit, legatum verò relictum vxori casu quo transiret ad secundas nuptias, an debeatur si vidua remanserit vide *Th. ff. filium decis. 87.* & de simili casu vide per *eund. dec. 71.*

COLLECT. 1352.

Super l. stipulatio. §. operis ff. de nou. oper. nunciat.

AEdificans post denunciationem sibi factam debet demoliri, h. d. & ratio est quia nunciatio noui operis valet, & timenda est etiam si iniquè facta fuerit *Rubi. dec. 16.* quod procedit etiam si nūcians nullum ius habuisset *Canale decis. 23. Magon. decis. Lucan. 29.* & ædificans contra prohibitionem Iudicis si postea vincat non debet ei resarcire damnū *de Franch. decis. 33.* Limita primo, si is cui annunciatum est præstiterit satisdationem de demoliendo, *Papon. lib. 8. tit. 4. arrest. 8. Th. ff. decis. 204. Cresc. decis. 1. de operis noui nunciatione. Gomez Leo in decis. 7. in decis. diuers.* Amplia procedere etiam in causa appellationis quia potest is cui numeratum est satisdare ad hoc, vt pendente lite possit ædificare, *Faber in decisione 1. C. de noui op. ru nunciat.* Sublimita hanc primam limitationem in casu *decis. eiusdem 3. Cod. eod. tit.* vbi fuit dictum quod non semper ei cui nunciatum est nouum opus permitti debet, vt interim ædificet ablata satisdatione. Sublimita secundo in casu *decis. Cardin. Put. 129. lib. 2.* vbi fuit dictum nunciantem nouum opus ad tres menses exspectabit ædificator, vt iuris sui præiudicium possit probare denunciator, nec tunc debet audiri nunciatus offerendo satisdationem de demoliendo. Hanc tamen sublimitationem intellige iuxta decisio. quam tradit *Th. ff. aur. dict. decis. 204.* Limita secundo principaliter quando compertum, & exploratum est nunciantem ius nunciandi non habere *Gayl. lib. 1. obseru. 16.* Limita tertio in casu *decis. Fab. 1. Cod. eodem titulo.* vbi fuit dictum quod non est semper destruendum ædificatum post ædificationem nisi illud ipsum constet ædificatum post denunciationem. Limita quarto, quando dilatio graue periculum, vel dam-

num ædificare volenti allatura esset *idem Faber decis. fin. cit. tit. & Gayll. cit. obseruat.*

COLLECT. 1353.

Super Ritu mag. cur. 248.

INstantia in causis criminalibus perit biennio: h. d. iuncta *l. fin. C. vt intra certum tempus*, & propterea fuit decisum per *Capyc. in decisione 206.* quod in causis criminalibus elapso biennio non auditur amplius, nec iterum quis accusari potest, & ratio est secundùm *Mynsing. in obseru. 50. cent. 3.* quia perempta instantia lis, & omne ius agentis extinguitur. Hinc est quod fideiussor de iudicato soluendo liberatur licèt acta ordinatoria non pereant *Afflict. decisione 148. Guid. Pap. decis. 136.* Limita id quod diximus, quod instãtia durat biennio, & primò si steterit per Iudicem *Ioseph. Lud. decis. Lucan. 36. Grammatic. vot. 31.* Limita secundo, in causis fiscalibus, in quibus licet fuerint criminales instantia non datur nisi spatio 30. annorum *Cassadorus decisione 5. vt lit. pendent. de Beninten. Rot. Bononien. decis. 76.* Limita tertiò in causis executiuis in quibus lis non contestatur, quia instantia non datur *Balb. decisione 392. Afflictus decis. 346. Cacheran. decisione 1.* Limita quarto *in Camera Imperiali* in qua licet causæ criminales agitentur non perimitur instantia biennio *Mynsing. obseru. 48. centur. 2.* Limita quintò si ex dilatione per inquisitum data causa non fuerit infra biennium expedita, licet contrà *de Franch. decis. 250.* Limita sextò ex causa quia datur instantiæ peremptæ restitutio *Capyc. decis. 11. in secundo* dubio, quæ restitutio à solo principe fieri, solet *Franch. Marc. decis. 418.* Limita septimò de iure canonico, quo instantia in criminalibus etiam diu at perpetuò, nec perimitur lapso biennio *Ego ipse in decis. Cur. Archiepis. Neapol. 6.* per text. *in cap. venerabili. v.* bi omnes, de iudic. quem limitarem in beneficialibus in quibus iuxta nouissimam dispositionem *Concil. Trid. in sess. 24. c. 20.* debent causæ infra biennium terminari, vt late etiam decidendo scribit *Menald. consil decisiuo 94.*

COLLECT. 1354.

Super cap. veniens. de testib.

EXecutio sententiæ impeditur per appellationem à tertio pro suo interesse interpositam, h. d. cum notat. per DD. & ita decidit *Afflictus decis. 255. Cacheran. decisione Pedem. 38. Canals. decis. Finizan. 10. Anton. Faber in decis. 30. C. de confess.* Limita primò, nisi is pro quo est facienda executio præstet cautionem de restituendo rem ipsi tertiò in euentum, quod vincat, quia hoc casu etiam appellatione pendente fiet executio *Boer. decis. 79.* quod tamen non procedit è contra si iste tertius, qui vellet præstare cautionem esset intrusus lite pendente, quia hoc casu contra eum fieret executio, nec adiuuaretur etiam volens præstare cautionem, *Crescent. decisione 237. de re iudicat. & Osasc. decis. 18.* Limita secundo, vt talis appellatio tertij non impediat actum sequestrationis possessionis *Rota in decisione 4. de sequestr. possess. & fructuum, & in decis. 11. de sentent. & re iudicat. in antiquis.* Limita tertiò, quando iste tertius sciuisset causam agi, & non comparuisset, nam si à sen-

sententia præsertim contra præsentem lata, ipse pro suo interesse appellet, hoc casu non videtur impedire executionem sententiæ *Rot. Lucan. decis. 56. Rot. Perusin. decis. 26. Boer. cit. decis. 79.* Sed intellige, quod nunc talis scientia, quoad effectum appellandi præiudicat, quando tertius sciuit omnes qualitates sententiæ, & causæ principalis, vt aliquid per *Caualcan. decis. 10. Rot. Bononien. decis. 75. Vrsill decis. 235. Magon. decisione 96.* Limita quartò, quando tempore petitæ executionis possessio non erat vacua, si enim fuisset vacua, impediretur executio *Rot. decis. 2 aliàs 33. de rescript. in nou. Mynsing. obseru. 73. cent. 3.* Limita quintò, nisi iste tertius veniens ad causam fuisset admissus in statu, & terminis in quibus causa reperiebatur argumento *decis. Afflict. 16.* & facit *decis. Put. i 59. de iudic.* Limita sextò, vt non procedat quando tertius conditionaliter appellasset, puta si appellasset quatenus contra eum sententia subscribatur, quia tūc videtur, quod appellatio non valeat, vt tenuerunt Domini in vna *B. accaren. Monasterij 15. Decembris 1557. coram Iunio.*

COLLECT. 1355.

Super cap. fin. de appellat.

CORam honestis viris regulariter appellari potest, h. d. & ita *in Rota* decisum fuisse scribit *Cassad. decis. 3. de appellat.* & huiusmodi appellatio habet vim legitimæ ac veræ appellat. vt est *decis. Cappel. Tholos.* vbi *Aufrer. decis. 28.* & innouata pendente hac appellatione sunt vti attentata reuocanda, quemadmodum si essent innouata pendente appellatione *Rot. decisione 38. aliàs 309. de appella. in nou.* Intellige primò regulam principalem text. quando copia Iudicis, à quo, haberi non posset *Ego in decis. Cur. Archiepisc. Neap. 190.* Intellige secundò si infra tempus non potest adire Iudicem ad quem *Rot. March. in decis. 100.* & quod quando Iudex non reperitur sufficiat facere diligentiam in domo Auditoris, & petere apostolos à Notario, & dimittere appellationis schedulam fuit tentum *in Rot. Roman. in vna Canonicat. Sancti Andreæ 4. Martij 1545. coram Rauellaten.* vt patet in *Recollect. Puteus in decisione 17.*

Verùm animaduertas, quòd vt dispositio text. nostri procedat nōnulla concurrere habent; Primo, vt præcedat iusta causa, quominus coram Iudice appellare nequit *Cappell Tholos. vbi Aufrer. in decis. 500.* Secundò requiritur, quod talis protestatio, seu appellatio intimetur Iudici, & parti, intellige quoad effectum attentatorum, vt est *decis. 38. de appellat. in nou. Mynsing obseru. 44. centur. 4.* & ratio est, quia ignorans non dicitur contemnere *Bellamer. decisio 540. Rot. decis. 3. de caus. poss. & propriet.* Tertiò, quod talis honesta persona coram qua appellatus non sit aliàs inhabilis, puta si esset excommunicatus, quia tunc non potest dici vir honestus, *Ego in decis. 90.* vbi allego *Menoch.* id firmantem *de arbitr. cent. 1. casu 69.* Quartò requiritur, vt talis appellatio contineat iustas causas, iusta autem causa dicitur si subsit metus ipsius Iudicis, vt dicit tex. noster, secundum quem decidit *Rota in decisione 50.* Tandem requiritur, quod non faciant decreta, quæ spectant ad Iudices, prout possunt admittere appellationem si

& in quantum, iuxt. *decis. Rot. Bononien. primam*, item litteras citatorias, atque inhibitorias committere, quia hæ propriè sunt Iudicis partes, vt est punctualis *decis.* ac omnino videnda *de Amatis* 100. Addas etiam requiri, quod adsint honestæ personæ, vnde infertur ad illud cuiusdam suę patrię æmuli dicentis non posse illo in loco coram honestis viris appellari, eo quod admodum honestæ ibi personæ desiderabantur.

COLLECT. 1356.

Super l. 2. vbi Gloss. & Bart. C. de edend.

IN praxi receptum est ex præfata Bart. doctrina, quod si quis in casibus à iure permissis appellauerit, aut de aliquo grauamine cõquestus fuerit tenetur acta omnia ad Judicem appellationis transferre præsertim hodie stante dispositione *Concil. Trident. sess. 24. cap. 20. §. præterea, de reformat.* quod procedit in quocunque Judice, vt censuit *Rot. in vna Placentin. administrationis sacramentorum primo Decembris* 1567. *coram Lancellotto*, & iterum *in vna Maiorigen. officij pœnitentiariæ* 1591. *coram Illustrißimo Blanchetto*. & talis nullitas nõn excusatur præsumptione boni Juris sed parte opponente Judex de illa prius cognoscere debet *Put. decis.* 72. *lib.* 3. & ita sæpius censuit *Rot. Roman.* præsertim *in vna Patauin. decimarum* 4. *Iulij* 1576. *coram de Graßis*, *in Vesulana spolij* 5. *Maij* 1586. *coram Illustrißimo Platto*; & iterum *in vna Venetium illegitimitatis* 26. *Februar.* 1597. *coram Penia*; Amplia hoc procedere quamuis in commissione appellationis adsit clausula, quam & quas, &c. *Statil. Pacificus decis.* 30. & ratio est quia post Concilium Trident. signatura, & Rota intelligunt dictam clausulam, vt non operetur nisi transportato processu in causis appellationum, vel ab eis dependentium *Rot. in vna Valentin. parochialis* 13. *Ianuarij* 1580. *coram Illustrißimo Blanchetto*. Est etiam aduertendum pro huius materiæ vera cognitione quod quando acta fuerunt transportata non est necesse quod producantur coram Judice appellationis parte citata, vt pulchrè ac omnino videnda est *decis. Rot. diuers.* 688. *part.* 1. & iterum *in vna Tholosan. primitiarum* 27. *Februarij* 1581. *coram Seraphino* vbi fuit declarata auctoritas *Bartol. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirend. poss.* vt procedat, quando non constat quod acta fuerunt transportata, vel quando sumus in diuersa causa coram eodem Judice, & ita quoque intelligi debet *Rot. in decis.* 1. *de fid. instrument. in nouis.* dum voluit quod reproductio fiat cum partis citatione, quia non procedit vbi acta sunt transportata.

COLLECT. 1357.

Ad Rubric. ff. de compensat.

VLtra ea, quæ scripsi in Collect. super *l. fin. C. de compensat.* Animaduertas hîc, quod compensatio in nonnullis casibus admittitur; Primò etiam post sententiam transactam in rem iudicatam *Afflict. decis.* 121. *numero* 3. Secundò aduersus instrumentum dotale, contra quod ex consuetudine nihil possit opponi, præsertim si fuerit renunciatum

tali exceptioni *Afflict. cit. d. cis. num. 4. Puteus decis. 451. p. tr. 2. Cornazzan. dec. Lucens. 94.* Tertiò admittitur aduersus sententiam condemnatoriam ex instrumento mutui, non obstante, quod sententia transiuerit in rem iudicatam *Afflict. cit. decisio.* aliquid per *de Franch. decis. 527. Sisse Rot. Aragon. decis. 88.* Quartò admittitur etiam aduersus fiscum, vt in casu *Afflict. in decis. 192.* Quintò admittitur etiam post conclusum in causa, imò in causa appellationis *Vrsill.* qui plures refert *d. cis. in decis. 121. nu. 9.* Sextò admittitur etiam prætextu expensarum factarum pro alimentis actricis, plenè tamen probatarum aduersus instrumentum liquidum *Afflict.* à contrario ponderatus *in decis. 381. num. 6.* Septimò compensationis exceptio admittitur etiam aduersus creditorem agentem pro debito promisso cum iuramento *Afflict. decis. 163.* intellige quando debitor esset pauper, secus si esset diues *Thesaur. decis. Pedemontan. 321.* Octauò in casu *Ann. in allegat. 86.* Nonò in casu *de Franc. decis. 527.* Decimò in casu *Capyc. decis. 88. in fin.* Vndecimò in casu eiusdem *de Franch. decis. 53.* Compensationis exceptio opposita aduersus executionem sententiæ Sacri Consilij an admittatur licet offeratur in promptu probari per testes, & scripturas fuit decisum per Sacrum Consilium, quod procedatur ad executionem sententiæ, reiecta tali exceptione *Capyc. in decis. 167. Vrsill. decis. 331. num. 5. Peguer. Rot. Cathalon. decis. 173.*

COLLECT. 1358.

Super l. hi qui in prouincia. ff. ex quibus causis maior.

NVllus in sua patria assidere debet, h. d. & propterea Infero primò ad *decis. de Franc. 98.* vbi fuit decisum quod prohibetur quis exercere officium magistri actorum in propria patria, & *Capyc. in decis. 168.* dicit quod Vassallus Baronis non potest esse officialis curiæ, & propterea sanctissimè fuit sancitum per constitutionem Regni, quæ incipit Justitiarij per Prouinciam, per quam fuit prohibitum quod iustitiarij, & magistri actorum assideant in Prouinciis, vbi sunt oriundi, vel habeant inchoatum, vel maiorem partem bonorum possideant; Hinc *Franc. Marc. in decis. 633.* dicit originarios vetitos esse ad officium magistratus in originis loco appellare; Limita primò nisi esset vir eminentissimæ scientiæ, & bonitatis *Mynsinger. obser. 30. centu. 3.* Limita secundò in ciuitate Romana, vel in ciuitate Neapolitana, in Tribunalibus Sacri Regij consilij, Regiæ Cameræ Summariæ, & Magnæ curiæ Vicariæ, ac in sacra congregatione Cur. Archiepisc. Neapol. in quibus omnibus Tribunalibus assistunt officiales eiusdem patriæ, de qua quæstione latè **Ego ipse in decis. eiusd. curiæ 1.**

COLLECT. 1359.

Super l. 2. ff. de iureiurand.

IVramentum litis decisorium, vt in text. ad hoc, vt deferri possit octo concurrenda sunt, primò quod quis non cogatur iurare nisi in dubiis, & quando aliter non potest ad veritatem eius de quo contenditur deuenire *Ossasc. decis. 10. & 97.* Secundò requiritur approbatio Judicis *Ro. Genuen. decis. 156.* Tertiò præsentia,

vel aduocato patris *Thess. decis.* 68. Quartò debet deferri principali à domino non etiam procuratori à procuratore sine speciali mandato licet forma sacramenti debet intimari personaliter principali, *Rot. Auen. decis.* 7. *Thess.* 17. *Franc. Marc. decis.* 687. Limita si mos regionis poscat præambulas monitiones, vel etiam imprecationes, vt super altari Sancti Antonij, vel de contentis in psalmo (Deus laudem meam ne tacueris) *Thessaur. decis.* 61. Quintò quod sit delatum intra tempus dilationis, alioquin elapso termino ad probandum, & probatum habendum non releuat, *Rot. Genuen. decis.* 167. *Balb decis.* 47. secus in lapsu termini ad probandum etiam publicato processu, quia is qui institerit pro publicatione processus potest adhuc offerre iuramentum, *Osasc. decis.* 97. Sextò requiritur tactus scripturarum iuxta morem Regionis, *Rot. Auen. decis.* 7. *& decis.* 47. Septimò quod deferatur habenti certam notitiam, vt in facto proprio ad euitandum anceps periurium. Octauò quod sit delatum absque alia conditione, & inuolucro *Rot. Auen. citata decis.* 7. *Surdus decis.* 288. *Osasch. in decis.* 61. aliquid per *Borgninum decis.* 27. *part.* 2.

COLLECT. 1360.

Super Rubric. de iuriurand.

Licet pluries scripsi in materia absolutionis à iuramento, vltra ea nota hic nouiter ea omnia, quæ concurrere debent, vt præfata absolutio, seu habilitatio sustineatur.

Primò enim debet poni clausula, iuramentum videlicet non debere esse vinculum iniquitatis, *Ego in decis.* 220. *pro text. int. quanto. de iureiurand.*

Secundo vti debet verbo habilitari, seu relaxari, non autem verbo absolui, ratio est, quoniam ille non absoluitur obseruatione iuramenti, sed habilitatur ad hoc, vt possit agere, & excipere absque incursione periurij *decis. Benint. decis. Bonon.* 24.

Tertio debet poni clausula à iuramento, seu iuramentis, & maximè quando quis iurauerit non venire contra contractum, quia modò sunt duo iuramenta, vt latè scribo *Ego in decis.* 5. & patet ex deci. *Afflict.* 30. *n.* 6. aliàs esset periurus.

Quartò, quod adsit causa rationabilis, & quæ causa habilitationis debet inseri in instrumento relaxationis, vide *Guid. Pap. decis.* 140.

Quintò debet inseri in relaxatione seu habilitatione tenor totius instrumenti, ita *Ann. in decis. seu singula.* 2. & ita seruatur Neapol.

Sexto debet addi clausula Citra præiudicium tertij, quia in hoc nullus superior posset relaxare, *Rubin. decis.* 3.

Septimò, quod non sit contractus celebratus in forma Cameræ Apostolicæ, qui ab eo non datur habilitatio à iuramento, *Rot. collect. à Farin. in decis.* 95.

Animaduertas tamen, quod huiusmodi absolutio, seu habilitatio debet peti ab Episcopo iurantis, seu loci contractus, non autem creditoris *Capyc. decis.* 18. Hinc oriuntur multa. Primum in quibus contractibus detur dispensatio à iuramento, vide *Guid. Pap. decis.* 224. *Boer. decis.* 353. & aliquid *in decis.* 98. Secundùm de periurio potest puniri Iudex laicus, quia est crimen commune, siue mistum, *Guid. Pap. decis.* 178. Tertium,

tium, quod Princeps secularis potest dispensare super iuramento *Guid Papa decis.* 198. *& in addit. ad decis.* 189. at mihi non placet, cum videatur istud potius pertinere ad Judicem ecclesiasticum. Quartum, quod res non permaneat semper in eodem statu potest dari habilitatio à iuramento, quia sic intelligi debent tradita per *Doctores in capi. cum contingat. de iureiurand. Guid. Papa decis.* 199. Quintum iuramentum obligat ad sui obseruationem tam in iure quàm in facto, adeo quod non potest contraueniri aduersus contractum iuratum *idem Guid. Pap. decis.* 677. Sextum absolutio à iuramento datur ratione enormissimæ læsionis, *Ego in decis.* 21. & facit decisio *Capyc.* 159 *nu.* 25. nec obstat caput quamuis de pactis libro sexto, quia intelligitur quando læsio esset medietatis, & non enormissima: similiter respondetur ad cap. cum contingat de iureiurand Septimum à iuramento super contractu datur habilitatio, quando absolutionem petens intendit probare id, quod promiserit in contractu, soluebat ob turpem causam *Capyc. decis.* 95.

Collect. 1361.

Super cap. si postquam. de prabend. in sexto.

Iste text. ponit vnum modum per quem acquiritur ius ad rem, & est per mandatum de prouidendo. Tu vero addas decem alios, & primus est per præsentationem factam à patrono coram Ordinario intra legitima tempora *Rot. in decis.* 6 *de iure patr. per Glos. in c. pastoralis. in verbo appellauerit eo sit.* sed non tribuitur per hanc solam præsentationem titulus coloratus sine institutione *Caputaquens. decis.* 307 *parte* 5. Secundo acquiritur etiam ius ad rem per gratiam expectatiuam, & propterea infert *Caputaq. in decis.* 137. *part.* 2. quod ius ad rem considerabile inducitur ex gratia conditionali habente spem, vel respectum de præterito, vel de præsenti, & de eo est facienda mentio. Tertio per collationem factam per *cap si tibi absenti. de prabend. in* 6. *Ego in decis.* 200. Quartò per reseruationem factam pro aliquo familiari de certo beneficio, *idemmet. in decis.* 160. vbi allegatur *Geminian. consilio* 12. Quinto per consuetudinem optandi iuxta *c. final. de consuetud. in* 6. *idemmet in decis.* 120. Sextò per electionem *Rot. in decis.* 1. *de elect. in antiquis.* vbi allegatur *Abb. in c. cum Bertoldus de re iudic.* Septimò per non solutionem pensionis *Rubin. decis.* 90. Octauo per priuationem iuris. Nonò, per solam supplicationem argum. *decisione Ann.* 83. *& facit Abb. in cap. nosti de elect.* Decimò per approbationem factam in examine per concursum *Rauden. in dec.* 35. cum multis sequentib.

Collect. 1362.

Super l. 1. *Cod. vt actiones ab hærede, vel contra hæred.*

Ad ornatum huius l. quæro de pulchra quæstione nũ sententia lata cõtra defunctum possit exequi contra hæredem, *de Fran. decisione* 199 refert decisum, quod non possit sententia lata contra defunctum mitti executioni contra hæredem non citatum ad dicendum causam.

quare non debet exequi, voluit etiam *Vrsill. decis.* 145. Vnde *Grattan. decis.* 222. refert in *Rot. Marchiæ* decisum sententiam latam contra defunctum non posse exequi contra hæredes nisi citentur, & in summaria cognitione liquidetur an hæredes sint, & habeant causam ab eo, qui fuit condemnatus, & ratio est, quia qualem quis alium facit talem illum probare debet *Boer. decis.* 10. *Anton. Faber decis.* 1. *Co. de qui legitim personam*, hinc est, quod si hæres aliquid momenti obiicier, auditur summariè iuxta terminos *l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudic.* secundùm quam ita practicari testatur *de Franch. decis.* 405. Limita tamen regulam principalem si per partes non fuerit oppositum, quia illa executio contra hæredem non erit nulla *Iaff. d. decis.* 115 *& Gratian. cit. decis. March.* 122. Limita secundo in sententia lata contra defunctum super interdicto vti possidetis, quia tunc exequitur contra hæredem non citatum *de Franc. cit. decis.* 199.

Animaduertas tamen, quod executio per singularem successorem, seu per hæredem creditoris non potest fieri nisi citato debitore, & absens qui conueniatur vti hæres debitoris omnino est citandus, nec sufficit per edictum si in certo loco negat *Gamma in d. cis. Lusitan.* 15.

Animaduertas secundo, quod neque instrumentum executionis potest demandari contra hæredem nō citatum, neque ius executiuum transit in singularem successorem, etiam si ex pacto creditor posset ingredi propria auctoritate in rem obligatam *Anton. Faber in decisione 12. de execut. rei iudic. & facit Glos. in l. ea lege. C. de condit. ob causam*, quam commendat *Bald. in l. 2. Cod. si aduer. creditorem.*

Collect. 1363.

Super pragmat. prima de ictu scoppictæ.

EMittens ictum scoppictæ, vel balistę ad nocendum etiam non sequuto effectu pœnam mortis naturalis incurrit, h.d. Amplia primò, vt consimilis ordinatio adest etiam in Regno Lusitaniæ, ita *Gam. in decis.* 170. Amplia secundo, vt sancitum reperiatur etiam in Regno Siciliæ, vt per *Mastrillum in decis.* 151. Amplia tertiò, vt huius pragmaticæ dispositio procedat etiam si quis proiecerit ictum scoppictæ, & leuarit de focone, & non de canna, & fuisse decisum *in Curia Archiep. Neap. in causa cuiusdam Clerici de proto. refero, ac la. à discutio in decision.* 31. Intellige quoad infligendam pœnam triremium, & an Sclopus rotatus faciat ex se delictum proditorium vide *decisionem de Franch.* 713.

Collect. 1364.

Super casum nostris. de concessione prabenda.

NOn valent litteræ ad beneficiū impetratæ, quæ de alterius colorato facti possessione non faciunt mentionem, h.d. ex quo text. colligo in iure considerari maximè effectum vacationis de facto ad quod fundandum expenduntur quamplurimæ decisiones, & prima est *Cassad. 6. de prabendis. Caputaquens. in decis.* 217. *part.* 3. *Puteus in decisione* 199. *lib.* 3. in qui-

quibus omnibus habetur, quod gratia de beneficio vacante, de iure, & non de facto est nulla.

Secundò facit quòd ad verificandum narratiuam vacationis in gratia beneficiali sufficit illam verificare de solo facto, licet non verificetur de iure, ita *Bellamer. in decisione* 116. *Cresc.nt. in decisione* 9. *de prabendis. Verall. in decisione* 407.*part.*2. & fuit dictum in *vna Salamantina pensionis* 6. *Iunij* 1582. *coram Bubalo*, & in *vna Mediolanen.ben.ficij* 5.*Iunij* 1596.*coram Illustrissimo Seraphino*, & in *vna Tirasonen.Canonicatus* 24. *Maij eodem anno coram Pamphilio.*

Tertiò decisio *Rota* 4. de rerum permutatione in nouis, *& decis.*10. *eod.tit. in antiquis*, vbi habetur quod petenti beneficium ex causa permutationis sufficit probare quod compermutator possidebat beneficium de facto,& pro tali beneficiato reputabatur.

Quartò faciunt *decis.Rota* 51.*&* 57. *de concessione prabenda in antiquis.* vbi fuit decisum quod habens gratiam expectatiuæ ad primum beneficium vacaturum non est in culpa si nolit acceptare beneficium quod de Iure vacabat,de facto verò non,quia possidebatur ab alio.

Quintò facit decisio *Rota diuers.*9. *p.*2 vbi ad verificandum narratiuam gratiæ sufficit probatio facti carens adminiculo iuris; limita si ageretur de inferendo perpetuum præiudicium Ecclesię *eadem Rota in decis.*108. *p.*1 *diuers.*

Sextò affertur *decisio Rota* 11. *de prabendis in nouis*, vbi si alicui datur facultas ad prouidendum de beneficio vacaturo talis potestas non extēditur ad beneficium, quod vacat de iure,& nō de facto per tex.nostrum.

Septimò facit quod ad effectum reseruationis de qua in *Regula* 8 *Cancellaria* sufficit sola vacatio de facto, quamuis non vacet de iure *Rota in decis.*8.*de electione in antiquis.*

Octauò facit,quod eadem Regula, quæ præcipit fieri narratiuam de mense vacationis locum habet in sola vacatione de facto *Rot.diuers.in dec.*102.*p.*3.*& in decision.*53.*eadem part.*

COLLECT. 1365.

Ad Bart. in l.duo Iudices,ff de re iudicata.

NOn modica est dubitatio de qua per Bart.hic,an Iudex adiuncto ordinario dicatur delegatus, vel ordinarius, & *Anton.Fab.in decision.*3.*C.de iurisdictione omnium iudicum* tenuit esse delegatum, & idem censuit *Rubin. in decis.*21. & propterea *Anna in decis.seu singul.* 15. infert quod quando aliqui Domini Sacri Consilij adiunguntur Regiæ Cameræ, & è contra solo iuramento allegantur suspecti,& olim quando petebantur adiuncti decretabatur memoriale per Dominos Regentes intimetur parti, vt prouideri possit de non suspectis, nec per talem adiunctionem intelligitur alterata iurisdictio ordinarij *Thess.in decis.*256. *Gayll.obseru.*35. *lib.*1.

Sed quæritur num mortuo adiuncto licitum sit Iudicibus quibus fuerit adiunctus procedere in causa;Respondetur affirmatiuè, *ita Franc. del. Castillo,in decis.Sicilia* 87.

COLLECT. 1366.

Super pragmatica prima de blasphemantibus.

Contra blasphemantes imponitur pœna amputationis linguæ, h. d. & per constitut. Regni incipit blasphematoribus est etiam pœna mutilationis linguæ, & postea per pragm. Regis Ferdinãdi incipit considerando vltra linguæ abscissionem adest pœna tertiæ partis bonorum, & vltimo loco per pragm. Regis Philippi incipit (perche molti ribaldi) vlt a alias pœnas stabilitas per Regias pragmaticas adest pœna triremium per quadriennium.

Nota tamen quod contra blasphemantes, variæ inflictæ fuerunt pœnæ, nam *Boer in decis.*, 01. refert quod quidam in illa curia pro blasphemia fuit ei prius perforata lingua condemnatus ad ignem, & aliàs decapitatus.

Afflict. in constit. Regni rubr. 54. nu. 7. dicit quod licet ex illa constitutione imponatur blasphemis pœna amputationis linguæ, fuit tamen aliquando iudicatum eis perforari linguam cum ferro.

Franc. Marc. in decis. 509. dicit quod de consuetudine blasphemans Gloriosissimam Virginem, vel Sanctos punitur in amputatione linguæ, & vlterius exilio, vel alia pœna arbitraria, & ideo seruanda sunt in hoc statuta, vel consuetudines locorum.

Rubin. in decis. 16. refert in illo Senatu diuersimodè fuisse blasphemantes punitos quandoque ictu funis præsertim in illo, qui dixit ne tu, ne quel asino di Christo, &c. & in eo qui dixit venga il cancaro à quel traditor di Domene Dio & à quel che l'ha depinto, & à chi crede ch'el sia da bene à far piouere adesso; nam fuit per biennium transmissus ad triremes.

Thess. in decis. Pedemont. 241. refert in illo senatu quadrupliciter fuisse decisum contra blasphemantes, & primò in Iudæo projiciente immunditias super cruce cũ fierent litaniæ, & in Judæo qui contempsit crucifixum, dicendo possa in essere suspeso come colui, che e là, respiciens crucem cum non esset blasphemia, sed solum maledictio, fuisse punitum in soldis quingentis regal. Secundò in quodam Hebræo qui dixit Christiano, la fede vestra e da Cazzo, nam fuit punitus pœna sanguinis. Tertiò in quodam Judæo; qui dixerat fuisse tres deceptores humani generis Moysem, Christũ, & Mahumetum fuit dictum esse puniendum pœna fustigationis, & bandiendum, & demum Quartò in quodam Judæo dicente fidem nostram esse abusum, Iesum Christum non fuisse crucifixũ fuisse condemnatum aureis 50. & bannitum perpetuò à patria Ducali.

De Franch. in decis. Neap. 504. refert quod dum in anno 1592. quidam scelestus propter iracũdiam amisisset pecuniam in ludo alearum gladio percussisset faciem Beatæ Mariæ Virginis intus templum Sancti Ioseph in Platea Incoronatæ, fuit mutilatus manu dextera cũ qua deliquit, & demum furcis suspẽsus in loco delicti.

Senatus Mediolanen. in causa cuiusdam blasphem. iussit si talis erat aptus remo, transmitti ad triremes perpetuò: sin minus furcis suspendi, ita *Clar. in §. blasphemia in fine.*

Papon. lib. 3. arrest 20. refert quod de iure Regni Franciæ pro prima vice mulctantur blasphematores, pro 2. 3. & 4. duplicatur mulcta, pro quinta vice maximo cum vituperio fustigãtur, & impunè ab omnibus iniuriantur, & etiam mulctantur, pro sexta vice labrum superius cum ferro arden-

ardenti scindendum venit ita quod dentes appareant, pro septima vice labrum inferius, & pro octaua lingua scindenda erit.

COLLECT. 1367.

Super Concil. Trident. sess. 25. c. 15. de reformat.

NOn licet filiis clericorum illegitimis quodcunque beneficium obtinere, aut quoquo modo ministrare in ecclesiis vbi eorum parentes beneficium aliquod ecclesiasticum habuerunt, h. d. & sic ampliat dispositionem iuris cõmunis in *cap. 2. & cap. literas, cap. cum decorem & c. ad abolendam de filiis presbyterorum.* Tu Amplia etiam, vt neque missam ibi celebrare, aut epistolam canere, neq; sacristæ, aut cantoris officio fungi possint *Sayr. in decis. 1. de consti.* Amplia secundò, vt nec etiam antiphonam in ea canere ratione oneris beneficij alterius ecclesiæ annexi, vt late *Ego in decis. 3.* & ita censuit *congregat. concilij in vna Leodiens. 3. Septembris 1587.* Amplia tertiò etiam si pater stallum in choro habuisset ratione abbatiæ quam in alia ecclesia habebat, vt declarauit dicta congregatio 14. *Februar.* 1585. Amplia quartò etiam si beneficium tantum de facto habuerit *Gratian. discept.* 347. & censuit congregatio 4. *Septembris* 1586. Amplia quintò, vt eis non suffragetur quæcumque tolerantia episcopi cum contra concilium, nec expresse, nec tacite valeat dispensare *Triuis. in decis....* imò neque Apostolica sufficeret dispensatio nisi in specie dispensetur ad obtinenda beneficia in ecclesia in qua pater, ac requiritur etiam in specie derogatio constitutionis *Clement.* super hoc editæ, & hodie etiam *Concil. Triden. in genere Rubr. in decis. 6.* & propterea non sufficeret dispensatio super defectu natalium, neque habilitas ad quæcunque beneficia obtinenda *Cassad. in decis. 9. de præbendis. Rota diuers. decis. 233. p. 1.*

Nota tamen quod habens facultatem transferendi pensionem potest illam transferre in filium illegitimum dispensatum simpliciter ad beneficia, & pensiones, neque illi obstet *Conc. Trident.* prout aliàs censuit congregatio eiusdem concilij.

COLLECT. 1368.

Super pragmatica prima de scalarum prohibitione.

NOctis tempore nemo incedat cum scalis per ciuitatem Neapolit. h. d. ad cuius ornatum, & materiam vide *de Franch. in decis. 333. Grammat. in decis. 36 & Peguera in decision. Cataloniæ 26.*

COLLECT. 1369.

Super dicto Butrigarij.

LIcet non parum dubitationis habeat articulus ille quanta sit legitima matris in bonis filij, tamen distinguendo infrascript. cas. dilucidè apparebit eius dissolutio.

Primus est casus, quando frater fuit præteritus in testamento fratris, & instituta extranea persona non turpis, & matri fuit relicta legitima, & tunc procedit opinio Butrigarij contra *Bartol. in l. si pater ff. de inofficioso testamento*, quod legitima matris sit tertia totius hæreditatis,

non autem tertia portionis quam habitura esset ab intestato *de Franc. in decis.* 63. & ratio est, quia fratre præterito, nec instituta turpis persona est sublata omnis spes succedendi, & omnis concursus cum matre, quo casu frater habetur, perinde ac si non esset in rerum natura, & ob id non potest facere partem matri ad diminuendam eius legitimam, vt censuit *Rota in causa Romana de Menichellis 23. Ianuarij 1578. coram Vicecomite.*

Secundus est casus, quando fratri, vel sorori fuit aliquid relictum, tunc legitima matris est tertia residui hæreditatis, deducto illo legato *Balb. in decision.* 22.

Tertius est casus, quando decedente fratre ab intestato, soror est exclusa à statuto, & vocatus frater, tunc enim si fuerit factum testamentum, & aliquid fuerit relictum sorori, legatum factum sorori non venit detrahendum de legitima matris, nec ex toto patrimonio, sed venit soluendum ab hæredibus, vt fuit resolutum in *Rota in vna Romana legitimæ de Vrsinis 23 Iunij 1585. coram Illustriss. Blanchetto.*

Quartus casus est, quando mater per statutum excluditur ab hæreditate filij, tunc enim eius legitima est tertia totius hæreditatis *Rota in vna Romana de Lante 17. Maij 1585. coram fel. recordat. Clemente Papa Octauo, tunc Rotæ Auditore.*

COLLECT. 1370.

Super l. cum quidam, ff. de liberis & posthumis.

EXtensio de casu ad casum regulariter non est facienda in pœnalibus, & ita *Seraphin. in decis.* 911. & semper in correctoriis extensio est prohibita, *Idem in dec.* 840. Amplia primò, vt in pœnalibus non fit extensio de re ad rem, nec de persona ad personam, *idem in decis.* 972. Hinc est, quod pœna sancita *in l. fin. Cod. de iur. emphyt.* non extenditur ad locationem *Rot. diuers. in decis.* 129. *p.* 2. & *Seraphin. in decis.* 286. Infero secundò, quod in pœnalibus non fit extensio ad eum, qui non est verè talis, *idem in decis.* 557. & propterea constitutio pœnalis loquens de domino non extenditur ad arrendatarium.

Limita conclusionem suprapositam, & primò non procedere si fauore animæ fieret extẽsio, quia tunc permittitur etiam in pœnalibus *Balb. in decis.* 3. cuius etiam fauore quis præsumi debet incidisse in censuras, & irregularitatem, *Villagut. in decis.* 50. Limita secundò ex identitate rationis, quia etiam de casu vero ad casum fictum fit extensio *Seraph. in decis.* 1286. Intellige quando in omnibus, & per omnia par est ratio, *idem in decis.* 286. Intellige secundò, quando ratio fuerit in ea expressa, *idem Seraphin. in decis.* 288.

Ad effectum extensionis satis est, quod militet eadem ratio, licet aliquo respectu minor sit ratio in casu, in quem fit exemptio, *idem in decis.* 570. quemadmodum fit extensio ex coniecturata mente, quando casus omissus, est omnino similis, *idem in decis.* 266.

COLLECT. 1371.

Ad Rubricam, ff vti possidetis.

AD ornatum huius Rubricæ sciendum est nõnulla concurrere

rere debet, vt quis valeat obtinere in possessorio retinendæ, & inter cætera primò necesse est, vt agens probet de antiquiori possessione, *Osasch. in decision* 34. item quod probet se possedisse tempore turbationis, & litis contestatæ, *Idem in decis.* 99 *Benintin. Rota Bononien. in decis.* 42. aliquid per *Capyc. in decis.* 72. *Afflict. in decis.* 394. fallit in eo, qui probauit se olim possidere, & nunc allegat se possidere, *Capyc. in decision.* 209. Tertiò probare debet turbationem sibi illatam ab aduersario, *Mzgon. in decision. Lucana* 54. imò debet etiam qualitates turbationis specificare, *Anna allegat.* 82. & in pari probatione obtinebit, qui maxime iustificatam, vel meliores probationes respectu probationes adducit citra præiudicium vtriusque partis tam in proprietate, quàm in possessione, sed melius faceret Iudex sequestrare rem & prohibere partes ne ad rem accedant, & dare terminum in causa, *Capyc. in decision.* 96. *Guid. Pap. decis.* 578. *idem Capyc. in decis.* 13. *Gayll. obseruat.* 5. *lib.* 1. *Caual. in decision.* 23. *part.* 2. & quid agendum in hoc interdicto data paritate probationum, & quid facere habeat Judex, vide *Thesaur. in decis.* 206. *Boer. in decis.* 239. *Benint. in decision.* 73. *Vrall. in decision.* 200. *part.* 2. & quando probationes sunt dubiæ, *Franc. Marc. in decis.* 405 *part.* 2. & quæ probationes non probant in hoc iudicio, vide latissime per *Cardin. Puteum in decision.* 362. *parte* 2. Quartò principaliter requiritur, quod agens habuerit realem possessionem, *Guid. Pap. in decis.* 552. nec ei quicquam suffragatur, quod eius prædecessor, vel auctor habuisset, *Gayl. obseru.* 129. *lib.* 2.

COLLECT. 1372.

Super l. furti. §. qui iussu, ff. de his qui notantur infamia.

IVssio Iudicis excusat, h. d. Hinc est quod excusat à periurio, *Rubin. in dec.* 99. quia in iuramento semper intelligitur excepta superioris auctoritas, *Ego in dec.* 21. *per textum in capite veniente. de iureiurando.* Hinc est secūdò, quod mandatum superioris excusat à pœna caducitatis non soluentem in termino promisso, *Affl. in decis.* 328. Tertiò ad hoc propositum allegatur *Franc. Marc. in decis.* 114 vbi subditi, qui capiunt arma ante iudicem, vt illi iustitiam exequenti opem ferant non dicuntur delinquere. Quartò expenditur *idem Mar. in decision.* 246. *p.* 2. vbi captura facta sine litteris néve loci capturæ, quamuis regulariter sit nulla, validatur tamen ob Iudicis interuentum. Quintò facit *idem in decis.* 576. *eod. lib.* vbi Iudex cui potentia deest, vt malefactores in vincula detrudat populum cum armis coadunare potest.

Limita nunc regulam text. & primo, vt non procedat quando præceptum Iudicis esset iniustum, quia tūc illi non est parendum, imo resisti poterit, *Balb in dec.* 90. *per tex in l prohibitum, C. de iure fisci, lib.* 10. & facit *decis. Cornaz.* 23. Limita secundò, quando Iudex extra officium procederet, *Hartaman in obseru.* 29.

Limita tertiò in his, quæ sunt de genere prohibitorum, *Guid. Pap. in decis.* 340.

COLLECT. 1373.

Super l. 1. §. in classibus, ff. de bonorum possess.

IVdicio meo hic opt me sedere potest materia exceptionis hosticæ, de qua licet nonnulla reportauimus in Constit hostici, verumtamen hic animaduertas primò, quod quamuis præfata exceptio inducta fuerit in fauorem militantium, tamen si in instrumento fuerit renunciatum non potest opponi, ita sæpe in S.C. iudicatum, & in *Camera in causa Marchionis Montis nigri*, referente *Castellet. Præside post eius Regen e*, testatur *nouiss. in cit. constit.* cessat secundo in spolio de recenti, *Afflict. in decis. 84.* cessat tertiò in vxore militis, si cum eo non manet in castris, *Capyc. in decis. 171. Mila. nens. in dec. 9* Secundò animaduertendum, quod licet conuentus gaudeat hostica exceptione tamen prohibetur ipse agere, prout testatur fuisse decisum *Anna alleg. 75.* Animaduertendum tertiò, quod ista exceptio non solùm prodest principalibus, sed etiam fideiussoribus, vt per *litteram Regis Roberti*, quæ incipit *Ioanna de Haia*, non prodest tamen Auctori laudato, *Anna d cis. seu sing. 177.* & num competat aduersus dotem, vide *de Franc. in decis. 286.* & aliquid per *Capyc. in dec. 76.*

Collect. 1374.

Super cap. 2. iuncta gloss. in verbo libera de rescrip.

ET quia alternatiua non conceditur Episcopis nisi in beneficiis liberæ collationis, vt patet in *Regula 8. Cancellaria in verbo ad liberam ipsorum*, propterea mihi congruum visum fuit explicare, quibus modis dicatur libera collatio, & dicitur primo illa ad effectum præfatæ regulæ quæ potest fieri à solo Episcopo absque alterius electione, præsentatione, consensu, consilio seu interuentu, vt fuit latè decisum in vna *Vergel. Canonicatus 7. Maij 1563. coram Illustrissimo Blanchetto*, & iterum in vna *Tarraconen. Sacristia 9. Iulij 1600. coram Iusto.*

Secundò dicitur pariter libera illa quæ excludit prorsus omnem requisitionem, seu excommunicationem alterius *Cassad. in decis. 3. de priuilegiis. Caputaquens. in decision. 297. part. 1.*

Tertiò, quando collator tenetur conferre certo generi personarum veluti filiis patrimonialibus, *Achill. de Graff. in decis. 5. de priuilegiis. Card. Puteus in decis. 161. lib. 2.* & fuit resolutum in vna *Vlisbonen. Prioratus 6. Maij 1603. coram Illustrissimo Seraphino*, vbi fuit dictum esse liberam collationem, quamuis sit facienda vni ex sex personis de certo collegio, & in vna *Calaguritana Beneficij 28. Aprilis 1596. coram Corduba*, vbi propterea fuit dictum non potuisse Capitulum sede vacante conferre talia beneficia.

Quartò dicetur similiter collatio libera illa quæ fit in beneficiis curatis, & parochialibus, quę quamuis sit facienda dignioribus per concursum iuxta formam *Concilij Trident. sess. 24. cap 8. de re ormatione* nihilominus sint liberæ collationis, *Rot. in vna Abulen. parochialis 26. Aprilis 1596. coram Illustrissimo Blanchetto*, & per supradicta hodie non obstant *decision. Cardinal. Put. 100. libro 3. & 472. libro 2.*

Non dicitur tamen collatio libera illa quæ fit per expectatiuam, quia expectatiua ad beneficium spectans ad præsentationem Abbatis non includit beneficium quod spectat ad præsentationem dicti Abbatis cum consen-

consensu alterius reprobata decisio. *Bisignett.* quæ contrarium dixit 2. *de concess. prebend.*

Quamuis sit verum quod ille qui debet consentire, vel consulere non dicatur collator, *Rota in decision.* 10. *de concess. prabenda in antiquioribus.* & *in decision.* 79. *de rescriptis in antiquioribus.*

COLLECT. 1375.

Super l. 1. ff de quest.

A Tormentis regulariter non est, incipiendum, h.d. & ratio est quia debet indicia præcedere torturam, *Fab. in dec.* 16. *C. tit. iii.* & tortus sine indiciis eius confessio non tenet etiam si non ratificata, nec poterit tortus vigore talis confessionis condemnari, *Marc. in decis.* 60. *part.* 2. nec tortura iustificatur superuenientibus indiciis, *idem in decision.* 287. *p.* 2. cùm ad ea non debet perueniri nisi præcedant indicia, *Capyc. in decis.* 116. *Franc. Marc. in decis.* 904.

Sed occasione præsentis tex. quæro an si tortus præcedentib. indiciis nihil confessus fuerit absolui debeat. Respondeas affirmatiuè, quia censetur purgasse indicia, ita *Grammat. in decis.* 96. *Boer. in decis.* 163. Amplia etiã si tres socij criminis deposuerunt cõtra aliquem consocium, quia tunc solum faciunt indicium ad torturam qua data si tortus illam sustinuerit debet absolui, quia illa indicia remanent purgata per ipsam torturam, *Vin. in decis.* ... imò etiam plena probatio tollitur, *Boer. in decision.* 319. aliquid per *Ludou. in decis. Lucan.* 13. licèt *Franc. Marc. in decis.* 556. *p.* 2. dicat quod si adsunt plenæ probationes tortus potest nihilominus condemnari, ideò ad hanc difficultatem tollendam, hoc casu solent Iudices protestari torturã illam inferri sine præiudicio probatorũ, & quod torquent ad sciendum complices, & alias qualitates delicti *Franc. Marc. in decis.* 156. *Gramm. in dec.* 69. licet per torturam indicia cẽsentur purgata, & maximè per torturam reiteratam, quia tunc censentur quasi vera non fuerint, & propterea pœna debet moderari, *Gram in dec.* 8. quamuis semel tortus non debet amplius torqueri, *Boer. citata dec.* 163. *Delfin. in dec.* 155. quia tortura est remedium subsidiariũ quando scilicet veritas aliter haberi non posset, *Franc. Marc. in dec.* 904. *p.* 1. & 156. *p.* 2. *Gramm. voto* 1. & 2.

Quæro secũdò, an inquisitus confitens delictum de quo indicia vrgebant possit de aliis interrogari, & torqueri, de quibus indicia non vigent, huic quæsito Respondet *Gramm. in decis.* 48. quod poterit interrogari, vt habetur aliquid per *eund. in dec.* 34. & *in voto* 13. vbi refert casuum decisionem, non tamen danda est tortura existentibus indiciis pro, & contra, *Gramm. voto* 3. sed debet terreri reus *Franc. Marc. in dec.* 516. & pro quib. criminibus inferatur, vide *Pegue. in decis.* 16 *Delfin.* 904. in crimine veneni Iudex debet esse promptior ad torturam, vt aliquid per *Gramm. in decision.* 33. & *dec.* 34. *Cachir. in decis.* 79.

COLLECT. 1376.

Super l. iure societatis ff pro socio.

IVre societatis socius per sociũ non obligatur nisi in communem arcã pecuniæ versæ sunt, h.d. hinc est quod, vt socius conueniatur ex contractu socij tria requiruntur, primò

quod sit mandatum tacitum, vel expressum pactum, vel statutum. Secundò, quod nomine societatis contraxerit. Tertiò, quod contrahens sit sequutus fidem omnium, ita pulchrè ac omninò videndus, *Thess. in decis.* 136.

Cacher. in dec. 150. putat aliter esse distinguendum, scilicet quod aut omnes negotiantur, & tenentur pro rata, aut vnus tantùm, & tenentur insolidum, & hanc distinctionem sequitur *Magon. in decis. Lucana prima, & Rota Genua in decis.* 7. sed primam opinionem sequitur *Milan. in decis. Sicilia* 15. & eo maximè dicitur vera quãdo promiscuè negotiantur, *Surd. in decis.* 205. Amplia secundò, etiam si societas esset contracta cum Iudæis, *Boer in decis.* 179. licet aliter esset dicendum si contraheretur cum hæretico, *Guid. Pap. in decision.* 418. Amplia tertiò, quod quando concurrunt requisita supradicta obligatio transit etiam ad hæredes socij, *Valasc. in decis. Lusitana* 63. *Cacher. in citat. decis.* 150. & aliquid in *decis.* 76. *Thess. in decis.* 142.

Anton. Fab. in decis. 1. *C. pro socio*, refert decisum quod non tenetur socius ad æs alienum à socio contractum extra causam societatis, & sic concordat cum *decis. Thess.* & quando ex prosequutione negotij facta diuisione censetur renouata societas, vide *Valasc. in decis. Lusitan.* 37. & aliquid per *Boer. in decis.* 58.

COLLECT. 1377.

Ad consuetudinem Italia.

DE generali consuetudine Italię introductum est vt non puniatur affectus, nisi sequatur effectus.

Pro cuius conclusionis ornamento, expenduntur nonnulla pulcherrima & in praxi summoperè contingentia. primò *decis. G. aumat.* 2. *nu.* 8. referens idem iudicatũ fuisse in causa veneni, licet *Viu. in decis.* 487. dicat quod venenum alicui præbens parandæ mortis occasione, licet effectus inde non sequatur, tamen ob actum consummationis criminis proximum venit puniendus, & aliquid per *Boer. in decis.* 316.

Secundò accedat *decis. Clari* 93. *nu.* 1. *in fin.* de eo, qui puellæ nobilis lectum ascenderat, & pectus tetigerat, neque vltra progressus fuerat; nam habita remissione fuit absolutus, 3. *Iunij* 1547.

Limita principalem cõclusionem, & primò in crimine proditionis, in quo sufficit solus tractatus ad hoc, vt quis pœnæ mortis subiiciatur, *Auenion. in decis.* 92. ita etiam refert decisum in Senatu Pedemont. *Cacher. in decis.* 80.

Limita secundò, in atrocissimo beneficij delicto, ita decisum refert *Anneus Robert lib.* 1. *rerum iudicatarum, cap.* 1. & propterea in *Senatu Mediolanen.* refert *Clar. cit. loco*, fuisse capitali supplicio affectum quendam nobilem, qui sæpius conspirauerat in necem agnati sui pluriesque attentauerat illum interimi facere veneno, & in pluribus casibus fuisse punitum conatum non sequuto effectu, refert *Papon. libro* 23 *titul.* 10. *arrest.*

Limita tertiò in crimine læsæ maiestatis, ac oppugnationis patriæ, *Gaspar. Thess. in decision.* 25.

COLLECT. 1378.

In cap. accusatus, §. sanè, de haret. cis.

De sortilegiis non cognoscunt Inquisitores hæreticę prauitatis, nisi hæresim sapiant manifestam, h.d. Sed quæritur primò quæ sint facta quæ sapiant hæresim, *Rubin. in decis.19* dicit quòd sunt illa quæ de sui natura præferunt aliquid quod manifesta est hæresis, puta baptizare imagines, rebaptizare pueros, & huiusmodi, vt est etiam sententia *Simanc. in tractatu de hereticis c.30.*

Quæritur secundò, Numquid inuocatio dæmonum sapiat hæresim manifestam, huic quæsito respōdeas cum *decis. mea Archiepiscopali 32.* vbi fuit decisum cum hac distinctione, quod aut inuocantur Dæmones, vt quis sciat futura, & hoc sapit hæresim manifestam, quia tribuitur Diabolo id quod est proprium Dei scilicet ventura præscire, aut inuocantur ad alium finem, puta tentandum pudicitiam mulieris, vel huiusmodi, & non sapit hæresim, quia inuocatur Diabolus ad id quod ei maximè conuenit, cùm sit tentator animarum, & hoc secundo casu iurisdictio non spectat ad Inquisitores, sed ad Ordinarium, ita *Ant Faber in deci.1.C. de sortilegiis* licet in parlamentis Franciæ super hoc diuersimode fuisse iudicatum, refert *Papon.lib.2. tit.3.arrest.1.& 2.*

Quæritur tertio: Quid in sortilegiis, & incantationibus, quæ fiunt ex causa amoris? Respondetur quod non sunt hæreticæ prauitatis, vt fuit pluries decisum, & signanter in *Cur. Archiepiscopali Neapolitan.* in persona cuiusdam Iuuenis, qui captus amore puellæ pereximiæ pulchritudinis egit sortilegia nonnulla, atque incantationes; & iterum in *Senatu Mediolanensi* fuisse absolutum quendam, qui egerat sortilegia ad captandum amorem cuiusdam mulieris, vt refert *Clarus in § hæresis in fine*, & ita etiam in *Curia Romana in causa Ioannis de Partiniaco*, refert *Farinacius in collecta criminalium.in decis. 90.*& omnes moti fuerunt per *consil. Oldradi 210.*

Quæritur quarto, quid in sortilegiis ad sciendum furta commissa, & de hoc videas *Ant.Fab. in decis.1. C. de Maleficiis, & Mathematicis.* & an hæretici dicantur quærentes scire furtum occultum, cum phiala plena aqua candelis accensis, & pueris, aut puellis virginibus interpositis, quædam verba dicentibus, vide *decis. Cur. Archiepis.Neapolit.23 & cons.Riminaldi 414.volum.4.*

Collect. 1379.

Super pragm.1.de expensis.

Sententia debet continere expressam condemnationem, vel absolutionem expensarum nullo iure circa id reseruato, h.d.quę dispositio limitatur in aliquibus casibus & primò vt procedat in causis ciuilibus tantùm, non autem in criminalibus, vt decisum refert *Franc.Marc. in decis. 191 part. 2.* quæ facit ad Doctrinam *Baldi* communiter receptam in *l.qui crimen numero 26.Cod. qui accusare non possunt.* Limita secundò, quando sententia contineret mutuam victoriam quia tunc neutra pars condemnatur ad expensas, vt habetur per *Magon.in de is.Lucens.50.* Limita tertio in expensis quas reficit reus contumax actori, vt possit admitti ad iudicium post contumaciam contractam, vt in *l. sancimus, C. de iudiciis & in pragmat. 4. infra de ordine iudi-*

ciorum, nam si postea ipse reus obtinuerit sententiam pro se in causa principali, & actor sit condemnatus ad expensas in taxatione harum expensarum non veniunt illę expensæ, quæ fuerunt refectæ actori propter contumaciam, vt aliquid per *Franch. in decis.* 331. Limita quartò, vt non debet fieri condemnatio expensarum, quando sententia profertur ex probationibus priuilegiatis, vt puta ex iuramento suppletorio, ita *Thess. in decis.* 236.

Sed quæro pro eiusdem pragmat. ornamento an pendente appellatione possit Judex à quo procedere ad taxationem expensarum, *Anna decis. seu sing.* 31. voluit quod sic, sed aduerte quod dato quod possit procedi ad taxationem, non tamen facta taxatione poterit procedere ad executionem, etiam si esset sententia Sacri Consilij à qua penderet reclamatio iuxta stylum ipsius sacri Consilij, de quo testatur *Afflict. in decis* 354. *in fine* qui stylus seruatur etiam in Senatu Pedemontano, teste *Cacher. in decis.* 119. *in fine*, licet in Gallia seruari contrarium testatur *de Laurent. Rot. Auen. in decis.* 55.

Quæro secundò, an Judex appellationis condemnans ad expensas præsumatur condemnasse etiam ad expensas primæ instantiæ, vide *decis. meam* 22 quod autem si Judex primę instantiæ condemnauerit partem etiam ad expensas, Judex verò appellationis confirmando sententiā pronunciauerit bene iudicatum, & malè appellatum, & in fine eiusdem sententiæ addiderit condemnando appellantem in expensis tantùm coram nobis legitimè factis an per hæc verba censeatur absoluisse ab expensis factis in prima instantia in quibus fuerat condemnatus per primam sententiam *Monald. in cons. decis.* 10. concludit affirmatiuè.

Quæro tertiò, an sententia super taxandis expensis dicatur diffinitiua, vel interlocutoria, *Magon. n decis. in deci. Lucens.* 18. tenet pro diffinitiua.

Nota tamen quod de stylo Regni Siciliæ expensæ debentur, quamuis Judex de illis nullam fecerit mentionem *del Castillo in decis.* 86. *eiusdem Regni.*

COLLECT. 1380.

Super pragmat. testem falsum.

PRoducentes testes falsos iisque vtentes vltra amissionem causæ puniuntur pœna falsi vnà cum testibus, hoc dicit, pro cuius ornamento notanda sunt nonnulla ad veram praxim, & intelligentiam.

Primò notandū, quod hæc pragmatica locum non sibi vendicat in causis criminalibus, sed in ciuilibus tantùm, verùm fuit decisum in *Sacro Consilio*, quod non tenetur producens testes declarare si intendit vti testibus ante terminum datum reo ad se defendendum aduersus querelam factam, ita *Anna allegat.* 2. nec per solam productionem testium antequam fuerit reo præfixus terminus ad præcisè respondendum, ita *de Laurent. Rot. Auenionen in decis.* 50. & propterea non sufficit sola productio testium falsorum, vel scripturarum, vt quis dicatur vsus testibus, vel scripturis falsis.

COLLECT. 1381.

Super pragmatica prima. de liquidat. instrum.

Ad

AD ornatum præsentis pragmaticæ vltra ea, quæ reportaui in *collect. Rot. M. Cur.*166. vide *d. Franc. decis.*162.*&* 366. vbi quærit an filius vigore prædictorum iurium possit præsentare instrumẽtum contra patrem, vel gener contra socerum, vide *Minad. decis.* 2. & quid in fratre contra fratrem, vide *Thess. decis.*119. & quid si in instrumento non sit præstitum iuramentum de facie ad faciem? dicas quod præfatum instrumentum non potest liquidari, *Afflict. decis.*64. & quid in instrumento dotis promissæ? vide *Thess. decis.*26.*num.* 3.*& Ann singular.*248. Et quid in instrumento capitulorum matrimonialium? vide *de Franc. decis.* 366. & quid in instrumento venditionis fundi ad mensuram facto pro certo pretio possit præsentari iuxta ritum non facta mensuratione, *Thess in decis.* 183 quid autem in instrumento sine causa? vide *Ann. decis. seu singula.* 250. non potest tamen præsentari instrumentum pro tacita promissione, quæ resultat ex instrumento liquido, *de Franc. decis.*221. Sed quid si quis esset obligatus duobus in solidum, & ab vno posteà fuerit sibi prorogatum tempus solutionis, num alter possit liquidare instrumentum non expectato tempore prorogato? quod sic tenuit *de Franc. decis.*181. Et quid si instrumentum contineat certam summam ex causa affictus territorij certæ mensuræ, putà decem iugerum ad certam rationem pro quolibet iugere adiecto pacto, vt mensurari debeat, an interim mensuratione non facta possit dici liquidum respectu summæ in eo expressæ vide *de Franc. decis.*222.

Et quia per ritum M. C. 162. ad impediendam liquidationem admittitur exceptio satisfactionis in promptu probata, propterea quæro num admittatur exceptio? & quod sic tenuit *Rot. Genuæ in decis.* 104. contrarium tamen tenuit *Afflict. decis.* 381. vbi dicit Sacr. Consil. ita decidisse, quæ opinio limitatur nõ procedere quando per confessionem creditoris constaret de veritate obiectæ compensationis, *Cappell. Tholos. decis. prima*; Limita secundò in casu eiusdem *Afflict. in decis.*121.

Item quæro, quid in exceptione promissionis erroneæ, *Thessaur. in decisione* 26. & de exceptione remissionis mercedis propter sterilitatem, *Franc. Marc. decisione* 208. *parte secunda*. Et de exceptione, ne quis teneatur vltrà quàm facere possit *de Franc. in decis.*281.

Animaduertas tamen quod instrumentum quantumuis liquidum, & iuritum post viginti annos perdit vigorem huius liquidationis, vt in ritu 167. sed anni à quo die computentur, vide *de Franch. decisione* 341.

COLLECT. 182.

Super constit. minorib. de iur. balij.

AD ornatum huius constitutionis, quæ loquitur de materia balij, animaduertendũ primò, quod balius non dicitur quis constitutus ex potestate data administrandi, & gubernandi, nec ex constitutione fideicommissariorum, & executorum *Rubin. decis.* 90. ex qua infero ad pulcherrimam *decisio. de Ponte* 20. vbi fuit dictum in *Collateral. Cons.* Ducissam Acheruntiæ matrem moderni Ducis minoris debere ipsam declarari

solam Baliam ipsius filij, licèt vir in suo testamento reliquerit fideicommissarios executores suæ dispositionis ipsam Ducissam D. Carolum de Iuuara, & Franciscum Denticem, quæ decisio corroboratur ex nonnullis aliis, præsertim in causa Marchionis Vallis, nam mortuo ipso Marchione, relictis pluribus executoribus, nulla facta dispositione balij iidem executores petierunt electionem balij à Rege, & vnicus tantum fuit datus, qui fuit D. Aluarus de Mendozza.

Secundò, ex decis. facta in causa hæredis Francisci Belmundez, vbi plures erant balij constituti, & educatio in specie relicta auiæ maternæ, & tandem per Collater. Consil. fuit declarata Balia D. Maria Bermundez sola amita pupilli, eique data educatio.

Quæro vlterius cui decernendus sit baliatus matre transeunte ad secundas nuptias, dicas quod ei, quem ipsa petiit, *Ann. in cons. 50.* licèt Judex possit recedere ab eius voluntate, vt pulchrè per *Grammat. in decis. 54.* An autem balio sit constituendum, & sic debeatur salarium, vide *decis. de Franc. 440.*

COLLECT. 1383.

Super cap. Regni, vt cum nihil.

ADuena non subditus Regi non potest creari Officialis à Barone h. d. neque clerici à Prorege, *de Franch. in decisione 479.* & quando Monachus possit esse Officialis, seu Judex, vide *Guid. Pap. in decis. 563.*

COLLECT. 1384.

Super c. quamquam. de vsuris in 6.

IN gloss. ibi quomodo vsurarius manifestus probetur, Adde ad probationem vsurarum, *Osasch. in decis. 72. Afflict. in decis. 92. Capyc. in decis. 19.* & quod quando emptio redditi tuum excedat solitum modum, censetur vsuraria, & illicita, vide *Papon. lib. 12. arrest. 8 Gayl. obseru. 5. nu. 10. lib. 2. Caualc. in decis. 14 part. 2.* & quot & quibus coniecturis contractus dicatur vsurarius, & pignoratitius, licèt sit celebratus sub nomine emptionis & venditionis, vide *Caualc. in decis. 13. de contractibus, part. 2.* quod crimen est etiam mixti fori, *Osasc. in decis. 137. Gayl. lib. 1. obseru. 5. Delphin. in decis. 335. part. 2.*

COLLECT. 1385.

Super pragmat. 1. de guidaticiis.

NOn gaudeant guidaticiis ij, qui regios vassallos offenderint, h. d. Limita hanc pragmat. vt procedat quando guidatus commitit delictũ verè punibile, secus si esset aliquod leue, *de Franc. in decis. 258.* qui dispositionem huius text. fundat de iure communi circumscripta hac pragmatica, aliàs enim qui capiuntur sub clypeo guidatici sunt ponendi in pristinam libertatem, *idem de Franc. in decis. 415.* ex ratione tex. *in l. 1. C. de iis qui veniam ætatis impetrauerunt.*

COLLECT. 1386.

Super c. ex frequenti 2. de instit.

NOn est modica dubitatio illa, quæ fieri solet per Scribentes in præsenti tex. ad quem scilicet spectet collatio præbendarum Ecclesiæ collegiatæ, nam varij varia dixerunt,

Bisignet.

B signet. decis. 8. de præbend. tenuit spectare ad prælatum eiusdem collegiatæ, quam opinionem sequitur Bellam. decis. 717. Alij verò tenuerunt, quod electio, seu præsentatio spectet ad prælatum Ecclesiæ collegiatæ, confirmatio verò, seu institutio ad Episcopum pertineat, Rot. in decis. 4. de concess. præbend. Cassador. decis. 22. de præbend. & hanc vltimam opinionem tenuit Put. decis. 131. lib. 1. & nouissimis temporibus secundùm eam pluries iudicasse Rot. Rom. testatur Ægidius decis. 69. & in decis. 718.

COLLECT. 1387.

Sup. v cap. sacrorum 63. dist.

Appellatione Ciuitatis venit diœcesis, h. d. Sed tu distinguas, quod aut sumus in materia fauorabili, aut in odiosa. Primo casu venit Ciuitas appellatione diœcesis, Bellam. decis. 141. & ita intelligitur præsens text. in materia odiosa iterum distinguas, quod aut verbum diœcesis profertur à lege, vel constitutione generali, & similiter venit Ciuitas, Balb. decis. 6. per text. in c. 1. de rerum permuta. aut profertur in rescriptis, seu dispositionibus particularibus, & tali casu minimè comprehenditur Ciuitas appellatione diœcesis, Faber decis. 6. C. de verb. signif. Et ideò in terminis regulæ quartæ Cancellar. reseruantis beneficia vnicorum subcollectorum in quacunque ciuitate, vel diœcesi non potuit esse vnus subcollector in Ciuitate, & alius in diœcesi, aliàs dicerentur esse duo subcollectores in eadem diœcesi contra mentem, & litteram dictæ regulæ quartæ, vt fuit dictum in Rot. Rom. in vna Calaguritan. beneficiorum 2. Decembris 1602. coram Lancellotto.

Nota tamen, quod appellatione Ciuitatis venit districtus Robert. lib. 2. decis. 3. & propterea delicta facta in casalibus quoad pœnam infligendam censentur perpetrata etiam in ciuitate, de Fran. decis. 129. Hinc infertur, quod consuetudines Neapolitanæ comprehendunt etiam casalia, seu districtus, de Franch. in decis. 604.

Nota secundò, nonnulla ratione ad praxim accommodata in materia districtus. Primò, quod districtus non probatur per testes, qui ignorant iter, & deponunt in confuso, Seraphin. in decis. 1482. nec probatur per depositionem testis de publica voce & fama, per verbum est tantùm super districtu, seu distãtia loci, idem in decis. 1370. nec ad probandum quod locus sit in districtu admittitur mensuratio, idem in d. decis. 1370.

Nota tertiò, quod appellatione oppidanorum, non veniunt districtuales, vt fuit dictum in vna Salamantina iurisdictionis 3. Iunij 1580. coram Seraphin. vt patet in eius decis. 467. & facit decis. Gratian. 90.

COLLECT. 1388.

Super cap. 1. ne sede vacante in 6.

Collatio præbendarum Ecclesiæ Cathedralis non est liberæ collationis Episcopi, sed potius simultanea, ita quod Episcopus, & Capitulum insimul debent conferre, & non vnus sine alio, hoc dicit, & ita Rot decisione 4. de concess. præbend. in nouis. & Cassador. decisione 22. de præbend. quæ opinio est iam sæpissimè comprobata aliis pluribus decis. ita vt inoffenso pede sit amplectenda, Puteus decisione 135. lib. 1. & in

decisio 412. *libro* 2. *& in decis.* 172. *lib.* 3. & fuit nouissimè resolutum in vna *Salamantin. portionis* 16. *Maij* 1603. *coram Iusto.* Hinc dixit *Caputquens. decis.* 88. *part.* 2. quod non competit Episcopo alternatiua in beneficiis ad se & capitulū spectantibus, vnde eadem ratione contraria priuatio dictarum præbendarum Ecclesiæ Cathedralis spectat ad Episcopum, & Capitulum, *Caputaq. in decis.* 153 *part.* 1. *& Put. decis.* 18 *libro* 3.

Hinc prouenit, quòd cùm portionarij de iure communi non sint de capitulo, *Verall. decis.* 84. *& in decis.* 91. *parte* 1. *Cassr de Graff. in decis.* 4. *de his quæ fiunt à Prælat. Rot. decis.* 4. *parte* 2. *diuers.* immò portiones Cathedraliū sunt de inferioribus beneficiis ipsius Ecclesiæ, nec habens portionem dicitur habere talem præbendam, de qua suprà *Put. dec.* 441. *lib.* 1. & proptereà videtur, quod Episcopus solus sine capitulo fundatam intentionem habet in collatione dictarum portionum.

Nihilominus contrarium pluries fuit in Rot. resolutum, & signanter in vna *Salamantin. dimidia portionis* 25. *Iunij* 1590. *coram Comitulo, & in alia Corduben. dimidia portionis* 13. *Februarij* 1601. *coram Sacrato, & iterum in vna Vicen. beneficij* 19. *Nouembris* 1599. *coram Illustriss. Pamphilio.* in quibus omnibus fuit dictum, quod etiam in portionibus, & dimidiis portionibus Ecclesiæ Cathedralis habet locum simultanea Episcopi, & Capituli collatio.

Et ratio colligitur, quod in aliquibus Ecclesiis cathedralibus portionarij, & dimidij portionarij sunt de Capitulo generali, quamuis in electionibus, prouisionibus, & admissionibus votum non habeant, vt ad effectum coniudicum, de quo in *Concilio Trident. sess.* 25. *c.* 6. *de reformat.* fuit resolutum in vna *Corduben. iurisdictionis* 7. *Februar* 1597. *coràm Orano,* & de portionatiis Ecclesiæ Carthaginen. loquitur *Put. dec.* 441. *lib.* 1. & de portionariis *Hispalen est dec.* 7. *part.* 2. *diuers.*

COLLECT. 1389.

Super §. *plus. Inst. de action bus.*

PEtens plus debito punitur, & in quo vide in text. licèt sunt qui deciderunt, quòd petens plus probando solùm in parte debet obtinere pro illa parte probata, *Guid. Pap in decis.* 27. *Balb. in decis.* 99. ex quo ampliatur regula vtile per inutile non vitiatur, de qua latè per *Affl. ct. in dec.* 107. *Vesill. in decis.* 218. *Gramma. in dec.* 387. *Surd in decis* 248. *Franch. Marc. in decis.* 328. *part* 2. *& Milanens. in decisio.* 52. *lib.* 2. imò petens creditum solutum incidit in pœnam stellionatus, vt latè per *Magon. in decis. Rota Florent.* 88. & an incidat in eandem pœnam debitor plus negando, vide *decisionem meam* 32.

Amplia secundo, vt statutum cōtra plus petentes, locum habet etiam contra petentes indebitum, *Surd. in decis.* 65. Amplia tertiò, etiam contra eos, qui agunt ante diem, *idem Surd. in decisio* 120. Amplia quarto præfatam pœnam locum habere in eis, qui agunt, seu petunt ante conditionis euentum, quia ij quoque pluspetere dicuntur, scilicet tempore, *Sur. in decis.* 131. Amplia quintò, vt tales non excusentur per dictionem in circa, vt pulchrè per *Guidon. n. Papa decisione* 290. Amplia sextò, vt quan-

quando plus re fuerit petitum, debet talis condemnari in expensis, si debitor non fatetur partem debiti, *Rota Auen. in decis.* 40. *diuers. tom.* 3. Amplia septimò, vt liceat Reo contra plus petentes qualitate, seu quantitate in totum negare, *Thess. Senat. Pedem in decis.* 231. *Viu. in decis.* 340. vbi refert quam plurimas DD. opiniones diuersas. Amplia octauò in datione in solutum, quę si facta fuit plus debito est in totum nulla *Marill. in decis.* 8. licèt creditor habeat ius retentionis pro re debita, *Surd. in decis.* 46 aliquid per *Capyc. in decis.* 41. *nu.* 9.

Nunc limita text. conclusionem, & primò si in petitione de plus debito factum adesset clausula omni meliori modo, &c. quia tunc eius virtute fit, vt quis non incidat in pœnas, *Ioseph. Ludou. in decis. Perus.* 17. Limita secundò, si adesset etiam clausula saluo iure superflui, ac potestate addendi & diminuendi, *Ioseph. Lud. in decis. Perus.* 51. Limita tertio in eo qui plus petiit fisco, quia non punitur *Rub. in decis.* 99. vbi allegatur *Ias. in §. si quis agens, nu.* 8. *de actionibus.*

COLLECT. 1390.

Super cap. praeterea. de testibus.

TEstis potest suum dictum corrigere in continenti, l. d. immò potest corrigere ante aperturam processus, & antequam alloquatur cum parte, *Ego in decis.* 29. Limita nisi eius dictum fuerit approbatum per partes, *Franc. Marc. in decis.* 493. *part.* 2 & 705. *par.* 1. ideò non possunt repeti testes ad instantiam partis, vt addant vel detrahant, vel corrigant dicta sua ex interuallo postquam alloquuti sunt cum parte, vt aliquid per *Valas. in decis.* 43. & per *Capyc. in decis.* 142. Hinc infertur, quod si testis in continenti reuertatur ad Notarium, & faciat sibi legi dictum suum, & dicat Notario, Ego non dixi sic, licitum est Notario emendare, ita *Rota Romana in propriis terminis in decis.* 19. *de testibus in nouis*, sed *Ego in decis. Curia Archiep. Neap.* 10. indubitanter teneo hoc fieri non posse absque Iudicis mandato, vt latè etiam per *Bal. in cap. praeterea de testibus*, & ad materiam quando testis possit suum dictum corrigere, vide *per Grammat. in decis.* 60.

COLLECT. 1391.

In materia Bullarum.

PRo cuius intelligentia quæro primo an sola supplicatio probet titulum. Respōdetur, quod sola supplicatio probat titulum auctoris, ita *Bellamer. in decisione* 112. *Verall. in decisione* 235. & *in decisione* 301. *part.* 3. Secundò quæro, quando sunt suspectæ de falso, respondetur quod tunc reputantur suspectæ, quando non reperiuntur in registro Bullarum *Verall. in decis.* 74. Quæro tertiò, an Episcopus possit retinere fructus primi anni alicuius beneficij, seu sibi illos attribuere pro datione possessionis ei qui legitime prouisus est, vide *Antonin. in decis. seu Resolut.* 1. & *Concil. Tridentin* qui negatiuè censuit, *sess.* 24. *cap.* 14. *de reformat.* & *Sayr. in decisione* 21. *de simonia*. Quartò quærò an medij fructus possint exigi à beneficiatis. Respondetur, quod sic, vbi viget consuetudo, *Sayr in decisio.* 23. *de simonia*, & est extrauagans,

Io.22. sub ti. de electione, & in anno 1614. mense Septembris, cum fuisset petitum per illustriss. Dominum Cardinalem Spinellum in Sacra Congregatione declarari an fructus medietatis anni beneficiorum vacantium liceret exigere, & piis locis ad eius Illustriss. libitum applicare: Sacra Congregatio censuit posse, supposita tamen, ac probata immemorabili exigendi, & variandi respectu applicationis; Quintò, quæro an Secretarius Episcopi possit scutum vnum accipere pro subscriptione Bullarum earum registratura, & aliud pro sigillo, *Sayr. in consil. 2. de Simonia*; respondet negatiuè, sed non negat, quod aliquid non possit accipere pro scriptura ipsarum; Sextò quæro, an Bullæ beneficiorum probent collationem beneficij; Respondetur quod sic, ita *Sayr. in decis. 1. de fide instrumentorum, & Rota in decis. 38. de probationibus, in antiquis.*

Collect. 1392.

Super l. si quæramus. ff. de testamentis.

ANte omnia debet constare de legitimatione personæ agentis in iudicio, h.d Hinc infertur primò, quod talis exceptio reddit iudicium retrò nullum, & processum inualidat & poterit quandocumque opponi, *Boer. in decis. 228.* Infertur secundò, quod cessionarius tenetur exhibere cessionem ante litem contestatam. *Marilian. Rotæ Ienuæ in decis. 7.* Infertur tertiò, quod procurator tenetur exhibere mandatum suę procurationis, *idem in decis. 14.* quia mandatum etiam per mille annos non præsumitur, *Garz. in decisione 28.* præsumitur tamen quandoque in aliquibus casibus, præsertim primò in actu, vbi fiunt expensæ, *Crescent. in decisione 1. de præsumpt. ex Bart.* communiter recepto, *in l. cùm seruus ff. de verb. oblig.* Secundò, ex productione scripturarum in iudicio præsente Domino, pulchrè *Ioseph. Lud. in decis. Perus. 110.* Hinc nota, quod procurator egit ex mandato insufficienti, & sententiam obtinuit, si posteà opponatur, & de nouo producat nouum mandatum sufficiens, quod ex hoc sententia non sustinetur *Guid. Pap. in decis. 383. lib. 2.* semper enim quod procurator habet mandatum sufficientem sustinetur sententia per præsentationem mandati, *idem in decis. 145. & 147. in antiqu.* Infertur quartò, quod qualem quis se asserit, talem se probare debet, *Anton. Faber in decis. 1. C. qui legitimam personam*; Nunc limita regulam text. principalem, & primò in possessorio, in quo non est necessarium probare se esse hæredem; sed solum allegare, *Card. Puteus in decis. 463. lib. 2.* & an autem in iudicio recuperandæ possessionis sufficiat ostendere titulum ad finem obtinendi, vel possessionem absque titulo, vide *Afflict. in decisione 261.* & ad materiam vide *eundem in decisione 77. 189. & 324.*

Collect. 1393.

Super c. pastoralis. de priuilegiis.

IN materia executoris apostolici, de qua in plurib. aliis collectaneis scripsi, hic tamen volo, vt notes omnia quæ animaduerti debent per pręfatum executorem.

Primò animaduerti debet an sit procedēdum, citata parte, & an hoc perspic

perspici debent verba litterarum primò si adsit clausula vocatis vocandis quia tunc necessaria erit citatio., ita *Rota in propriis terminis in decis.32. de rescriptis in nouis. Balb. in decis.29. Rubin. in decis.26* Secundò, quādo adessent verba procedendi absque præiudicio, quia tunc etiam requiritur causæ cognitio, *Caputaquens. in decis.284.* Tertiò; quando reperiretur clausula, si ita est, vel ita tibi constiterit, *Rota in dec.12. de offi io del gati in nouis. Guid. Pap. in decis.70. Ego in dec. Cur. Archiepiscop. Neapol.91.* Quartò, quando adessent verba, vt procedant parte citata, *Rubin. in decis.25.* Quintò, si Papa diceret in litteris constito vobis summariè, & extraiudicialiter dictam alienationem confirmetis, *Crescent. in dec.12. de priuilegiis*, & ratio est, quia propter illa verba extraiudicialiter non tollitur partis citatio, *Bellam. in decision.672.* & maximè propter verbum constito, *idem in dec.68.* Limita tamen illud animaduertendum, quando executor vellet examinare aliquem, si est idoneus, quia tunc non est necessaria citatio partis, *Ego in decis.3.*

Secundò animaduerti debet, quia tenetur se informare de omnib. expressis in litteris apostolicis, vt patet quia ibi solum narrat, exprimit, & exponit impetrans propter obseruātiam regularum Cancellariæ, & in partibus debet probare narrata coram Iudice delegato, *Rota in decis.8. de rescriptis in nouis*; prout dicimus, ac obseruatur etiam in dispensationibus matrimonialibus in quibus exprimuntur gradus in Vrbe, & probātur in partibus, *Add t. ad decisionem 7. de rescriptis in nouis, & in decision.44. eod. tit. fac t Concil. Tridein. sess.13. capit.5. & sess.22. cap.5. & 6. de reformatio.* vbi vult quod Episcopus videat omnia rescripta impetrata à sede apostolica, an habeant vitium subreptionis, & obreptionis.

Tertiò animaduerti debet an fuerit expositus verus valor beneficiorum, quia gratia est nulla ob non expressionem veri valoris, *Verall. in decision.128. part.3.* & aliquid per *eundem in decis.8. numer.6. & in decis.27. num.2. Capyell Tholos. in decis.329.* & ille, qui vult probare valorem expressum, tenetur facere veram probationem, cum agatur de probatione fraudis, *idem Verall. in decisione 381. part.2.* & fama publica excusat malam valoris expressionem, quia valor est difficilis probationis, *Idem in decis.49. p.3.*

COLLECT. 1394.

Super cap. ex parte el 2. de appellationibus.

IVdex per processum ad vlteriora videtur reiicere exceptiones oppositas, h.d. & ratio est quia videtur de eis cognouisse, ita in propriis terminis *DD. de Rot. in decis.13. de exceptionibus, Cardin. Put. in decis.388. lib.3. Balb. in decis.39.*

COLLECT. 1395.

Super l.2 ff. si ager vel emphyt.

AD hanc l. nota quod Dominus directus præfertur vicino in alienatione emphyt. & ita pluries fuit decisum prout est *decisio Capycij 99. Caber. in decis.156. Thess. Pedemont. in decis.170. Franc. Marc. in decis.364.* quod Amplia procedere etiamsi consensisset alienationi, *Guid. Pap. in*

*decis.*47. intellige tamen supradicta dummodo pro se vellet retinere, secus si pro alio, *idem Guid.Pap. in decis.* 4011. sicut dicimus in ecclesia in emphyteusi reuersa, quia non cogitur illam agnatis petentib. renouare quãdo vult pro se retinere, *Benint. Rota Bononien. in decis.*29. quid autem in feudo quãdo videlicet Vassallus vult vendere, vide pulchrè per *Guid.Pap. in decis.*39. *Franc. Marc. in decis.*364. *Ioan.Papon. li.*13.*tit.*1 *arrest.*5.6. & 10. & an tale ius prælationis possit alteri cedi, vide eund. *Marc. in decis.*2.*p.*2. & an regula quod quidquid est transmissibile, & cessibile sit vera, vide per *Balb. in decis.*7. & quid si res vendatur per secundum emphyteutam quis inquam præferatur, prior scilicet dominus, an secundus, vide *Rot. in decis.* 2. *de locatione in antiquis.*

Ad hanc tamen materiam animaduertas ad tria admodum vtilia, primò quod emphyteuta non præfertur vendenti dominium, vt aliquid per *Franch. in decis.*17.*nu.*8. *Anna decis. seu sing.*150. Secundò quod in censu, non præferatur censuarius emptori, vide *Capyc. in decis.*103. *Vrsill. in decis.*380. Tertiò quod emphyteuta cogitur ius suum, & meliorationes domino potius vendere quàm aliis, iuxta *l. fin. C. de iure emphyt* & facit *decisio Magon. Rot. Floren.*100.

COLLECT. 1396.

Super l. decem, ff. de verb. obligat. vbi DD.

IVs declarandi non transit ad hæredem, h.d. ex quo Infero ad nonnulla admodum practicabilia, & primò quod pœna quæ non fuit declarata contra auctorem, nõ potest declarari contra hæredem, *Rub. in decis.* 16. & aliquid per *Afflict. in decis.*111. *n.* 7. Infero secundò, quod si res emphyteutica inciderit in commissum viuente domino si non petiit declarari deuolutam, non poterit eius hæres declarari facere, & ita in quàm pluribus Tribunalib. fuit decisum, præsertim in Senatu Lusitaniæ, vt per *Gamam in decis.*17. *dec.*175. *in dec.*240. *Valas. in decis.*31. *& in decis.*75. in Regno Franciæ, vt per *Guid.Pap. in decis.* 214. & Florentiæ, vt patet ex *Magon. in decis.*16. contrarium tenuit *Monter. Rot. Aragoniæ in decis.*35. Infero tertiò, quod licet mulier transierit ad secunda vota, omne quod habuit ex bonis primi viri, tenetur seruare filiis præfati matrimonij, *l. fœmina, Cod. de secundis nuptiis*, talis facultas reuocandi non transfertur ad hæredes, *Balb. in decision.*500. adeò quod si filij viua matre non sunt cõquesti de transitu ad secunda vota morientes non transferunt hoc ius ad hæredes.

COLLECT. 1397.

Super cap. ad aures, de excessibus prælatorum.

INtrusus dicitur ille qui non habet aliquem colorem suæ intentionis, h.d. similiter dicitur etiam intrusus ille qui obtinuit beneficium deuolutum, quia collatio est nulla, & tractu temporis non conualidatur, *Boer. in decis.*170. & talis non iuuatur, nec regula Cancellariæ, nec præscriptione, *idem Boer. in decis.* 14. dicitur secundò etiam intrusus ille qui resignat, & post resignationem manet in beneficio resignato, *Caputaquens. in decision.* 36. *part.*3. & talis tenetur ad fructuum resti-

restitutionem, *idem cita.decision.* Tertiò in minore 25. annorum prouiso de parochiali si possessionem,& fructus capiat de beneficio curato, quia censetur etiam intrusus, *Sayr.in d.cis. 2. de atate & qualitate.*

Sed non incongruum est hic dubitare, quænam sit pœna sancita per sacros canones contra intrusos,& dicas quod tenentur ad fructuum restitutionem aliquando à die intrusionis, quandoque à die motæ litis, *Caputaqu.in decis.27.& idem in dec.65. part.2.* & vide *Bullam Iulij III. quæ est 34.incipiens sanctissimus*, vbi omnes beneficiarios sine Bullis dicit esse intrusos. Limita in casu *decis.Cassad.prima de causa possess.& proprietat.* vbi fuit dictum,quod intruso in beneficio cõtra habentes regressum seu accessum, aut coadiutorium cum futura successione,& decreto irritanti tenetur ad fructus à die intrusionis, non à die litis tantùm, & *idem in intruso contra decretum capite 2. de prabendis in 6.* Secunda est pœna, quia intrusus in beneficio reseruato non potest opponere de Reg. de annali, *Cassad. in decis.*14. & tenuit *Rota in vna Colonien. canonicatus* 29. *Maij* 1550. *coram Verallo*, licet ab hac opinione fuerat recessum in vna *Calitaten. Scholastria 16. Maij* 1588. *coram Illustrissimo Platto*,&extat alia *decis.Seraphini* 160. Tertia pœna est,quia si quis de facto se poneret in possessione alicuius beneficij, & postea impetrat illud à Sede Apostolica, non facta mentione de illa intrusionè impetratio erit nulla, *Capell. Tholos. in decis.* 483. & non solum tenetur facere mentionem de intrusione, verùm etiam de fructibus interim perceptis, *Ego in decision.* 60. *& Aufbrerius in addit. ad cit. decisionem* 483. Quarta, si quis fuerit intrusus in aliquo beneficio à laico, vt in casu *c.praterea el primo de iurepatronatus*,& vellet impetrare aliud beneficium à Papa non facta mentione de illa intrusione non valet impetratio, quia est intelligibilis cum sit excommunicatus, *Add ad dictam decis.*483. & ita censuit Sacra Congregatio.

Quomodo autem intrusis succurrendum sit, vide *Bullam Gregorij XIII. de publicandis resignationibus.*

COLLECT. 1398.

Super l. mandatis, ff.de requirendis reis.

REus habet annum ad se purgandum, quod si non venerit infra annum, bona eius transeunt in fiscum, atque publicãtur, h.d.quemadmodum etiam publicantur bona hæreticorum, *Guid. Pap.in decis.*76. & in bonis Rebellium, *Gama in decis*.21. sed quid si Rebellis habeat bona in diuersis territoriis sub diuersis iurisdictionibus quomodo sit facienda publicatio, vide *Guid. Pap. in decis.*341. aliquid per *Vrsill. in decis.* 282. Bona autem hæretici cui publicantur ecclesiastico superiori, *Guid. Pap. in decis.*76. an veniant bona futura, vide *de Franch. in decis.* 102. an nomina debitorum, *Guid Pap.in decis.*341. in confiscatione bonorũm non veniunt bona paterna post sententiam acquisita, nec etiam ratione legitimæ, *Magon. decision. Florentia* 99.

COLLECT. 1399.

Super Auth si verò contigerit. C de indiciis.

QVando Iudex ordinarius est suspectus nõ remouetur in totum, sed associatur probus vir loco Episcopi, h.d. & hoc procedit, siue quoad examen, seu alium articulum, vel quoad ratam causam, *Cap.yc.in dec.* 137. & dato adiuncto statim cessat iurisdictio Iudicis causæ ne solus procedat, *Ego in dec.* 22. Imò is potest Iudici ordinario ac parti inhibere, ne absque eo procedant, *Thess. in dec.* 255. *nu* 7. Hæc autem adiuncti datio non procedit de iure canonico quo potest quilibet Iudex, tam ordinarius quàm delegatus vt suspectus recusari, immo totum Collegium, *Gayl. obs.* 33. *lib.* 1. *Osasc. in dec.* 15. item tam Iudices delegati, quàm ordinarij, *Idem Osasc. in dec.* 18. *& in decis.* 84. *& Borgnin. in decis.* 28. licet quando recusatio esset notoriè frustratoria potest sperni per recusatum, nec patit effectum attentatorum, *Cappel. Tholos. in decis.* 479. *Franc. Marc. in decis.* 705. *part.* 2. nec item esset admittendus adiunctus vbi recusans haberet in promptu appellationem, *Polyd. Ripa obseru.* 197. aliquid per *Vin. in decision.* 363. sed obiter ad materiam suspicionis nota nonnulla admodum practicabilia, primò quando quis exercet officium allegatur suspectus sit dandus adiunctus, vide *de Franch. in decis.* 8. Secundò, quod inimicitia quæ ex facto partis prouenit non repellit Iudicem neque testem, pulchrè *Franc. Marc. in decis.* 391. *p.* 2. Tertiò quod post cõclusum in causa suspicio non potest allegari in personam Officialis etiam ex noua causa, *de Franch. in decis.* 431. Quartò quod suspicio in personam Actuarij allegata sufficit quod probetur per iuramentum, *Anna decis. seu singul.* 489. *Milanens. in decis. Siciliæ* 15. *lib.* 1.

COLLECT. 1400.

Super c. dilecto. de pœnis.

INiuria illata Officiali quando dicatur realis, vel verbalis, vide *Fran. Marc. in decis.* 34. *p.* 2. *Card. Put in dec.* 303. *lib.* 1. & quæ leuis, mediocris & atrox, vide *eundem Marc. in dec.* 614. *p.* 2. *& in decis.* 903 *part.* 1. *Puteus in decis.* 303 *lib.* 1. *Boer. in decis.* 168. plurimum tamen interest, an verbalis sit, an realis iniuria, quia si realis, vel personalis acriùs punitur, quàm verbalis, *Rota Delfin. in decis.* 13. *part.* 2.

COLLECT. 1401.

Super Const. Regni Foriudicatorum bona.

AD cuius ornatum primò animaduertendum est, quod foriudicatus habetur pro mortuo, *Farinac. in decis.* 31. ex qua inferas primò, quod consuetudines Neapolitanæ, per quas vocantur ad successionem proximiores ex parte patris ad bona à linea paterna obtenta, & acquisita, & proximiores ex parte matris ad bona ex linea materna quæsita, procedunt etiam proximiore foriudicato, ita *de Franch. in dec.* 563. Inferas secundò, quod Consuetudines Neapolitanæ loquentes de morte comprehendunt etiam foriudicatum, *idem de Franc. in decis.* 689. Inferas tertiò, quod Consuetudines Neapolitanæ loquentes de dotium restitutione viro mortuo procedunt etiam viro foriudicato, licet contra *de Franc. in decis.* 562.

Animaduertas secundò, quod annus foriudicationis, de quo in Cõsti. nostra

nostra currit à die banni, non autem annotationis *de Franch. in decis.* 515. vbi disputat intellectum constit. *grandis vtilitas*, in qua statuitur bona inquisiti esse annotanda retenta pro fisco tertia parte, reliqua elapso anno à die annotationis esse applicanda commodis fisci, & glos. ibi in verbo annotationis, dicit quod annus computatur à die banni, etiam non facta annotatione, cum respiciat commodum fisci, & potest illa omitti, & renunciat, cum respiciat bona, & non personas, vt latè *Ego discusso in mea decis.* 113. & sic contracta contumacia à die banni currit annus. In raptore & osculantibus mulieres maritatas, virgines, vel viduas non expectatur annus, sed sex menses, quibus elapsis possunt foriudicari, quia foriudicationis tempus abbreuiatur ad beneplacitum Proregis propter arduas causas, & grauia delicta *de Franch. in decis.* 213.

Animaduertas tertiò, quod si citatio foriudicationis fuit nulla, etiam sententia foriudicationis erit nulla, *de Franch. in decis.* 514. quia foriudicatio sumit robur à citatione, *idem in decis.* 322. quãdo vero foriudicandus non habet domum ad finem citandi, agnati, & affines sunt absentes, vel in prouincia, in qua M.C. non habet iurisdictionem, quomodo prouidendum, vide *de Franch. in decis.* 516. & quomodo fiat citatio vacabundo, & quod sufficiat fieri in domo vxoris, vide per *Guid. Pap. in decis.* 445.

Animaduertas quartò, quod agnati ad impediendam sententiam foriudicationis possunt opponere exceptionem clericatus, *de Franch. in decis.* 319 sed quid in clericatu assumpto post sententiam foriudicationis, vide per *eundẽ in dec.* 209. & ad materiam foriudicationis, vide optimum Consilium *de Ponte* 69. vbi refert quandam decisionem emanatam in causa *Andrea de Ebulo*.

COLLECT. 1402.

Super c. ex parte. de officio delegat. vbi Abb.

RENUNCIATIO beneficij ad fauorem non valet, h. d. Intellige in resignationibus, quæ fiunt in manibus ordinarij, secus in illis, quæ fiunt coram Sanctissimo, ita in propriis terminis, *Garz. in decis.* 3.

Sed hic pulchra oritur dubitatio, an renuncians in fauorem N. cum pacto vt possit retinere fructus, aut aliquam pẽsionem dicatur simoniacè renunciare. Respondetur communem esse opinionem pro affirmatiua, vt voluit *Sayr. in dec.* 8 *de simonia, & in dec.* 37. *eod. tit.* Amplia procedere, etiam si fuerit factum pactum, vt renuncians recipiat fructus beneficij resignati vsq; ad talem diem. Et fuerit dictum saluo beneplacito Sedis Apostolicæ, nam si postea fuerit facta resignatio coram Ordinario simoniaca iudicatur *Mohed. in dec.* 165. Limita non procedere quoties fuisset facta renunciatio in Curia in manibus Papæ, obtinendo ab ipso Papa reseruationem omnium, vel medietatis fructuum, nam non esset simoniaca, si renuntians prius tractasset cum resignatario de dictis fructibus *Rub in decis.* 6. & ratio est, quia fructuum, aut pensionis reseruatio non pendet à voluntate partium. *Cassad. in decision.* 4. *de locato.*

Ex quibus colligitur, quod firma est illa pactio, quæ prohibetur in c.

cum vniuersorum de rerum permutatione, cum de stylo recepto in Curia tractatus inter resignantem, & resignatarium ante admissam renunciationem de reseruatione fructuum, aut pensionis non inducunt simoniam *Boer. in decision. 205. Cardin. Put. in decis. 39. lib 2.* quod Amplia procedere etiam si promissio transiuisset in obligationem *Capp. l. Tholos. in decision. 161.* Intellige dummodo fuerit apposita illa clausula cum consensu Sanctissimi Domini Nostri.

Collect. 1403.

Super l. 3. & toto tit. C. de prædiis minorum.

Non valet alienatio rerum minorum nisi interueniente Iudicis decreto. h. d. quod quidem decretum causæ cognitionem requirit, alias nihil suffragatur *Anna decisio. seu sing. 396.* Amplia, vt minor possit præfata bona sic alienata reuocare vnà cum fructibus restituto potissimum pretio in eius vtilitatem verso pulchrè *Viu. in decis. 22.* vti iuris est in Ecclesia, quę admittitur ad reuocandum alienata absque assensu Apostolico vna cum fructibus *Ego in decis. 31.* & facit *c. si quis presbyterorum de rebus Ecclesiæ non alienand.* Amplia secundò, etiam si res pupillares, seu minoris essent steriles *Vrsill. in decis. 87. per l. si fundus sit sterilis, ff. de prædiis minorum.* Limita hoc nisi res stabilis venderetur de ordine testatoris, pulchrè *de Franch. in decis. 302. per text. in l. Paulus ff. de prædiis minorum*, sic etiam in re Ecclesiæ grauata per fideicommissum alienare aliquid per *Guid. Pap. in decision. 31.* Amplia tertiò vt huiusmodi decretum debeat præcedere, etiam si alienatio tēderet in vtilitatem minoris *Afflict. in dec. 87.* Limita regulam text. vbi alienatio rei minoris fieret propter vrgens debitum *Afflict. in decis. 249.* ad cuius limitationis ornamentum, vide *Cap. yc. in decision. 113.*

Collect. 1404.

Ad Stylum Rotæ Almæ vrbis.

Versatur præsertim, quod non sustineatur citatio vnica pro toto termino probatorio, & propterea hodie receditur à decisione *Veral. 113. p. 1.* vbi citatio ad videndum iurare testes tali die, & hora, & deinde singulis diebus, & horis sequentibus erat valida, quia talis citatio non sustinetur in Rota nisi per solos duos dios, *Rot. diuers. in decis. 311. numer. 3. part 1.*

Quò ad examen verò testium de partibus, maximè in Hispania in Rota sustinetur citatio facta, licet sit vnica pro toto termino probatorio præfixo, *de Grass. in decis. 6. numer. 6. de sententia, & re iudicata*, ita pluries decidit *Rota* & signanter in *vna Cordubèn. redecimarum 24 Ianua ij 1594. coram Seraphino*, & in vna *Calagurritana oblationum 26. Maij 1590. coram Comitulo, & in vna Toletana decimarum 19. Februar. coram Pegna* & aliàs sæpius, Limita primò hanc secundam conclusionem quatuor modis, & primò quando mutatur Iudex, seu commissarius, seu delegatus, nam tūc requiritur noua citatio, nec sufficit prima pro toto termino probatorio, quæ limitatio an sit vera, vide pulchras *decisio. Minad. 17. & Gratian. Rotæ Marchiæ 208.* Limita secūdò, quando testes

testes essent examinati sine assignatione termini communis. Nam tunc examen esset nullum, nisi citatio esset certa, & clara, quia possunt fieri probationes absque termino, cum non sit de substantia, *Capyc. in decis. 1. sub num. 35.*

Et propterea in Curia nullus solet terminus præfigi ad faciendas probationes, vt testes iurent, & examinentur, sed potius quocumque tempore examinantur ne probationes pereant, nisi quando petitur remissoria ad probandum in partibus *Verall. in decis. 297. p. 3. Rot. in decis. 9. de testib.* Limita tertiò, vt sufficiat vnica citatio, quando terminus assignatus non currit, sed est suspensus, donec pars aduersa respondeat positionib. quoad testes illo medio tempore examinatos, vt fuit resolutum in vna *Pampilonen. decimarum 6. Nouembris* 1562. *coram Pamphilio*; Limita quartò, quando non sufficit prima citatio, quando ille primus terminus fuit elapsus, & alius terminus.

Collect. 1405.

Super Regula de Infirmis resignantibus.

SI Resignās beneficium moriatur infra 20. dies resignatio facta in fauorem cuiuscumque est nulla, & beneficium dicitur vacare, h. d. cuius Regulæ ratio est, ne testator cogitatione mortis turbatus non bene possit considerare de persona idonea pro Ecclesia, ita *de Grass. in decis. 29. super Regul.* & hac ratione *Iulius II. Pontif x Max. in articulo mortis* recusauit creare Cardinalem quendam affinem suum prætextu erroris, & insufficientiæ, vt tradit *Guicciardinus lib. 1. historiarum folio 302.* & simile exemplum refert *Garimbert. lib 3. de vitiis Cardinalium*, & ratio est, quia regulariter constituti in infirmitate non præsumuntur sanæ mentis *Rut z. in decis Lituania 3.* Amplia primò, vt tale beneficium dicatur vacare per obitum, *Card Put. in decis 92. lib. 2.* Amplia secundo in Gallia, in qua renuntians officium regale, debet superuiuere per 400. dies, *Franc Marc. in decis. 184.* Amplia tertiò, vt hæc regula est fauorabilis, & iuri consona, vt tenuit *Rota in vna Imolen. Canonicatus 21. Aprilis 1578. coram Cantuccio*, & ratio est, quia principaliter emanatur ad tollendas fraudes, *Caputaquens. in decis. 15. part. 2.* & conformis iuri naturali secundùm quod fraus est prohibita, *idem in decision. 215. part. 3.* Amplia quartò, vt hæc regula locum habeat in omnibus beneficiis, & propterea Infero, quod præceptoriæ comprehenduntur, vt tenuit *Rota in vna Cæsaraugustana 14. Nouembr. 1584.* & ratio est, quia appellatione beneficij veniunt præfatæ præceptoriæ, *Mohed. in decision. 10 de causa poss & propriet.* Infero secundò, quod comprehendatur etiam beneficium iuris patronatus, vt tenuit *Rota in vna Parmen. 18 Februarij 1585. coram Cantuccio Sarnen. in decision. 17. Verall. in decis. 36. numer. 13. part. 3.* & verbum collatio comprehendit largè sumpto vocabulo præsentationem *Rota in decis. 27. de rerum permutatione.* hinc *text. in capit. auaritia. de electione*, licet loquatur in electione habet locum in præsentatione, *Crescent. in decis. 6. de iure patronatus*, non tamen comprehēduntur translationes pensionis, ita vt si transferēs moriatur infra 20. dies, pensio non habeat effectum, vt fuit resolutum in

vna Caliten. pensionis 13 Maij 1541. coram de Thanis. Sarnen. in decis. 8. super Regul. hodie tamen hæc dubitatio non procedit, cum in gratiis translationis pensionis solet cōcedi, vt possit transferri etiam in articulo mortis, *Rot. diuers. in decis. 138. lib 2. Card. Puteus in d. cis. 3. de pensionibus.* Intellige quando præfata translatio fieret ab executore post præsentationem literarum, *Crescent. in decision 14. de concessione prebendæ*; & ratio est quia ante præsentationem nullam iurisdictionem habet, *idem in decis. 21. eod. titul. Bellam. in decis. 116. Cassad in decis. 8. de restitutione spoliator. Card. Put. in decis. 125. lib. 3.* Quicquid dicat *Bisignett in d cis. 4. eod. tit.* Amplia quintò principaliter, vt regula procedat etiā in eo, qui renuntiauit iuri suo quæsito in aliquo beneficio vigore alicuius gratiæ, vt quia resignauit ius, quod habebat per solam supplicationem signatam, nec habebat literas expeditas, *Rota in vna Valentinen. 13. Martij 1514. coram Sarnen.* Amplia sextò, vt comprehendantur etiam Cardinales renunciantes *Card. Put. in decis. 195. lib. 1.* nam cum Regula hæc emanauit ad obuiandum fraudibus, propterea comprehenduntur etiam Cardinales, quia cum sint maiori dignitate præditi, oportet plus aliis à fraudibus esse alienos *Caputaq. in decis. 111. lib. 1.* Amplia septimò, vt Regula habeat locum etiam in Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Prælatis, & Abbatibus eorum beneficia renunciantibus, *Peregrin. in decis. 10. Cardin. Put. in decis. 33. lib. 3.* Amplia octauò, vt comprehendantur etiam beneficia concessa in commendam, *Simonett. in decis. 8. Rot. diuers. in decis. 137. lib. 2. & in decis. 80. lib. 3. Put. in decis. 33. lib. 3. Cassad. in dec. 32. super Regul.* hinc Regula de familiarib. Cardinalium habet locum in commenda, *Simonet. in d cis. 51.* Amplia nonò procedere tam in resignationibus, quæ fiunt in Curia, quàm extra, *Crescent. in decis. 12. de renunciatione.*

Collect. 1406.

Super c. præsentium de testibus.

Agitur de materia interrogatoriorum, & in summa colligitur hæc cōclusio, quod prius testes sunt examinandi per articulum, & deinde interrogandi per interrogatoria ex aduerso data, licet in Curia Romana secus seruetur *Sarnen. in decis. 29.* & propterea etiam extra Curiam consultius faciet pars quæ petat, & protestetur ante omnia interrogari testes per interrogatoria ab eo data, quàm per articulos examinari, quia stante tali protestatione non potest aliter procedi, *Peregr. in dec. 49. lib. 1. Rot. diuers. in decision. 311. lib. 3.*

Si autem neglectis interrogatoriis testis non interrogatur per illa; sed duntaxat per articulos examinatur, non erit examen ipso iure nullum, sed testes sic examinati nō probant, *Mynsinger. cent. 1. obseru. 32.* Intellige tamen, vt non probēt quousque repetantur, & iterum per dicta interrogatoria ex aduerso data examinentur, & interrogentur expensis illius, cuius culpa testes prius per interrogatoria examinati non fuerint, *Card. Puteus in decis. 427. lib. 1. & in decis 317. lib. 2. Bell. in decision. 59* & fuit latè in *Rota* resolutū in *vna Syracusana quarta 19. Maij 1597. coram Gipsio.* & aliàs pluries, & quando pars dat interrogatoria ad articulos, super quibus con-

conceditur remissoria ad partes tenetur contribuere in expensis remissoriæ, *Balb. in decis.* 10. articuli tamen semper sunt dandi in Curia, ac inserendi in remissoria, nec poterit Judex remissorialis alios articulos admittere, cum sit merus executor *Put. in decis.* 190 *lib.* 1. quod amplia procedere quamuis fuissent articuli additionales, *Rot. diuers. in dec.* 964 *part.* 3.

Vlterius animaduertas in praxi, quod testes examinati pendente dilatione ad dandum interrogatoria sunt repetendi *Cardin. Put. in decis.* 317. *lib.* 2.

COLLECT. 1407.

Ad Abb. in c. 2. nu. 16. de testibus.

IN examine testium est necessaria citatio ad dicendum contra articulos. h. d. & ita tenuit *Rota vt patet in decisione* 8. *in tit. de testibus in nouis Guidobon. in decisione* 79. Limita in Hispania, in qua de tali sollemnitate non curatur, vt fuit decisum in *vna Burgen. Cappellaniæ* 17. *Aprilis* 1600. *coram Corduba*, & ratio est, quia in decreto admissionis ad probandum adiicitur clausula, saluo iure impertinentium, &c. vt Neapoli pariter seruatur, teste *de Franc. in decis.* .... & sic virtute præfatæ clausulæ prouidetur præiudicio, quod parti posset contingere ex simplici admissione articulorum, qua ratione fuit adinuenta dicta citatio ad dicendum contra articulos, *Cassad. in decisione* 2. *de iudiciis*, *Caputaquens. in decisione* 149. *par.* 3. & ita fuit in terminis resolutum in *vna Calagurritana oblationum* 26. *Maij* 1590. *coram Comitulo*, similiter etiam suppletur præfata citatio quando intimatur commissio receptoris, in qua continetur, quod examinentur testes super articulis, hinc inde productis *Cæsar de Graff. in decis.* 15. *de testibus.*

COLLECT. 1408.

Super l. si quando C. de testibus.

TEstes examinari debent parte citata ad videndum eorum iuramentum. h. d. nam aliter examen erit nullum, *Rot. in dec.* 15 *de testibus in nouis*, *Crescent. in decis.* 2. *eodem tit. Achill. de Graff. in decis.* 1. *Verall. in decis.* 274. *parte* 3. & ideo omnes oppositores, & interesse habentes sunt citandi, nec sufficit, quod aliqui citentur, alij verò non, quia respectu non citatorum examen erit nullum, vt fuit in Rota resolutum in *vna Calagurritana* 27. *Octobris* 1603. *coram Lancellotto*; Amplia primò, vt hæc citatio debet esse certa, non autem incerta, & vaga, aut nimis generalis, *Rota in decis.* 17. *de re iudica. in nou. Ach. R. de Graff in decis.* 15. *de testibus*, *Mohed. in decis.* 4. *e. d. tit. Put. in decisio* 158. *nu.* 1. & *in decis.* 182. *lib.* 2. vnde citatio generalis non arctat, vt aliquid per *Rotam diuers. in decis.* 151. *parte* 2. sicut etiam neque arctat, nec tenet citatio cum termino nimis breui, infra quod pars comparere non valet *Crescent. in decis.* 6. *de dilationibus Cardinal. Puteus in decisio.* 150. *libro* 3. *aliqui id per Cassad. in decisio.* 6. *de dilat. Verall in decisi.* 61. *part.* 2. Hinc vt citatio facta ne die sustineatur, in el gi debet ad primum diem *Cardin. Puteus in decis.* 212. *lib.* 2.

Nunc limita principalem tex. cōclusionem, & primò quando pars, quæ non fuit legitimè citata dedit

interrogatoria, per quæ fuerint interrogati testes examinati, vel saltim alis defectus erit sanabilis per commissionem desuper in signatura Sanctissimi porrectam, *Put. in decis.* 301. *lib.* 3. *aliquid per Crescent. in decis.* 1. *de feriis. Verall. in decis.* 273 *part.* 3. Limita secundo, vt tale examen sustineatur ex quadam æquitate, quando testes aliàs nulliter examinati essent mortui, & si reperiri aliàs examinati non possunt, *Puteus in decis.* 196. *lib.* 2. *& aliquid per Mohed. in decis.* 7. *de testibus*; Limita tertiò, quando pars, quæ deberet citari esset contumax in non comparendo, postquam à principio causæ fuit citata ad totam causam, & ad singulos actus in eadem citatione, quia tunc nulla alia erit necessaria citatio, *Rot. in decis.* 8. de testibus in nouis, & fuit decisum in *vna Pampilonen. Prioratus* 21. *Iunij* 1599.

Limita quarto, vt sustineretur examen testium vigore primæ citationis, aliàs nullæ, & inualidæ, quando pars citata respondit tempore citationis, quod dabat se pro citata, nam ex tali responsione approbauit dictam citationem, ita vt alia citatio necessaria non sit *Cæsar de Grassis in decis.* 15. *de testibus*. Limita quintò, quando ipsa pars aduersa comparuit, aut aliàs præsens fuit de tempore quo testes iurarunt; nam præsentia partis supplet defectum citationis, *Verall. in decis.* 116 *par.* 1. & aliquid per *Cassad. in decis.* 2. *de iudiciis. Capyc. in decis.* 1. *Achill. de Grass in decis.* 1. *super regul. de triennali. Rot. diuers. in decis.* 311. *& in decis.* 447. *parte* 1.

Vnde fuit dictum in *vna Pampilonen decimarum* 6. *Nouemb.* 1592. *coram Decano*, quod quamuis in citatione ad videndum iurare testes non sit designatus locus examinis, prout requiritur, & quod in actis exprimatur *Put. in decis.* 262. *lib.* 2. tamen si pars citanda aliunde sit bene instructa, & de eo constet, quod sustinebitur dictum examen, quod etiam fuit decisum in *vna Pampilonen. oblationum de anno* 1585. *coram Comitulo*.

COLLECT. 1409.

Super glos. in c. vt circa de electione.

SOlet sæpius opponi in Rota Romana, quod examen testium de partibus sit nullum ob defectum iuramenti, ex eo quod testes examinati non iurarunt tactis Sacrosanctis Euangeliis iuxta præsentem glos. nostram in verbo, corporali, & ita refert *Caputaquens. in decis.* 246. *par.* 2.

Limita in Hispania, in qua sufficit quod testes iurent facta cruce in manibus Notarij, vt notissimum est, & attestatur *Caputaquens. in decis.* 265. *parte* 3. ac fuit decisum in vna *ciuitaten. Constructionis Cappellæ de anno* 1589. *coram Seraphino*. & ratio est quia cum Notarius attestetur se recepisse iuramentum in forma debita iuris, intelligendum est illud præstitum fuisse legitimè, & eo modo quo fieri debuit *Cæsar de Grass. in decis. fin. de testibus*. & ita fuit resolutum in *vna Calaguritana oblationum* 26. *Maij* 1590. *coram Comitulo* & aliàs sæpius. Item solet opponi, quod examen testium sit nullum ex defectu iurisdictionis, quando causa est beneficialis, seu ecclesiastica, ex eo, quod Notarius qui testes examinauit sit merè laicus, ac persona incapax.

Quæ oppositio similiter excluditur à Rota, quoniam talis commissio data Notario non concernit delegationem.

tionem actus cum exercitio iurisdictionis, sed dumtaxat continet nudum ministerium, & sustinetur licet sit laico concessa, *Guidobon. in decis.* 158. *Verall in decis.* 365 *part.* 3. & fuit decisum in *vna Calaguritana iuris vocandi* 19. *Ianuarij* 1590. *coram Orano.* Item solet opponi quod examen testium sit nullum ex defectu iuramenti, quia in commissione, seu instrumento receptoriæ non fuerit data receptori facultas recipiendi iuramenta testium; sed solummodo ad examinandum testes; Sed huic exceptioni respondet *Puteus in decis.* 158. *lib.* 1. dicens quod commisso examine, est etiam per antecedens necessarium commissa facultas recipiendi iuramentum, sine quo examen non valeret *Mohed. in decis.* 4. *& latius idem in decis.* 6. *de testibus.*

Collect. 1410.

Super l. cum filius. ff. si cert. petat.

IVdicis officium est remediũ subsidiarium postquam competit deficiente omni actione, h.d. hinc est quod in nonnullis casibus eius officium implorari potest præsertim primò, vt impediat ædificantem ad æmulationem vicini *Thess. decis.* 245. *Viu. decis.* 411. *lib.* 3. *Rot. diuers. in decis.* 164. *part.* 2.

Item, vt aquarum cursus non diuertatur ascendere ad inferiora loca, licet non tribuat ius in possessionem, nec consuetudinem inducat etiam per cursum mille annorum *Franc. Marc. decis.* 561. *&* 589. *part.* 1. Item versatur etiam circa tuitiuam possessionem *Capyc. decis.* 13. *& in decis.* 55. *Valasc. decis.* 79. præterea versatur etiam in fideiussione de non discedendo à Palatio *Balb. in decis.* 60. & fideiussionis causa cessante, cessat ipsa fideiussio, *Surd. decis.* 76. Item in faciendo sequestro vbi esset timor quod partes venirent ad arma iuxta *l. aquissimam ff. de vsufruct. Capyc. decis.* 96. quæ regula procedit etiam in beneficialibus, *Franc. Mar. in decis.* 1089. *part.* 1. *Benint. decis.* 65. quæ fideiussio nouam causam regulariter non includit, nisi de nouo mẽtio facta fuerit in fideiussione *Magon. decis. Lucen.* 100. *d. Franc. decis.* 399. & aliquid per *eundem in decis.* 418. Item imploratur officium Iudicis pro reductione statuti, seu constitutionis iniquæ *Thess. dec.* 120. *&* 226. & aliquid *in dec.* 259.

Collect. 1411.

Super consuetudine filiusfamilias.

FIliusfamilias, vel filiafamilias in bonis obuenientis sibi à matre, vel ex linea materna testamentum condere potest, h.d. Limita primò in bonis aliunde sibi prouenientibus, quia tunc iura communia seruari debent *de Amatis, R. Marcb. in decis.* 71. Limita secundo, vt hęc consuetudo locum habeat tantummodo in bonis sitis intra districtum ciuitatis Neapolita. non autem extra *de Franc. in decisio* 551. quæ consuetudo valida est, vt filiusfamil. testetur *Gratia. Rot. Marcb. in decis.* 61. Et ratio huius secundæ limitationis est, quia statutum siue consuetudo non extenditur extra iurisdictionem statuentis *de Franc. in decisio.* 417. *& in decisione* 546. *Capyc. decisione* 159. *Farinac. decis. Rot. Roman.* 478. *& in decisione* 592 *& in decis.* 888. vbi loquitur in specie de hac consuetudine, & aliquid per *Cacheran. in decisio.* 106. Ampliа hanc li-

mitationem, vt forenses pro bonis sitis intra districtum non teneantur seruare statutum loci, sed succedunt secundùm ius commune, & ita pluries determinauit *Rot Roman. in decis.* 413 *Farina.* cuius contrarium pluries determinauit Sacr. Consil. Neapol. respectu bonorum, quæ sita sunt in districtu ciuitatis Neapolit. Limita tertiò si vellet disponere per viam donationis inter viuos *de Franch. in decis.* 71. Limita quartò, quando matrimonium esset contractum secundùm nouum vsum, secundùm quem pater se exclusit à successione *idem in decis.* 552.

COLLECT. 1412.

In l. si quis aliquid, § qui nondum, ff. de pœnis.

PRo stupro non infligitur pœna mortis, h. d. Amplia procedere etiam in stuprante virginem immaturam non viri potentem *Balb. in decis.* 22. & propterea Senat. Pedemont. condemnauit reum personam vilem, qui etiam vilem violauerit ad triremes per decennium vt refert *Thess in decis.* 148. imò ex generali obseruantia pœna stupri non est capitalis *Thess. in decis.* 3. *& eandem opinionem tenuit Guid. Pap. in decis.* 555. *& Grammat. in decis.* 22. Limita tex. non procedere in stupro per vim commisso, nam tunc punitur pœna mortis naturalis vt refert fuisse iudicatum *de Franch. in decis.* 534.

COLLECT. 1413.

Super Auth. sed Iudex, C. de episcopis, & clericis.

PRo examinandis testibus debet eligi examinator non suspectus, h. d. iuncta *pragm.* 9. *de ordine iudiciorum*; Hodie fit decretum quod detur lista suspectorum; pro qua obseruantia, vide *Annam in decis. seu sing.* 274. & generalis suspicio omnium examinatorum non admittitur. *Ioseph. Ludou. in decis.* 108 aliquid per *Capyc. in decis.* 138. & idem *Anna in decis. seu sing.* 276.

Sed quæstionis est primò circa præsentem materiã, an si altera pars citauerit aliquos testes, posteà verò nolit eos examinari facere, an possit cogi ad illos examinari faciendum, per præfatum commissarium; Respondeas distinguẽdo, scilicet quod si vltra citationem iurauerint de veritate dicenda, tunc cogitur eos examinari facere, si verò non iurauerint tunc non cogitur *Capyc. in decis.* 39 *de Laurent. in decis. Rot. Auenionen.* 116. *Marilian in decis Rot. Ienue* 41. & latè *Ego in decis.* 7. Aduerte quod extra ciuitatem Neapolis ad instantiã Neapolitanor. non deputatur examinator, sed committitur audientia testiũ Ordinario loci, seu viciniori non suspecto, exceptis causis criminalibus, & feudalibus, vt inter priuilegia *Neapolitan. c.* 69. An autem in omnibus causis indifferenter committatur audientia testium, vide *Franch. Marc. in decis.* 225. *part.* 2.

Quæritur secundò, an commissarius debeat citare aduersarium ad videndum iurare testes, quod sic voluit *Rot. in decis.* 37. *collect. à Farinacio* sed num si Procurator ad iuramentum testium citatus Procuratorem in partibus substituerit, & examinator examinauerit non citato substituto examen sit nullum, quod sic vide *de Laurent. in decis. Auen.* 69.

Aduerte

Aduerte secundò, quòd talis commissarius non debet permittere, vt testes referant se ad priorem depositionem in alia, vel eadem causa factam, vel ad reuelationem excommunicationis, sed tenetur eos interrogare, & illorum dictum per extensum redigere, & non per viam simplicis repetitionis *Boer. in decis.* 108. & *Faber in decis final. C. de testib.*

COLLECT. 1414.

Super cap. cum appellat. de appellat.

IN materia attentatorum de quâ scripsi collectan. super *cap. non solum de appellat.* vltra ibi dicta addas hic quod attentata, adeò sunt ante omnia reuocanda pendente appellatione, quod si lite pendente fuerit concessum feudum in emphyteusim alicui, qui se constitueret precario nomine possidere, & lite pendente reuocauerit precarium possessionem capiendo fuit decisum, quòd hæc sunt vti attentata reuocanda *Afflict. in decis.* 131. Amplia secundò quod etiam in attentatis à persona tertia, causam habente à parte, *Afflict. in decis.* 354. Limita nunc, & primò in attentatis lite pendente super remedio retinendæ possessionis *Capyc. dec.* 72. *Visill. decis.* 156. *Ioseph. Lud. in decis Perusina* 69. & ratio est quia huiusmodi interdictum retinendæ possessionis est talis naturæ remedium, vt is qui possidet & vincat, qui tempore litis contestatæ possidet *Caualc. decis. Fini.* 23. *p.* 2. Secundò limita in casu *tex. Pisanelli ad Affl.* 156. vbi fuit dictũ, quod attentatũ si fuerit in causa interdicti recuperandæ interim super attentatis non est procedendum, sed est capienda informatio super iudicio summario omisso iudicio possessorij ordinario.

COLLECT. 1415.

Super cap. non minus de immunit. ecclesiæ.

ECclesia, seu ecclesiasticæ personæ non tenentur ad collectas, h. d. & ita iudicatum scribit *Franc. Marc. decis.* 224. *Boer. tamen decis.* 48. asserit fuisse decisum contra personas ecclesiasticas quod contribuere tenentur pro reparatione murorum ciuitatis, & ita pariter iudicatum fuisse Taurini testatur *Cacher. decis. Ped. m.* 68. *Papon libro* 5. *titul. nono arrest.* 19. quemadmodum etiam ecclesiasticæ personæ in Regio Franciæ tenentur ad refectionem viarum, pontium, & ad vigilias castrorum, & similia *Franch. Marc. decis.* 457. *Guid. Pap. decis.* 7. & 78. *Boer. decis.* 246. Hinc refert *Papon. libro* 1. *arrest.* 17. *Parisiis* fuisse iudicatum Ecclesiasticos teneri ad collectas, pro stipendiis latrunculatoris, & eorum, quibus pontium cura mãdata est, item & cloacarum, & orologiorum, & pro rebus venditis, quod teneantur etiam soluere gabellas, testatur *Boer. decis.* 246 *num.* 4. & à quo Judice cogi possint, vide per *Papon. lib.* 5. *tit.* 11. *arrest.* 24.

COLLECT. 1416,

Super l. Fulginius § vtrum ff. ex quibus causis maiores.

DEbitore defuncto, cuius hæres est infans sine tutore si creditor aspirat ad sui iuris consequu-

tionem duplex habet remedium nimirum, vel adire debet Judicem, citarisque coniunctis amicis, vel agnatis infantis, & instare, quod peractis sollemnibus experiatur, quoniam citatio infantis est prorsus nulla, *Afflict. decis. 261. Faber decis. 1. C. de in ius vocando.* aliud, & secundum est remedium, quod si bona infantis essent peritura Judex de consilio coniunctorum eiusdem infantis, & in subsidium quando non reperitur tutor potest dare curatorem liti, *Afflict. decis. 256. & dicta decis. 261 Gayl. lib. 2. obseru. 107. numero 8. Osasc. decis. 69.* & hoc per text. *in l. Fulginius §. virum. ff. ex* quibus causis maior. & ratio præfatorum remediorum est, quia semper Judex supplet ex officio in citatione, quia processus factus contra minorem indefensum est nullus, *Mynsinger. obseru. 35. centur. 2. Gayl d. obseru. 107.* pro minore verò sententia lata sine tutore, & curatore bene datur, *Mynsing. obseru. 36. centur. 2.* cum in fauorabilibus deputetur legitimam habere personam, *Crescen. decis. 8. de sent. & re iud. Puteus decis. 157. par. 2. Caputaquens. decis. 153. part. 2.* prædicta extendi possunt ad filiumfamilias, cui quandoque in subsidium datur curator ad litem *Decisio Perusina 13.* in curatore verò dando hæreditati iacenti quinque concurrere debent, de quibus per *Capyc. decis. 87.* & quando dicatur hæreditas iacere, vide per *Cacher. decis. 55. Borgnin. decis. 30. volum. 2. Gayl. obseru 130. lib. 2.* & quando, & quomodo detur, vide per *Rot. Roman. decis. 42.* Hinc est, quod dicitur factum spolium hæreditati, dum admittitur fideicommissarius, non dato curatore hæreditati iacenti, *Rota Romana decis. 520. par. 1.*

COLLECT. 1417.

Super glos. in l. 1. C. de precar. & Saluian.

HÆc glos. ponit discrimen inter Saluianum interdictum, & hypothecariam, tu autem decisiuè loquendo addas quinque alia; Primũ, quia hypothecaria pertinet ad petitorium, Saluianum verò interdictũ est possessorium, cum quis sibi restitui petit possessionem, *Rot. Roman. decis. 34.* Secundum est, quia in hypothecaria probandum est dominiũ debitoris, quoties agitur contra tertium non habentem causam à debitore post hypothecam contractam, *Afflict decis. 383.* in Saluiano verò sufficit probatio possessionis bonorum debitoris tempore contractæ obligationis, vel post cum probatione modernæ possessionis, ex parte rei conuenti tempore litis moræ, *Cornazz. decis. Lucens. 10. Puteus decis. 207. lib 1.* aliquid per Rotam citata decisio. 34. & per *Viuium decis. 365.* Tertiũ est, quia agenti hypothecaria obstat exceptio discussionis *Ba'b decis. 15.* ac secus agente *Saluiano*, *Gratian. decis. 61. & 16. Thess decis. 166.* aliquid per *Viuium decis. 4.* Quartum est discrimen, quia Saluianum interdictum nequaquam appellationẽ admittit, quæ tamen admittitur in hypothecaria, *Caputaqu. decis. 106. part. 3. Thess. decis. 165.* aliquid per *Osascum decis. 25. num. 1.* per *Rotam diuersor. deci. 43. par. 1.* Quintum & postremum discrimen est, quia Saluianum hoc interdictum datur contra tertiũ possessorem, esto quod hypothecaria possessio sit amissa, *Puteus decis. 207.* quam ob causam Saluiano interdi-

terdicto possunt agere hæredes hæredis, etiam si hæres adhærendo cesserit iura sibi competentia in illa hæreditate, *Rot. diuers. decis.* 47 *part.* 2.

Additur, & sextum non pœnitendum, quod in hypothecaria computantur in sortem, non sic in Saluiano interdicto, quando quis est creditor bonorum, ad quæ agit, secus in creditore pecuniæ, *Rot. Roman. decis.* 44. *part.* 1. & aliquid per *Valasc. in decis.* 55.

Requisita porrò in hoc remedio recensentur à Viuio, *Cornazz. & Rota Roman.* in præcitatis locis, neque præfatum remedium censetur intentatum, si prædicta extrema concurrant ex vi clausularum salutarium, scilicet omni meliori modo, &c. petens ius, & iustitiam sibi ministrari, &c. *Viuius decisione* 395. & optimè per *Borgn. Caualc. decisione* 27. *part.* 2.

COLLECT. 1418.

Super Ritu M.C. 66.

ACcusatus regulariter non potest accusantem reaccusare de eodem pari delicto, hoc dicit. Limita non procedere quando secunda accusatio procedit ex eodem fonte, vt est quando vnus accusat alium de periurio virtute vnius instrumenti, & accusatus virtute eiusdem instrumenti accusaret accusatorem de periurio *Garz. decis.* 8. & ita fuisse decisum in Sac. Cons. testatur *Gramm. in Ritu nostro*; Limita secundo de maiori, vel minori crimine, *Balb. dec.* 90. Sed quæstionis est, an in ea reaccusatione procedi possit, fuit decisum cum hac distinctione, scilicet, quod si eadem reaccusatio procederet ex eodem fonte primæ querelæ, & tunc proceditur in vtraque, cæterum si esset diuersa debet præstari cautio per reaccusatum de stando iuri finita prima accusatione, *Grammat. decis.* 56. obiter tamen quæritur, an frater, & soror accusare possint de morte filij patre remittente iniuriam, quod non decidit *Vrsillus decis.* 180. sed an accusari possint hæredes de periurio commisso per debitorem, qui non obseruauit ad quæ tenebatur defuncto stante clausula in instrumento adiecta, fuit decisum, quod ex quo iuramentum ipsum fuit præstitum recipienti pro se, & hæredibus, quod possint accusare de periurio eis commisso, ita *Capyc. decis.* 75. *teste Rota Aragon. decis.* 98. *num.* 25. vbi pariter tradit idem fuisse iudicatum in Regio Consilio Aragonio, sed an nurus cõtra socerum valeat accusare criminaliter fuit decisum, quod non, *teste Minad. decis.* 2. an autem accusator falsi teneatur exprimere falsi qualitatem, locum, & in qua parte ex quo tractabatur de impedienda reassumptione instrumenti testamenti, non tamen de accusatione falsi, nec ciuiliter procedendi fuit decisum, quod ad istum actum non teneatur actor declarare, vt in terminis decidit *Capyc. decis.* 79. Ad materiam tamen accusationis videas pulchram *decis. de Franch.* 382.

COLLECT. 1419.

Super praxi Absolutionis à iuramento.

AD veram praxim absolutionis à Juramẽto, de qua materia alibi scripsi quatuor animaduertenda

duxi. Primum quod absolutiones à Iuramento ante incursum periuriũ, etiam parte non citata ab ordinario obtineri possint, vt est punctualis decis. S. C. Neap. quam refert *Vrsill. decis.220.num.14.* post verò incursum periurium non nisi à Sacra pœnitentiaria impetrandæ sunt, *Cauale.decis. 9.part.2.* quicquid scripserit *Guid. Pap.in decis.164.* in qua asseruit Iudicem secularem habere iurisdictionem in periurantes contra dispositionem text.expressi in *c. si de foro compet.* quia absolutionis à Iuramento validitas, vel inualiditas, aut nullitas semper est remittenda ad Iudicem Ecclesiasticum, si de ea fuerit controuersia coram Iudice seculari, vt decisum refert *Pisanellus in decis. 220. ad Afflict.*

Secundò animaduertendum, vt absolutio à Iuramento, quamuis obtineri possit ad finem agendi, etiam parte non citata ex causa in rescripto non expressa, si fuerit obreptitiè impetrata non valet, *Afflict.decis.220.nu. 10. & 11. Anna,* qui refert decisum *sing.2. Mynsing.obseru.84.cent.6. Ioseph. Ludou.decis.Perus.18. Valasc.decis. Lusit. 130. Triuis.decis.64.lib.1.& Polidor. Ripa obseru.150.* sed an absolutio à Iuramenta obtenta parte non citata valeat, si non fuerit facta mentio de pacto inito, hoc est non petere absolutionem, nec contrauenire contractui negatiuè decidit *Afflict.decis.220.nu. 11.* & ratio est, quia debet præcedere absolutionem circa tale pactum non petendi absolutionem, *Ego in decisione Curia Archiepiscopalis Neapolitan.8.*

Tertiò animaduertendum, quod absolutio vnica à iuramento non sufficit, quando in contractu adessent plura pacta, & ratificationes, & debet ab omnibus iuramentis impetrari absolutio, *Afflict.cit.decis. num.15.* Hinc *Peregrin.decis. Padua 102.* asserit tot esse necessarias absolutiones quot fuerint iuramenta.

Quartò animaduertendum absolutionem iuramenti impetrari posse per procuratorem, quæ impetratio fieri poterit etiam temporibus feriatis *Rubin.decis.249.* quam nota ad tex. *in c.ego enim de Iureiur.*

Collect. 1420.

Super l.ante diem.ff.de regul.iuris.

Agere ante tempus solutionis quis prohibetur, hoc dicit, verũ pro ornamento huius tex. sic distinguas, quod aut dies est apposita ab homine, & tunc si res deducta in obligatione non transit de sui natura ad hæredes, tunc nulla actio, aut obligatio nascitur, & successiuè agere nequit. *Balb.decis.300* si verò transiret, tunc statim committitur stipulatio quoad obligationem & actionem, si verò dilatio esset data à lege ad soluendum, prout est in dote, tũc agi potest ante tempus, vt adueniente tempore sibi soluatur, & ita fuit decisum testatur *Afflict. in decis. 27. de Franc. decis 341.*

Item potest agi ante tempus cum conditione, vt soluatur in die debito, pulchrè *Caber.in decis. Pedem.130. in fin.Surd decis.151.num.6. Viuius decisione 403.in princ. Bellon.decis.Genua 91. nu.22.* Similiter potest agi ante tempus ad finem declarandi, ad quem res pertinere debeat, vt fuit decisum posse prætendens maioratum, siue fideicommissum ad se spectare, vt decisum refert *Anna in consil.11.* intellige hoc procedere, quando comparuisse

paruisset successionem prætendens, secus si comparuisset possessor ipsius maioratus, *idem Anna consil.126. & de Franch. in decis.695.* item in causa iactationis potest quis ante tempus agere, vt in remedio *l.diffamari C.de ingenuis, & manumiss.* & num in hoc iudicio causa sit remittenda; vide per *Capyc. in decis.18. De Ponte in decision. 31. num.4.* in quo remedio an requirantur plures monitiones, vide per *Afflict. in decis.264. Capyc.in decis.205. Mynsing obseru.86. centur.3. Gamma in decis. Lusit.102.*

Collect. 1421.

Super Pragmatica de assistentia.

AD ornatum huius Pragmaticæ noto animaduertēda esse quatuor. Primò, quod assistentia petita per filium vti hæredem matris pro dotibus, & antefato super bonis possessis per tertios possessores, an si etiā non tantum pro dote, quàm pro antefato præstanda sit, cum antefati prædicti mortuo viro, & superstite filio, vsumfructum ipsius tantum mulier lucratur, qui mortua matre consolidatur proprietati, ad vtilitatem liberorum, non autem, vt hæredum, & fuit decisum esse præstandam assistentiam, quemadmodum peti potest, etiam super feudo obligato per feudatarium pro dotibus, si assensus fuerit præstitus post mortem debitoris, tempore quo feudum erat delatum hæredi, *Anna alleg.66.* item præstari debet etiam si fuerit petita ab vxore vigore instrumenti dotalis, quod non erat reassumptum iuxta constitutionem Regni, & erant mortui Iudex, Notarius, & testes, *Minad. dec.6.* Item petita super feudo, quamuis procedat ex generali obligatione, tamen debet esse regulata, vt in subsidium concedatur super feudo, & ita multoties fuit præstita per S. Consil. super fructibus feudi tantum *Georg. Allegat.6.*

Collect. 1422.

Super Concil. Trident. sess.25. c.3. de reformat.

DIsponit quomodo locorum Ordinarij se gerere debeant in concedendis litteris monitorialium; Tu autem dicas decisiuè loquendo, & ad ornatum huius textus, quod vt earum cōcessio obtineatur quinque cōcurrere debent; Primum est quod nominatim nisi contra testes non concedantur ratione formæ nisi pręcia diligentia de exequendo realiter, vel personaliter, quamuis sine canonica monitione non procedatur ad excommunicationem. *Franc. Marc.in dec.853. & in decis.851.par.2. per text. in capit.constitutionem de sentent.excommun.in 6.* Secundò requiritur quod res pro qua huiusmodi litteræ conceduntur, non sint minimi, aut exigui momenti *Idem Franc. Marc. in decis.803.par.2.* & vide *dec meam Cur. Archiepisc.Neapolit.90.* vbi pro re quæ valoris est quinque carolenorum non conceduntur litteræ monitoriales; Tertium est requisitum, quod cōtineant clausulam iustificatiuam, aliàs sunt inualidæ *Sayr. dec.3. de censibus, & in decis.3.de cler excomm.ministr.* Quartū est quod aduersarius non sit certus, alioquin via ordinaria esset experiendum *Rauden.in decis.60.* vbi insuper concludit esse persistendum in dictis monitorialibus non ob-

paruisset successionem prætendens, secus si comparuisset possessor ipsius maioratus, *idem Anna consil. 126. & de Franch. in decis. 695.* item in causa iactationis potest quis ante tempus agere, vt in remedio *l. diffamari C. de ingenuis, & manumiss.* & num in hoc iudicio causa sit remittenda; vide per *Capyc. in decis. 18. De Ponte in decision. 31. num. 4.* in quo remedio an requirantur plures monitiones, vide per *Afflict. in decis. 264. Capyc. in decis. 105. Mynsing obseru. 86. centur. 3. Gamma in decis. Lusit. 102.*

COLLECT. 1421.

Super Pragmatica de assistentia.

AD ornatum huius Pragmaticæ noto animaduertēda esse quatuor. Primò, quod assistentia petita per filium vti hæredem matris pro dotibus, & antefato super bonis possessis per tertios possessores, an si etiā non tantum pro dote, quàm pro antefato præstanda sit, cum antefati prædicti mortuo viro, & superstite filio, vsumfructum ipsius tantum mulier lucratur, qui mortua matre consolidatur proprietati, ad vtilitatem liberorum, non autem, vt hæredum, & fuit decisum esse præstandam assistentiam, quemadmodum peti potest, etiam super feudo obligato per feudatarium pro dotibus, si assensus fuerit præstitus post mortem debitoris, tempore quo feudum erat delatum hæredi, *Anna alleg. 66.* item præstari debet etiam si fuerit petita ab vxore vigore instrumenti dotalis, quod non erat reassumptum iuxta constitutionem Regni, & erant mortui Iudex, Notarius, & testes, *Minad. dec. 6.* Item petita super feudo, quamuis procedat ex generali obligatione, tamen debet esse regulata, vt in subsidium concedatur super feudo, & ita multoties fuit præstita per S. Consil. super fructibus feudi tantum *Georg. Allegat. 6.*

COLLECT. 1422.

Super Concil. Trident. sess. 25. c. 3. de reformat.

DIsponit quomodo locorum Ordinarij se gerere debeant in concedendis litteris monitorialium; Tu autem dicas decisiuè loquendo, & ad ornatum huius textus, quod vt earum cōcessio obtineatur quinque cōcurrere debent; Primum est quod nominatim nisi contra testes non concedantur ratione formæ nisi prętia diligentia de exequendo realiter, vel personaliter, quamuis sine canonica monitione non procedatur ad excommunicationem. *Franc. Marc. in dec. 853. & in decis. 851. par. 2. per text. in capit. constitutionem de sentent. excommun. in 6.* Secundò requiritur quod res pro qua huiusmodi litteræ conceduntur, non sint minimi, aut exigui momenti *Idem Franc. Marc. in decis. 803. par. 2.* & vide *dec meam Cur. Archiepisc. Neapolit. 90.* vbi pro re quæ valoris est quinque carolenorum non conceduntur litteræ monitoriales; Tertium est requisitum, quod cōtineant clausulam iustificatiuam, alias sunt inualidæ *Sayr. dec. 3. de censibus, & in decis. 3. de cler excomm. minist.* Quartū est quod aduersarius non sit certus, alioquin via ordinaria esset experiendum *Rauden. in decis. 60.* vbi insuper concludit esse persistendum in dictis monitorialibus non ob-

stante certitudine postmodum superueniente; Quintum est requisitũ, quod dentur hæ litteræ monitoriales in subsidium, id est deficiente alia probatione, ne etiam hoc modo contingat euacuari seculare forum, *Sayr dec. 4. de censibus.* Hinc *Balb. decis. 16.* tenuit quod cum excommunicatio debeat esse vltimum remedium, quamdiu habetur remedium ordinarium, non debemus vti remedio extraordinario, idcirco inualuit praxis, vt in præceptis coram Iudicibus ecclesiasticis, inferatur clausula sub pœna excommunicationis in subsidium, quamobrem scribitur *à Farinac. in collectan. decision. 90.* quod Illustrissim. Cardin. congregatio declarauit, quod si vnus ex duobus in solidum obligatus in forma Cameræ Apostolicæ carceratus esset, qui deinde competiretur non soluendo, in subsidium contra alium procedi potest, simulque properando ad relaxationem censurarum, quibus esset innodatus impotens.

Collect. 1423.

Super cap. 1. de causa possess. & propriet.

SEntentia lata absque citatione dicitur ipso iure nulla, hoc dicit. circa tamen citationem ad dicendum, & ad audiendam sententiam, quæ est de substantia, ita quod illa omissa, sententia est nulla, adde *Afflict. in dec. 346.* vbi dicit quod si est facta citatio ad sententiam sine peremptorio non valet, imò si sententia Regia prout est sententia S. Concilij fit lata sine citatione nulla est, pro cuius tamen quæstionis dissolutione est recurrendum ad *Afflict. in decision. 283.* qui distinguit duas species nullitatis, alteram de iure naturali, prout est omisso citationis ad dicẽdum, & nullitatẽ de iure ciuili, quæ est quando iudex omittit aliquem actum in quo pars non potest se defendere; animaduertas secundò quod quamuis præcesserit citatio ad dicendum, si tamen caret nomine & cognomine iudicis, sententia inde lata dicetur pariter nulla, vt pulchrè decidit *Guid. Pap. in decis. 451.*

Collect. 1424.

Super l. cum non facilè ff. si cui plus quàm per l. falcidiam.

SCripsi nonnulla in præsenti tex. in materia iuratoriæ cautionis; Nunc addas ea quæ concurrere debent, vt ipsa præstari possit. Primò enim requiritur, quod persona obligata ad fideiubendum sit frugi, non autem suspecta de dissipatione, aliàs, vt tutius procedatur sequestro erit locus *Guid. Pap. in dec. 189. Myns. in. obs. 11. Cent. 2.* aliquid per *de Franch. in dec. 497. Surd. dec. 141. Gayll. obseru. 47.* Secundò requiritur, vt impotentia non sit causata ob malos mores, seu ob dolum petentis se admitti ad iuratoriam cautionem ne ex improbitate sua quis commodum sentiat *Ego in decision. 309.* vbi allego *Bald. in Auth. cum locum Cod. de indict. viduitat.* Tertiò requiritur iuramentum quod facta exacta diligentia non possit inuenire fideiussorem. Additio ad *Guid. Pap. in cit. dec. 189.* Quartò quod nõ admittatur cautio iuratoria quoties quis vult aliquid ab aliquo consequi, *Rot. Roman. in decis. 117. libro 1. diuers.* Hinc infertur quod quamuis liquidatione non facta reus possit

fit visitare executionem sententiæ si cauerit infra decem dies se soluturum omne id quod liquidabatur nō tamen proderit sola cautio iuratoria, ita in propriis terminis, *Capp. in decis. 57. Beninten. in decis. 77. Gam. decis. 4.* & facit consilium *Ann. 43.* Quintò requiritur, quod non recipiatur in causa criminali, vel etiam ciuili magna seu graui, & ardua arbitrio Iudicis etiam si pro causa criminali infligeretur pœna pecuniaria, ita *Gayl. obseru. 148. lib. 1.*

COLLECT. 1425.

Super l. fin. § quod si ei. C. de ordin. cognit.

DOminus rei sequestratæ ex eius fructibus est alendus, h. d. imò si litigator nihil proprij habet præter rem sequestratam tunc non tantum alimenta, sed etiam litis sumptus consequi debet, & hoc ne cogatur litem deserere, *Magon. in decision. 98.* quod amplia etiam si iam lata esset sententia pro sequestrante *idem Magon. in decis. 115.* Amplia secundò conclusionem text. procedere etiam in bonis propter delictum sequestratis, nam si interim delinquens non habet ex quibus alimenta percipere valeat debet ex fructibus rei sequestratæ alimentari *idem Magon. cit. decision.* vbi latissimè alimentorum materiam pertractat. Nunc limita tripliciter, & primò quando bona essent parui momenti *Ego in decision. 13.* Secundò quando constaret bona esse furtiua *Rubin. in decis. 200.* Tertiò quando mercator cui sunt sequestratæ merces, vel quispiam alius haberet aliunde, alioquin in subsidium reus de illis est alendus pendente iudicio, *Idem in decis. 121.* vbi allegatur *Albert. in hac l.*

Animaduertas tamen ad huius text. ornatum quod in causa principali ante sententiam latam potest fieri fructuum descriptio, vt releuetur actor ab onere probādi fructuum quantitatem *Capp. Thol. in decis. 465.* quod quidem descriptionis remedium est subsidiarium quando scilicet non potest fieri sequestrum *Polid. Rip. obseru. 163.* ita etiam quando suspecta esset educatio puellæ, & discordant consanguinei, vel dubitatur de impressione nuptiarum fit in subsidium collatio in monasterium, sed sequestratur penes honestam personam arbitrio Iudicis *Franc. Mar. 163 part. 2.*

COLLECT. 1426.

Ad Rubric. de hæred. vel act. vend.

AD ornatū huius Rubricæ quæro de nonnullis vtilibus dubitationibus in materia cessionis de qua alibi scripsi. Primò quæritur an cessio facta miserabilibus personis nulla interueniente simulatione operatur, vt eius vigore possit quis trahere fuit decisum quod sic de *Franc. in decis. 195.* Secundò quæritur an cessio iurium sit facienda per hæredem mulieris agentem contra tertios possessores, quia obtulit pecuniam soluere factis cessionib. iurium, vt agere possit, & vendicare alia bona mulieri obligata per virum, fuit decisum per Sacrum Consil. quod mulieris hæres cedat prout cedere possit non obstante dicta liberatione dicto tertio possessori facta, & soluatur eidem hæredi summa deposita, *Afflict. in dec. 343. Faber. dec. 14. C. de except.*

Tertiò quæritur an cessionarius actionis agens contra tertios possessores debeat pro rata sibi diminuere de debito quando reperiretur etiam inter eos possessores, fuit decisũ, quod sic, vt patet ex *Capyc. in decis.*51. & ex *Fabro ut.d. cis.*14. Quartò quæritur an cessionarius ex causa lucratiua possit agere iure cesso, non obstante Ritu Magnæ Curiæ Vicariæ, qui vult cessionem ex causa lucratiua non valere, fuit decisum, quod sic, quoniam ritus ille non obseruatur in Sacro Consil. Sed dispositio *l. per diuersos, & l. ab Anastasio C. manda'.* quæ iura volunt, quod cessio ex causa lucratiua valet, & sic cessionarius Neapolitanus trahit Capuanum in Sacr. Cōsil. *Vrsill. in decis.*74. & ad materiam cessionis vide aliam *de Franc.dec.*474.

Collect. 1427.

In Clement. Gratia vbi omnes de rescriptis.

Est locus optimus in materia tacitæ renunciationis beneficij, quæ nil aliud est, nisi quæ ipso iure fieri intelligitur absque verborum expressione, quæ exemplificari poterit variis modis.

Primò in eo, qui in minorib. ordinibus constitutus contrahit matrimonium, nam iste tacitè videtur renunciasse beneficio, quod obtinet *Caputaquens. in decis.*215 *p.*2. *Capp.ll. Tholos.in decis.*159. *Sayr.in decision* 3.*de renunciatione. Card Puteus in decision.* 459.*lib.*2. *& Rot. in decision* 1.*de sponsalibus*, omnes per *c.*1. *de clericis coniugatis.*

Secundò exemplificatur in eo, qui consequitur possessionem secundi beneficij incompatibilis, nam videtur eo ipso renunciare primum *Mohed in decis.*130 per text. *in cap. de multa de prabendis, & dignitatibus.* imò videtur renunciare liti super alio incompatibili *Camar. in decis.*17. & hæc procedunt quoties possessio fuit pacifica, aliàs secus, vt fuisse resolutum *in Rota in vna Florent. canonicus testatur Verall. in decis.*415. *lib.*1. *& in decis.* 290.*p* 2.

Tertiò exemplificatur in eo qui effectus est miles secularis, nam videtur tacitè renuntiasse beneficio, quod obtinet *Anton. Fab. in decis.*14. *C.de iurisd.omnium iudicum.*

Quartò potest exemplificari in eo qui consensit, vt beneficium suum conferatur alteri: namque videtur tacitè renuntiare illud *Mohed. in d.cis.*335.

Collect. 1428.

Super cap. sollicitudinem, de appellationibus.

Si appellans ad superiorem comparet coram Iudice inferiori super concernentibus ipsam appellationem ipsi appellationi renunciare videtur: & ratio est secundum *Rubinum in decis.*91. quia per posteriorem actum contrarium videtur recessum à priori; Hinc infero nonnulla practicabilia.

Primò quod tacitè videtur renunciatum appellationi quoties appellans comparet coram Iudice à quo, & petiit prorogationem, vt fuit resolutum in *Rota Romana in vna Lucana caritatiui subsidij* 27. *Aprilis* 1551. *coram Accorambono, & facit* decisio *Verall.* 29.*p.*1.

Secundò infero quod censetur etiam tacitè renunciatũ appellationi si causa

si causa non fuit intra decem dies commissa, *Verall. in decis. 31. & 32 p. 1.*

Tertiò infero quod qui consensit, vt beneficium suum conferatur alteri, tacitè videtur renunciasse illud *Rot. in decis. 3. de renunciat. in nouis, & Mohed. in decis. 335.*

Quartò infero, quod tacitè censetur renunciasse rei iudicatæ patiendo, vt post illam producantur iura, & dentur articuli, *Rot. diuers. in decis. 39. & 114. part. 1. Mohed. in decis. 39.*

Quintò infero, quod tacitè censetur quis renũciare decimis patiendo, vt alius illas exigat, *Verall. in decis. 241. part. 2.*

Sextò infero, quod per hanc rationem actus subsequens non præsumitur factus ex errore *Castillo in decis. 34.*

Septimò infero, quod pandecta, quæ non est in vsu, vel vsum habet contrarium non est seruanda, *idem in decis. 66.*

Octauò infero, quod dominus directus recipiendo canonem censetur renunciasse iuri dicendi de caducitate, *Monter. in decis. Aragon. 3.*

Limita suprapositam regulam in duobus casibus, & primò in priuilegio, *l. vnica, C. quando imper.* quia non censetur nunquam renunciatum, nisi de eo fiat specifica mentio, *Castillo in decis. 29.*

Limita secundò in casu *decis. eiusdem 63.* vbi fuit dictum quod contractus regulariter est exequendus etiam dum pendet nullitas, aut ipsius rescissio, & sic per contrarium actum non inducitur renunciatio.

COLLECT. 1429.

Ad Lapum in clem. sæpe, de verborum significat.

VTraque pars est citãda ad sentẽtiam audiendam, nec sufficit alteram esse citatam, h. d. Non est tamen citatio necessariò facienda vtrique parti, quando non fit ex mero Iudicis officio, nam eo ipso quod vna pars citat alteram à fortiori, & se ipsam citare censetur, *Put. decis. 517. lib. 2.* vbi etiam dicit quod appellans extraiudicialiter per ipsam appellationem se ipsum citat, clem. causam, quæ de electione, *B. llam. decis. 749. Achill. d. Graff. decis. 4. de appella.* Sicut in simili committens causam ac obtinens decretum citationis contra aduersarium incontinenti se ipsum citat *Balb. decis. 190.* & quoad illum ex illo tempore dicitur ius pendere licet non quoad aduersarium donec citationis instrumentum fuerit illi intimatum, *Rot. in decis. 6. vt lite pendent. in nou. Put. decis. 417. lib. 1. & 481. lib. 2. & idem in decis. 282. lib. 3. Cassador. decis. 6. super regulis*, aliquid per *Rot. diuers. decis. 1. part. 2.*

COLLECT. 1430.

Super argumento c. per tuas, de maior. & obedient.

PRouisus à Papa omnibus est præferendus propter ampliorem prærogatiuam conferentis. Hinc infertur primò, quod Canonicus creatus à Papa, cæteris paribus est præferendus canonico facto ab inferiore *Rub. decis. 16.* Infertur secundò, quod prouisus Apostolicus præfertur prouiso ab Imperatore potestatem conferendi habente, *Bisignett. decis. 15. de prabendis.* Infertur etiam quod præfertur prouiso ab Archiepiscopo, *Rot. decis. 16. de prabendis, in antiquioribus.* Infertur quarto, quod

prouisus à Legato, vel Nuntio est præferendus prouiso ab Ordinario, *Ego in decis 90. per tex. in cap. si à sede, de præbendis, in sexto.* Infertur quintò, quod nomina eorum, qui dignitates à Principe consecuti sunt, sunt prius scribēda in albo Decurionum quam eorum, qui tantum municipalibus honoribus functi sunt, *Medic. decis. 12. per text in l. 2. ff de albo scribendo.* Infertur sextò, quod miles, vel doctor creatus ab Imperatore est præferendus militi Doctori creato per inferiorem *Thoming decis. 19.*

COLLECT. 1431.

Super l. Titia textores, §. mihi, ff. de legatis primo.

IN glossa huius text. habetur natura dictionis, &, propterea pro ornamento debes animaduertere, quod regulariter inducit coniunctionem, seu copulationem cum eisdem qualitatibus, *Bald. decis. 91* & ideo si testator legauerit Titio fundum sub conditione, si nauis ex Asia venerit, & domum, etiam legatum Domus censetur relictum sub eadem conditione, *Artaman. in decis. 3. de verborum significat.* sic etiam dixit *Rot. coram Cæsare de Graßis decision. 5 de rebus ecclesiæ non alienandis* quod *Concilium Tridentin. sess. 23 cap. 18. versic. nec non beneficia*, quod attenta illa dictione, nec non, quæ resoluitur in copulatiuam, &, quod eadē solemnitas requiratur in vnione beneficiorum seminario faciendo, quæ requiritur in detractione fructuum, aliquando dictio hæc ponitur ampliatiuè, puta quando clausulæ omni meliori modo apponitur supradicta dictio, &, veniunt etiam alij modi extra expressos, secus verò si non opponitur *Achill. de Graß. in decisione 1. de verborum significatione, & in decis. 4. in fin. de procuratorib. Vetall. in decis. 124. part. 1. & in decis. 60. part. 3. Crescent. decis. 10 de dolo & contumac. Cæsar de Graß. decis. 1. de electione* & plura in materia huius clausulæ, vide per *decis. Perus. 117.*

Aliquando etiam ista copulatiua, &, diuidit pro dimidia veluti si quis instituit Titium, & filios Caij, filij Caij habebunt dimidiam, ita *Cardin. Put. in decis. 289. lib. 2.* Hinc infero, quod si relinquatur ius patronatus Rectori ecclesiæ, & Incolis pro medietate erit ius patronatus Rectoris, & pro alia medietate Incolarum *Crescent. decis. 4 de iure patronat.* aliquid per *Rot. diuersorum decis. 408. & 750. part. 1.*

Sed quid si plures vocentur per istam copulam, &, v. g. si testator instituat fratrem, & eius filios, an isti filij censeantur vocati simul, & semel, & eodem tempore cum patre concurrere debeant, & in affirmatiuam tenuerunt *Ossa. lib. decis. 81. Cæsar de Graß. decis. 2 num. 3 & in decis 4 de testamentis.* contra opinionem *Bartoli in l. Gallus, §. quidam recti, ff de liberis & posthumis*, licet in materia emphyteusis opinio Bartoli sit verior, & tenenda, vt optimè declaratur per *Cardinalem Puteum in decis. 289. num. 1. lib. 2.*

COLLECT. 1432.

Super tract. Strach. de decoctorib.

AD das ad præfatum tractatum, quod decoctus habetur tanquam si in humanis esse desierit, vt fuit dictum in *Rota Romana in vna Romana*

Romana Casalis Marciliani 19. *Iunij* 1587. *coram Seraphino*, vt patet in *eius decis.* 794. ad hunc tamen effectum paria sunt quem esse decoctum, vel in limine decoctionis, vt fuit dictum in *vna Romana depositi* 3. *Iulij* 1595. *coram eodem.* vt patet *in eius decis.* 1146. ex eo autem quod decoctus deficit in solutione non arguitur dolus, *idem Seraph. in decis.* 1475. Item cambia, & recambia contra decoctum non currunt, vt fuit dictum in *vna Roman. pecuniaria* 13. *Maij* 1601. vt patet *in eiusdem decis.* 1434. Item testi, qui se refert ad libros decocti non creditur, prout nec etiam ipsis libris, *idem Seraph in decis.* 206. Item partita non adnotata in libris solitis adnotari præsumitur non esse vera, sed fraudulenta, & suspecta, existente decoctione, *Balb. in decis.* 129. *& idem Seraph. in decis.* 206 *num.* 6.

COLLECT. 1433.

Super l. dotem dedi, ff. de collat. bonor.

Avus tenetur dotare nepotem, hoc dicit, & ita decisum refert *Balb. in decis.* 193. *Cod. de iur. dot.* Sed intellige tunc procedere conclusionem, & eo casu veram esse, quando scilicet pater non habet vnde dotet, vt fuit latè resolutum in *Rot. Roman. in vna Portuen. bonorum* 26. *Februarij* 1580. *coram Seraphin.* vt patet in *eius decis.* 447. & ratio est, quia ad officium paternum spectat dotare filias, iuxta *l. qui liberos, ff. de ritu nupt.* quam summoperè commendat *Rubin. decis.* 6. immo si pater non habeat patrimonium, quia adhuc viuit auus, ex eius legitima dotari debet, vt pulchrè per *Seraphin. decis.* 451. Hinc est, quod dotans neptes, vel filias, censetur id animo paterno, & ex debito naturæ congruè facere, inspecta qualitate temporis dotationis, *idem in decis.* 166. Hinc est etiam secundò, quod præsumptio iuris est pro dote constitura per patrem, vt fuit dictum in vna *Arimin. castrorum* 2. *Martij* 1592. *coram eodem*, vt patet in *eius decision.* 976. Hinc fit tertiò, quod dos ab auo relicta, nepti imputatur in legitimam filij, *idem in decis.* 440. Hinc fit quartò, quod dos ab auo relicta nepti, censetur relicta contemplatione filij, non autem neptis, nisi de contrario appareat, etiam per coniecturas *Koppin. decis.* 16. *& Seraphin. cit. decis. num.* 1. *& sequent.* Obiter tamen ad hanc materiam animaduertas, quod dos succedit in loco legitimæ, & grauari non potest, sicut nec legitima nisi in instrumento dotis apertè fuerit data lex, quæ seruari debet, *Seraphin. decis.* 815. & quando filia teneatur cum fratribus conferre dotem, & quando non, vide *per eundem Seraphin in decis.* 1391. Animaduertas secundò, quod pater non tenetur dotare sororem, quando frater æqualiter omnes instituit, & substituit, neque magis voluit in vno casu quàm alio relinquere, vt fuit latè resolutum in *Rota vna Roman. divisionis bonorum* 11. *Decembris* 1570. *coram eodem Seraphin.* vt patet in *eius decis.* 110. & ratio est, quia lex præsumit patrem concedentem dotem filiæ reliquisse, vt fuit dictum in *vna Arimin. castrorum* 8. *Martij* 1591. *coram eodem*, vt patet in *eius decis.* 940. An valeat argumentum de alimentis ad dotem, ita vt quemadmodum auus teneatur dotare nepotem, ita etiam alimentare, vide per *Seraphinum decisione* 447.

COLLECT. 1434.

Ad Clarum, in § donatio.

VLtra reportata in Collectan. *legis si vnquam*, *Cod. de reuocand. donat & in l. Titia. §. Imperator. ff. de legatis* 2. Animaduertas hic, & fac conclusionem, vti facit ipse Clarus, scilicet donationem reuocari per superuenientiam liberorum, per text. *in l. si vnquam*, *Cod. de reuocand donat.* qui limitatur primo, vt eius dispositioni esset renunciatum, *Balbus decis.* 8. quam intelligas procedere quando praecesserit specialis, & induidua renunciatio, quia non sufficit generalis, quae fit per illa verba, renuncians omni legum auxilio, *Seraphin. decision.* 829. quod adeo procedit vt non sufficiat generalis renunciatio, quod etiam si iuramentum in ea esset interpositum adhuc non subsisteret, vt fuit latè resolutum in *vna Albanen. donationis*, 16. *Octobris* 1588. vt patet *in eius decis.* 837. Limita secundò dispositionem *l. si vnquam.* non habere locum quando donatio fuit limitata ad tempus decessus sine filiis, *idem in decis.* 829. sufficit sola superuenientia filiorum, vt per *Balb. in decis.* 6. Limita tertiò, vbi in donatione fuit cogitatum de filiis, & specialiter promissum, quia tunc non habet locum dispositio *d. l. si vnquam*, vt fuit latè resolutum in *Rot. Roma. in vna Albanen. donationis*, 20. *Iunij* 1588. *coram eodem Seraphino*, vt patet *in eius decis.* 826. Limita quartò, praefatam legis dispositionem minimè locum sibi obtinere ante declarationem donantis, quia dicitur in fauorem partis inducta, & ideo vt operetur requiritur, vel tacita, vel expressa ipsius declaratio, *idem in citat. decision.* 829.

COLLECT. 1435.

Super cap. causam quae, de testib.

ACta facta coram vno Iudice non probant coram alio, hoc dicit, intellige inter diuersas personas, *Balbus in decision.* 21. quemadmodum acta non nocent ei, qui nunquam fuit citatus ad causam saltem per proclama, quod contra interesse putantes de stylo *Rot.* fieri solet, vt fuit latè dictum in *vna Calaguritan. panis*, 10 *Nouembr.* 1597. *coram Seraph.* vt patet in *eius decis.* 1341. quemadmodum etiam acta facta in alio iudicio inter easdem personas non probant, nisi producantur *Seraphin. decis.* 371. sicut in simili acta reproducta parte non legitimè citata non annullant processum, quando non constat, quod fuerint transportata, vel quando sumus in diuersa causa coram eodem, aliàs secus, vt fuit dictum in *vna Toletan. primitiarum*, 27. *Februarij* 1581. *coram Seraphino*, vt patet in *eius decis.* 502. Item productio actorum facta coram vno arbitro tantum est nulla, nisi fiat coram omnibus, potest tamen talis actus productionis conualidari, si pariter fiat coram aliis parte praesente, secus si fiat parte absente, & non citata, *Seraphin. decis* 697 Item acta facta pendente appellatione, vel termino ad appellandum, sunt nulla, & attentata, *Seraphin. decis* 530. quemadmodum etiam sunt nulla acta facta cum procuratore fiscali quoad probandum in iudicio ciuili, *Farinac in decisione* 19. vt fuit latè dictum in *vna Bononien. de Brudienlis*, 21. *Nouembris* 1578. *coram Seraphino*, vt patet in *eius decis.*

decis.377. Obiter tamen pro huius materiæ praxi animaduertas primò, quod acta dicuntur illæ scripturæ, quarum copia parti data fuit non autem reliquus processus *idem in decis.* 372. Secundò quod vbi acta fuerunt amissa non potest constare de notoria iniustitia, *idem in decis.* 344. & ad probandum actorum deperditionem non defertur iuramentum *Minad. decis.* 4. *Capyc. decis.* 40. & fuit in *Rot.* resolutum *in vna Perusina executionis 26. Ianuarij* 1582. *coram Seraphino*, vt patet *in eius decis.* 554. Tertiò quod quando acta non fuerũt transportata propter impedimentum à parte præstitum procedi potest, prout in prima, vt fuit dictum in *vna Asturicen. Prioratus* 18. *Decembris* 1596. *coram eodem, vt in eius decis.* 1305.

COLLECT. 1436.

Super materia Annatæ.

AD materiam annatæ. Nota quod annata; quæ ex beneficiis vacantibus venit soluenda non soluitur pro vnito, cum in eis impossibile sit dare vacationem, vt fuit late resolutum in *Rot. Roman. in vna Brugen. quindenniorum* 1541. *coram Seraphino*, vt patet *in eius decis.* 1410.

COLLECT. 1437.

Super Authent. res quæ, C. commun. de legat.

VLtra quæ in præsenti text. reportauimus in prima parte collectaneorum, Addas nunc, & constituas conclusionem cum infrascriptis nouis ampliationibus, & limitationibus, sit conclusio quod bona subiecta fideicommisso alienari possunt pro dote. Amplia primò, procedere, tam in dotis restitutione, quam in ipsius constitutione etiam, quod dotis obligatio sit posterior fideicommisso *Seraphin. in decis.* 679. Amplia secundò procedere etiam in nepotibus conceptis post obitum aui, *idem in decis.* 461. Amplia tertiò etiam pro dotibus filiabus constituendis, *idem in decis.* 1344. Limita nunc, & primò, vt præfata dispositio cesset, quando tam per viam contractus, quàm per viam vltimæ voluntatis bona fideicommisso subiecta prohibita fuerint alienari pro dotandis fœminis, quod fieri potest *Seraphin. decis.* 447. Limita secundò, quando adessent alia bona libera, ex quibus posset filia dotari, quia remedium d. Authent. est subsidiarium, *idem in decis.* 1388. Limita tertiò, vbi adesset enixa mens paciscentium volentium, quod bona conseruentur in familia, nam si dotes ex fructibus haberi possunt ad distractionem corporum pacto subiectorum deueniri non potest, vt fuit dictum *in vna Portuen. de Columna* 30. *Maij* 1580. *coram Seraphino*; vt in eius *decis.* 465. Limita quarto, in fructibus dotis, qui non gaudent priuilegio, quo gaudet dos, vt bona subiecta fideicommisso alienari possint pro illorum satisfactione, *idem Seraphin. in decis.* 481.

COLLECT. 1438.

Super cap. 1. de vsuris.

VSura non committitur nisi in contractu mutui, h.d. & propterea si aliquod lucrum ex aliquo contractu fiat siue sit contractus iustus, siue iniustus nõ dicitur contractus vsurarius, sed ex capite iniusti-

tiæ, quod actum est venit rescindendum, *Anton. Fab. in decis. 33. C. de vsuris*, & fuit latè deductum per *Rot. in vna Roman. Montium, 14. Decembris 1576. coram felicis record. Clement. Pap. VIII. tunc Auditore.* Infertur secundò, quod vsura in locatione non potest dari nisi dominium rei in conductorem transferatur *Balbus decis. 125.* & fuit tentum per *Rot. in vna Romana prætensa vsura, 12. Maij 1603. coram illustrissimo Mellino.* Infertur tertio, siue contractus mutui sit verus, siue palliatus, licet in dubio palliatio, siue simulatio non præsumatur *Rot. in decis. 1. de donationib. in nou.* & fuit sæpius aliàs conclusum per *Rot.* & præsertim in *vna Romana donationis, 17. Aprilis 1592. coram Penia*, quam nota ad ornatum text. *l. quamuis, C. de pignoratitia actione.* palliatio autem de contractu mutui ad contractum locationis quomodo fiat, vide per *eandem Rot. in decis. Palleott. 155.* & quod non cadat vsura nisi in contractu mutui veri, vel palliati, vide per *Seraphin. decis. 599.* & quod contractus in dubio non præsumatur vsurarius, vide pulchram *decis. eiusdem 626.* pactum verò per quod restitutio pecuniarum confertur in arbitrium emptoris est vsurarium, & reddit censum ipso iure nullum, & est contra substantiam census, *idem Seraph. in decis. 1006.* quemadmodum etiam pactum appositum in censu, quod perierat res super qua imponitur intelligatur impositum super aliis rebus extantibus est vsurarium, vt fuit latè dictum *in vna Calaguritana census, 28. Ianuarij 1602. coram Seraphin.* vt patet in *eius decision. 1418.* de pœna autem vsurariorum vide per Laurentium *Rot. Auenion. in decis. 48.*

Non leuis tamen est quæstio in præsenti materia vsurarum, quomodo scilicet intelligatur illa propositio, qui prior est in sorte est etiam prior in vsuris? Respondetur quod procedit quando vsuræ sunt promissæ ab eo, qui ad sortem tenetur, & qui potest rem tam pro vsuris, quàm pro sorte hypothecare, vt fuit latè dictum in *Rot. Roman. in vna Portuen. de Columna. 14 Nouembris 1580. coram Seraphino*, vt patet in eius decis. 481. quam nota ad intellectum text. *in l. Lucius, ff. qui potior in pignor.*

Collect. 1439.

Super c. imperialem, § præterea.

Feuda diuidi non possunt, h. d. intellige tamen quoad dominium, & ipsum corpus feudi, non autem quoad administrationem, & vsum iurisdictionis cæteraśque commoditates, ita *Hartaman. in decis. 90. de iurisdict.*

Sed in hac materia quæstio nascitur ardua, & perdifficilis num scilicet possit Dominus alicuius Baroniæ cui annexa sunt nonnulla casalia constituere capitaneum in vno prædictorum casalium, ita quod vnus capitaneus esset, & iustitiam administraret in terra Baroniæ, & alter in prædicto casali, & *de Ponte in decis. 6.* refert fuisse decisum in *S. C.* in vna tantum Aula non licuisse, nec licere Baroni prædictum Capitaneum cõstituere præsupponendo ex hoc induci diuisionem iurisdictionis prædictæ Baroniæ, & consequenter requiri assensum, quem nec Prorex poterat dare stante pragmat. nouem capitum per quam prohibetur Proregem præstare assensum vbicunque inducitur feudi diuisio, contrariam

tamen

tamen sententiam fuisse suo tempore amplexam per *eundem sacrum Concilium testatur de Franch. in decis. 166.* vbi fuit dictum licuisse Principi Bisiniani Domino Comitatus Tricarici sub quo comitatu aderat casale crassani creare capitaneum in d. casali, & hac *decis. ego vsus fui in Consilio quod praestiti pro Io. Baptista Fontanarosa equite Clarissimo.*

COLLECT. 1440.

Super l. si creditor, § fin ff. de distract. pignor.

QVando conductor habet hypothecam pro obseruatione contractus tunc successor singularis tenetur stare colono, hoc dicit, & ita fuit decisum in *vna Romana retractus 8. Iunij 1588. coram Illustrissimo Mantica*, & in alia *Romana domus, 5. Nouembris 1597. coram Illustrissimo Pamphilio*, & facit *decis. Ienua Massilian. 23.*

Quaestio tamen est multum controuersa vtrum in hoc casu requiratur specialis, vel sufficiat generalis, & sufficere generalem tenuit *Rota in vna Romana affictus coram Ludouisio.*

COLLECT. 1441.

Super cap. cognouimus 12. q. 2.

DVbitari aliquando solet an priuilegium exemptionis extendatur ad bona aequirenda post concessionem, & est resoluendum affirmatiuè maximè si adessent verba generalia, & geminata, vt fuit resolutum per *Rotam Romanam in vna Cartaginen. decimarum, 10. Decembris 1578. coram Bubalo*, & ratio est quia ex vniuersalitate, & geminatione verborum colligitur coniectura voluntatis disponentis, vt fuit dictum *in vna Spoletana legati, 20. Februarij 1585. coram felicis recordationis Clement. Papa VIII. tunc Auditore.* verba enim vniuersalia, & geminata comprehendunt maiora expressis, & digniora vt per *Crescent. in decis. 32.* imò etiam si concessio non contineret geminationem adhuc priuilegium exemptionis extenderetur ad bona acquirenda ex *decis. Guid. Pap. 489.* vbi voluit priuileg. exemptionis pedagij à Principe concessum censeri concessum etiam quoad villas, postea quaesitas, pro qua etiam opinione accedat *decis. Cacher. 150.* vbi immunitas simpliciter concessa extenditur etiam ad bona futura.

Aduertendum est tamen, quod si huiusmodi priuilegium pendente lite fuerit impetratum non suffragatur, nec liti praeiudicat nisi de ea fiat mentio, *Valasc. in decis. 11.* quae conclusio procedit non modo in priuilegio ad supplicationem partis; sed etiam in priuilegio motu proprio, *Balb. in decis. 6.* Limita nisi lis esset turbida, de qua non esset facienda mentio in motu proprio, ita fuit resolutum per *Rotam Romanam in vna Caesaraugustana exemptionis, 27. Martij 1585. coram Cantuccio.*

COLLECT. 1442.

Super cap. si à sede, de praebendis, in sexto.

VBi de prioritate beneficij pluribus collati non constat, potior erit conditio possidentis, & si neuter possideat prouisus à Papa, vel eius legato propter conferentis am-

pliorem prærogatiuam erit alteri præferendus, h.d. ex quo text. colliges magnum effectum possessionis, vt propter illam possidentis prouisio præsumatur anterior, *Caputaquens. in decis. 47. part. 2. & in decis. 236. part. 3* & dicit *Rota in decis. 10. de prebend. in antiquior.* quod per hunc text. videtur probari, quod sola possessio dat titulum in beneficialibus, & eo ipso, quod constat de possessione beneficij præsumitur titulus, cum sine illo possideri non possunt, *Rota in decis. 423. & in decis. 595. & in decis. 802. par. 1.* & alios plures effectus possessionis vide per *Crescent. in decis. 5. de iure patronatus. Cardin. Put. in decisione 330. lib. 1.* & aliquid *in decis. 445 lib. 2. Achill. de Grass. in decisione 17. de probationibus.*

Sed quæro primo si constat de certa hora vnius prouisionis, & de possessione alterius quis sit præferendus, an habens possessionem sine hora, an verò habens prouisionem cum hora certa, & sine possessione, & videtur, quod habens prouisionem cum certa hora esset præferendus, & ratio est, quia habens certam horam præfertur cuicunque carenti hora, *Cassad. in decis. 20. de prebend.* & aliquid *in decis. 4. super Regulis*, & quod anterioritas consideratur etiam per horam, facit punctualis *decis. Afflict. 387.* & optime, ac copiosè per *Matt. in decis. Pisan. 75.*

Contrariam tamen sententiam tenuit Rota, teste *Cardin. Puteo in decis. 321. lib. 2.* ratio est, quia appositio horæ facit præsumptionem, sed non concludit necessario, cum potuerit esse prior alia prouisio sine hora, *Cassad. cit. decis. 20.* eadem etiam ratione si cum æquali collatione concurrit probatio possessionis vtriusque captæ sub eodem die est præferendus habens possessionem cum hora certa, *Hartama 1. in decis. 11. de appellat.* & ratio est, quia tunc concurrunt duo vincula ex parte vnius, scilicet horæ & possessionis, quæ fortiora sunt, vno scilicet possessionis, vt in terminis fuisse decisum per *Rotam scribit Mohedan. in decis. 12. de restitutione spoliatorum.* ista etiam prærogatiua possessionis est potentior clausula gratificationis contenta possidentis sub eadem data, *Put. in decis. 299* & censuit *Rota in vna Hispalen. beneficij 2. Maij 1603. coram Iusto.*

Quæro secundo si possessio non sit capta eadem die prouisionis facta, sed postea an tunc talis possessio habeat dictam prærogatiuam, vt ratione possessionis prouisio præsumatur anterior, conclude quod sic cum *Put. in decis. 125 lib. 1.*

Ratio verò cur ad ita iudicandum mota fuit Rota est, quia text. noster loquitur indistinctè, & aliàs esset magna restrictio eius, & quia nunquam posset ille text. verificari in prouisione Apostolica facta de beneficio vacante extra Curiam, cum impossibile sit eodem die capere possessionem, *Cassad. in decis. 25. Mohedan. in decis. 8. de prebend. Sarn n. in decis. 32.* & nouissime fuit resolutum in *vna Hispalen. beneficij 2. Maij 1603. coram Iusto.*

Collect. 1443.

Super l. penult. ff. de legitimis tutoribus.

Tutela datiua est remedium subsidiarium, hoc dicit, & hoc verum est, vel ex eo, quod ad eam non deuenitur nisi deficiente tutore testamen-

ſtamentario, vel legitimo, quem lex decernit ipſo iure, *Anton.Fab.in deciſ. 1. Cod. de legitimis tutorib.* vel ex eo, quod ſi teſtamentarius, & legitimus non ſit idoneus, nec capax pro eo eſt, ac ſi non foret relictus, vel vocatus *Franc.Marc.in deciſ.*151.*part.*1. per text. *in* §.1. *de Attiliano tutore inſtit.* hinc eſt, quod pupillo datur curator in ſubſidium, vel tutor temporarius ad ſupplendum defectum alterius, veluti quando tutor abeſt, vel appellauit in caſibus permiſſis, *Rot. Auenio. in deciſ.*141. & facit pulchra *deciſ. de Franch.*218. idem ſanè dicendum eſſet, quando extarent conſanguinei de prouincia omninò extranea, quoniam adhuc ad datiuam tutelam recurritur, & illi poſtponuntur tutoribus datiuis, qui datiui debent eſſe de eadem iuriſdictione dantis, qua eſt pupillus, *Balb.in deciſ.16.* Limita niſi tales tutores vellent ſe ſubmittere ad tale onus, *Franc.Marc.in deciſ.*251. *part.*1. ſic præterea in locum tutoris ſuſpecti cauſa pendente datur curator, qui interim adminiſtret, exigat, & alia peragat opportunè, donec cauſa ſuſpicionis allegatæ finiatur, *Hartaman.in deciſ.6. de tutelis*, & ratio eſt, quia pendentia litis ſuper ſuſpicione tutoris impedit adminiſtrationem tutelæ etiam ipſo iure, ſed tutius eſt quod prohibitio adminiſtrationis fiat ad inſtantiam neceſſariorum pupilli, vel etiam ex officio per Judicem, *Afflict. in deciſ.*317. aliquid per *Viuium in deciſ.*40.*lib.*1.

Additur prædictis, quod in caſu tranſitus Matris, vel Auiæ, ad ſecunda vota ſit aliquando locus tutelæ datiuæ, interdum legitimæ, illi quando mater ſuſcepta tutela tranſiuit ad ſecundas nuptias, huic quando mater nunquam ſuſcepit tutelam, vel recuſauit, *Surdus* optime & copioſe *in deciſ.*106.*per totam.*

COLLECT. 1444.

Super cap. ſi duo, de procuratorib. in ſexto.

PLures procuratores ſimpliciter dati vnus ſine alio nihil poteſt, ſecus ſi darentur inſolidum, h.d. & ratio eſt ſecundùm *Fabrum in deciſ.*1. *C. de procurat.* quia hoc importat illa clauſula inſolidum, id eſt, quod quiſque habeat ſolidam poteſtatē, idem eſt dicendum quando adeſſet clauſula ſimilis clauſulæ inſolidum, puta illa verba promittens habere ratum, quicquid ab eis, vel ab aliquo eorum geſtum fuerit, *Puteus in deciſ.*98.*lib.*3. *& Rot.*30.*Ianuarij*, *&* 8 *Februarij* 1548. *coram Puteo*, cuius deciſ. ſit mentio per *Achill. de Graſſ.in deciſ.*1.*de procurat.* idem ſi dictum fuiſſet, & quemlibet eorum, iſta enim dictio quemlibet eſt diſtributiua, quæ actum vnicuique inſolidum tribuit, *Biſignett.in dec.* 7.*de procurat.* Limita nunc text. noſtrum, & primo, vt non procedat in procuratoribus habentibus mandatum ad faciendum aliquid certum & determinatum, tunc enim vnus ex pluribus poteſt ſolus exequi, & quod ipſe fecit valebit, ac ſi omnes conſenſiſſent, *de Franch. in deciſ.* 611. *num* 3. Amplia text. procedere etiam ſi procuratores fuerint conſtituti cum libera adminiſtratione, *Puteus in deciſ.* 71.*lib.*1.*Io Paul.in deciſ.*104. Limita de ſtylo mercantili, quia mandatum factum plurib. intelligitur inſolidum, non autem coniunctim, ita colligitur ex *deciſ. Cardin. Putei* 19.*lib.*1.

Illud tamen non eſt prætermittendum quod quando mandatum

est Rogatum in Curia Romana nunquam datur sine clausula, insolidum, vt fuit dictum in vna *testamenti, 4.Decembris 1606. coram Ludouisio.*

Collect. 1445.

Super l.cum lex, vbi Bart.num.4. & seq. de fideiuss.

Quaestio iuris est frequens, & vtilis, nunquid cōtractu existente nullo fideiussor remaneat obligatus, & dicendum est, quod regulariter obligatus non remanet, quia quando contractus est nullus, nulla etiam est obligatio fideiussionis illi accessoria, *Artaman. in decis. 5. de fideiussoribus.* Limita primo, quando contractus à principio non est omnino nullus, sed validus, quia tunc obligatio fideiussoris remanet, licet contractus ex post facto annulletur, vt fuit resolutum *in vna Romana de Alexiis primo Iunij 1587. coram Illustrißimo Seraphino*; Limita secundò, quando obligatio fuit facta à fideiussore tanquam principali, ita vt stet de per se separata ab obligatione contractus, pro quo fideiussio fuit interposita, quia cùm non consideretur vti accessoria sustinetur, etiam nullo existente contractu principali, *Rubin. in decis. 291.* & censuit pluries *Rota Romana,* & signanter *in vna Romana census, 8. Aprilis 1593.* & iterum *in alia Romana 7. Iunij 1599. coram Orano,* & facit *decis. 2. Mohedan. in tit. de fideiussoribus.* & Limita tertiò, quando fideiussor se obligauit cum clausula omni meliori modo, & cum iuramento, quia talis obligatio aequipollet obligationi illi vti principalis *Ego in decis. 96. & Mohed. citat. decis. 2.* Limita quartò, quando non militat tanta ratio in accessoria obligatione quanta in principali, tunc enim sublato contractu principali clausulae accessoriae non tolluntur, vt fuit resolutum *in vna Romana Saluiani interdicti primo Iunij 1597. coram Illustrißimo Seraphino.*

Collect. 1446.

Super l.1.C.de consulib.lib.12.

In materia praecedentiae duplex ordo consideratur, scilicet prioritas temporis, & maioritas dignitatis qui posterior ordo praefertur primo, h.d. Ex quo infero primo, quod constitutus in maiori dignitate etiam, quod fuerit tempore posterior, primo praefertur *Balb. in decis. 33.* & facit text. *in cap. statuimus, de maioritate & obedientia.* Infero secundo, quod Magnus Admiratus praefertur Magno Cancellario, & propterea in puncto praecedentiae vertente in collaterali Consilio inter Principem Conchae, & D. Caesarem de Auolos ambo habentes vnum ex septem officiis Regni fuit praelatus Princeps licet esset posterior in tempore, ita in propriis terminis *de Ponte in decis. 8.* Infero tertio, quod ob eandem rationem, scilicet maioritatis dignitatis Vicarius episcopi omnes praeter episcopum praecedere debet, *Sayr. in decis. 3. de officio Vicarij, & Rota in decis. 1. de officio iudicis, in nouis.* Amplia hoc procedere, tam absente, quàm praesente episcopo; Amplia secundò, vt locum habeat in omnibus congregationibus, sessionibus, & processionibus, *Rot. diuer. decis. 277.* hinc est quod in synodo dioecesana Vicarius sedere debet ante dignitates, & canonicos

cos, vt tenuit *Rota Romana in vna Placentina Sedis coram Illustrißimo Seraphino*; Limita hoc in Vicario Canonico à capitulo sede vacante constituto, quia sedere debet in loco sicut cæteri canonici, *Sayr. in decisione 3. de officio Vica: ij.* Infero quartò, quod Præses Sacri Consilij ratione Maioritatis dignitatis præfertur Locumtenenti Regiæ Cameræ, licèt esset tempore anterior, *de Ponte*, qui refert decision: collateralis *cons. in decis. 8. num. 15.* Infero quintò, quod cùm ecclesia collegiata sit dignior parochiali *Rota Auenionen. in decis. 12.* proptereà Prior præfatæ ecclesiæ debet præferri Parocho, vt fuisse decisum *in Rota Romana* testatur *Seraphin. in decis. 1445.* num autem præcedat canonicos ecclesiæ cathedralis, vide *Sayr. in decis. 4. de maioritate & obedientia.* Infero sextò, quod cum Abbas qui est priuilegiatus, vt Mitra, & Baculo ac aliis episcopi insignibus vti possit sit dignior canonicis, proptereà præfertur illis singulariter non autem capitulariter, *idem in decis. 2. cit. tit.* Infero septimò, quod habens maiorem dignitatem præferri debet *Seraphin. in decis. 1225.* Infero octauò, quod Titulari Regni præferuntur Regentibus Regiam Cancellariam *de Ponte cit. decis. 8.* & facit consilium *Lanarij 88.* Titulati autem effecti à Summo Pontifice quem locum habere debent, vide *eundem in consilio 62.*

Animaduertendum est tamen, quod in materia præcedentiæ duo sunt præsertim quæ summopere attendi debent.

Primò est consuetudo *Rubin in decis. 91.* & facit doctrina Baldi communiter recepta in cap. cùm olim de consuetudine. Hinc infero, quod præcedentia in processionibus secundùm consuetudinem seruari debet, vt fuit resolutum *in Rota Romana in vna Burgen. praeminentiarum 19. April. 1570. coram Seraphino*, vt patet *in eius decis. 402.* quam decis. nor. ad ornatum *Concil. Trident. sess. 25. cap. 13. de regularibus*, quod amplia primò procedere etiam si præfata consuetudo repugnaret iuri communi *Seraphin. in decis. 335.* Amplia secundò, vt ab ea ex quacumque causa non sit recedendum, *idem in decis. 716. & 964.* Amplia tertiò in casu *dict. decis. eiusdem 964.* vbi fuit dictum quod vbi viget consuetudo quod minus dignus præcedat ea est seruanda. Limita quando essemus inter canonicos, & ipsorum præbendæ essent distinctæ, nam tunc non attenditur consuetudo in præcedentia *Gratian. decis. March. 16.* & ita censuit sacra congregatio Rituum, cuius tenor talis est cùm secundùm cuiusque dignitatem quilibet in sede sit honorandus, & qui prior est in ordine in loco etiam præmitti debeat declarauit sacrorum Rituum congregatio canonicos, qui in ordine presbyterali constituti canonicatum presbyteralem obtinuerint in choro, capitulo, processionibus, & sessionibus, præcedere debere canonicos in diaconatu, vel subdiaconatu constitutos canonicatus diaconales, aut subdiaconales obtinentes etiam si posteà fuerint in ecclesia admissi, & recepti non obstante consuetudine ecclesiæ quæ tanquam abusiua, atque improbata non debet admitti. Limita secundò quando consuetudo, seu possessio præcedentiæ esset turbatiua, & violenta, quia tunc est vitiosa, & nihil suffragatur, pulchrè, & omnino videndus, *Seraph. in d. decis. 964.*

Alterum verò, quod attendi debet est vltimus actus, pulchrè *Anna in allegat.131.* per text. *in cap. cum ecclesia Sutrina de causa possessionis, & proprietatis.* ex quo infero ad pulchram *decis. de Ponte* 18. vbi fuit dictum quod cùm electus popularis fuisset in quasi possessione asportandi hastam pallij in processione simul cum alijs nobilibus, propterea fuit decisum esse manutenendum in possessione quoad asportationem faciendam in processione assumptionis *D. Thomæ de Aquino*, in vnum ex patronis Ciuitatis Neapolit. & scribit *Franc. Marc. in decis.* 808. *part.1.* quod in materia præcedentiæ secundùm quasi possessionem est iudicandum, & quando platea popularis habeat ius asportandi hastam in festiuitate Corporis Christi, vide pulchram *decision. de Franch.* 253.

Et duobus Regiis Consiliariis eadem die creatis, quis præcedere debeat dic, quod ille in quo concurrunt qualitas meritorum paternorum, item impressionis librorum, item anterioritatis nominationis, pulchrè *Anna in consil.* 137. *& Rubin in decis.* 2. & ad materiam vide *eundem in consil.* 42.

Collect. 1447.

Super l. Lucius, §. fin. ff. ad Trebellianum.

Remedium rescissorium ratione læsionis enormissimæ locum obtinet etiam in transactione, hoc dicit, & hoc procedit nedum respectu valoris rei, sed etiam respectu dubij litis euentus, qui simul articulari, & probari debet, ita *Rota Romana in decis.* 102. *& in decis.* 732. *part.1.* *Mynsing centur.6. obseru.* 91. *Gayl. lib.* 2. *obseru.* 70. licèt contrariam sententiam scribat *Afflict. in decis.* 220 quam intelligas quando læsio esset modica, quia tunc procedit opinio negatiua, quod scilicet in transactione locum non habeat remedium rescissorium, vt voluit *Cardin. Puteus in decis.* 230. *lib.1.* verumtamen adhærendo primæ opinioni illam amplia procedere etiam si pro obseruantia transactionis esset interpositum iuramentum, quia obtenta absolutione poterit rescindi trāsactio ob enormissimam læsionem *Thessaur. in decis.* 165. *Osasch. in decis.* 41. aliquid etiam per *Valasc. in decis.* 18. *num.* 7. *de Franchis* duas opiniones referens *in decis.* 159. hinc scribit *Macerat. lib.* 2. *obseru.* 59. *dec.* 24. quod non obstante iuramento, aut renunciatione amplissimis, & prægnantissimis verbis concepta expugnatur transactio ob immoderatam læsionem, cuius decis. ratio est, quia ex immoderata læsione arguitur dolus *Peguer. in decis.* 167. Limita quando damnum aliunde prouenire posset, quia tunc non datur enormissima læsio, *Caputaquens. in decisione* 172. *part.* 3. ad materiam vide *Grammat. in decisione* 66. *& Annam in sing.* 553.

Collect. 1448.

Super l. Vitia, cum gloss. ff. de iure dotium.

Singulare est dictum huius gloss. quod in bonis dotalibus contra virum potest in subsidium executio fieri quando non potest aliter creditori consuli, tamen non ita simpliciter est intelligendum, sed cum hac distinctione, quod aut agitur de debito

bito contracto ante matrimonium, & tunc si est cum hypotheca bona dotalia transeunt cum sua causa, & onere, *Capyc. in decis.* 128. si verò orta fuisset tãtum personalis, tunc in subsidium agitur contra maritum, vt possessorem bonorum dotalium *Balbus in decis.* 21. postquam vxor non posset molestari in persona, sed maritus posset se eximere altero ex duobus modis in primis, quod patiatur fieri executionem in proprietate bonorum dotalium suo vsufructu debito marito, vel cautionem saltem iuratoriam finat exigi per creditorem de sanando ære alienando soluto matrimonio, *Thoming. in decis.* 109. addunt alij remedium vendendæ actionis de dote, & de pretio satisfieri creditoribus, *Guid. Pap in decis.* 447. aut agitur de debito facto per vxorem constante matrimonio post dotis constitutionem, & tunc in præiudicium iuris quæsiti Marito non possunt creditores se conuertere ad bona dotalia, *Guid Pap. cit. decis.* 447. aut tãdem tractatur de debito communi viri scilicet, & vxoris quo casu in dotali fundo executio denegatur, licèt in fructibus fundi concedatur, vt pulchrè reperitur decisum per *Gamam in decis. Lusitan.* 100. & facit *l. vbi adhuc, Cod. de iur. dot.* an autem ex viri delicto feudum dotale possit à domino vendicari, vide *de Ponte in decis.* 19. & ad materiam huius gloss. vide *Castillum in decis.* 97. *& Hartman. in decis.* 5. *de execut re. iudicata.*

COLLECT. 1449.

Super pragmat.* 1. *de censib.

APerta est iuris conclusio quod contractus censualis potest rescindi ob alienationem corporis suppositi in constitutione ipsius census, & ita in censibus in genere pluries fuit resolutum per *Rotam Romanam* etiam quando venditor promisit renouare fideiussores intra certũ tempus, & promissa non adimpleuit *Farinac. in decis.* 817. fuit dictum etiam non esse à iure prohibitum adiicere pactum in constitutione census contractum esse rescindendum ob inobseruantiam pactorum, *Mastrill. in decis.* 95. vti dicitur in contractu emphyteutico, *Crescent. in decis. fin. de locatione*, & ratio rationis poterit esse, quia census currit vsque ad sortem principalem etiam quod sors fuerit sequestrata à tertio in manibus debentis soluere, *Verall. in decis.* 103. *p.* 1. an autem impositio census sapiat alienationem, vide quod sic per *Caputaq. in decis.* 17. *part.* 1.

COLLECT. 1450.

***Super cap. peruenit, in fin.* 11 *q.* 1.**

IN dubio non præsumitur quod Papa velit præuenire in mensibus ordinariis, hoc dicit, & ita tenuit etiam *Rota in decis.* 30. *de prabendis, in antiquis*, aliquid per *Cassador. in decis.* 34. super regulis, & per *Achill de Graff. in decis.* 1 *de prabendis, & in decis.* 6. *de priuileg.* nam vacaturum in mensibus ordinariis prouidere non intendit *Puteus in decisione* 53 *lib.* 2. *& in decisione* 21. *lib.* 3. *Rota in decisione* 70. *part.* 3. & aliquid *in decisione* 9. *part.* 2. Hinc est quod gratiæ expectatiuarum ad beneficia vacatura non capiunt beneficia, quæ in mensibus ordinariorum vacabunt, sed solùm vacantia in mensibus reseruatis, *Rota diuers. in decis.* 127. *lib.* 3. *Put. in decis.* 91.

lib.1. & in decis.53 .lib.2. & in decis.48. lib.3. Cæsar de Graff.in dec.15. de præbendis, & idem est dicendum de mensibus alternatiuis ordinario concessis ratione alternatiuæ acceptæ, *Mohed. in decis. 29. de præbendis*, quod etiam procedit quando Sedes Episcopalis vacat, quia tunc expectantes acceptare non possunt in quatuor mensibus concessis ordinario, *Mohedan.in decis. 29. de præbend.* limita nisi Papa huic Regulæ de mensibus derogauerit, vel aliàs constiterit velle quod menses etiam ordinarios expectatiuæ caperent, *Put.d.decis.48.lib.3.Cassad.decis.15. de præbend.* & quamuis expectatiua loquatur de mensibus ordinariis non caperet menses ordinarios vigore alternatiuæ sibi concessæ nisi adiiciatur verbũ vniuersale, quomodolibet, *Puteus in decis.215.& in decis.222.lib.1.* sicut, & nulla derogatio censetur comprehendere alternatiuam nisi de illa fiat mentio expressa, *Put.in decis.222.lib.1.*

Imò Regula reseruatoria mẽsium fuit introducta, vt expectatiuæ suum haberent effectum in mensibus reseruatis saluis existentibus ad episcoporum dispositionem quatuor mensibus ordinariis, *Rota in decis.127.lib. 1.& in decis.63. & in decis.272.lib.2. & in decis.558.lib.3. Puteus in decis.333. lib. 3.* ita vt tunc cessantibus expectatiuis similiter cessaret dictæ Regulæ reseruatio, *Achill. de Graff. decis. 1. super Regula reseruatoria* aliquid per *Puteum in decis.492.lib.2.& in decis.33.lib.2.* ideò dicit *Rota in decis.537. lib.3.* quod expectatiuæ succedebant loco Regulæ octo mensium in casu illius decis. dicit etiam *Mohedan. in decis. 1. de concess. præbenda*, quod per alternatiuæ concessionem coarctatur Papa ad non conferendum in mensibus ordinariis obstante decreto irritanti, vt tradit etiam *Cardin. Put. in decis.492. lib.2.* hinc etiam prouenit, quod indultum concessum alicui ad conferendum omnia beneficia spectantia ad collationem Papæ non extenditur ad vacantia in mensibus ordinariis, vt ordinariorum iniuria euitetur, sed dumtaxat ad ea beneficia, quæ priuatiuè ad ipsius Pontificis collationem pertinent, *Rot. in decis. 442.part.1.*

COLLECT. 1451.

Ad cons. Oldr. 418.

Habetur quod appellatione fructuum non veniunt distributiones quotidianæ, & ita *Rota in decisione 230. part.1. Puteus in decis.489. lib.3. Achill. de Graff.in decisione 1. de præbendis.*

Hinc infertur primò, quod in condemnatione fructuum perceptorum non veniunt regulariter distributiones quotidianæ, nec ad illas se extendit condemnatio, quia tales distributiones non sunt de corpore beneficij, sed ratione seruitij personalis, *Buer. in decisione 340. Caputaquens.in decis.29.part.1.* aliquid per *Puteum in decis. 483 lib.1. Rot.diuers. in decis.1170.part.3.* vide etiam ad materiam *Cott.in decis.781.Puteus in decis. 489.lib.2.*

Infertur secundo, quod in congrua portione assignanda non sunt computandæ distributiones quotidianæ quamuis bene fructus, *Rot.diuers.in decis.5.part.2.* & aliquid per *Cæsarem de Graff.in decis 6.de præbendis, & passim seruat Rota.*

Infertur tertiò, quod indultum con-

concessum ad lucrandum fructus in absentia non comprehendit distributiones *Cassad. in decis. 1. de clericis non residentibus.*

Infertur quartò, quod de præfatis distributionibus non debetur charitatiuum subsidium *Ego in decis. 99 per all. g Lapi 156. num. 7.*

Infertur quintò, quod licèt qui possidet beneficium vigore gratiæ nullæ ab ordinario obtentæ teneatur in noua prouisione narrare fructus quos percipit, & de illis se componere cum Camera Apostolica, aliàs gratia erit nulla, *Card. Put. in decis. 26 lib. 1.* secus tamen est quoad distributiones quotidianas, *Cassad. in decis. 6. de prabend.*

Infertur sextò, quod quamuis prouisi de beneficiis nõ faciunt fructus suos donec iuramentum fidei personaliter, & non per Procuratorem præstiterint, vt disponit *Concil. Trid. sess. 24. cap. 12. de reform.* distributiones tamen acquirunt, & faciunt suas, quamuis non iurauerint, vt censuit sacra congregatio.

Infertur septimò, quod quamuis in Cancellaria Apostolica sit soluenda dimidia annata, hoc est dimidia pars fructuum vnius anni beneficij à Sede Apostolica collati cuius valor excedit 24. ducatos de Camera, tamen ad hunc effectum, vt passim videmus non taxantur distributiones cum longè à fructibus distent, *Arago. in decis. 57.* & facit *decis. Rot. 1408.*

Ratio verò prælaturarum illationum colligitur ex eo quod distributiones non dicantur de corpore beneficij, sed sunt de diuerso genere, & diuersa natura nec augent corpus prabendæ ex quo dantur ratione ministerij personalis, *Rot. in decis. 8. de prabend.* & aliquid per *Rotam diuers. in decis. 402. part. 1. Cæsar de Grass. in decis. 5. de prabend.*

Collect. 1452.

Super cap. 1. & 2. de confirm. vtil. vel inutil.

Ex appositione manuum Papæ super dispositione alicuius beneficij operatur, vt illud dicatur affectum, h.d. Ex quo infertur primò, quod si Papa dat in commendam aliquod beneficium, vel in eo administratorem apponit, quod ex appositione manus Papæ in dicta commenda remanet beneficium affectum, vt cessante commenda, vel administratione, Papa solus prouidere debeat, *Cassad. decis. 1. de reseruat. Crescent. decis. 2. de Raro. Mohedan. decis. 9. de prabend. Put. decis. 158. lib. 1.* Infertur secundò, quod eo ipso, quod Papa concedit alicui mandatum de prouidendo de certo beneficio, etiam ante vacationem, quod quamuis aliàs beneficium non sit reseruatum, nec vacauerit in mense reseruato, quod ex dicta appositione manus tale beneficium remanet affectum, *Rot. iuncta add. Papazon. 10 de prabend. in nouis.* Infertur tertiò, quod ex decreto apposito per Papam alicui de dimittendo beneficio, in manibus eius remanet affectum, vt solus ille possit conferre pro illa vice, etiam si non dimitteret, *Rot. d. c. 14. de rerum permuta. in antiq.* & fuit decisum *in vna Compostellana Canonicatus decimo Maij, 1600. coram Lancellott.* Infertur quartò, quod ordinatus à Papa, licèt ex eo non sit exemptus à iurisdictione ordinaria iuxta term. *c. per tuas, d. maior & obed.* tamen non potest Ordinarius per defectum ordinari, degra-

dationem requirens, illum ab ordine deponere, ratione dictæ manus appositionis, *Cappell. Tholos.* vbi Addit. *decis.* 293. Infertur quintò, quod manus appositio Papæ facit, quod causa semel affecta curialis semper remaneat curialis, *Mohed. decis.* 12. *de sent. & re iud. Rot. decis.* 2. *& in decis.* 43. *de appell. in nou. & in decis.* 23. *de rescript. in nou. & in decis* 8. *de re iud. in antiq. & in decis.* 13. *de rescript. in antiquior.* Infertur sexto, quod pariformiter est facienda mentio de affectione ratione manus appositionis Papæ, sicut de expressa reseruatione, alias gratia erit nulla, *Mohed. decis.* 9. *de praben.* Infertur septimo ad *Concil. Trident. sess.* 24. *can.* 20. *de reformat. disponens*, quod omnes causæ sint in prima instantia cognoscendæ coram loci Ordinario, quod minimè locum habeat in beneficiis reseruatis ratione manus appositionis Papæ, vt latè *Ego ipse in decis. Cur. Archiepisc. Neapol.* 21. & ita fuit declaratum per Sacram Concil. Trident. Congregationem per hæc verba (De effectis, aut de reseruatis beneficiis si agitur, tunc causa in Curia committitur.)

Nunc limita regulam text. quando affectio ex appositione manus Papæ semel fuit sortita effectum per prouisionem subsequutam, nam tūc expirat, & non obstabit, quoad futuras vacationes, *Rot. decis.* 13. *&* 14. *de preb. in antiq.* aliquid per *Cassad. in decis.* 4. *de caus. poss. & propriet. & in decis.* 9. *d prebend.*

Limita secundò, quod quamuis manus appositio Papæ inficiat etiam possessionem, hoc tamen procedit, quoad beneficium vacaturum, secus tamen quoad iam vacans *Put. decis.* 27. *lib.* 2. *& in decis.* 180 *lib.* 3.

Limita tertiò, quando ex tali manus appositione resultaret derogatio indulti concessi alicui Cardinali, nisi expressa fieret de illo mentio, ac derogatio, *Caputaq. decis.* 82. *part.* 2. *Puteus.* 141. *lib.* 2.

Limita quarto, quando ex tali appositione manus Papæ resultaret præiudicium concordatorum, nam tunc nulla inducitur affectio, *Put. decis.* 226. *lib.* 3.

Limita quintò in beneficio iurispatr. laicalis, vel mixti, nam sicut in illis non intrat expressa reseruatio, sic etiam non intrat tacita ex pontificia manus appositione, vt fuit latè resolutum *in Rot. Rom. in vna Firmana beneficij* 13. *Maij* 1596. *coram Ill. illustr. Pamphilio.*

Limita sextò, quando Papa manum apposuit ad diuersum effectum, quam conferendi; nam tunc minimè remanent ligatæ manus Ordinarij, quia ratione respectus, consideratur effectus, nec actus factus ad vnum effectum, debet alium diuersum effectum operari, *Rot. decis.* 14. *&* 15. *de prebend. in nouis.*

COLLECT. 1452.

Super cap. querelam, de elect.

VLtra ea, quæ reportauimus in materia quasi possessionis *in Collect. super cap. cum Eccl sia Sutrina, de causa possessionis & proprietatis*, addas hîc nonnulla, pro quorum ornamento fac regulam, quod quasi possessio in omni re constituit statum; Hinc infertur primò, quod alternatiua ad effectum, vt intret, vel non attenditur quasi possessio Episcopi liberè, vel non liberè conferendi *Rot. decision.* 49. *de rescriptis in antiq. & in decisione* 5. *de prebend. in antiquior. Tan. in decis.* 3. *in manuscriptis*; Infertur secundo

cundò idem censendum in terminis indulti Cardinalium, *Put.decis.206. lib.1. Mohed.decis.9.de priuilegiis.* Infertur tertiò in iure conferendi, in quo similiter attenditur, quis quassi possideat, non autem quis habuerit proprietatem, *Mohed.decis.9. de restit spol. Triuis.decis.64.par.2.* Infertur quartò, quod ad effectum eligendi consideratur effectus eligendi, *Rot.decis.6. de election. in nou. & idem Triuis. citata decisione.* Infertur quintò, nam ad effectum præsentandi, patronus putatiuus, & ille qui est in quasi possessione præsentandi, præfertur vero patrono, *Rot.in decis.14.de iure patronat. in antiq.& in decis.7.eodem titulo, in nou. Thoming. Triuis. cit. decis. Rot. diuers. decis. 167.part.2.* Infertur sextò, quod semper in beneficialibus attenditur vltimus status, & vltima, & immediata quasi possessio, *Rot. in decis. 2. num.2. de prabend. in nouis, & in decis. 49. de rescriptis in antiquis, Puteus decis.2.libro secundo. Cæsar de Graff. decis.4. de probation.* & fuit dictum *in vna Pampilonen. decimarum primo April.1591. coram Comitulo.*

COLLECT. 1454.

Super dict.cap.querelam, de electione.

QVasi possessio in iuribus incorporalibus in vnico duntaxat actu acquiritur, h.d. & ita *Caputaq. in decis.337.part.2. Put.decis.192. lib.1. Achill. de Graff. decis.5. de iurepatronat. Rot. diuers. decis. 17. part. 2. Triuis. decis. 54. part.2.*

Animaduertas tamen, quod ad hoc vt acquiratur talis quasi possessio in istis incorporalibus, siue ex vnico actu, siue ex pluribus sunt necessaria septem insimul requisita, de quibus latissimè per *Calderic.in consil. 12.de iure patronatus,* ad quem me remitto, verùm vltra ipsum videas *Cassadorum decis.7. de causa possessionis & proprietatis.* tamen vt decisiue procedam, dicas, quod inter cætera requisita illud est principale, vt requiratur scientia eorum, quibus præiudicatur, *Caputaquen.decis.418.part.2.Rota diuis.167.& 184.& 803.part.1.& in decis.2.part.2.diuersorum,* & fuit resolutum *in vna Calaguritana iuris conferendi 1. Februarij 1592. coram Gipsio:* & faciunt *decis. Capyc.56. & Afflict.66.* Secundò requiritur, quod talis, vel tales actus ex quo, vel quibus prætenditur acquisita quasi possessio sint clari, & certi, non verò turbidi, dubij, & obscuri, nam ex turbidis, & obscuris collationibus, electionibus, aut præsentationibus, non acquiritur quasi possessio, vt fuit sæpe resolutum in Rota præsertim *in vna Taruisina plebis 5 Iunij 1587.coram Bubalo,* sicut non est locus manutentioni, quando possessio non est clara, sed intricata, turbida, & offuscata, *Verall. in decis.200.part.2.* & fuit dictum in *vna Cæsaraug. stana fructuum 13 Ianuarij 1597.coram Pamphilio.*

COLLECT. 1455.

In l.legato generaliter, ff.de legatis primo.

LEgata re in genere electionem esse legatarij, communiter placuit per hunc textum. Limita hanc conclusionem primò, ac illam veram intelligas, quando verba sunt directa ad legatarium, ita tamen, quod eligeretur res mediocris, & minus damnosa hæredi arbitrio iudicis, & Rela-

toris, vt fuisse decisum in Senatu Sabaudiæ refert *Gasp ar Thessaur. in decis. seu quæst.* 32. Limita secundò in rebus functionem habentibus, vt nummo, vino, tritico, oleo, & similibus legatis, quia tunc electio est hæredis, *Rub. decis.* 38. cuius decisionis ratio fundatur per text. *in l. certum, ff. de vino & oleo legat.* Limita tertiò si testator sensisset de certo, puta de vno sticco, de vno fundo, vel vna domo, & non apparet, de quo, tunc pariter electio est hæredis, *Ego in decis. Curiæ Archiepiscop. Neapolit.* 50. Limita quartò, si electio sit data expresse hæredi, *idem Th. ss. in decis.* 31. In legato verò alternatiuo, cuiusnam autem sit electio vltra textum *in l. planè, § si à Titio, ff. de legat.* 1. vide *Rot. Rom. in vna Romana bonorum* 20. *Martij* 1585. *coram Orano.*

Collect. 1456.

In l. ait lex, § qui in mortiferè, ff. ad leg. Aquiliam.

ALiquando dubitari solet, an ex vulnere recepto in rixa, vel aliter aliquis mortuus præsumatur, & quidem si vulnus erat mortale dubitationi non est locus per hunc textum nostrum, secundum quem decidit *Rota Perusina*, testatur *Ambros. decis.* 47. Sed difficultas est quando nescitur, an vulnus sit mortiferum, hoc enim casu varij varia dixerunt, vt per Scribentes in cap. homicidiorum de homicidiis. Curia verò Archiepiscop. Neapol. decidit, quod si infra octo menses sequeretur mors, ex dicto vulnere illato præsumeretur mors, vt patet *in decis. mea* 90. moti fuimus per textum *in cap.* 2. de clerico percussore, vbi dicitur, quod si quis post octo menses moriatur, propter temporis prolixitatem, non ex vulnere illo mortuus præsumitur, vnde à contrario sensu concludi potest, quod si infra octo menses sequatur mors præsumitur secuta ex illo vulnere, quod amplia procedere, licet durante vulnere prędicto alia superuenerit infirmitas, ratio est, quia vulnus ad alia accidentia videtur causam prębuisse, *Iaffred. decis.* 50 per textum *in cap. presbyterorum, & cap. ad audientiam, de homicidio.*

Quod intellige verum, quando imperitia, vel negligentia medicantium, vel incuria, seu culpa vulnerati, iuxta *l. qui occidit, § qui occidit, ff. ad leg. Aquil. & Iaffred. cit. decis.* Aduertendum tamen est, quod si quis fuerit mortiferè vulneratus, mox ab alio occidatur, vel aliqua ruina suffocetur, vulnerans non tenebitur de homicidio, vt tenuit *eadem Curia Archiepisc. Neapolit.* refero *Ego ipse in decis.* 50. & mota fuit per textum *in l. huic scriptura, ff. ad leg. Aquil.*

Collect. 1457.

Super l. non tantum, ff. de appellat.

EXecutio sententiæ pendente appell. fieri non potest, h. d.

Amplia primò etiam si per tertium appellatio esset interposita *Rot. decis.* 50. *de appellat. in nou.*

Amplia secundò, etiam si appellatio propter inopiam esset deserta, *Boer. decis.* 247.

Amplia tertiò, etiam si appellatio videretur iniusta, quia nec tunc exequutio est facienda, vt aliquid per *Boer. decis.* 153. Nunc limita, & primò nisi is qui appellasset esset confessus & conuictus, tunc enim non obstante

ſtante appellatione, & alia pendente poteſt contra eum fieri exequutio; *Guid.Pap.deciſ.74.in fin. Cappell Tholoſ. deciſ.176.Balb.deciſ.400.* quæ omnes conferunt *ad l.2. Cod. quor. appll. non recip.* Limita ſecundò, vt non procedat, quando periculum eſt in mora, vt eſt *dict.deciſ.Boer.153. num.5. & ſeq.* hinc eſt, quod ratione periculi poteſt Judex exequi, & deinde proceſſum ſcribere, *Boer.deciſ.259.* Limita tertiò, quando ſumus in appellatione interpoſita à Judice, à quo non poteſt appellari, Generale enim eſt, quod exequutio non ſuſpenditur per appellationem interpoſitam in caſibus à iure prohibitis, vt eſt *deciſ. Tholoſ.500.* Limita quartò, vt non procedat in magna Curia Neapolitana. in qua ex priuilegio appellatio in criminalibus non retardet exequutionem, vt eſt *deciſ.Capyc.137.nu.17.* quam ſublimita, vt non procedat, quando eſſemus in decreto de aliquo torquendo, quia ſi appelletur, etiam in Regno debet ſuperſederi, vt latiſſimè *Ego oſtendo in deciſ.5.* Limita quintò, quando ſumus in appellatione à carceratione, & à ſententia, quod quis detineatur in carceribus, nam etiam pendente appellatione is detinetur in carceribus, & ſic ſucceſſiua quædam exequutio ſententię fit contra appellantem non obſtante ſua appellatione, ita in propriis terminis *Guid.Pap.deciſ.235. & in deciſ.238.* & aliquid per *eundem in dec. 436.* quibus in locis ponit etiam, quod appellans debet detineri in carceribus Judicis à quo; ad quod dictum, & etiam ad limitationem, vide etiam elegantem *deciſion. Franc. Marc.919.* Illud autem circa hanc limitationem non videtur omittendum, ſi clericus fuerit per Judicem laicum captus, & à captura appellauerit ad parlamentum, & Epiſcopus petat illum tanquam clericum ſibi remitti, conditio iſta, an bene, vel malè fuerit carceratus, erit apud parlamentum, ſi credimus *Ioanni Gallo in deciſ.Pariſ.354.* quam ego non credo, nec teneo.

Collect. 1458.

Super l.qualitas, Cod.de pactis conuentis.

Æqualitas inter dotem, & antefatum eſſe debet, hoc dicit, hinc fit, quod nulla præcedente doris conſtitutione expreſſa, aut tacita nullum antefatum debetur, *Anton. Fab.in deciſ.7.4.& 5. Cod.de donat.ante nupt.* Limita in caſu *eiuſdem deciſ.3.eod. tit.* & in caſu *deciſ. Afflict.293.* hinc fit ſecundò, quod quemadmodum res prohibita alienari, poteſt pro dote alienari, ita etiam pro antefato *de Franch.deciſ.519.* Tertiò quia mulier quemadmodum iuuatur Velleiano, obligando ſe pro dote, ita etiam pro antefato *Franc. deciſ.282.* quam nota ad text. *in l.fin.C.ad Velleian.* Quartò, quia ſicut conditio dotis non poteſt fieri deterior per text. *in l. Attilicinus, ff.de pact.dotal. & Capyc. deciſ.135.* ita etiam & antefati, pulchrè *Afflict.* ac omnino videndus *deciſ.154.* Quintò quia ſicut cauſa dotis differtur, donec tractatur cauſa matrimonij in curia epiſcopali, ſic etiam antefati *de Franch.deciſ.312.* Sextò, quia ſicut vſuræ antefati non debentur, *Afflict d.ciſ. 291.* licèt contrarium teneat *Gramm. deciſ.130. Th.ſſaur.deciſ.45.Capyc.deciſ. 65.* ſic etiam vſuræ dotis non debentur *Theſſaur.deciſ.45.* licèt contrarium teneat *Afflict.deciſ.93.& 284.*

Discrepant tamen in aliquibus præsertim, quia prælatio, quæ competit mulieri pro dote iuxta *l. assiduis, C. qui pot. in pign.* non competit pro antefato, *de Ponte*, qui refert decisum *in consil.* 80. Secundò quia interesse dotis debetur ad rationem ducatorum sex, & tt. duorum pro centenario; pro antefato verò ad rationem quinque pro centenario, *Vrsill. decis.* 291. *Gramm. decis.* 103. *de Franch. decis.* 217.

COLLECT. 1459.

Super cap. Nobilissimo, 67. distinct.

CArdinalibus credendum est, & statur eorum dictis, h. d. & ita fuisse decisum *Rot. Rom.* refert *Rot. decis.* 95. *de probat. in antiq. & Gramm. decis.* 65. intellige maximè in casu *decision. Caputaq.* 95. *part.* 1. vbi fuit dictum, quod Cardinali asserenti aliquid in præsentia Papæ est credēdum, quod amplia procedere etiam, si tractetur de præiudicio tertij *Puteus decis.* 3. *lib.* 1. Intellige secundò in casu *Sayr. decis.* 9. *de offic. deleg.* vbi fuit etiam dictum, quod Cardinali dicenti, sibi viuæ vocis oraculo à Papa mandatum fuisse, credi debet; sed circa illam quæstionem, an idem sit censendum quando vertitur Iudicium tertij, *Sayrus decis.* 6. *de testament.* affirmatiuè respondit *Cappell. verò Thol. in decis.* 465. distinguit quando esset in præiudicium alterius, non esse eis simpliciter credendum, & exemplificat in Cardinali pœnitentiario; *Balbus verò in decis.* 300. tenet indubitanter quod siue vertatur tertij præiudicium, siue non, semper Cardinali est credendum, quia sicut imperatori asserenti de Rebellione subditi creditur, *Crescent. decis.* 6. *de probat. Mohed. decision.* 6. *eod tit. de probat.* ita etiam, & Cardinali; obiter tamen de indultis Cardinalium circa beneficiorum collationes, vide in *Iulio Tertio in Bulla* 37. quę incipit *Sanctissimus, & Clement. Septimò Bulla* 38. & declarationem, atque reuocationem istorum indultorum, vide *in Bulla Pij Quinti*, *Bulla* 93. *quæ incipit il. gis.*

COLLECT. 1460.

Super l. iubemus, la seconda, C. de sacrosanctis ecclesiis.

PRobatio dominij difficilis est, vt colligitur ex hac lege cuius occasione quæritur primò, an sufficit titulus ad probandum dominium, & an requiratur probare authorem eius, à quo dicit se habuisse dominium vide per *Boer.* latissimè *decis.* 42. & an per solutionem census, seu canonis, seu pensionis ecclesia probet dominium, seu possessionem directam, vide per *Guid. Pap. decision.* 242. per instrumentum verò rei emphyteoticæ, aut locationis perpetuæ, non probatur dominium, vel possessio *Boerius decis.* 105. *Sayrus decis.* 4. *de præscriptionibus*; probatur tamen per famam *Balb. decis.* 16. item per obligationem, vel ex locatione, *Afflict. decis.* 325. *&* 321. *Rot decis.* 1. *de fide instrumentorum, in nouis.* aliquid per *de Franch. decis.* 204. *num.* 12. Possessio sola non sufficit ad probandum dominium, *Afflict. decision.* 40. Quid autem in solutione census, vide eundem *in decisione* 325. probatur etiam ex perceptione fructuum *Rubin. decis.* 90. item probatur ex deputatione gubernatoris, & Judicum, & iurisdictionem exercentium, *Caputaquens. decis.* 283.

283.part.3. ex Corneo consf.393.volum.1. Probatur etiam per testes deponentes de aliquo facto,&non de auditu, & optimam practicam probandi dominium vide per Caputaq. decis. 279. & seq.part.1.& in decis.269.part.3.dicit testes singulares probare possess. alicuius dummodo sint contestes. An autem probetur ex possessione, vide Anton.Fab.decis.2.C.de probation. & vide per eundem decis.14.cit.tit.vbi voluit quod per instrumentum locationis, nec dominium probatur, nec possessio, sed tantummodo spoliatio quomodo autem probetur identitas ipsius dominij, vide eundem in decis.69.eod.tit.

Collect. 1461.

Super Doctrina Abb.in cap.fin.de fide instrum.

AVthoritate Judicis potest vnus Notarius alterius instrumenta reassumere, h.d. & quid in Notario succedente negatiuè responder Balb. decis.60. quod procedit etiam absq; authoritate Judicis Guid.Pap.decis.218 &an possit instrumentum ingrossare per duos notarios, vide eundem Guid.Pap. decis. 122. & quælibet scriptura notarij reperta inter scripturas, & notas ipsius, licèt mortuus esset notarius potest authoritate Judicis in publicam formam redigi, Gui.Pap. decis.19.Boer.decis.36. Franc.Marc.decis. 517.part.1. & 163.part. 2. & oportet schedulam etiam propria manu notarij defuncti scriptam de hoc debet prius constare,nec creditur commissario,seu notario grassanti,& asserenti fuisse schedulam scriptam manu defuncti notarij: imbreuiatura vero notarij altera manu quã sua scripta, non subsignata ab ipso notario probat, Franc.Marc decis.231.& in cit.decis. 517. alias schedula notarij non valet si non habet subscriptionem, & testes Bellam. decis.109. Guid.Pap.cit.decis. 19. præsertim quando non adest signum, & subscriptio notarij, Gayl. obseru.43.lib.2 & quis debeat citari in reassumptione instrumenti videas Mınad. decis. 43. Rot.Genua decis. 12. & omissa citatione non probat Puteus decis.59. lib.1. & in decis.152. lib.3. Mynsing obseru.73.centur.4.

Collect. 1462.

Super l.debitoris, Cod.de pactis.

ADitione hæreditatis confunditur actio,ac creditoris hypotheca, h.d. & ita decidit Afflict.decis. 237. de Franch.decis.518. vbi hypothecaria,seu creditoris actio cõfunditur per aditionem hæreditatis sui creditoris,vt voluit etiam Rot.Genu.in decis. 45.Rot.diuers. Limita hoc in hærede grauato, quia ex aditione se obligat creditoribus, Gram.decis.103.nu.103. nam adeundo sine inuentario videtur quasi contrahere Afflict. decis.26. & licet Capyc. decis. 195. concludat, quod actio realis, seu hypothecaria per aditionem confundatur, tamen intelligitur quando hæreditas obuenerit creditori, vt declarat de Franch. decis.39.& Afflict.vbi suprà,quod secus si obuenerit reuocabiliter Surd. decis. 266. Amplia nunc, vt huiusmodi exceptio confusionis actionis potest opponi in quacunque parte iudicij, vt pulchrè decidit Guid. Pap. decision. 209. per text.in l.Vranius.ff.de fideiuss. Limita secundò conclusionem text. principalis, vt nunquam actio confundatur per aditionem hæreditatis

confecto inuentario, *Valasc. decis.* 69. aliquid per *Lauren. decis.* 95. & per *Gramm. decis.* 93. *num.* 7.

COLLECT. 1463.

Ad Bart. in l. repetita, ff de fide instrument.

NOn mediocriter controuertitur inter Doctores hic & alibi si scriptura priuata introducat hypothecam, & quod contineat sub se hypothecam voluerunt *Rot. Florent. Magon.* teste *in decis.* 122. *decis.* 21. *& in decis.* 36. *Gratian. decis. Rot. March.* 160. Verùm animaduertas, quod habet hypothecam tacitam, & quidem à die recognitionis tantùm *Anton. Fab. in decis.* 8. *C. in quib. caus. pign.* & per *de Laurentiis Rot. Auenion. in decis.* 146. in quam sententiam defendit pariter *Polid. Rip. in obseru.* 259. vbi distinguit inter recognitionem factam à parte, & illam, quę fit à Judice, *Caualc. decis.* 27. *part.* 2. *& Anton. Fab. in decis.* 9. *cit. tit.* Ampliat hoc procedere etiam in litteris, seu epistolis, tu amplia secundò procedere etiam in casu, de quo *Rot. diuers. decis.* 122. *part.* 1. Amplia tertiò procedere etiam in litteris missiuis inter mercatores publicè tenentes stationes; quia hæ litteræ habent vim publicorum documētorum, & mercatorum codicibus statur quoad omnes *Boer. decis.* 343. *Rot. Genuens. decis.* 9. *decis.* 76. *decis.* 80. *&* 142. Amplia quartò procedere etiam in recognitione eorum, qui apodixam scripserunt vel subscripserunt de ordine debitoris, cùm paria sint scribere per se, vel alium subscribere vice eius *Rot. Florent. sub Magon. in decis.* 81. *Rot. Genu. in decis.* 192. Amplia quintò procedere etiam in causa appellationis, in qua peti potest recognitio chirographi ex vi illius regulæ in causa appellationis non deductum deducam, & non probatum probabo, vulgat. *l. per hanc, C. de tempor. appell.* vt refert *Papon. lib.* 8. *tit.* 2. *arrest.* 1.

Nunc limita & primò si chirographum nō haberet diem vel annum, nam licèt recognitio locum habeat, & inducat hypothecam, non tamen retrotrahitur in præiudicium tertij, quia deficit extremum, ad quod aliquid per *Rotam Genuens. in decis.* 116. *num.* 2. *cum seq* Sublimita hanc limitationem non procedere in præiudicium debitoris, quia recognitio valet, & inducitur hypotheca, etiam si scriptura careat die, anno, & huiusmodi, prout dicitur de annotationibus, de memorialibus, & de schedulis in forma *Rot. decis.* 781. *part.* 1. & aliquid per *Cesar. Barz. decis.* 99. *num.* 75. quemadmodum etiam non nocet si recognitio esset facta per contumaciam debitoris, etiam singulari successore minimè vocato, cui ius iam quæsitum sit, *Rot. Genuens. decis.* 208. *Boer. decis.* 195. Limita secundò in recognitione qualificata, quæ etiam non retrotrahitur quoad qualitates in eo præinsertas quando recognoscens qualificatiuè haberet præsumptionem iuris contra se, alias secus *Surd. decis.* 258. & quæ concurrere debeant ad hoc, vt recognitio retrotrahatur, vide *de Franch. decis.* 304. *Rota Roman. decis.* 550. *part.* 3. & aliquid per *Osasch. in decis.* 82.

COLLECT. 1464.

Super l. tale pactum, §. 1. ff. de pact.

SOlet etiam in dubium reuocari per DD. in præsenti text. per quē scilicet Judicem executio sententiæ fieri

ferri debeat, & licèt varij varia scripserunt, per decisionarios verò illa est recepta opinio, vt spectet ad Judicem appellationis, *Guid.Pap.decis.* 476. *Mynsing centur.4.obseru.*94. Judex enim appellationis sententiam primam confirmans eam sequitur *Balb.decis.*31. & ratio est, quoniam agitur ex sententia confirmante, non autem confirmata, ita *Flamin.Cartar. in decis. Rot.Genua* 10. & idem procedere asserunt in causa reclamationis, nam si sententia fuerit per Judicem reclamationis confirmata per eundem pariter mittenda erit executioni, *de Franch.in decis.*335. Ampliant secundò procedere etiam si per alium Judicem nomine Judicis, ad quem fuisset confirmata *Franc. del Castil. in decis.Rot.Sicil.*84. Suprapositam verò regulam limita in casu *decis. Artaman.* 3. *de execut.sentent.* vbi fuit dictum, quod si Judex ad quem pronuntiauerit appellationem desertam, vel ab ea destiterit appellans, non tamen expresse promittendo se velle stare iudicatis, tunc primus, & non secundus Judex exequitur sententiam.

Illud præterea est notandũ, quod desertio appellationis attendi debet, & super ea est pronunciandum, & non super negotio principali, etiam si pars de ea non opponat, alioquin sententia est nulla ex defectu iurisdictionis, *Mynsing.centur.*2.*obser.*59. subdens, quod hoc casu non possunt partes iurisdictionẽ prorogare, quod etiam probat *decis. Capp.Il.Thol.*254.

COLLECT. 1465.

Ad Bart.in l.Argent.§.initium, ff.de edendo.

Vltra requisita necessaria congesta hîc per Bart. vt valeat instrumentum; Animaduertendum est tamen, quod requiritur etiam citatio partis ad dicendum contra iura tempore extractionis, aliàs non probarent, nec dicerentur de actis, & ita decidit *Rot. in decis.*1. *de fide instrum.in nou. Verall.decis.*99. *part.*2. *& in decis.* 117. *part.*3. *Cæsar de Graff.in decis.*16. *nu.* 4. *de probat. Cassad.in decis.*8. *de rescript. & in decis.* 11. *super regul. Farin.in decis.* 762. *Chisanen.in decis.*71. Limita tamen hanc conclusionem, & primò, vt non procedat, quando instrumenta fuerũt extracta partem ab eisdem notariis, partim à successoribus in officio habentibus facultatem Regiam illa extrahendi, quia censentur esse in forma probanti iuxta *decis.Put.*14. *de fide instrum.Caputaq.in decis.*351.*p.*2. nec in his terminis loquitur *decis.Rot.* 1. *de fide instrum.* prout ita censuit *Rot. Rom. in vna Mediolanen. iurispatronatus* 29 *Ianuarij* 1589. *coram Comitulo.* Limita secundo, quando pars est in causa, ne formiter extrahantur, cùm in odium impedientis quoquomodo legitimam extractionem stetur scripturis informib. cum earum simplici copia, *Rot diuers.in decis.*159.*lib.* 2. & ita pluries censuit & signanter *in vna Carthagin.portionis,*14 *Nouembr.* 1594. *coram Seraphin.* & iterum *in vna Astorigen.prioratus* 13. *Maij* 1598. *coram Illustrissimo Mellino.* & vltra citationem necesse erit etiam recognoscere instrumenta, *Caputaq.in decis.*99.*num.*2. *part.*1. licèt in instrumentis antiquis vltra septuaginta annos talis recognitio non sit necessaria, *Verall in decis.*5. *part.*3 *Put.in decis.*151.*lib.*1. neque in aliis casibus, de quibus per eundem *Put. in decis.*159.*lib.*2. & per *Boer. in dec.*154.

COLLECT. 1466.

Super Gloss in clement. pastoralis, de re iudic.

HÆc Gloss. in verb. non sufficit, cõmuniter allegatur per DD. ad quæstionem illam, quod crimen læsæ Maiestatis non committitur, nisi per subditum & propterea infertur, quod qui non est subditus, nisi ratione feudi, non dicitur committere crimen læsæ Maiestatis, quamuis possit feudo priuari *Anton. Fab. in decis.* 10. *C ad leg Iul. Maiest* quemadmodum etiam non dicitur quis subditus quoad hunc effectum, si officium tenet à Principe, & in eo contra eundem Principem deliquerit *idem in decis.* 11. *cit. tit.* Hinc prouenit secundò, quod pœna *l. quisquis*, non habet locum nisi in crimine læsæ Maiestatis in primo capite, videlicet, quando contra Principem, scilicet Imperatorem, vel eius Collaterales committitur per subditum ita *Verall. in decis.* 295. *part.* 2.

Illud tamen satis controuersum est, num tale crimen committatur per clericum? ratio dubitandi erat, quia non potest dici subditus seculari Principi, *Valasc. in decis.* 100. *Castil. in decis.* 90 & ita pluries decidisse *Senat. Mediolanens* & signanter in causa cuiusdam, cui imputabatur, quod inseruiisset Gallis, nam fuit absolutus constito, quod esset perpetuus Commendatarius cuiusdam Abbatiæ 19. *Septemb.* 1554. refert *Clar. in* §. *læsa Maiestatis.* Verùm cum hæc quæstio accidisset Neapoli in personam cuiusdam Clerici, fuit causa per Summum Pontificem commissa Reuerendissimo Nuntio, qui insimul cum Officiali Regio Clerico tamen, recognosceret, & sic fuit executum, ita in terminis *de Ponte in decis.* 9. *& Vincent. de Franch. in decis.* 691. & latè *Ego ipse in decis. Curiæ Archiep. Neap.* 72.

COLLECT. 1467.

Super l. fin. C. quando prouoc. non est necess.

APpellatus potest appellationi adhærere quoad expẽsas, quando primus Judex nec absoluit, nec appellantem condemnauit, h. d. quę quidem adhæsio appellationis efficit, vt adhærens censeatur vnus spiritus cum appellante, *Magon. decis. Florent.* 55. & operatur etiam, vt Judex possit de toto negotio cognoscere, *Balb. decis.* 300.

Verumtamen, vt procedat isthæc conclusio quinque concurrere debent. Primò, quod adhæsio fiat intra tempus præfinitum ad appellandum *Surd. decis.* 143. cùm appellatio post adhæsionem fiat communis, idcirco non potest eidem renunciari inuito appellato, *Guid. Pap decis.* 13. *& in decis.* 78: *& in decis.* 437. vltra quod paria sunt non adhærere, vel minus legitimè adhærere, sicut non appellare, vel minus legitimè appellare, *Rot. Lucens apud Magon. in decis.* 9. *num.* 19. sic planè dicitur de ratificatione appellationis alterius nomine interpositæ, vel apostolorum iam petitorum nomine alieno, qui dicuntur pars appellationis, *Osa ch. in decis.* 7.

Secundò requiritur, quod adhærens non appellauerit seorsum, quia hoc ipsum remedium datur in subsidium, & cum quis appellat statim arguitur non contentus appellatione alterius, *Rubin. decis.* 30.

Tertiò requiritur, quod appellatio cuius adhæsio intenditur non sit limitata,

limitata, *Franc. Marc. decis. 143. part. 2. Borgnin. decis. 15. num. 10 part. 1. Surd. d. decis. 143.*

Quartò requiritur, quod fiat adhæsio per cuius interest, *Ego in decis. 14.*

Quintò requiritur intimatio illius dirigenda ad ordinarium, *Hartaman. decis. 3. de appellat.*

Collect. 1468.

Super l. qui nomine, ff. de fals.

IVdex tenetur parti ad interesse, & damna, quoties ipsa pars non plenè conuicta, nec confessa, sed violentis præsumptionibus grauatur in iis quæ suapte natura difficilis non sunt probationis, h. d. & ita *de Franch. in decis. 460. part. 3.* quod amplia procedere etiam in eo, qui passus est damnum ex facto notarij, qui non ritè, & rectè scripsit instrumentum in eo non inferendo ordinarias clausulas, & de stylo opponi consuetas, *Guid. Pap. in decis. 582.* nisi probetur error, prout præsumitur pro notario affirmante se errasse, *idem in decis. 150. Franc. Marc. in decis. 189. part. 1. & in dec. 163. part. 2. & in decis. 745. part. 1.*

Collect. 1469.

Super cap. non solum, §. illa verò, de appellat.

VT dicatur attentata nedum requiritur, quod innouetur aliquid pendente appellatione, verum etiam quod præcesserit inhibitio, h. d. Amplia primò, vt procedat etiam si actus qui diceretur gestus post inhibitionem fuisset aliàs antequam inhiberetur facienti licitus; inhibitio enim facit illicitum, *Guid. Pap. decis. 213.* Amplia secundò, vt procedat etiam si appellationi, cuius vigore emanauerat inhibitio fuerit per appellantem tacitè, vel expresè renunciatum, *Rot. in decis. 131. d: appellat. in nou. Boer. in decis. 256. Bellamer. decis. 624.* Amplia tertiò procedere etiam in inhibitione obtenta per assertum procuratorem cum cautione de rato *Put. decis. 24. vt lit. pendent. Verall. decis. 43. part. 2. Ach. ll. de Graff. in decis. 5. de attentat.* & ita censuit pluries *Rot.* & signanter *in vna Senogallien. parochialis 9. Iunij 1559. coram Oradino.* Amplia quartò, etiam si sententia transiuisset in rem iudicatam, *Rot. in decisio. 51. de appellat. in nou.* Amplia quintò procedere tam in tacita, quàm in expressa inhibitione, *Rot. in decis. 3. de appell. in nou.* Amplia sextò, procedere etiam si executio esset facta vigore literarum executorialium, & brachij secularis legitimè obtenti, nam dicitur attentata, si fiat post inhibitionem, vt fuit dictum in *vna Portugallen. parochialis 19. Octobris 1565 coram Oradino*, quod subamplia etiam si executoriales emanassent vigore trium cõformium, vt fuit dictum in *vna Toletan. matrimonij 24. Ianuarij 1555. coram eod.* Amplia septimò, etiam si per Judicem ad quem, qui inhibuerat pronuncietur malè appellatum, & benè per Judicem à quo processum, quoniam per talem pronunciationem non validatur processus factus post inhibitionem, *Rot. in decis. 58 de appell in nou.* Amplia octauò, vt inhibitio faciat attentata, etiam si essemus in gestis pendente recursu, quæ regulariter non dicuntur attentata, *Magon. decis. Rot. Lucens. 23.* Amplia nonò, vt inhibitio non solum faciat attentata respectu appellantis, verum etiam

respectu aliorum, *Gayl obseru.126.lib. 3.per tot.* Amplia decimò, vt inhibitio faciat attentata, etiam si instrumentum inhibitionis careat die, anno, & pontificatu, vt fuit dictum in *vna Merend. Parochialis* 18.*Iunij* 1555. *coram Chissanen.* Amplia vndecimò, etiam si inhibitio oretenus sine scriptura esset facta, *Cassador. in decis.2. de pension.* Amplia duodecimò, etiam si inhibitio emanauerit ad instantiam intrusi contra dispositionem, *c.si contra quos, vt lite pendent. in 6. Crescent. in decis.*142. Amplia decimotertiò, etiam si inhibitio emanauerit vigore commissionis appellationis, quæ ob non redditionem pro apostolis prætenderetur deserta, vt fuit dictum in *vna Nucerin. attentatorum*, 16. *Maij* 1568. *coram Lancellotto*; Amplia decimoquartò, etiam si non fuerit iustificata causa in appellatione expressa, *Achill. de Graff. in decis.*27.*de attentat.* Amplia decimoquintò procedere, etiam si non Judex, sed pars fuisset inhibita, *Rot. diuers. in decis.*375.*lib.*3. Amplia decimosexto, etiam si inhibitio emanasset vigore commissionis conditionalis, & habentis clausulam, cõstito, quod pensio sit conditionalis, quoniam de rigore talis inhibitio afficit, *Put. decis.* 12. Amplia decimoseptimò procedere etiam in criminalibus, *Guid. Pap. decis.*74. & *Cappell. Thol. in decis.*176.

COLLECT. 1470.

Super clem. sæpe, de verb. significat. §. sententia.

Citatio ad sententiam est substantialis, h.d. & illius omissio inducit nullitatem, *Rot. in decis.*17. *de re iudic. in antiq. & Rot. diuers. in decis.* 351.*part.*1. aliquid per *Capyc. in decis.*1. & *Cæsar de Graff. in decis.* 11. *de re iudic.* Amplia primò, vt talis citatio debeat exprimere nominatim, quod sit ad sententiam diffinitiuam audiendam, non autem sufficit citatio generalis ad causam *Rota in vna Mediolan. decimarum* 27. *Ianuarij* 1595. *coram Orano.* Amplia secundò, vt debeat esse personalis, non autem sufficiat ad domum, *Put. decis.*279.*lib.*2. & *in decis.* 33. & *in decis.*283. *lib.*3. *Verall. in decis.* 117. *part.*1. & *in decis.* 332. & *in decis.* 334.*part.*2. & *in decis.*119.*part.*3. *Achill. de Graff. in decis.*17.*de dolo & contumac. Cæsar de Graff. in decis.*7.*de sentent. & re iudic. Crescent. in decis.*18.*eod. tit. Mohed. decis. fin. de dolo & contum. & in decis.*18. & 7.*vt lit. pend.* Amplia tertiò, vt neque releuet citatio personalis ad sententiam facta, si tamen remansit circumducta per non competitionem citantis, *Achill. de Graff in decis.*13.*de dolo & contum. Cappell. Tholos. in decis.*414. Amplia quartò, vt talis sententia sit nulla ex defectu citationis, non solum si sit pronunciata contra citatum, sed etiam si esset promulgata in fauorem illius, *Verall. in decis.*140. *part.*3. Amplia quintò, vt non valeat statutum disponens, quod valeat sententia sine citatione, *Put. decis.*141.*lib.* 3. Amplia sextò, vt etiam requiratur, quod pars instet pro sententia: nam sententia lata nulla parte instante, est ipso iure nulla, *Cæsar de Graff. in decis.* 9.*de caus. poss. & propriet.* hinc fuit decisum in *vna Comen. Cappellaniæ* 28. *Ianuarij* 1591. *coram Pegna*, quod sententia sit nulla, quando pars fuit citata pro prima die, & quatenus ea die non feratur pro die sequenti, licet regulariter sentẽtia in dubio præsumatur lata ad instantiam partis, *Rota in decis.*516 *part.*1.*diuers.* Amplia septimò, quando citatio ad sententiam

tiam fuit legitimè facta, ac illius terminus seruatus, sed postea fuit ante pronunciationem tacitè reuocata, veluti per admissionem nouorum articulorum, *Rot.decis.1.de test.in nou. & in decis.1.de probat.in antiq. & in dec.12.de renunciat.in antiq.* aut per admissionem instrumētorum, aut examen testium, *Cesa.de Graff in decis.11.de sentent.& re iudic.* & ita fuit resolutum in *vna Pampilon.parochialis 13.Iunij 1600. coram Pegna*, & iterum in *vna Crotonien decanatus 20.Maij 1587.coram Orano.*

Collect. 1471.

Super clausula perinde valeat.

QVotidie vsu venit, vt disputetur circa materiam clausulæ, perinde valere, propterea congruum visum fuit hic nonnullos eius effectus congerere, primus est, quia spiritum primi rescripti suscitat *Cassad. in decis.33.super regulis*, licet non sanat defectus non expressos, vt fuit in *Rota Romana resolutum in vna Aquilana iuris patronatus 17. Iunij 1588. coram Comitulo*, & ratio esse poterit, quia gratia perinde valere, non facta mentione litis est nulla, *Maynard.in decis.11.lib.2.* quia non est intentionis Papæ velle colligitanti præiudicare, *Rota in decis.3.de re iudic* maximè vbi adest clausula, dummodo alteri non sit ius quæsitum, *Rot.in decis.17.de praben.in nouis.* & fuit dictum in *vna Pisana 20.Maij 1594.coram Blanchetto*. Secundus est effectus, quia dat titulum coloratum, vt fuit dictum in *vna Asturigen.16.Octobris 1574.coram Puteo*, vt patet *in eius decis.7 de prabend.* Tertius effectus huius clausulæ colligitur ex *decis.Cassad.6.de concess.prebend.* vbi fuit dictum, quod habens expectatiuam sub data concessionis gratiæ; si concurrat cum habente gratiam clausula adiecta, quod perinde valeat, ac si sub prima data, & sub primis processibus concessa fuisset, ille verus præferatur, ex quo concurrit circa idem cum habente fictam datam.

Disceditur tamen à præfatis effectibus, primò quando gratia esset subreptitia, etiam in aliqua parte tantum, quia nunc est ipso iure nulla in totum, & ex ea nullum ius potest acquiri, *Crescent.in decis.8.de prabendis.* Disceditur secundò, quando gratia esset conditionalis, quia impetrans non potest gaudere, nisi conditionem euenisse, seu verificatam fuisse probet, *idem Crescent.in decis.17.de rescript.Verall.in decis.338.part.1.* Disceditur tertiò ex *decis.Put.136.lib.3.* vbi fuit dictum, quod vbi confessio facta in litteris perinde valere reuocatur; attendenda non est.

Collect. 1472.

Super cap.quamuis,de verbor.signific.

PRæpositus dicitur ille, qui quandam prioratus curam super alios gerit, h.d. non tamen est preferendus Archidiacono in præeminentiis incensationum, & osculo pacis, vt fuisse resolutum per Rotam Romanam testatur *Farin in decis 865* & ratio est, quia huiusmodi præeminentię prius debētur Archidiacono, qui primam dignitatem in Ecclesia post Pontificalem habere dicitur, *Rot.in decis.4 de electione, & in decis.9.de prabend in nou.* prætensio prępositi fundatur in consuetudine, cum dignitas consuetudine etiam acquiri possit, *Rot.in decis.4.*

de elect. in nou. quo fit, vt tantum præscriptum censeatur quantum possessum, *Card. Put. in decis.* 107. *lib.* 1.

Quando tamen sedes præpositi esset dignior, tunc consequens erit, vt eidem primo loco debeantur prærogatiuæ, videlicet osculum pacis, incensatio, & aliæ similes, *Rota collect. à Farinac. decis.* 866. & prædicta coadiuuantur, cum sedes præpositi sit prima post pontificalem à latere dextro ipsius Episcopi, & ipsi primo loco debeantur dicti honores, vt fuit decisum in *vna Calaguritana præeminentiarum* 31. *Ianu. coram Pegna*, si quidem ex huiusmodi ordine distinguantur prærogatiuæ, *Rota in decis.* 17. *de concess. prabenda, in nou.* ita quod poterit fieri argumentum: Sedet in digniori loco, ergo quoad omnia aliis anteponitur, vt fuit latè resolutum in *Rota in vna Orolien. iuris sedendi* 2. *Decembris* 1593. *coram Blanchetto*, & dignior reputatur, quia cæteris præfertur *Hartaman. in decis.* 3. *de verbor. signific. & Rota in vna Verdunensi decanatus* 4. *Iunij* 1597. *coram Illustriss. Lancellotto.* maximè quando huiusmodi prærogatiua non concerneret actus meræ facultatis, *Farinac. in decis.* 863. & ad materiam vide *per eundem in decis.* 864.

COLLECT. 1473.

Super l. si fideiussor, §. meminisse, ff. de legatis primo.

Damnatus vendere intelligitur iusto pretio, h. d. & ratio est, quia excessus iusti pretij inducit peccatum, & obligat ad restitutionem *Balb. in decis.* 47. & semper quod fit mētio de pretio, intelligitur de communi, ac carenti, *Ego in decis.* 21. hinc est, quod testis deponens de pretio, intelligitur de communi, si articulus super quo interrogatur de communi, præponitur, pulchrè *Gama in decis. Lusitania* 205. *& in materia l.* 2. *C. de rescind. vendit.* iustum pretium dicitur quando est commune, *Valasc. in decis.* 43. Hinc est, quod non concludit dictum testis, quando deponit, quod res valet tantum & vltra, *idem Valasc. in decis.* 44. Hinc fit etiam, quod vendens vltra taxam & sic pretium legitimum peccat, & ad restitutionem tenetur, *Sayr. in decis.* 3. *de empt. & vendit.* quod amplia procedere si venderet carius ob dilatam solutionem, *idem in decis.* 12. *cit. tit.* Amplia secundò, etiam si illud plus dedisset proxenetæ, *idem in decis.* 17. *cit. tit.*

Finis Quartæ Partis.

INDEX



INDEX MATERIARVM COLLECTANEORVM PRIMÆ, SECVNDÆ, AC Tertiæ Partis.

A IO. DOMINICO BOVE NEAPOLITANO

Hac serie dispositus.

Priot numerus paginam, posterior verò Collect. indicat.

A

B

crimi-

Excom-

Insti-

L


M

N

T

V

FINIS.





INDEX
LOCORVM IN
QVIBVS RESIDENT MATERIÆ
COLLECTANEORVM
Primæ, Secundæ, ac Tertiæ par.

A

IO. DOMINICO BOVE
NEAPOLITANO
Alphabetica Serie Digestus.

PRIOR NVMERVS PAGINAM,
Posterior vero Collect. indicat.

Ex Iure Pontificio, Rubricæ.

Decret. Decretal. & Sexti Capitula.



Bonæ

Regulæ Cancellar. Apostol.

Bullæ Pontificiæ.

Ex Concil. Trident.

Ex Iure Cæsar. Rubricæ ff.

Rubric. Cod.

Digest. & Codic. leges.

Attilius.

Prim.

Iuris Feudorum.

Institution.

Ex Doctrinis Gloss.Iur.Cæsar.

Leges.

Authent.

Feud.

Ex Doctrin.Doct.Iur.Casar.


Ex Constit.Regni Neap.

Ex Capit.Regni Neap.

Ex Ritibus M. C.. V.

Ex Consuet.Neap.

FINIS.



INDEX



INDEX MATERIARVM COLLECTANEORVM QVARTÆ PARTIS

A

IOANNE LVCA LOMBARDO V.I.D.

ET PRAGMATICO NEAPOLITANO

hac serie dispositus.

A

Clausula

Dila-

F

N

Numeri

Posses-

Q

R

S

T

FINIS.

CATA-



CATALOGVS AVCTORVM DECISIONVM, QVÆ IN hoc opere allegantur.

Ex Rota Neapolitana.



Afflicti.
Capycij.
Francisci de Ponte.
Francisci Viuij.
Garsiæ.
Grammatici.
Riccij Auctoris manuscriptæ.
Thomæ Minadois.
Villagut.
Vincentij de Anna.
Vincentij de Franchis.

Ex Rota Romana.

Ægidij Bellemera.
Achillis de Grassis.
Bisignetti.
Cardinalis Putei.
Cæsaris de Grassis.
Crescentij.
Dominorum de Rota.
Guglielmi Cassadori.
Mohedani.
Papazzonij.
Rotæ collectæ à Farinacio.
Rotæ criminales ab eod. collectæ.
Seraphini Oliuarij Razallij.
Statilij Pacifici.
Thomæ Fastolli.
Veralli.
Diuersæ manuscriptæ.

Ex Rota Siciliæ.

Francisci Milanen.

D. Francisci del Castillo.
Garsiæ Mastrilli.
Nicolai Intriglioli.

Ex Rota Pedemont.

Antonini Thessauri.
Antonij Fabri.
Gasparis Thessauri.
Ottauiani Cacherani.

Ex Rota Hispaniæ.

Barbosæ.
Gammæ.
Joseph. Sessæ Rotæ Aragonen.
Marini Monteri eiusd. Rotæ.
Peguerаæ.
Valasci.

Ex Rota Bononien.

Cæsaris Barzij.
Petri de Benintendis.

Ex Rota Genua.

Antonij Belloni.
Flaminij Cartarij.
Hieronymi Mariliani.
Rotæ Genuæ incerti auctores.

Ex Rotis Lombardiæ, & Etruriæ.

Alexandri Rauden.

Ambrosini Cur. Episc. Perusinæ.
Borgnini Caualcani.
Carocij Vercellen.
Cornazani Rot. Lucen.
Francisc. Monaldi.
Iafredi Balbi.
Ioseph. Ludouici Rot. Perus. & Lucens.
Iulij Clari Rot. Mediolanen.
Magonij Rot. Florentiæ.
Martæ Rot. Pisanæ.
Polydori Ripæ Rot. Mediolanen.
Peregrini Rot. Patauiæ.
Rot. Luceus. Diuers.
Sayri.
Surdi Mantuani.
Thomæ Triuisani Rot. Venetæ.

Ex Rota Galliæ.

Boerij.
Cappel. Tholosanæ.
Francisci Marci.
Gomesij Leonij.
Guidonis Papæ.
Hieronymi de Laurentiis.
Ioannis Galli.
Ioannis Paponi.

Ex Rota Germaniæ.

Andreæ Gayll.
Annæi Roberti.
Artamani Artamani.
Coppini.
Francisci de Claperiis.
Iacobi Thomingij.
Matthiæ Coleri.
Mynsingeri.
Petri Roizij.
Rotæ Lipsien.
Rubini.

Ex Prouincia Marchiæ.

Marci Antonij de Amatis.
Sebastiani Medices.
Stephani Gratiani.



INDEX



INDEX
LOCORVM IN
QVIBVS RESIDENT MATERIÆ
COLLECTANEORVM
huius
QVARTAE PARTIS.
A IO. DOMINICO BOVE
NEAPOLITANO
Alphabetica Serie Digestus.

Prior numerus paginam, posterior verò Collectan. indicat.

Ex Jute Pontificio Rubricæ.

Decret. Decretal. & Sixti Capitula.

A

B

C

D

E

F

Final.

Q

R

S

Veniens

V

Clementina.

Extrauag.

Ex Doctrinis Gloss. Iuris Pontific.
Capitula.

Clementina.

Ex Doctrinis Doctor. Iuris Pontif.

Regulæ Cancellar. Apostolic.

Bullæ Pontificiæ.

Ex Concil. Trident.

Ex Iure Cæsareo Rubricæ ff.

Rubric. Codic.

Digest. & Codic. Leges.

B

C

D

E

F

Libellorum

L

M

N

O

P

T

V

Auth. in C. non inserta.

Auth. in Cod. inserta.

Iuris Feudorum Rubr. cap. & §.

Institut.

Ex Doctrinis Gloss. Iur. Cæsar. Leges.

FINIS.

